IHI Quidem Fideliſſime Papa Laurenti ad ſcribendum animus non eſt tam cupidus: q̄ nec idoneus: ſcienti non eſſe abſq; periculo multorum iudiciis ingenium tenue & exile cōmittere. Sed quoniā (ut cum uenia tui dixerim) id temere in epiſtola tua per Chriſti me ſacramenta quæ a nobis maxima cum reuerentia ſuſcipiuntur aſtringis: ut aliquid tibi de fide ſecundum ſymbōli traditionem rationemq; componā: q̄uis ſupra uires noſtras ſit pondus præcepti (Non enim me latet ſentētia ſapientū: quæ probe admodū dicit: quia de deo & uera dicere periculoſum eſt) tamen ſi expetitionis a te impoſitæ neceſſitatē orationibus iuues: dicere aliqua obedientiæ magis reuerentia q̄ ingenii p̄ſumptione tentabimus: quæ quidē non tam p̄fectoꝝ exercitiis digna uideātur: q̄ quæ ad paruuloꝝ in Chriſto & incipiētium librent̄ auditū. Equidē comperi nōnullos illuſtriū tractatoꝝ aliq̄ de his pie & breuiter edidiſſe. Photinū uero hæreticū ſcio eatenus ſcripſiſſe: non ut rōnem dictoꝝ audientibus explanaret: ſed ut ſimpliciter fideliterq; dicta ad argumētū ſui dogmatis traheret: cū in his uerbis ſanctus ſpiritus ꝓuiderit nil ambiguū: nil obſcurū: nil a reliquis diſſonans uideri: quia in his uere cōpletur prophetia quæ dicit. Verbū.n. conſumans & breuians iniquitatē: qa uerbū breuiatū facit dominus ſup terrā. Nos ergo ſimplicitatē ſuam uel uerbis apoſtolicis reddere & ſignare tentabimus: uel quæ omiſſa uident̄ a prioribus adimplere. Sed ut manifeſtius fiat argumentū uerbi huius ut diximus breuiati: cām qua hæc traditio eccleſiis data eſt ab origine repetemus. Tradunt maiores noſtri q; poſt aſcenſionē domini cū p aduētum ſpiritus ſancti ſupra ſingulos quoſq; apoſtolos igneæ linguæ ſediſſent: ut loquelis diuerſis uariiſq; loq̄rentur: per qđ eis nulla gens extranea: nulla linguæ barbaries inaceſſa uideret̄ & inuia: p̄ceptū eis a domino datū hoc ad p̄dicandum dei uerbū ad ſingulas quēq; ꝓficiſci nationes. Diſceſſuri itaq; ab inuicē normā ſibi prius futuræ p̄dicationis in cōmune conſtituunt: ne forte alii alio abducti diuerſum aliq̄d his qui ad fidē Chriſti inuitabant̄ exponerēt. Omnes igit̄ in uno poſiti: & ſpiritu ſancto repleti breue iſtud futuræ ſibi ut diximus p̄dicationis indiciū in unū conferendo qđ ſentiebat unuſq; ſq; componunt: atq; hanc credentibus dandā eſſe regulam ſtatuunt. Symbolum aūt hoc multis & iuſtiſſimis ex cauſis appellari uoluerunt. Symbolum.n. græce & indiciū dici pōt & collatio: hoc eſt qđ plures in unū conferunt. Id.n. fecerunt apoſtoli in his ſermonibus in unū conferendo qđ unuſquiſq; ſenſit. Indiciū aūt uel ſignū iccirco dicitur: qa in illo tēpore ſicut Paulus apoſtolus dicit & in actibus apoſtolorū refertur multi ex circūeuntibus iudæis ſimulabant ſe eſſe apoſtolos Chriſti: & lucri alicuius uel uentris gratia ad p̄dicandū proficiſcebantur: nominantes qđē Chriſtū ſed non integris traditionū lineis nunciantes. Iccirco iſtud indiciū poſuerunt: ꝓ quod agnoſceret̄ is q Chriſtū uere ſecundū apoſtolicas regulas prædicaret. Deniq; & in bellis ciuilibus hoc obſeruari ferunt: quoniā & armoꝝ habitus par: & ſonus uocis idē: & mos unus eſt. Atq; eadē inſtituta bellandi nequa doli ſurreptio fiat: ſymbola diſtincta unuſquiſq; dux ſuis militibus tradit: quæ latinæ ſigna uel indicia nūcupant̄: ut ſi forte occurrerit qs de quo dubitet̄ ſymbolū prodat ſi ſit hoſtis uel ſocius. Iccirco deniq; hæc non ſcribi chartulis aut mēbranis: ſed requiri in credentiū cordibus tradidērūt: ut certū eſſet hæc neminē ex lectione quæ interdū ꝓuenire ēt ad infideles ſolet ſed ex apoſtoloꝝ traditione didiciſſe. Diſceſſuri igit̄ ut diximus ad prædicandū iſtud unanimitatis & fidei ſuæ apoſtoli indiciū poſuere: non ſicut filii Adā diſceſſuri ab alterutrū turrē ex latere cocto & bitumine cōſtruentes: cuius cacumē uſq; ad cælum ꝓtingeret: ſed monumēta fidei quæ ſtarēt aduerſum facie inimici e lapidibus uiuis & margaritis dominicis ædificātes: quā neq; uenti ꝑpellerent: neq; fulmina ſubruerēt, neq; tēpeſtatū ac ꝓcellaꝝ turbines, ꝓmouerent. Merito igit̄ illi ab inuicē ſeparādi turrē ſupbiæ ædificantes linguaꝝ cōfuſione dānati ſunt: ne unuſquiſq; poſſet aduertere ꝓximi ſui loquelā. Iſti uero q turrē fidei cōſtruebāt omniū linguaꝝ ſcientia & agnitione donati ſunt: ut illud peccati: hoc fidei ꝓbaretur indiciū. Sed iam nobis etiā de ipſis aliquid cōtrectandū eſt margaritis: in quibus primo ī loco fons & origo ponit̄: cū dicitur Credo in deū p̄em oīpotētē. Verꝝ prius q̄ incipiā de ipſis ſermonū uirtutibus diſputare: illud non īpune cōmonendū puto q; diuerſis eccleſiis aliqua in his uerbis inueniunt̄ adiecta. In eccleſia tamē urbis romæ hoc nō deprehenditur factū: qđ eo propterea eē arbitror q; neq; hæreſis ulla illic ſumpſit exordiū: & mos mihi ſeruat̄ antiquus eos q gratiā baptiſmi ſuſcepturi ſunt publice, i. fideliū populo audiente ſymbolū reddere: & utiq; adiectionē huius ſaltem ſermonis eoꝝ q præceſſerunt in fide non admittit auditū. In cæteris aūtē locis quātū ītelligi dat̄ propter nōnullos hæreticos addita quædā uident̄: ꝓ quæ nouellæ doctrinæ ſenſus crederet̄ excludi. Nos tamē illū ordinē ſequimur: quē in aquilegienſi eccleſia lauacri gratia ſuſcepimus. Credo igit̄ primo oīum ponitur: ſicut Paulus apoſtolus ad hæbreos ſcribens dicit: Credere.n. primo oīum accedentē ad deū oportet: quia ē: & credentibus remūerator fit. Sed & propheta dicit Niſi credetis nō intelligetis. Vt ergo ītelligētia auditu pateſiat teſte: primo oīum te credere ꝓfiteris: qa nec mare quis ingreditur: & liquido ac ꝓfundo ſeſe committit elemēto: niſi ſe prius credat poſſe ſaluari. nec agricola ſemina ſulcis obruit: & fruges ſpargit in terrā: niſi crediderit uenturos imbres: affutuꝝ quoq; ſolis teporem: quibus terra confota ſegetes multiplicata fruge producat: ac uentis ſpirātibus nutriat. Nihil deniq; eſt: quod in uita geri poſſit: ſi non credulitas ante p̄ceſſerit. Quid igitur mirum ſi accedentes ad deū credere nos primo oīum ꝓfitemur: cū ſine hoc nec ipſa exigi poſſit uita cōmunis? Hoc autem iccirco in principiis p̄miſimus: quia pagani nobis obiicere ſolent: q; religio

nostra quia rationibus deficit in sola persuasione consistat: & ideo ostendimus nec agi nec stare aliquid posse nisi præcesserit uis credendi. Deniq; matrimonia contrahuntur: quia credit successura posteritas. & pueri discendis artibus traduntur: quia magistro in discipulos transfundenda creditur disciplina. & iperii insignia unus suscipit: dum credit sibi populos & urbes armatu etiam exercitum pariturum. Quod si hæc singula nisi prius crediderit futura nullus aggreditur: quomodo nō multo magis ad agnitionē dei credēdo ueniatur? Sed uideamus quid iam breuialis hic sermo symboli proponat. Credo inquit in deum patrem oipotentem. Orientales ecclesiæ omnes pene ita tradūt. Credo in unum deū patrem omnipotentē: & rursum in sequenti sermone ubi nos dicimus & in christū iesum unicum filium eius dominū nostrū: illi tradunt: & in unum dominū nostrum iesum christū unicum filium eius: Vnum scilicet deū & unum dominū secundū autoritatem Pauli apostoli ꝓsitentes. Sed de hoc in sequentibus locis repetemus. Nunc interim quod ait in deum patrem oipotentem uideamus. Deus secundū quod opinari pōt humana mens naturæ ipsius uel substātiæ quæ est super oia appellatio ē. Pater arcani & ineffabilis sacramenti uocabulū est. Deum cū audis substantiā intellige: sine initio: sine fine: simplicē: sine ulla admixtione: inuisibilem: incorporeū: ineffabilem: inæstimabilē: in quo nihil adiunctū: nihil creatum sit: sine auctore. est enim ille qui est omnino omniū auctor. Patrē cū audis filii intellige patrē: qui filius supradictæ sit imago substantiæ. Sicut enim nemo dicit dominus nisi habeat uel possessionē uel seruum cui dominetur: & sicut nemo magister dicitur nisi discipulum habeat: ita & pater nullo pacto quis dici pōt nisi filium habens. Hoc igitur ipso nōie quo deus pater appellat cū patre pariter subsistere etiam filius demonstratur. Quomodo aūt deus pater genuerit filiū nolo discutias: nec te curiosius ingeras in profundo arcani: ne forte dum inaccessæ lucis fulgorē pertinacius pscrutaris exiguū ipm qui mortalibus diuino munere cōcessus est perdas aspectū. Aut si putas in hoc omni indagatōis genere utēdum: prius tibi propone quæ nostra sunt: quæ si consequēter ualueris expedire tunc a terrestribus ad cælestia & a uisibilibus ad iuisibilia ꝓpato. Expedi prīo si potes quomō mens quæ ītra te ē generet uerbū: & qd fit ī ea memoriæ spūs: quomō hæc cum diuersa sint rebus & actibus unū tamē sint uel substātia uel natura: & cū e mēte ꝓcedāt nunq̄ tamē ab ipsa separētur. Et si hæc q̄is ī nobis & maxīe nra substātia hēntur tamē tāto nobis occulta uident quāto aspectui corporeo iuisibilia. De aptioribus requiramus. Fons quomō in se generat fluuiū? quo aūt spū rapidū fertur fluētū? Quid ē q̄ dum unū & insepabile sit fluuius & fons: nec fluuius fons: nec fons fluuius ītelligi aut appellari pōt? & tamē q uiderit fluuiū uiderit & fontē. Exerce te prius ī hoc explanatione: & discute si potes quæ habent in manibus: & tūc ad hoc similiora ueniemus. Nec putes q̄ te statim de terra ascēdere suadeā sup cælos. sed prius te si placet ad istud firmamentū quod oculis uidet educā: & ibi si potes naturā huius uisibilis lumis discute quomō ignis iste cælestis generet ex semetipo splendorem lucis: quomō ēt ꝓducat uaporem. & cū tria sint in rebus: unū tamē sunt in substātia. Quod & si hæc singula inuestigare potueris: scito adhuc diuinæ generatōis mysteriū tāto eē differētius & eminētius: quāto creator creaturis potētior: quāto artifex opere suo ꝑstantior: quāto ille qui semp ē eo q̄ ex nihilo cœpit esse nobilior. Credēdus est ergo deus esse pater unici filii sui domini nri nō discutiēdus. Neq; eim fas est seruo de natalibus domini disputare. Cōtestatus est pater de cælis dicēs Hic ē filius meus dilectus: ī quo mihi bene cōplacui: ipsum audite. Pater ipsum dicit esse filium suū: & ipsum audiri iubet. Filius dicit qui uidet me: uidet & pātem meū. Ego & pater unū sumus. Et ego ab eo exiui: & ueni in hūc mundū. Quis ē q̄ iter has patris & filii uoces medius se discussor iterserat: & diuinitatē diuidat: affectū separet: substantiā rūpat: spiritum secet: neget esse uerū quod ueritas dicit? Est ergo deus pater uerus tanq̄ ueritatis pater: non extrinsecus creans: sed ex eo quod ipse est filiū generās: i. quia sapiens sapientiā: quia iustus iustitiā: quia sempiternus sempiternū: qa imortalis imortalē: qa iuisibilis inuisibilē: q̄a lux splendorē: qa mens uerbū. Quod aūt diximus oriētis ecclesias tradere unū uerū deū patrē oipotentem & unū dominū: hoc non intelligēdū est unū numero dici sed uniuersitate. Verbi gra Siquis dicat unū hominē aut unū equū: hic unū pro numero posuit. pōt eni & alius hō eē & tertius: uel equus. Vbi aūt secundus uel tertius nō potest iungi: unus si dicat nō unitatis sed uniuersitatis ē nomē. Vt si exēpli cā dicamus unū solē: hic unus ita dicit: ut uel alius uel tertius addi nō possit. Vnus ē. n. sol. multo magis ergo deus cū unus dr: unus nō numeri sed uniuersitatis uocabulo nuncupat: i. q̄ ꝓpterea unus dicit q̄ alius nō sit. Similiter & de domīo accipiendū est: q̄ unus sit domīus iesus xps. per quē deus pater dominatū oium tenet. Vnde & sequens sermo oipotentē ꝓnunciat deū omnipotēs aute ab eo dicit q̄ oium teneat potētatū. Tenet aūt oia pater per filiū sicut & apostolus dicit: Quia p ipsum creata sunt oia uisibilia & inuisibilia: siue troni siue dominatiōes siue prīcipatus siue ptātes. Et ite ad hebræos scribēs dicit Quia p ipsum secula instituit: & ipm cōstituit hæredem uniuersorum. Quod si per ipsum secula instituit pater: & p ipsum creata sunt oia: & ipse est hæres oium: per ipm ergo & potentatū oium tenet: qa sicut lux de luce & ueritas de ueritate: ita de omnipotēte oipotens natus est: ut ī apocalypsi Ioānis scriptū ē. Et requiē nō habēt die ac nocte dicētes. Sāctus sanctus sanctus domīus deus sabaoth: q̄ erat & q̄ ē & qui uēturus est oipotens. Omnipotens ergo dicit q̄ uēturus est, & quis est alius qui uenturus est nisi iesus christus filius dei? His addit inuisibilē ipassibilē. Sciendū q̄ duo isti sermones ī ecclesiæ romanæ symbolo nō habentur. Constat aūt apud nos additos hæreseos cā Sabellii illius ꝓfecto q̄ a nostris patripassia appellat. i. quæ patrē ipm uel ex uirgine natū dicit: & uisibilē factū esse uel passum affirmat in carne. Vt ergo excluderet talis ipietas de patre uidentur hæc addidisse maiores: & inuisibilē patrē atq; ipassibilē dixisse. Constat. n. filiū nō patrē incarnatū: & ex carne natū: & ex natiuitate carnis filiū uisibilē & passibilem factum. Quantum autem expectat ad illā deitatis imortalē substantiā quæ una ei eadēq; cū patre ē: ibi neq; pr neq; filius neq; spiritus sanctus uisibilis aut passibilis credit. Secūdū dignationē uero carnis assūptæ filius & passus ī carne ē. Quod

& propheta ꝑdixerat ubi ait Hic deus noſter non reputabitur alter ad eum:qui inuenit oẽm uiã diſciplinæ: & dedit eã Iacob puero ſuo:& iſrahel dilecto ſuo.poſt hæc in terris uiſus eſt:& inter hoíes cõuerſatus eſt.Sequitur poſt hoc Et in Ieſum Chriſtũ unicũ filium eius dominũ nr̃m.Ieſus hebræi uocabuli nomẽ qđ apud nos ſaluator dicit̃.Chriſtus a chriſmate.i.ab unctiõe appellat̃.Legimus enĩ in libris Moyſi ꝙ Auſes Nauæ filius cũ electus eſſet dux populi cõmutato nõie de Auſe Ieſus cognominatus ſit:quo ſcilicet oſtẽderetur hoc eſſe nomen:quod principibus & ducibus conueniret:his duntaxat qui ſaluté ſequentibus ſe populis darẽt. Itaq; & ille Ieſus appellatus eſt:qui eductum de terra ægypti populum:& de erroribus heremi liberatum in terrã repromiſſionis induxit.Et hic Ieſus qui populũ de ignorantiæ tenebris eductũ:& de mundi erroribus euocatum introduxit ad regna cælorũ.Chriſtus quoq; uel pontificale uel regiũ nomen eſt.Nã prius & põtifices unguẽto chriſmatis cõſecrabant̃ & reges.Sed illi ueluti mortales & corruptibiles ungebãt̃.hic uero ſancto ſpiritu perunctus xp̃s efficit̃:ſicut ſcriptura de eo dicit:quẽ unxit pater ſpiritu ſcõ miſſo de cælis.Et Eſaias ꝑſignauerat dicẽs ex ꝑſona filii:Spiritus domini ſup me:ꝓpter quod unxit me:euãgelizare me miſit pauperibus.Quia ergo oſtẽdimus quid ſit ieſus qui populũ ſaluet: & quid ſit chriſtus qui pontifex factus ſit in æternum:nunc ex cõſequẽtibus de quo dicãtur iſta uideamus.Vnicũ filium inquit eius dominũ nr̃m. Poſt hoc docet nos quia Ieſus iſte de quo diximus: & Chriſtus de quo expoſuimus unicus filius dei & noſter dominus eſt:ne forte humana putes iſta uocabula terrenũ te aliquid doceant:ideo ſubiungit Vnicũ hunc eſſe filiũ dei dominũ noſtrũ.Vnus enĩ de uno;naſcit̃:quia & ſplẽdor unius eſt lucis:& unũ eſt uerbũ cordis. nec in numerũ pluralem defluit incorporea generatio:nec in diuiſionem cadit:ubi qui naſcit̃ nequaq̃ a generante ſeparatur.Vnicus ẽ ut mẽti ſenſus:ut cordi uerbũ:ut forti uirtus:ut ſapientia ſapiẽti. Nã ſicut ſolus ſapiẽs pater ab apoſtolo dicit̃:ita & ſolus filius ſapientia nominat̃.Vnicus ergo filius ẽ,& cũ ſit gloria: ſempiternitate:uirtute:regno:ptãte: hoc quod pater eſt:oĩa tamẽ hæc nõ ſine auctore ſicut pater ſed ex patre tãq̃ filius habet.cũq; ſit ipſe oĩum caput:ipſius tamẽ caput pater ẽ.Sic eĩm ſcriptũ eſt:Quia caput chriſti deus ẽ. Filiũ ſane cũ audis: nolo generationẽ carnalis natiuitatis aſſumas:ſed memẽto hoc de ĩcorporea dici ſubſtãtia & naturæ ſimplicis.Si eĩm ut ſupra iã diximus uel in eo quod cor generat uerbũ:uel mẽs ſenſum: uel lux ex ſe parit ſplendorẽ:nihil hoꝝ requirit̃:nec ulla in tali generatõe fragilitas cogitatur:quanto purius & ſacratius de horũ oĩum creatore cenſendũ eſt?Sed fortaſſe dicas:iſta quã memoras inſubſtãtiua eſt generatio.neq; enĩ lux ſubſtantiuũ facit ſplendorẽ:aut cor ſubſtantiuũ generat uerbũ.Filius aũt dei ſubſtãtialiter aſſerit̃ generatus.Ad hoc primo oĩum illud dicimus cũ ẽt in cæteris ꝓferuntur exẽpla:nõ per oĩa tamẽ ſimilitudinẽ ſeruare poſſunt rei illius:cui ꝓbere putant̃ exemplum:ſed unius alicuius partis:pro qua uident̃ aſſumpta:ſimilitudinẽ tenent.Verbi gr̃a:Vt cũ in euangelio dicit̃:Simile eſt regnũ cælorũ fermẽto quod abſcõdit mulier in farinæ mẽſuris tribus:Nũquidnã putabimus regnũ cælorũ per oĩa ſimile eſſe fermento: ut ſubſtantia illa ita palpabilis ſit ac fragilis:ut & acida fieri poſſit & corrupta?Sed ad hoc ſolũ exemplũ iſtud uidet̃ aſſumi:ut oſtenderet̃ ex parua ꝑdicatiõe uerbi dei humanas mentes fidei fermento poſſe coaleſcere.Similiter & cũ dicitur:Simile eſt regnũ cælorũ reti miſſo in mare:quod ex omni genere piſciũ abſtrahit.Et in hoc nũquid putandum eſt:ꝙ naturæ lini:quo rete operamur:ac nodis: quibus maculæ nectunt̃:regni cælorũ ſubſtantia ꝓ oĩa cõferatur?Sed ad hoc ſolũ uidet̃ aſſumpta comparatio:ut oſtenderet̃ quia ſicut rete de profundo maris piſces adducit ad littus:ita de ꝓfundo ſæculi huius errore humanæ aĩæ regni cælorũ ꝑdicatiõe liberant̃.Ex ꝙbus conſtat exẽpla non in oĩbus his quoꝝ exempla ſunt eẽ ſimilia.Alioquin ſi eadẽ eſſent oĩa:iam non exẽpla dicerent̃:ſed ipſæ potius res de quibus agit̃ uiderent̃.Deĩde etiã illud dicendũ eſt:ꝙ nulla creatura talis eſſe põt qualis creator eius:& ideo ſicut ſine exẽplo eſt diuina ſubſtantia:ita & ſine exẽplo eſt diuinitas.Tum ẽt illud addimus:Quia oĩs creatura ex nihilo ẽ.Si ergo inſubſtantiua ſcitilla quæ ignis eſt:ex ſe creatura quæ ex nihilo facta ẽ gignit:& cõditionem in hoc ſeruat originis ſuæ:illius æternæ lucis ſubſtãtia:quæ ſemp fuit quia inſubſtãtiuũ in ſe nihil habuit:inſubſtantiuũ ex ſe ſplendorẽ ꝓferre nõ potuit.Et ideo recte unicus dicit̃ filius.Vnicus enĩ ei ſolus eſt qui ita natus ẽ:nec cõparationẽ aliquã põt habere quod unicũ eſt:nec ſimilitudinẽ in ſubſtãtia cũ facturis ſuis habere põt ille qui factor ẽ oĩum. Hic ẽ ergo Chriſtus Ieſus unicus filius dei qui eſt dominus nr̃.Vnicus & ad filiũ referri & ad dominũ põt.unicus eſt enim uere filius:& unus dominus Ieſus xp̃s.Cæteri qppe filii licet filii dicãtur:adoptõis tamẽ gr̃a dicunt̃ nõ ueritate naturæ.& ſi dicũt̃ alii domini:cõceſſa tamẽ nõ ĩgẽita ptãte dicũt̃.Hic uero ſolus ẽ unicus filius:& ſolus unicus domĩus.ſicut & apoſtolus ait.Et unus domĩus Ieſus xp̃us:ꝑ quẽ oĩa.Ideo poſtea q̃ præpoſitus ordo fidei: ineffabile ſacramẽtũ fidei de natiuitate patris expoſuit:nũc ad humanæ ſalutis dignatõnẽ diſputationẽq; deſcẽdit.& hũc quẽ ſupra dixit unicũ filiũ dei:& dominũ nr̃m:nũc dicit:Qui natus ẽ ex ſpiritu ſancto ex maria uirgine. Hæc iam iter hoíes diſputatõis natiuitas eſt:illa diuinæ ſubſtãtiæ hæc dignatõis:eſt:illa naturæ.De ſpiritu ſancto ex uirgine naſcitur:& iã in hoc loco mũdior auditus requritur & purior ſenſus.Hũc enĩ quẽ dudũ de patre natũ ineffabiliter didiciſti:a ſpiritu ſancto tẽplũ fabricatũ:ĩtra ſecreta uteri uirginalis ĩtellige.& ſicut in ſanctificatione ſancti ſpiritus nulla ſentienda eſt fragilitas:ita & in partu uirgis nulla ĩtelligẽda ẽ corruptio. Nouus eĩm huic ſæculo datus ẽ hic partus.nec ĩmerito.Qui enĩ ĩ cælis unicus filius ẽ:cõſequẽter & interea unicus ẽ: & unice naſcit̃. Nota ſunt oĩbus & ĩ euãgeliis decãtata de hoc ſcripta ꝓphetaꝝ:quæ dicũt:ꝙ uirgo cõcipiet: & pariet filium.Sed & partus ipſius mirabilẽ modũ Ezechiel propheta ante formauerat: Mariã figuraliter portam domini nominans:ꝑ quã ſcilicet dominus ĩgreſſus eſt mundum.Dicit ergo hoc modo.Porta aũtẽ quæ reſpicit ad oriẽtem clauſa erit:non aperietur:& nemo tráſibit ꝑ eã:quoniã dominus deus Iſrahel tranſibit ꝑ eam:& clauſa erit.Quid tam euidens de cõſecratione uirginis dici poterat? Clauſa fuit in ea uirginitatis porta:ꝑ ipſam intrauit domĩus deus Iſrahel:ꝑ ipſam in hunc mundũ de utero uirginis ꝓceſſit:& ĩ æternũ porta

uirginis clauſa:ſeruata uirginitate permanſit.Igitur ſanctus ſpiritus refertur dominicæ carnis:& templi eius creator.Incipe iam hinc intelligere etiam ſpiritus ſancti maieſtatem. Conteſtatur enim & euãgelicus ſermo de ipſo.Quod cum loquenti angelo ad uirginem & dicenti:quia paries filium:& uocabis nomẽ eius Ieſum: Hic enim ſaluum faciet populũ a peccatis ſuis:Illa reſpondiſſet:Quomõ fiet iſtud quoniã uirum nõ cognoſco?dixit angelus ei Sps ſanctus ueniet ſup te:& uirtus altiſſimi obũbrabit tibi.& iõ qđ naſcet ex te ſcũm uocabit filius dei. Vide ergo cooperãté ſibi inuicẽ trinitatem Spiritus ſanctus uenire dicitur ſup uirginẽ:& uirtus altiſſimi obumbrare ei.Quæ eſt autem uirtus altiſſimi:niſi ipſe chriſtus qui ẽ dei uirtus & dei ſapiẽtia? Cuius aũt hæc uirtus eſt? Altiſſimi inquit. Adeſt ergo altiſſimus:adeſt & uirtus altiſſimi:adeſt & ſpiritus ſanctus.Hæc eſt trinitas ubiq; latens & ubiq; apparens uocabulis perſoniſq; diſcreta:inſeparabilis uero ſubſtãtia deitatis.& quanuis ſolus filius naſcatur ex uirgine:adeſt tamẽ & altiſſimus:adeſt & ſpiritus ſanctus:ut & conceptus uirginis ſanctificetur & partus. Verum hæc quia ex ſcripturis ꝓpheticis aſſeruntꝰ poſſunt fortaſſe iudæos quanuis ſint infideles & increduli confutare.Sed pagani ſolent ridere nos:cũ audiunt prædicari a nobis uirginis partũ:ꝓpter quod paucis & eoꝝ obtrectationibus reſpondendũ eſt. Omnis partus ex tribus ut opinor conſtat:ſi adultæ ætatis ſit fœmina:ſi uirum adeat:ſi non ſit illius uulua uicio ſterilitatis occluſa. Ex his tribus in hoc partu quẽ ꝓdicamus unum defuit: Vir ſcilicet:& hanc partem(quia qui naſcebat non erat terrenus hõ ſed cæleſtis)per ſpiritum cæleſtem dicimus ſalua uirginis incorruptione cõpletã. Et tamẽ quid mirũ uideãt:ſi uirgo conceperit:cũ orientis auem quem phœnicẽ uocant,in tantum ſine cõiuge naſci uel renaſci conſtet:ut ſemper una ſit:& ſemper ſibi ipſa naſcendo uel renaſcẽdo ſuccedat? Apes certe neſcire coniugia:nec fœtus nixibus edere oĩbus palã eſt.Sed & alia nõnulla deprehenduntur uti huiuſcemodi forte naſcendi.Hoc ergo incredibile uidebit diuina uirtute ad totius mundi reintegrationẽ factũ:cuius exempla etiã in animaliũ natiuitate cernuntur.Et tamẽ mirandum ẽ cur hoc gentilibus ipoſſibile uideat: q credunt Mineruã ſuam de cerebro Iouis natam.Quid ad credẽdum difficilius?aut quid magis cõtra naturã eſt? Hic fœmina eſt:hic naturæ ordo ſeruatur:hic conceptus & partus tẽporibus ſuis editur, ibi nunquã fœmineus ſexus:ſed uir ſolus & partus.Qui illa credit:cur iſta miretur?Sed & Liberũ dicunt de femore eius natũ.Ecce aliud portenti genus:& tamen credit. Veneré quoq; quã aphroditen uocãt:de ſpuma maris:ſicut & omnis eius cõpoſitio oſtẽdit: credunt eſſe progenitã.De quo natum Caſtoré Pollucemq; cõfirmant. Ex formica myrmidones.Et alia mille ſunt quæ q̃uis contra naturã rerum uenientia:ipſis tamẽ ſunt uiſa credibilia: ut Deucaliõis & Pirrhæ lapides iactos:& hominum ex his ſegetem natam .Et cum hæc tot & talia figmenta crediderint:unũ eis impoſſibile uidetur:quod adoleſcens fœmina diuinũ germen non hominis uitio ſed deo ſpirante conceperit. Qui utique ſi ad credendũ difficiles ſunt:illis tot & tam turpibus monſtris fidem nequaq̃ cõmodare debuerant.Si uero faciles ſunt ad credendũ:multo prõptius hæc nr̃a tã honeſta & tã ſancta recipe:q̃ illa tã idigna & tã fœda credere debuiſſent.Sed dicũt fortaſſis: quia poſſibile quidẽ fuerat deo: ut uirgo cõciperet:poſſibile etiã fuerat:ut pareret:Sed indignũ eis uideri:ut tanta illa maieſtas per genitalis fœminæ tranſiret egreſſus: Vbi quãuis nulla fuerit ex uiri cõmixtõne cõtagio:fuit tamẽ ipſius præputii ob ſcœnæ attrectationis iniuria.Pro quo pauliſper eis ſecũdũ ſenſum ſuum reſpõdeamus.Si quis uideat paruulũ in profundo cœni necari:& ipſe cũ ſit uir magnus & potens extremus ut ita dixerí ingrediat cœnũ:ut paruulũ liberet moriẽtẽ:pollutus ne a te accuſabit hic uir: q paululũ calcauerit luti:an ut miſericors laudabitur:quod uitã cõtuleri t morituro?Sed hæc etiã de cõmuni homine dicta ſunt. Redeamus nũc ad naturã eius qui natus eſt.Quãtũ putas natura ſolis illo iferior eſt?Quãtũ creatura ſine dubio creatore,Intuere nũc ſi ſolis radius in cœni alicuius uoragine dimittatur:nũquidnã aliquid ide pollutõis acquirit? Aut obſcœnorum illuſtratio;ſolis dicit in iniuriã?Ignis quoq; quãtonã eſt inferior his de q̃bus ſermo eſt?& nulla materia uel obſcœna uel turpis adhibita ei:ignẽ polluiſſe credit.Cũ hæc ita ee in rebus materialibus cõſtet:tu in illa ſupereminẽti & icorporea natura:quæ ſuper oẽm ignẽ & ſup omne lumẽ eſt;pollutõnis aliquid putas ac obſcœnitatis incidere? Tunc deinde etiã illud aduerte,Nos hoiem a deo creatũ de terræ limo dicimus: quod ſi obſcœnitas deo reputat opus ſuũ requirẽti:multo magis ei reputabit opus iſtud ab initio fabricãti.Et ſupfluum ẽ dicer:cur ꝑ obſcœna tranſierit:cũ nõ poſſis dicere:cur obſcœna cõdiderit.Et ideo obſcœna hæc ee nõ natura ſed obſeruãtia docuit.Cæterũ oĩa quæ ſunt in corpore ex uno eodẽq; luto formata:uſibus tantũ & officiis naturalibus diſtinguunt.Sed ne illud quidẽ abſolutione uacare huius quæſtionis omittamus:qđ ſubſtantia dei quæ omnino eſt incorporea inſeri corporibus uel capi ab eis principaliter non poteſt: niſi aliqua ſit media ſubſtãtia ſpiritalis:quæ capax diuini ſpiritus poſſit eſſe. Verbi gratia ut ſi dicamus: lux omnia quidem membra corporis illuſtrare poteſt:a nullo tamen eorum niſi a ſolo oculo capi poteſt. Solus eſt eim oculus qui capax eſt lucis.Et filius ergo dei naſcitur ex uirgine:non pricipaliter ſoli carni ſociatus:ſed in anima inter carnem deumque media generatus . Anima ergo media & in ſecreta rationabilis ſpiritus arce:uerbum dei capiente,abſque ulla quam ſuſpicaris iniuria deus eſt natus ex uirgine. Et ideo nihil ibi turpe putãdum eſt:ubi ſanctificatio ſpiritus inerat.Et aĩa quæ erat dei capax particeps fiebat etiam carnis. Nihil ibi dicas impoſſibile:ubi aderat uirtus altiſſimi.Nihil de humana fragilitate cogites:ubi plenitudo inerat diuinitatis.Crucifixus ſub Pontio Pilato:& ſepultus:deſcendit ad inferna.Docet Apoſtolus Paulus illuminatos ee debere oculos cordis noſtri,ad intelligendum quæ ſit altitudo diuinitatis latitudo & profundum.Altitudo ergo & latitudo & profundũ deſcriptio crucis eſt: cuius eam partem quæ in terra defixa eſt profundum appellauit.Altitudinem uero illam quæ in terram porrecta ſublimis erigitur.Latitudinem quoque illam quæ diſtenta quoque in dexteram læuamque manus protenditur.Cũ ergo tot ſpecies mortis ſint: quibus de hac uita exitus dari hominibus ſolet:quia uult nos Apoſtolus illuminato corde ſcire rationem: cur ex his oĩbus

crucis potius ſpecies ad mortem delecta ſit Saluatoris? Vnde ſciendum eſt quod crux iſta triũphus erat. Triumphi enim eſt & inſigne eſt. Trophæum deuicti hoſtis indicium eſt. Quia ergo aduenies Chriſtus ſicut Apoſtolus dicit tria pariter ſibi regna ſubiecit (Hoc enim ĩdicat ubi ait: Quia in nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtium: terreſtrium & infernorum: & hæc omnia ſua morte uincebat) Conueniens myſterio mors quæſita eſt: ut in aere ſublimatus: & aeris ſubiugãs poteſtates: uictoriam diis ſupernis & cæleſtibus traderet. Expanſas autem manus tota die ſanctus propheta dicit eum tenere ad populum qui eſt in terra: ut & incredulos conteſtaretur: & inuitaret credentes. Ea uero parte quæ ſub terrã demergitur: inferna ſibi regna ſubiiceret. Et enim (ut breuiter aliqua etiã de ſecretioribus perſtringamus) ab initio deus cum feciſſet mũdum: præfecit ei & præpoſuit quaſdam uirtutum cæleſtiũ poteſtates: quibus regeretur & diſpenſaretur mortaliũ genus. Quod ita factum Moyſes indicat in deuteronomii cantico ubi dicit. Cum diuideret excelſus gentes ſtatuit terminos gentium ſecundum numerum angelorum dei. Sed & horum nõnulli ſicut & ipſe qui princeps appellatus eſt mundi: datam ibi a deo poteſtatem: non his quibus acceperant legibus temperarunt. nec humanum genus diuinis obedire: ſed ſuis parere præuaricationibus docuerunt. Et hinc aduerſus nos peccatorum chyrographa ſcripta ſunt: quia ut propheta dicit: Peccatis noſtris uenundati ſumus precium nanque animæ ſuæ unuſquiſque conſequitur: cum concupiſcẽtiæ ſatiſſecerit: Per iſtud ergo unuſquiſque chyrographum ab illis rectoribus peſſimis tenebatur: quod chriſtus detraxit aduenies: & hac eos poteſtate denudauit. Idque ſub ingenti myſterio Paulus ĩdicat cũ dicit de eo: delens quod aduerſus nos erat chyrographum: & affigens illud cruci ſuæ: tradidit principatus & poteſtates triumphans: eos in ſemetipſo rectores. Ergo illi quos humano generi præfecerat deus: in tyrannidis contumaciam uerſi: impugnare commiſſos ſibi homies aggreſſi ſunt: & peccati prœliis debellare: ſicut Ezechiel propheta myſticis deſignat eloquiis cum dicit: in illa die procedent angeli feſtinantes exterminare æthiopiam. eritque inter eos perturbatio in die ægypti: quoniam rectitudo uenit. Ergo omni potentia eorum nudata: Chriſtus dicitur triumphaſſe: ablatamque ab eis poteſtatem hominibus tradidiſſe: ſicut ad diſcipulos ſuos dicit ipſe in euãgelio: Ecce dedi uobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpẽtes & ſcorpiones & omnem uirtutem inimici. Illos itaq; qui accepta poteſtate male abuſi ſunt: ſubiectis quõdam ſuis ſubiecit crux Chriſti. nos uero hoc eſt humanum genus edocet primo omniũ uſque ad mortem reſiſtere aduerſus peccatum: & libenter interitum pro pietate ſuſcipere. Tunc deinde obedientiæ nobis in hac eadem cruce proponit exemplum: ſicut in illis qui aliquando rectores noſtri fuerant: poſuit contumaciæ pœnas. Audi ergo quomodo apoſtolus uult per crucem chriſti obedientiam nos docere. Hoc inquit ſentite in uobis: quod in chriſto Ieſu: qui cum in forma dei eſſet: non rapinam arbitratus ẽ eẽ ſe æqualem deo: ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens: in ſimilitudinẽ hominum factus: & habitu repertus ut homo: factus eſt obediẽs uſque ad mortem: Mortem autem crucis. Quia ergo ille magnus magiſter eſt qui fecerit & docuerit: ideo quæ prius etiam ſuſcepta morte ſeruanda docuit: ipſe hæc primus moriendo ſeruauit. Sed fortaſſe terretur aliquis in huiuſcemodi doctrĩa: quod quem pauloante cum deo patre diximus ſempiternum: ac de eius ſubſtantia eſſẽ progenitum: quemque regno: maieſtate: æternitate unũ cum deo patre eſſe docuimus: nunc de eius morte tractamus. Sed nolo terrearis o fidelis auditor. Paulo poſt iſtum quem audis mortuum: rurſum immortalem uidebis. Mors enim ab eo mortem ſpoliatura ſuſcipit. Nam ſacramentum illud ſuſceptæ carnis quod ſupra expoſuimus: hanc habet cauſam: ut diuina filii dei uirtus: uelut hamus quidã habitu humanæ carnis obiectus. Et ſicut apoſtolus Paulus ante dixit habitu inuẽtus ut homo: principem mundi inuitare poſſit ad agonem: cui ipſe carnem ſuam uelut eſcam tradens hamo diuinitatis intrinſecus teneretur inſerto. Et profuſione immaculati ſanguinis (Solus eſt enim qui peccati maculam neſcit) omnium peccata deleret eo; duntaxat: qui ſanguine eius poſtes fidei ſuæ ſignaſſent. Sicut ergo hamum eſca contectum ſi piſcis rapiat: non modo eſcam ab hamo non remouet: ſed & ipſe de profundo eſca futurus educitur: Ita & is qui habebat mortis imperium: rapuit quidem in morte corpus Ieſu: non ſentiens in eo hamum diuinitatis incluſum. ſed ubi deuorauit: hæſit ipſe continuo, & diruptis inferni clauſtris uelut de profundo extractus trahitur: ut eſca cæteris fiat. Quod ita futurũ ſub hac eadem figura Ezechiel dudum propheta ſignificauerat dicens: Et extraham te in hamo meo: & extendam te ſuper terram: Campi implebuntur de te: & cõſtituam ſuper te omnes uolucres cæli: & ſaturabo ex te omnes beſtias terræ. Sed & propheta Dauid dicit Dedit eum in eſcam populis æthiopum. Et Iob de eodem myſterio ſimiliter proteſtatur: ait enim ex perſona domini loquentis ad ſe. Aut adducis draconem in hamo: aut ponis capiſtrũ circa nares eius. Non ergo damno aliquo aut iniuria diuinitatis Chriſtus in carne patitur. ſed ut per ifirmitatem carnis operaretur ſalutẽ: diuina natura in mortem deſcendit: non ut lege mortalium detineretur a morte: ſed ut poſſet reſurrecturus ianuas mortis aperiret. uelut ſi quis rex pergat ad carcerem: & ingreſſus aperiat ianuas: reſoluat cathenas: uincula ſeras & clauſtra comminuat: & educat uinctos in remiſſionem. & eos qui ſedent ĩ tenebris & in umbra mortis: luci ac uitæ reſtituat. Dicitur ergo rex fuiſſe quidem in carcere: non tamen ea cõditione qua fuerant cæteri qui tenebantur in carcere. ſed illi quidem ut pœnas ſoluerent: hic uero ut abſolueret pœnas. Cautiſſime autem qui ſymbolum tradiderũt: etiam tempus quo hæc ſub Pontio Pilato geſta ſunt deſignarunt: ne ex aliqua parte uelut uaga & incerta geſtorum traditio uacillaret. Sciẽdum ſane eſt: qđ in eccleſiæ romanæ ſymbolo non habetur additum: Deſcendit ad inferna: ſed neque in orientis eccleſiis habetur hic ſermo. Vis tamen uerbi eadem uidetur eſſe in eo quod ſepultus dicitur. Sed quoniam erga ſcripturas tibi diuinas amor & ſtudium ſubiacet: ſine dubio dicis mihi: oportere hæc magis euidentibus diuinæ ſcripturæ teſtimoniis approbari. Quanto enim maiora ſunt quæ credenda ſunt: tanto idoneis magis & indubitatis teſtibus indigent. Vera quippe eſt & conſequens hæc propoſitio. Sed nos tanquam ſcientibus lege

re loquentes:teſtimoniorum ſiluam breuitatis cauſa derelinquimus.Pauca tamen ex multis etiam ſi in hoc requiritur:adhibeamus:ſcientes ſtudioſis quibuſque ſcripturis diuinis latiſſimum teſtimoniorum pelagus patere.Primo ergo omnium ſciendum eſt:quod ipſa ratio crucis non omnibus una eademque eſt:ſed aliud gentibus:aliud iudæis:aliud credentibus ſapit.Sicut & apoſtolus dicit.Nos autem Chriſtū prædicamus crucifixum:Iudæis quidem ſcandalum:gentibus autem ſtultitiam:ipſis uocatis iudæis & græcis: Chriſtum dei ueritatem & dei ſapientiam.Et alibi.Verbum enim crucis pereuntibus ſtultitia ẽ. His uero q ſalui ſunt uirtus dei eſt.Iudæi autem quibus ex lege traditum fuerat:Chriſtum in æternum manſurum:ſcandalum patiebantur de carne eius:quia reſurrectionem recipere noluerunt.Gentibus autem ſtultitia uidebatur deū mortem ſuſcepiſſe:quia ignorabant myſterium carnis aſſumptæ.Fideles uero qui & natum & paſſum in carne ſuſceperant:& a mortuis reſurrexiſſe:merito uirtutem dei credebant eſſe:quæ uicerat mortem.Primo ergo hoc ipſum quod iudæi quibus prophetæ hæc prædixerant non eſſent crediturí: ſed illi qui nunquam hæc a prophetis audierant.Audi quomodo per Eſaiam prophetico ſermone ſignatur:Quibus non eſt inquit annunciatum de eo uidebunt:& qui non audierunt intelligent.Quod autem his qui meditabãtur legem dei: a pueritia uſque in ſenectutem non credentibus:ad gentes eſſet omne myſterium tranſferendum:idem Eſaias hoc modo prædicit.Et faciet inquit dominus deus ſabaoth omnibus gentibus:in monte iſto bibent lætitiam:bibent uinum:ungentur unguento in monte iſto.Tradet hæc omnia gentibus.Hoc enim conſilium omnipotens ſuper omnes gentes.Sed dicerent fortaſſe nobis illi qui ſe iactant in ſciẽtia legis: blaſphematis: qui dicitis dominum corruptioni morti & paſſioni crucis fuiſſe ſubiectum.Legite ergo quod ſcriptum habetis in lamentationibus Hieremiæ ubi dicit:Spiritus uultus noſtri Chriſtus dominus comprehẽſus eſt in corruptionibus noſtris.in quo diximus.Sub umbra eius uiuimus in gentibus.Audis quomõ ꝓpheta Chriſtum dominum comprehenſum eſſe dicit: & pro nobis ideſt pro peccatis noſtris corruptioni traditum?in cuius umbra(quoniam populus ille iudæorum permanſit incredulus)gentilem ſubiectum eſſe dicit:quia uiuimus non in iſrahel ſed in gentibus.Quod ſi operoſum non uidetur: q̃ poſſumus breuiter ſingula quæ in euangeliis referuntur:qualiter in prophetis prædicta ſint: deſignemus:ut hi qui prima fidei elementa ſuſcipiunt:teſtimonia hæc habeant in corde deſcripta.ne ulla eis unquam de his quæ credunt:ambiguitas inimica ſurripiat..Edocemur per euangelium: q̃ iudas unus de amicis & conuiuis chriſti:tradiderit eũ.Audi hoc quomodo prænuncietur in pſalmis:Qui manducat inquit panes meos:ampliauit aduerſum me ſupplantationem.Et alibi:Amici inquit mei & proximi mei aduerſum me appropiquauerũt & ſteterũt. Molliti ſunt ſermones ſuper oleum:Et ipſi erunt iacula.Vis uidere quo modo moliti ſunt? Venit inquit Iudas ad Ieſum: & dixit ei.Aue rabi:& oſculatus eſt eum.Per molle igitur oſculi blandimentum:execrabile iaculum proditionis infixit.Inde dominus ad eum dicit Iuda oſculo filium hominis tradis triginta argenteis? Audis ſupplãtationem eius ampliatam eſſe cupidine proditionis? Audi & de hoc propheticam uocem.Et dixit inquit ad eos:Si bonum eſt in conſpectu ueſtro date mercedem meam aut abnuite.Et poſt hæc:Et accepi inquit trigĩta argenteos:& miſi eos in domũ domini in conflatorium.Nõne hoc eſt quod in euangeliis ſcribitur? Quia Iudas pœnitentia ductus:reportauit pecuniam:& proiecit in templo:& diſceſſit.Bene autem mercedem ſuã dicit:uelut imputantis & exprobrantis affectu.Etenim tam multa bona opera apud eos egerat:cæcos eorũ illuminauerat:claudis pedes:paralyticis greſſum:mortuis quoque reddiderat uitam. Pro his igit̃ omnibus bonis mercedem eius reſtituunt mortem triginta argenteorum æſtimationem pẽſatam referunt. Refertur item in euangeliis:q̃ uictus eſt:prædixit hoc ſermo propheticus per Eſaiam dicẽs:Ve animæ eorum:qui cogitauerunt cogitationem peſſimam aduerſum ſeipſos dicentes.Alligemus iuſtum:quia inutilis ẽ nobis. Sed dicet aliquis:Nunquid hæc de domino intelligenda ſunt? Nunquid dominus ab hominibus teneri poterat: & ad iudicium protrahi? Et de hoc te idem propheta conuicet. Dicit enim his uerbis ipſe.dominus in iudicium ueniet cum ſenioribus & pricipibus populi.Iudicatur ergo dominus ſecundum prophete teſtimoniũ. & non ſolum iudicatur:ſed etiam flagellis cæditur:& palmis in faciem uerberatur:& conſpuitur.& omne.p nobis perfert obprobrium indignitatis.Et quia hæc ſtupeſcenda erant omnibus cum prædicarẽtur ab apoſtolis:Iccirco etiam ex perſona ipſorum propheta exclamat & dicit.Domine q̃s credit auditui noſtro ĩ credibile enim eſt:ut deus dei filius paſſus iſta dicatur & prædicetur. ergo & prædicuntur per prophetas: ne qua crediturís dubitatio naſceretur.Ipſe ergo ex ſua perſona chriſtus dominus dicit.Dorſum meum dedi ad flagella:& maxillas meas ad palmas:& faciem non auerti a confuſione ſputorum. Scribitur etiam illud ĩter cæteras eius paſſiones:q̃ alligantes eum duxerunt ad Pilatũ.Præſignauit etiam hoc propheta ubi dicit. Et alligantes adduxerunt eum exenium regi larim:niſi ſi obiiciat aliquis & dicat.Sed Pilatus non erat rex.Audi ergo quid in conſequentibus refert euangelium.Audiens ĩquit Pilatus eum eſſe de Galilea:miſit ad Herodẽ: qui erat tunc rex in Iſrahel.Et bene addit nomen larim quod eſt ſilueſter. Nõ enim erat Herodes de domo Iſrahel:nec de illa uinea iſrahelitica:quam eduxerat dominus de ægypto:& plãtauerat in cornu in loco uberi:ſed erat ſilueſter:ideſt ex ſilua alienigenarum.& ideo recte ſilueſter eſt appellatus:quia de iſraheliticæ uitis nequaquam palmitibus pullulaſſet.Sed & hoc quod dixit propheta exenium:conuenienter aptauit.Tũc enim Herodes & pilatus:ut euangelium teſtatur:ex inimicis in concordiam reuocati ſunt:Et uelut reconciliationis ſuæ exenium iuſtum:ſibi inuicem mittebant Ieſum. Quid intereſt dũmodo Ieſus ut ſaluator diſſidentes reconciliet:& pacem reparet:ac etiam concordiam reddat? Vnde etiam de hoc ſcriptum eſt in Iob. Dominus reconciliat corda pricipum terræ.Refertur item quod cum Pilatus uellet eum dimittere:omnis populus ſucclamauerit:Crucifige crucifige eum.Prænũciat hoc quoque Hieremias propheta dicens ex perſona domini ipſius. Facta eſt inquit hæreditas mea mihi ſicut leo in ſilua dedit ſuper me uocem ſuam pro-

pterea exosus sum eam.& propterea inquit dereliqui domum meam.Et iterum alibi dicit.Supra quē aperuistis os uestrum?& aduersus quem relaxastis linguas uestras?Cum iudicaretur scribit tacuisse.Multæ de hoc scripturæ testantur.In psalmista dicitur:Factus sum sicut homo non audiens: & non habens in ore suo increpationes.Et iterum.Ego tanquam surdus non audiebam:& sicut mutus non aperiens os suum.Et iterū alius propheta dicit.Sicut agnus coram tondente se:sic non aperuit os suum in humilitate: iudicium eius sublatum est.Imposita ei scribitur corona spinea.Audi de hoc in canticis canticorum:Super iniquitatem Hieru salem mirantis de iniuria filii dei patris uocem:& dicētis. Exite & uidete filiæ Hierusalem coronam qua coronauit eum mater sua.Sed & de spinis ita alius propheta commemorat.Et expectaui ut faceret uuam:fecit autem spinas & non iustitiam sed clamorem. Verumtamen & mysterii secreta cognoscas. Oportebat eū qui peccata mundi uenit auferre:etiam terræ maledicta purgare.quæ peccante protoplasto sententia præuaricationis acceperat dicente domino.Maledicta terra ī operibus suis:spinas & tribulos producet tibi. Propterea ergo spinis coronatur Iesus:ut prima illa condemnationis sententia solueretur.Ad crucem ducit:& in ligno totius mundi uita suspenditur. Vis ergo de hoc propheticis testimoniis confirmari?Audi Hieremiam dicētem de hoc. Venite & iniiciamus lignum in panem eius:& conteramus eum de terra uiuentium. Et iterum Moyses ut deflens eos dicit:Et erit uita suspensa ante oculos tuos:& timebis per diem & noctem:& non credes uitæ tuæ.Sed transcurrēdum nobis est. Iam enim propositæ breuitatis modum excedimus: & breuiatū sermonem longa dissertione distendimus.Pauca tamen addemus:ne penitus quod cœpimus præteriisse uideamur.Scribitur Iesus in latere percussus:aquam simul & sanguinem profudisse. Hoc quippe mysticum ē. Ipse enim dixerat:Quia flumina de uentre eius procedent aquæ uiuæ:sed produxit & sanguinem: quem petierunt iudæi uenire super se & sup filios suos.Produxit igitur aquam:quæ credētes diluat,,pduxit & sanguinem:q cōdēnet incredulos.Pōt tamē ēt itelligi illud qđ duplicē gr̄am baptismi figurauerit:Vnā q̄ dat̄ p aquā baptismi:aliā q̄ p mysteriū ,pfusionis sanguinis pquirit̄.Vtrunque enim baptismum nominatur.Quod & si hoc quæris: cur non ex alio membro sed ex latere potius produxisse dicitur aquam & sanguinem? Videtur mihi per costam mulier indicari. Quia ergo fons peccati & mortis de muliere prima quæ fuit primi Adam costa processit:fons redemptionis ac uitæ de secundi Adam costa producitur. Scriptum est:quod in passiōe eius ab hora sexta usq; ad horam nonam tenebræ factæ sunt. Accipe & de hoc prophetæ testimonium dicētis.Occidet tibi sol meridie.Et iterum Zacharias propheta.In illa inquit die non erit lux:& frigus & pruina in uno die:& dies ille notus domino:& neq; dies neq; nox:& ad uesperam erit lux.Quid tam euidens a propheta dici poterat? Vt iam tum hæc non tam futura prædici q̄ narrari præterita uideantur? & frigus & pruinam prædixit:propterea enim Petrus calefaciebat se ad ignem:quia frigus erat:& patiebatur frigus non temporis:sed fidei.Addit etiam:& dies illa nota domino:& neq; dies neq; nox. Quid est neque dies neque nox? non ne aperte de infertis diei tenebris? & reuocata rursum luce disseruit.non fuit illa dies:neq; enim incepit ab ortu solis.Neq; integra nox fuit.nō enim peracto diei cursu spatia sibi debita:uel ab initio suscepit:uel ad ultimum determinata perduxit,sed fugata per impiorum facinus:lux reparatur ad uesperam. Post horā enī nonam depulsis tenebris sol redditur mundo.Et iterum alius de hoc ipso testimonium dicit: & obscurabit̄ super terram lux.Docet euangelii prædicatio:q; etiam milites diuiserunt sibi uestimenta Iesu: & supra tunicam eius miserunt sortem.Hoc etiam curæ fuit spiritui sancto prophetarum uocibus protestari cum dicit. Diuiserunt sibi uestimenta sua:& super uestem meam miserūt sortem.Sed ne de illa quidem ueste:quam dicunt milites illudentes induisse eum:ideſt de ueste coccinea prophetæ siluerunt.Audi enī quid dicat Esaias. Quis est hic qui uenit de edom?rubor uestimentorum eius ex bosra.Quare rubicunda sunt uestimēta tua? & indumentum tuum:tanquā in torculari calcatum? Vnde & ipse respōdit Torcular calcaui solus filii syon. Solus est qui peccatum non fecit:& abstulit peccatum mundi.Si enim potuit per unum hominem mors introire:quāto magis per unum hominem qui deus erat potuit uita restitui? Refertur etiam q; aceto potatus sit:uel uino myrrhato:quod est amarius felle.Audi quid de hoc propheta prædixerat.Et dederunt inquit in esca mea fel:& in siti mea potauerunt me aceto.Ad quæ respondens iam tunc Moyses dicebat de populo illo:ex uineis sodomorum uitis eorum:& palmes eorum de gomorris.uua eorum uua fellis: & botrus amaritudinis ipsius.Et iterum exprobrans eos dicit.populus stultus & nō sapiens:hæc domino retribuisti? Sed & in canticis eadem prænunciantur:ubi etiam hortus in quo crucifixus ē designatur. Dicit ergo intraui ī hortum meum soror mea:sponsa mea:& uindemiaui myrrham meam:ubi euidenter uinū myrrhatum quo potatus est declarauit.Et spiritum post hæc scribitur reddidisse.prænunciatum fuerat & hoc p prophetam dicentem ex persona filii ad patrem:In manus tuas cōmēdo spiritum meum. Sepultus perhibetur:& lapis magnus appositus ante hostium monumenti.Accipe etiam de hoc quid propheticus per Hieremiam sermo p̄dixerit.Mortificauerunt inquit in lacum uitam meam:& posuerunt lapidem super me. Euidentissima hæc sepulturæ eius indicia ,ppheticis uocibus designata sunt.Accipe tamen & alia.A cōspectu iqt iniqtatis ablatus est iustus:& in pace est locus eius. Et alibi:& dabo malignos pro sepultura eius. & item alius. Recubans dormiuit ut leo:& ut catulus leonis:quis suscitabit eum? Sed etiam quod in infernum descendit: euidenter pronunciatur in psalmis ubi dicit.Et in puluerem mortis deduxisti me.Et iterum. Quæ utilitas in sanguine meo:dum descendero in corruptionem?Et iterum.descendi in limum profundi:& non est substātia. Sed & Ioannes dicit.Tu es qui uenturus es in infernum sine dubio:an alium expectamus? Vnde & petrus dicit:qa christus mortificatus carne:uiuificatus autem spiritu qui in ipso habitat:eis qui in carcere concluſi erant descendit spiritibus prædicare:qui increduli fuere in diebus Noe:in quo etiam quid operis in infernum egerit declaratur.Sed & ipse dominus per prophetam dicit tanquam de futuro.Quia non derelinques animā meā

in inferno:nec dabis ſanctum tuum uidere corruptionem. Quod rurſum prophetice nihilominus oſtendit impletum cum dicit:Domine eduxiſti animam meam ab inferno:ſaluaſti me a deſcendentibus in lacum:Sequitur poſt hæc.Tertia die reſurrexit a mortuis.Reſurrectionis quippe gloria in Chriſto clarificauit omne quod prius infirmum & fragile uidebatur.Si tibi pauloante non putabatur eſſe poſſibile:uſque ad mortem ueniſſe immortalem:aſpice nunc quia qui deuicta morte reſurrexiſſe dicitur:non poteſt eé mortalis.Sed bonitatem in hoc intellige creatoris.quia ille eo uſq; te ſequendo deſcendit:uſq; quo tu peccando deiectus es. Nec creatorem omnium deum impoſſibilitatis accuſes:ut tibi putes opus eius caduco lapſu potuiſſe cõcludi:quo ille ſalutem operaturus peruenire non poſſet.Inferna & ſuperna nobis dicuntur: qui creata corporis circunſcriptione concluſi:intra regionis præſcriptæ nobis terminos continemur. Deo autem qui ubiq; eſt: & nuſquam deeſt:quid infernum eſt?aut quid ſupernum? Verũtamen in aſſumptione corporis etiã iſta conplentur.Reſuſcitatur caro:quæ repoſita fuerat in ſepulchro. ut adimpleretur quod dictum eſt per prophetam:Quia non dabis ſanctum tuum uidere corruptionem.Rediit ergo uictor a mortuis:inferni ſpolia ſecũ trahens.Eduxit enim eos qui tenebantur a morte:ſicut & ipſe prædixerat ubi ait. Cum exaltatus fuero:omnia ad me ipſum traham.Atteſtatur autem de hoc euangelium cum dicit. Quia monumenta aperta ſunt:& multa corpora dormientium ſanctorum reſurrexerunt: & apparuerunt multis: & ingreſſi ſunt in ſanctam ciuitatem illam:ſine dubio ĩgreſſi ſunt ciuitatem:de qua apoſtolus dicit. Quæ autem ſurſum eſt Hieruſalẽ libera eſt:quæ eſt mater omnium noſtrum:ſicut & ad hebræos iterum dicit. Decebat enim eum:ꝓpter quẽ omnia:& per quem omnia:multos filios in gloriam adducẽtem:auctorem:ſalutem eorum per paſſiones cõſumare.Igitur conſumatam paſſionibus carnem humanam quæ mortem ceciderat per protoplaſti lapſum: reſurrectionis uirtute reparatã:in dextera dei ſedens in altiſſimis collocauit:ut & apoſtolus dicit.Qui ſimul excitauit nos:ſimulq; ſedere fecit in cæleſtibus.Hic enim erat figulus:qui ut Hieremias propheta docet:uas de manu ſua colapſum & confractum:rurſum eleuauit manibus ſuis: & reformauit: ſic placuit in conſpectu eius.Placuit autem ita:ut corpus quod mortale & corruptibile ſuſceperat de ſepulchri petra leuatum:& immortale atq; incorruptibile effectum:iam non ĩ terrenis ſed in cæleſtibus & patris dextera collocaret.Plenæ ſunt his ſacramentis ſcripturæ ueteris teſtamenti.Nullus ſuper hoc propheta: nullus legis lator aut pſalmographus ſiluit.ſed omnis pene ſacra de his pagina loquitur.& ideo ſuperfluum uidetur immorari nos ad cõgreganda teſtimonia:Pauca tamen & admodum pauca ponemus:ad ipos fontes diuinorum uoluminum remittentes eos:qui potari abundãtius cupiunt.Dicit ergo ſtatim in pſalmis. Ego dormiui:& ſoporatus ſum: & exurrexi:quoniam dominus ſuſcepit me.Item in alio.Propter miſeriam inopum & gemitum pauperum: nunc exurgam dicit dominus.Et alibi ſicut iam ſuperius diximus:Domine eduxiſti de iferno animam meã: ſaluaſti me a deſcendẽtibus ĩ lacum. Et in alio loco.Quoniam reuerſus uiuificaſti me.& de abyſſo terræ iterum reduxiſti me.Euidentiſſime in octuageſimo ſeptimo pſalmo de eo dicitur: Et factus eſt ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber.Non dixit homo:ſed ſicut homo:qui deſcenderat in infernũ: ſed ĩter mortuos liber erat.quia a morte teneri nõ poterat.Et ideo in uno natura humanæ fragilitatis:ĩ alio diuinæ maieſtatis poteſtas oſtenditur.Oſee autem propheta etiã de tertia die manifeſtiſſime pronunciat hoc modo.Sanauit inquit nos poſt biduum:in die autem tertia reſurgemus:& uiuemus in conſpectu eius.Hæc autem ex perſona eorum dicit:qui cum ipſo die tertia reſurgentes:de morte reuocantur ad uitam. Et ipſi ſunt qui dicunt:Die tertia reſurgemus:& uiuemus in cõſpectu eius.Eſaias uero aperte dicit:Qui eduxit de terra paſtorem magnũ ouium.Sed quod & mulieres uiſuræ eẽnt reſurrectõẽ eius:ſcribis & phariſeis & populo nõ credente:etiã hoc ꝓdicit Eſaias his uerbis.Mulieres quæ uenitis ab ſpectaculo uenite. Nõ enĩ eſt populus hẽns intellectũ.Sed etiã de illis mulieribus quæ poſt reſurrectionẽ perrexiſſe ad ſepulchrũ dicunt: & quæſiſſe eũ: & nõ ĩueniſſe:Sicut de Maria Magdalena:quæ refert ueniſſe ad monumentũ ante lucẽ: & nõ ĩuẽto eo flens dixiſſe ad angelos:quia tulerunt dominũ:& neſcio ubi poſuerunt eũ.Etiã de hoc ita ꝓdicitur in canticis canticorum. In cubili meo quæſiui quem dilexit aĩa mea.In noctibus quæſiui eũ:& non inueni. De illis quoq; qui inuenerunt:& tenuerunt pedes eius:prædicitur in canticis canticoꝝ.Tenebo eum: & non dimittã eum: quẽ dilexit aĩa mea.Hæc ĩterim pauca de multis.Breuitati enĩ ſtudẽtes:plura coaceruare nõ poſſumus.Aſcẽdit ad cælos:ſedet ad dexterã patris.Inde uẽturus eſt iudicare uiuos & mortuos. Conſequẽti breuitate in fine ſermonis hæc cõtinentur:in quibus quod dicit quidẽ palam eſt.Sed conſequenter quo ſenſu intelligi debeant quæ dicunt aſcendiſſe:& ſedere:& uenturꝰ eſſe:niſi ſecundũ dignitatẽ diuinitatis ĩtelligas:aliquid per hæc humanæ fragilitatis uidebit indicari.Cõſumatis &enĩ his quæ in terra gerebantur: & anima de inferni captiuitate reuocata:aſcẽdere memorat ad cælos:ſicut ꝓpheta ꝓdixerat.Aſcẽdens ĩ altũ:captiuã duxit captiuitatẽ.dedit dona hõibus:illa.ſ.dona:q̃ Petrus ĩ actibus apoſtolorꝰ de ſancto ſpiritu dicebat:Exaltatus igit ĩ dextera dei effudit hoc donũ:quod uos uidetis & auditis.Donũ ergo ſpiritus ſancti dedit hoĩbus:quia captiuitatẽ quã prius diabolus ꝑ peccatũ deduxerat ĩ infernũ:chriſtus ꝑ mortis ſuæ reſurrectõnem reuocauit ad cælos.Aſcendit ergo ad cælos:nõ ubi uerbũ deus ante nõ fuerat:qppe qui erat ſemp in cælis: & manebat in patre:ſed ubi uerbũ caro factũ ante nõ ſederat.Deniq; qa nouus iſte ĩgreſſus portas cæli ædituis & principibus uidebat:uidẽtes naturã carnis ſecreta cælorũ penetrantẽ dicũt adinuicẽ:ſicut Dauid plenus ſpiritu ſancto denũciat:Tollite portas principes ueſtras:et eleuamini portæ æternales:et ĩtroibit rex gloriæ. Quis é iſte rex gloriæ?dominus fortis & potẽs domius potẽs ĩ prœlio.Quæ uox utiq; nõ ꝑ diuinitatis potentiam ſed ꝑ nouitatẽ carnis aſcẽdẽtis ad dei dexterã ferebat.Dicit et alibi idẽ Dauid:Aſcẽdit deus ĩ iubilatione:et dominus ĩ uoce tubæ.In uoce etenĩ tubæ mos é uictorẽ redire de prœlio.De ipo quoq; et illud dicit.Qui edificat in cælo aſcenſionem ſuã.Et item alibi.Qui aſcendit ſup cherubim:uolauit ſuper pẽnas uentoꝝ.Sedere

quoq; ad dexteram patris.carnis assumptæ mysterium est.Neq; enim incorporali naturæ conuenienter ista absq; assumptione carnis aptantur:neq; sedis cælestis perfectio diuinæ naturæ sed humanæ conquiritur.unde & dicitur de eo:Parata est sedes tua deus ex tunc a sæculo tu es.Parata igitur a sæculo sedes est:in q̄ dominus Iesus sessurus erat.in cuius nomine omne genu flectatur cælestium:terrestrium & infernorum: & omnis lingua confiteatur ei:quia dominus Iesus est in gloria dei patris.De quo & Dauid ita refert. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis:donec ponam inimicos tuos scabellū pedū tuorꝝ. Quæ tamen dicta dominus in euangelio disserés dicebat ad pharisæos.Si ergo Dauid ī spiritu dominū uocat eum: quomodo filius eius est? per quod ostendit se secundum spiritum dominum:secundum carnem filium esse Dauid. Vnde & ipse dominus iterum dicit.Verumtamen dico uobis ammodo uidebitis filium hominis sedentem ad dexteram uirtutis dei.Et Petrus apostolus dicit de christo:qui est in dextera dei sedens in cælis. Sed & Paulus ad ephesios scribens:Sed operationem inquit potentiæ uirtutis eius:quam operatus est in christo suscitās eum a mortuis:& sedere faciens in dextera sua.Quod autem ueniat iudicaturus uiuos & mortuos: multis quidē diuinarum scripturarum testimoniis edocemur.Sed prius q̄ propheticis hæc eloquiis prædicta doceamus: illud necessario arbitror admonendum:quod ista fidei traditio quottidie nos uult de aduētu iudicis esse solicitos ut actus nostros ita præparemus:tanq̄ reddituri imminenti iudici rationem. Hoc enim erat quod & propheta dicebat de uiro beato. Quia disponit sermones suos in iudicio. Quod autem dicitur iudicare uiuos & mortuos:non ideo dicitur quod alii uiui alii mortui ad iudicium ueniant:sed quod animas simul iudicabit & corpora:in quibus:uiuos animas:mortuos corpora nominauit.Sicut & ipse dominus in euāgelio dicit.Nolite timere eos qui possunt corpus occidere:animæ autē nihil possunt facere.Sed timete potius eū: qui potest & animam & corpus perdere ī gehēnam.Nunc iam paucis si uidetur etiā per prophetas hæc prædicta esse doceamus.Plura autem testimonia cū uolueris:ipse tibi de scripturarꝝ latitudine congregabis.Dicit ergo Malachias propheta.Ecce ueniet omnipotens:& quis sustinebit diē aduentus eius? aut qs sustinebit aspectū eius? qa ipse egredietʼ sicut ignis conflatorii:& sicut herba lauantium & sedebit conflans & purgans sicut argentum & sicut aurum.Vt autem euidentius agnoscas quid sit iste dominus de quo hæc dicūtur audi quid & Daniel propheta pronūciet Videbam inquit in uisu noctis:& ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis ueniens usq; quasi ad uetustum dierum perueniet:& in cōspectu eius oblatus liber:& ipsi datus est principatus & honor & regnū & omnes populi tribus linguæ ipsi seruient:& potestas eius potestas æterna: quæ non præteribit:& regnum eius non corrumpetur.Ex his ergo edocemur non solum de aduentu & de iudicio sed & de potestate eius & regno:quia potestas æterna sit:& sine corruptionis fine sit regnum:sicut & in euangelio dicitur:& regni eius non est finis.Vnde ualde alienus a fide est qui regnum Christi dicit aliquā do finiendum.Scire tamen debemus q; salutarem christi aduentum hunc conatur inimicus ad decipiendos fideles callida fraude simulare:& pro filio hominis qui expectatur uenturus in maiestate patris sui: filium p ditionis in prodigiis & signis mendacibus præparare:ut pro christo mundum hunc introducat antichristū: de quo & dominus ī euāgeliis p̄dixit iudæis.Quia ego ueni ī nomie patris mei:& nō recepistis me: alius ueniet in nomine suo:& ipsum recipietis.Et itez dicit:tunc uidebitis abominationem desolationis stantem ī loco sancto sicut dicit Daniel propheta qui legit intelligat.Daniel ergo de aduentu erroris istius plenius & latius in suis uisionibus edocet.ex quibus ualde operosum est nunc exempla ponere: quæ satis amplis narrationibus dilatantur:& ideo scire de his plenius uolentem ad ipsas magis recensendas remittimus uisiones. Sed & apostolus dicit de eo Ne quis uos seducat ullo modo:quoniam nisi discessio uenerit primum:& reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis:qui aduersatur & extollitur super omne quod dicitur deus aut colitur:ita ut in templo dei sedeat ostendens se tanq̄ ipse sit deus.Et paulo post:& tunc reuelabitur iniquus: quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui:& euacuabit eum illuminatione aduentus sui cuius est aduētus secundum opera sathanæ in omni uirtute signis & prodigiis mēdacibus.Et item paulo post:& ideo mittet illis deus operationem erroris:ut credant mendacio:ut iudicentur omnes: qui non crediderunt ueritati, propterea ergo propheticis & euangelicis atq; apostolicis uocibus nobis pronunciatur hic error: nequi pad uentu christi aduentum credāt antichristi:sed sicut ipse dixit Cum dixerit uobis:Ecce christus hic aut ecce illic:nolite credere. Venient enim multi pseudo christi & pseudo prophetæ:& seducent multos.Sed quomodo demonstrauerit indicium ueri christi uideamus.Sicut fulgur inquit de oriente resplendet usq; in occidētem:ita erit aduentus filii hominis.cum ergo aduenerit dominus Iesus christus sedebit: & iudicium statuet: sicut & in euangeliis dicit: & segregabit oues ab hædis ideſt iustos segregabit ab iniustis sicut & apostolus scribit.Quando omnes nos stare oportet ante tribunal christi:ut recipiat unusquisq; propria corporis prout gessit siue bona siue mala.Iudicamur autem non solum pro gestis sed etiam pro cogitatis secundum q; & ipse apostolus dicit:Inter se inuicem cogitationibus accusantibus: aut ēt defendentibus in die quo iudicabit occulta hominum. Sed & de his ista sufficiant. Post hæc ponitur in ordine fidei. Et in spiritu sancto. Ea quæ in superioribus paulo latius de christo sunt tradita ad incarnationis & passionis eius mysterium pertinent:quæ dum media intercedunt personæ ipsius coaptata sancti spiritus commemorationem paulo longius reddiderunt.Cæterum si sola diuinitatis ratio habeatur:eo modo quo in principio dicitur Credo in deum patrem omnipotentem:& post hæc In iesum christum filium eius unicum dominum nostrum: Ita iungitur Et in spiritu sancto.Illa uero omnia quæ de christo memorantur ad dispēsationem carnis ut diximus spectant.Igitur in sancti spiritus commemoratione adimpletur mysterium trinitatis. Sicut enim unus dicit pater:& alius non est pater:& unus dicitur unigenitus filius:& alius unigenitus filius non est: Ita & spiritus sanctus unus ē:& alius non pōt esse spiritus sanctus. Vt ergo fiat distinctio psonarꝝ affectōis uocabula secer-

nuntur:quibus ille pater intelligatur,ex quo omnia:& quia ipſe nō habeat patrem.Iſte filius tanq̄ qui ex patre natus ſit:& hic ſpiritus ſanctus tanq̄ de utroq; procedens:& cuncta ſanctificās. Vt aūt i una eademq; trinitate diuinitas doceat:ſicut dictū eſt i deo patre credi adiecta p̄poſitiōe in:ita & i chriſto filio eius: ita & in ſpiritu ſancto memorat.Sed ut manifeſtius fiat qđ diximus:ex cōſequētibus approbabit. Sequit nanq; poſt hunc ſermonē Sanctam eccleſiā catholicā:remiſſionē peccatoꝝ:carnis reſurrectionem Non dixit in ſancta eccleſia catholica:nec in remiſſione peccatoꝝ:nec i carnis reſurrectione.Si enim addidiſſet in p̄poſitionem una cū ſuperioribus eadēq; uis fieret.Nūc aūt in illis quidē uocabulis ubi de diuinitate ordinat fides: i deo patre dicit & in chriſto filio eius & in ſpiritu ſancto.i cæteris uero ubi nō de diuinitate ſed de creaturis & de myſteriis ſermo eſt in præpoſitio nō additur:ut dicat in ſancta eccleſia:ſed ſanctā eccleſiā credēdam eſſe: nō ut deum ſed ut eccleſiam deo congregatam.Et remiſſionem peccatorum credant eſſe: non in remiſſionem peccatorum:& reſurrectionem carnis credant:nō in reſurrectionē carnis.Hac itaq; p̄poſitionis ſyllaba creator a creaturis ſecernitur:& diuina ſeparantur ab humanis.Hic igitur ſpiritus ſanctus eſt:qui in ueteri teſtamento legem & prophetas:in nouo euangelia & apoſtolos iſpirauit. Vnde & apoſtolus dicit Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata utilis eſt ad docendum.Et tamen quæ ſint noui ac ueteris teſtamenti uolumina: q̄ ſecundum maioꝝ traditionē p ipſum ſpiritū ſanctū inſpirata creduntur:& eccleſiis chriſti tradita:cōpetens ui det hoc i loco euidēti numero ſicut ex patrū monumētis accepimus deſignare,Itaq; ueteris teſtamēti oīum primo Moyſi q̄nque libri ſunt traditi Geneſis:Exodus:Leuiticus:Numeri:Deuteronomiū. Poſt hæc Ieſus naue iudicū ſimul cū Ruth.Quattuor poſt hæc regnoꝝ libri:quos hebræi duos numerāt Paralipomenon: q dieꝝ dicit liber.& Eſdræ duos:q apud illos ſinguli cōputant.& Heſter.,pphetaꝝ uero Eſaias Hieremias Ezechiel & Daniel.,p̄terea.xii.,pphetaꝝ liber unus.Iob quoq; & pſalmi Dauid ſinguli ſunt libri. Salomonis uero tres eccleſiis traditi:,puerbia:eccleſiaſtes:cantica canticoꝝ.In his cōcluſerūt numeꝝ librorꝝ ueteris teſtamēti.Noui uero quattuor euāgelia Mathæi Marci Lucæ & Ioānis. Actus apoſtoloꝝ quos deſcribit Lucas.Pauli apoſtoli epiſtolæ.xiiii.Petri apoſtoli epiſtolæ duæ. Iacobi frīs domini & apoſtoli una.Iudæ una.Iohannis tres.Apocalypſis Ioānis.Hæc ſunt quæ patres itra canonē cōcluſerunt:ex q̄bus fidei noſtræ aſſertiōes cōſtare uoluerūt.Sciēdū tamē é q̄ & alii libri ſunt q nō canonici ſed eccleſiaſtici a maioribus appellati ſunt ideſt Sapiētia quæ dī Salomonis:& alia ſapiētia quæ dicit filii Syrach:q liber apud latinos hoc ipſo generali uocabulo eccleſiaſticus appellat:quo uocabulo nō auctor libelli ſed ſcripturæ qualitas cognomiata é.Eiuſdem ordinis libellus eſt Tobiæ & Iudith & Machabeoꝝ libri.In nouo uero teſtaméto libellus qui dicit paſtoris ſiue hermes:qui appellat duæ uiæ uel iudiciū Petri.Quæ oīa legi quidē i eccleſiis uoluerūt:non tamē ,pferri ad autoritatē ex his fidei cōfirmandā.Cæteras uero ſcripturas apocryphas nominarūt:quas i eccleſiis legi noluerūt.Hæc nobis a patribus ut dixi tradita ſunt:quæ ut dixi opportunū uiſum é hoc i loco deſignare ad iſtructionē eoꝝ qui prima ſibi eccleſiæ ac fidei elemēta ſuſcipiūt:ut ſciāt ex quibus ſibi fontibus uerbi dei hauriēda ſint pocula.Tenet deinde ratio fidei ſanctā eccleſiā.Cauſam iam ſuperius diximus cur nō dixerint ét hic i ſanctā eccleſiā.Hi igit qui ſupra i uno deo credere edocti ſunt ſub myſterio trinitatis:credere ét hoc debēt unā eſſe eccleſiā ſanctā:i qua eſt una fides & unū baptiſma:i qua unus deus credit p̄r, & unus dominus ieſus chriſtus filius eius:& unus ſpiritus ſanctus.Iſta eſt ergo ſancta eccleſia nō habēs maculam aut rugam.Multi enī & alii eccleſias cōgregarūt:ut Martion & Valentinus & Hebion & Manichæus & cæteri oēs hæretici.Sed & illæ eccleſiæ nō ſunt ſine macula uel ruga p̄fidiæ.& ideo dicebat de illis ,ppheta Odi eccleſiā malignantiū:& cū impiis nō ſedebo.De hac aūt eccleſia quæ fidē chriſti integrā ſeruat audi quid dicat ſpūs ſanctus in canticis canticoꝝ: Vna eſt columba mea una eſt p̄fecta genetrici ſuæ. Qui ergo hanc fidē i eccleſia ſuſcipit:nō declinet in concilio uanitatis:& cū iniqua gerentibus nō introeat. Conciliū nāq; uanitatis eſt quod ait Martion:qui negat patrē Chriſti deū eſſe creatorē:qui p filium ſuum fecerit mundū.Conciliū uanitatis eſt qđ Hebion docet ita chriſto credi debere:ut circūciſio carnis & obſeruatio ſabbati & ſacrificiorū ſolēnitas cæteræq; omnes obſeruantiæ ſecundum legis litteram teneantur.Conciliū uanitatis eſt qđ docet Manichæus:primo qui ſe ipſum paraclytū nominauit:tum deinde qui mūdū a malo factū dicit:deū creatorem negat:teſtamētū uetus repudiat:unā bonā aliā malam naturā ſibi iuicē aſſerit repugnāt: coæternas aīas hoīum ſecundū pythagoreos i pecudes & aīalia & beſtias redire p diuerſos naſcēdi circulos aſtruit: reſurrectionē carnis noſtræ negat:paſſionē domini & natiuitatē nō i ueritate carnis ſed i phātaſiis fuiſſe cōfirmat. Cōciliū uanitatis eſt qđ Paulus ſamoſatenus & eius poſt hæc ſucceſſor Photinus aſſeruit Chriſtū non fuiſſe ante ſæcula natū ex p̄re:ſed ex Maria cœpiſſe:& nō eū deū hoīem natū:ſed ex hoīe deū factū exiſtimat.Cōciliū uanitatis é qđ Arrius atq; Eunomius docuit q filiū dei nō ex ipſa patris ſubſtātia natū:ſed ex nīhilo creatū uoluit.Cōciliū uanitatis eſt & qđ illi aīunt:q filiū dei qdē de ſubſtantia patris fatent: ſanctū uero ſpiritū ſeparāt & ſecernūt:cū utiq; unā eādemq; uirtutē & diuinitatē trinitatis oſtēdat ſaluator i euangelio cū dicit Baptizate oēs gentes In nomine patris & filii & ſpiritus ſancti:& eſt aperte ipiū ſepari ab homine qđ diuinitus iungit.Conciliū uanitatis eſt & hoc qđ olim cōgregauit ptinax & praua contentio:aſſerēs chriſtū carnē qdē humanā ſuſcepiſſe:nō tamē & aīam rationabilem:cū utiq; & carni & ſanguini & ſenſui humano ac mēti una eademq; ſalus a chriſto collata ſit.Sed & illud conciliū uanitatis eſt qđ Donatianus per africam traditionem eccleſiæ criminando contraxit:& qđ Nouatus ſolicitauit lapſis pœnitentiam denegando:& ſecūdas nuptias cum forte iniri eas neceſſitas exegerit condēnando.Has ergo oēs uelut congregationes malignātiū fuge:Sed & eos ſi qui illi ſunt qui dicuntur aſſerere q filius dei non ita uideat uel nouerit patrē ſicut noſcit ipſe & uidet a patre:uel regnum chriſti eſſe finiendum:aut carnis reſurrectionē non itegra naturæ ſuæ ſubſtantia reparādam:futurum dei iuſtum erga oēs negare iudicium:diabolū debita abſolui dānatiōe pœnaꝝ.

Ab his inquā oībus fidelis declinet auditus. Sanctā uero eccleſiā tene: quæ deū patrē oīpotentē & unicū filium eius leſum chriſtū dominū noſtrū & ſpiritū ſanctū cōcordi & cōſona ſubſtātiæ rōne ꝓfiteť: Filiūq; dei natū ex uirgine: paſſum ꝓ ſalute humana: ac reſurrexiſſe in ea carne qua natus eſt credit: eū deniq; uēturū iudicē oīum ſperat: in quo & remiſſio peccatorū & carnis reſurrectio p̄dicatur. Verū de remiſſione peccatorū ſufficere debere ſola credulitas. Quis enim cauſas aut rōnē requirat ubi indulgentia principaliter eſt: cū terreni regis liberalitas diſcuſſioni nō ſit obnoxia: ab humana temeritate diſcutiť diuina largitio? Solent. n. cū irriſione aduerſum nos dicere pagani: q; ipſi nos decipiamus: qui putemus crimina quæ opere cōmiſſa ſunt uerbis poſſe purgari: & aiunt. Nūquid p̄ōt qui homicidiū fecit homicida nō eſſe? & adulter nō uideri q; adulteriū ꝓpetrauit? Quomō ergo huiuſcemodi criminū reus ſanctus nobis effici ſubito uidebiť? Sed ad hæc ut dixi melius fide q̄ rōne reſpōdeo. Rex. n. eſt oīum qui ꝓmiſit: terræ cæliq; dominus eſt q; hæc polliceť. Non uis ut ei qui ex terra hoīem fecit: credā qđ ex criminoſo me faciat īnocentē? Et qui me cū eſſem cæcus fecit uidere: uel cū eſſem ſurdus audire: q; mihi claudo greſſum reddidit īnocētiā mihi pditā poterit recuparе? Et tamē ueniamus ad ipſius teſtimoniū. Occidere hoīem nō ſemp criminoſum ē: ſed malitia nō legibus occidere criminoſum eſt. Non ergo factū me ī talibus: qa interdū & recte fit: ſed aīus male cōſulens dānat. Si ergo aīus in me qui criminoſus eſt effectus: & in quo fuit origo uitii corrigať: cur tibi uidear nō poſſe innocēs effici qui prius fueram criminoſus? Si enim ut ſupra oſtendi conſtat q; nō in facto ſed in uoluntate ſit crimen: ſicut mala uoluntas auctore malo dæmone peccato me & morti fecit obnoxiū: ita in bonū uoluntas mutata auctore bono deo īnocentiæ me reddidit & uitæ. Similis cā & ī cæteris criminibus. Hoc mō fides noſtra non inuenitur naturalibus rationibus aduerſari: dū remiſſio peccatorū non geſtis quæ mutari non poſſunt: ſed aīo quē de malo in bonū uerti certū eſt deputeť. Sed & ulterius ſermo iſte q; reſurrectionē carnis ꝓnunciat ſummā totius pfectionis ſuccincta breuitate concludit: Quāuis ēt de hoc non ſolū a gentilibus ſed ab hæreticis fides īpugneť eccleſiæ. Nā Valētius reſurrectionē carnis oīmō negat: & manichæi: ſicut ſupra oſtēdimus. Sed iſti Eſaiā qđē ꝓphetā dicētē Reſurgent mortui: & ſuſcitabunť q; ſunt in ſepulchris audire noluerunt: nec Danielem ſapientiſſimū ꝓteſtantē: Quia tunc reſurgent qui ſunt in terræ puluere. Hi quidem in uitam æternā: hi aūt in obprobriū & confuſionē æternā. Tamen uel in euāgeliis quæ recipere uidenť diſcere deberent a domino & ſaluatore nr̄o Saduceos docente dictū. Quod autē reſurgant mortui: Non legiſtis quomodo dicit Moyſes ī rubo deus Abrahā deus Iſaac deus Iacob: deus aūt ē nō mortuorū ſed uiuentiū. In quo ēt quæ ſit & quāta reſurrectionis gloria ī ſuperioribus memorauit cū dixit: In reſurrectōe aūt mortuorū neq; nubēt neq; nubenť: ſed erūt ſicut angeli dei. Reſurrectōis ergo iuſtorū gloriā angelis cū hōibus confert. ſtatim. n. ut reſurrexerint nō itē ī terra cū pecudibus ſed ī cælo cū angelis uiuent. Quos tamē ad hoc rō uitæ purioris admiſerit? Illos. ſ. q iā nunc conſeruā animæ ſuæ carnē caſtis pudicitiæ frenis obediētiæ ſancti ſpiritus ſubiugauerint: & oī eā uiciorū labe tenuatā atq; ī ſpiritalē gloriā ſanctificatōis uirtute mutatam angelorū quoq; meruerit inferre cōſortiis. Sed infideles clamāt & dicunt. Quomō p̄ōt caro quæ putrefacta diſſoluitur: aut in puluerē uertitur: maris ēt interdū profundo ſorbetur: fluctibuſq; diſpergitur: colligi rurſum & reintegrari ī unū corpus: & ex aīa hominis reparari? Ad quos primā interim reſpōſionē ſermonibus Pauli faciamus: dicētis eis: Inſipiens tu quod ſeminas non uiuificať: niſi prius moriať. & quod ſeminas non corpus quod futurū eſt ſeminas: ſed nudū granum tritici: aut alicuius cæterorū ſeminū. deus aūt dat corpus prout uult. Quod aūt in ſeminibus quæ in terrā iacis ꝑ annos ſingulos fieri uides: hoc in tua carne quæ lege dei ſeminať in terra: futurū eſſe nō credis. Cur quæſo tā anguſtus & inualidus diuinæ potētiæ æſtimatores: ut diſperſum uniuſcuiuſq; carnis puluerē in ſuā rōnē colligi: & reparari poſſe nō credas? An nō cēſeas: cū uideas q; ēt mortale ingeniū demerſas ī ꝓfundū terræ metallorū uenas rimaťi & artificis oculus aurū uidet ī quo īperitus terrā putat? Hæc cur qđē nō cōcedimus ei: q; fecit hominē: quando tantū is q; ab ipſo factus ē aſſeq; p̄ōt? Et cū auri ꝓpriā uenā: & argenti aliā: æris quoq; longe diſparē: ferriq; ac plūbi diuerſam intra ſpeciē terræ latere mortale deꝑhēdat īgeniū diuina uirtus īuenire poſſe ac diſcernere nō putabiť uniuſcuiuſq; carnis ꝓpriū ſenſum ēt ſi uideať diſperſus? Sed ad hæc tentemus animas quæ deficiunt ī fide naturalibus rationibus adiuuare. Si quis diuerſa ſemina in unū ꝓmiſceat: & hæc indiſcreta ſeminet: uel paſſim ſpargat ī terrā: nōne uniuſcuiuſq; ſeminis granum quocunq; loci iactū fuerit: cōpetenti tēpore ſecundū naturæ ſuæ ſpeciē germen ꝓducet: ut ſtatū ſuæ formæ ſuiq; corporis reparet? Ita ergo uniuſcuiuſq; carnis ſubſtantia q̄uis uarie diuerſeq; diſpſa ſit: rō tamē ipſa quæ ineſt unicuiq; carni eſt īmortalis: qa īmortalis animæ caro eſt ex eo tpe: quo ſeminatis in terrā corporibus primū ueri dei uoluntati arriſit: collectū terræ attractūq; ſubſtantiæ ſuæ ſenſum reddit: ac reparat in illā ſpeciē: quā mors aliquādo diſſoluerat. Et ita fit unicuiq; animæ: ut nō ad cōſuſum aut extraneū corpus: ſed ad ſuū quod habuerat repareť. Cōſequēter p̄ōt ꝓ agonibus p̄ſentis uitæ cū aīa ſua caro uel pudica coronari: uel īpudica puniri. Et ideo ſatis caute eccleſia nr̄a fidē ſymboli docet. quæ ī eo qđ cæteris tradiť carnis reſurrectionē: uno addito ꝓnoīe tradidit huius carnis reſurrectionē. Huius ſine dubio: quā hēt is q; ꝓfiteť ſignaculo crucis fronti īpoſito. quo ſciat unuſquiſq; fideliū carnē ſuā ſi mundā ſeruauerit a peccato: futurū eſſe uas honoris utile domino ad oē opus bonū paratū. Si uero contaminatā ī peccatis: futurū eſſe uas iræ ad iteritū. Iā uero de ipſa reſurrectōis gloria & de ꝓmiſſiōis magnitudine: ſi qs plenius ſcire deſiderat: ī oībus pene diuinis uoluminibus īueniet indicari. Ex qbus nos cōmonitōis tātūmō gratia pauca p̄ſenti loco memorātes: finē iniuncti a te opuſculi faciemus. Igiť apoſtolus Paulus q; reſurgat mortalis caro aliis multis aſſerit argumētis dicens. Quod ſi reſurrectio mortuorū nō ē ergo nec Chriſtus non reſurrexit. Si aūt Chriſtus nō reſurrexit: inanis eſt prædicatio noſtra: uacua ē & fides noſtra. Et paulo poſt. Nunc aūt Chriſtus reſurrexit a mortuis initiū dormientiū: quoniā qđē ꝑ hominē mors & ꝑ hoīem

reſurrectio mortuoꝝ. Sicut.n.ī adā oēs moriūtur:ita in Chriſto oēs uiuificabuntur. Vnuſquiſq; aūt in ſuo ordine initiū Chriſtus.deinde hi qui ſunt Chriſti in aduentu eius.deinde finis.Et ī ſequētibus addit & hæc. Ecce myſteriū uobis dico:oēs qdē reſurgemus:non oēs aūt īmutabimur.ſiue ut in aliis exēplaribus inuenimus.Omnes qdē dormiemus:oēs aūt īmutabimur.in momento:in ictu oculi:in nouiſſima tuba. Canet enī tuba:& mortui reſurgent īcorrupti:& nō īmutabimur.Sed & ad Theſſalonicēſes nihilominus ſcribēs dicit. Nolo aūt uos ignorare fratres de dormientibus:ut cōtriſtemini ſicut cæteri q ſpē nō habēt. Nā ſi credimus qđ Ieſus mortuus ē & reſurrexit:ita & deus eos q dormierūt p Ieſum adducet cū illo. Hoc.n. uobis dicimus ī uerbo domini:qa nos q uiuimus q reliq ſumus:ī aduētu domini p̄ueniemus eos q dormierūt.quia ipſe dominus ī iuſſu & ī uoce archāgeli & tuba dei deſcēdet de cælo:& mortui q ī Chriſto ſunt reſurgēt primi deīde nos q uiuimus q reliqui ſumus ſimul cū illis rapiemur ī nubibus obuiā Chriſto ī aera:& ita ſemp cū domino erimus. Veꝝ ne exiſtimes hæc Pauli ſolius q̄ſi nouella p̄dicatiōe ſignari: audi ēt qd Ezechiel ꝓpheta olim per ſpiritū ſanctū prælocutus ſit.Ecce inquit ego aperiā ſepulchra ueſtra:& educā uos de ſepulchris ueſtris.Iob quoq; myſticis redundans eloquiis audi q̄ euidēter reſurrectionē mortuoꝝ prædicet ē īquit arbori ſpes:ſi enim abſciſſa fuerit:iteꝝ pullulabit & uirgultū eius nunq̄ deficiet.Quod ſi ſenuerit in terra:eſt radix eius.Si uero ī petra emortuus fuerit trūcus:ab odore aquæ reflorebit:& faciet fruticē ſicut nouella. Vir uero ſi mortuus fuerit:abierit?& mortalis ſi ceciderit:ultra nō erit?Non tibi uī ī uerbis his cū quodā pudore arguere hōies & dicere.Itane ſtultū eſt hōium genus:ut cū uideāt exciſæ arboris trūcū rurſum pullulare de terra:& lignū emortuū iteꝝ uitā recipere:ipſis ue lignis qdē aliqd ſimile de ſemetipſis nec arboribus opineſ?Vt aūt ſcias q ueluti interrogātis mō legendū ſit qđ dixit:mortalis aūt cū ceciderit:nō reſurget? de conſequentibus probat.Subiungit nāq; ſtatim.Si.n.mortuus fuerit homo:uiuet.Et paulo poſt dicit.Expectabo uſq;quo iteꝝ fiam.Et iteꝝ idē dicit.Qui reſuſcitaturus eſt ſup terrā pellem meā:quæ hæc nūc haurit.Hæc quidē ad ꝓbationē dicta ſunt ꝓfeſſiōis noſtræ:qua cōfitemur ī ſymbolo huius carnis reſurrectionē. Quod enim adiunctū eſt huius:uide q̄ conſonū ſit oībus his:quæ de diuinis uoluminibus memorauimus: Quid enim aliud indicatur in dictis Iob quæ ſuperius expoſuimus:qa cū dicit reſuſcitabit pellē meā:quæ hæc nūc haurit.i.quæ iſta torméta ꝓpetiť.nōne aperte dicit huius carnis reſurrectionē futurā:huius īquā quæ tribulationū & tentationū cruciaméta quæ ſunt nunc ſuſtinet?Sed & apoſtolus cū dicit.Oportet.n. corruptibile hoc īduere īcorruptionē:& mortale hoc īduere īmortalitatē.Núquid nō corpus ſuū quodámō cōtingētis & digito palpātis eſt uox?Hoc ergo quod nunc corruptibile corpus eſt:reſurrectionis gratia īcorruptibile erit. & hoc qđ nūc mortale eſt:īmortalitatis uirtutibus īdueť.Vt ſicut xp̄s reſurgēs a mortuis ultra iā non moriturus:mors ei ultra non dominabiť:ita & q in chriſto reſurgent:nec corruptionē ſentient ultra nec morte: nō natura carnis abiecta:ſed conditione eius & qualitate mutata.Erit ergo corpus qđ reſurget a mortuis in corruptibile & īmortale nō ſolū iuſtoꝝ ſed ēt peccatoꝝ.Iuſtoꝝ quidē:ut ſemp poſſint ꝓmaneť cū Chriſto. Peccatoꝝ uero:ut abſq; interitione ſua debitas luant pœnas.Quod aūt iuſti ſemp cū domino xp̄o ꝓmanēant:iā & in ſupioribus edocuimus:ubi oſtendimus qa apoſtolus dicit.Deinde nos q uiuimus:qui reliqui ſumus:ſimul cū illis rapiemur in nubibus obuiā chriſto in aera:& ita ſemp cū domino erimus. Nec mireris:ſi caro ſanctoꝝ in tantā gloriā ex reſurrectiōe mutabiť:ut ī occurſum dei ſuſpēſa nubibus & aere uecta rapiatur:cū ipſe apoſtolus exponēs quantū cōferat deus his qui diligūt eū dicat.Qui trāſmutauit corpus humilitatis noſtræ cōforme fieri corpori claritatis ſuæ.Nihil ergo abſurdū eſt.ſi ſanctoꝝ corpora dicanť nubibus in aera ſuſtolli:cū ad formā corporis chriſti quod ī dextera ſedet dicanť reformanda.Sed & hoc ſanctus apoſtolus uel de ſe uel de cæteris ſui loci uel meriti addidit:& dixit.Quia conſuſcitabit nos cū chriſto: ſimulq; faciet ſedere in cæleſtibus. Vnde cū hæc & eoꝝ ſimilia q̄plurima ſancti dei in repromiſſionibus habeant in reſurrectiōe iuſtoꝝ:nō erit iam difficile credere ēt illa quæ ꝓphetæ prædixerāt:quod iuſti ſcilicet fulgebūt ſicut ſol:& ſicut ſplendor firmaméti ī regno dei.Cui.n.difficile uidebiť eos fulgoré ſolis habituros ac ſideꝝ: ac firmaméti huius ſplendore decoratos:quibus uel uita uel cōuerſatio angeloꝝ dei paraťī cælis? uel cōformandi dicuntur ad gloriā corporis chriſti? Ad quā gloriā ſaluatoris ore ꝓmiſſam reſpiciens ſanctus apoſtolus dixit.Quia ſeminatur corpus aīale:reſurget corpus ſpiritale.Si enim ueꝝ eſt:ſicut certe uerum eſt: q̄ iuſtos quoq; & ſanctos angeloꝝ conſortiis ſociabit diuina dignatio:certum eſt q̄ & corpora eorum in ſpiritalis corporis gloriā uertet.Nec hoc tibi contra naturalem corporis rationem uideatur eſſe promiſſum. Si.n. credimus ſecundum ea quæ ſcripta ſunt:q̄ accipiens deus limum terræ:plaſmauit hominem:& hæc fuit natura corporis noſtri:ut uoluntate dei terra uertereť in carnem:cur tibi aut abſurdum aut contrarium uidetur:ſi iiſdem rationibus quibus terra proficiſci dicitur in corpus animale:rurſum corpus animale in corpus proficiſci ſpiritale credatur?Hæc quidē atq; his ſimilia multa inuenies ī ſcripturis diuinis de reſurrectiōe iuſtoꝝ.Dabiť aūt ēt peccatoribus ut ſupra diximus īcorruptionis & īmortalitatis ex reſurrectione conditio: ut ſicut iuſtis deus miniſtrat ad perpetuitatem gloriæ:ita peccatoribus ad prolixitatē confuſionis miniſtret & pœnæ.Sic enim propheticum diffinit eloquiū:cuius & paulo ante meminimus ubi dicit: Et multi reſurgēt de terræ puluere.hi quidē in uitā æternā:hi aūt in confuſionē & obprobriū æternū.Si ergo ītelleximus qua ueneratione deus oīpotens pater dicatur: quoue ſacramento dominus noſter ieſus chriſtus unicus eius filius habeať:& qua p̄fectione ſanctus eius ſpūs nomineť:utq; ſancta trinitas unū ſit p ſubſtantiā:ſed affectu p̄ſoniſq; diſcreta.qd ēt partus uirginis:qd uerbi ī carne natiuitas:qd ſacramētū crucis:q̄ utilitas diuini ad inferna deſcenſus:quo reſurrectōis gloria:& aīaꝝ de infernis reuocata captiuitas:qd ēt aſcēſus eius ad cælū:& uēturi iudicis expectatio:ſed & ſanctæ eccleſiæ aduerſus cōgregatōes uanitatis:q̄liter haberi debeat agnitio: q̄ ſacroꝝ uoluminū numerus:queue hæreticoꝝ uitāda cōuēticula:utq; ī peccatoꝝ remiſſiōe diuinæ liber-

tati nequaq̃ rō naturalis obſiſtat. Et ut carnis noſtræ reſurrectionē nō ſolū diuinæ uocis ſed & ipſi dominī & ſaluatoris noſtri exēplū & cōſequentia naturalis rōnis aſſignet. Si inquā hoc ſecundū traditionis ſupra expoſitæ regulam conſequenter aduertimus: deprecemur: ut nobis & omnibus qui hoc audiunt concedat dominus fide quam ſuſcepimus cuſtodita: curſu conſumato expectare iuſtitiæ repoſitā coronā: & inueniri inter eos qui reſurgunt in uitam æternam. Liberari uero a confuſione & obprobrio æterno per chriſtū dominū noſtrū: per quem eſt deo patri omnipotēti cum ſpiritu ſancto gloria & imperiū ī ſæcula ſæculoꝝ. Amē.

Expoſitio fidei beati Hieronymi p̄ſbiteri ad Damaſum papā. In qua hæreſes plurimas de trinitate & icarnatione uerbi ipie ſentientes dānat: petens ſuā fidē a Damaſo cōprobari. Epiſtola ſecunda.

Credimus in deū patrem oīpotentē cunctoꝝ uiſibiliū & inuiſibilium conditorē. Credimus & in dominū noſtrum Ieſum chriſtū: p quē creata ſunt omnia: ueꝝ deū unigenitū & ueꝝ dei filium: non factū aut adoptiuū ſed genitū: & unius cū patre ſubſtantiæ: atq; ita p oīa æqualē deo patri: ut nec tēpore nec gradu nec poteſtate poſſit eſſe inferior. Tantūq; confitemur eſſe illū q eſt genitus: quātus eſt ille qui genuit. Non aūt qa dicimus genitū a patre filiū diuina & ineffabili generatione: aliqđ ei tēpus aſcribimus: ſed nec patrē aliquādo cœpiſſe: nec filiū. Non enim aliter confiteri poſſumus æternū patrem: niſi confiteamur etiam coæternum filium. Ex filio enim pater dicitur. & q ſemper pater fuit: ſemp habuit filiū. Credimus & in ſpiritū ſanctū: uerū deū ex patre procedentē: æqualem per oīa patri & filio poteſtate: uoluntate: æternitate: ſubſtantia. Nec eſt prorſus aliquis in trinitate gradus: nihil quod iferius ſuperiuſue dici poſſit. ſed tota diuinitas ſui perfectione æqualis eſt: ut exceptis uocabulis quæ proprietatem perſonarū indicant: quicquid de una perſona dicitur: de tribus digniſſime poſſit intelligi. Atq; ut confundentes Arriū unam eandēq; dicimus trinitatis eſſe ſubſtantiā: & unū in tribus perſonis fatemur deū: ita ipietatem Sabellii declinantes tres p̄ſonas expreſſas ſub proprietate diſtinguimus: nō ipſum ſibi patrē: ipſum ſibi filiū: ipſum ſibi ſpiritū ſanctū eſſe dicentes: ſed aliam patris: aliam filii: aliam ſpiritus ſancti eſſe perſonam. non enim nomina tantūmodo ſed etiam nominum proprietates ideſt perſonas uel ut græci exprimunt hypoſtaſes hoc ē ſubſtantias confitemur. Nec pater filii aut ſpiritus ſancti perſonam aliquando excludit: nec rurſus filius aut ſpiritus ſanctus patris nomen perſonamq; recipit: ſed pater ſemp pater eſt: filius ſemp filius: ſpiritus ſanctus ſemper ſpiritus ſanctus. Itaq; ſubſtantia unum ſunt: perſonis ac nominibus diſtinguuntur. Ipſum aūt dei filium qui abſq; initio æternitatē cū patre & ſpiritu ſancto poſſedit: dicimus in fine ſæculorum perfectum naturæ noſtræ hominem ſuſcepiſſe ex maria ſemper uirgine. & uerbū carnem eſſe factū: aſſumendo hominē: non permutando deitatem: nec ut quidam ſceleratiſſime opinantur: ſpiritū ſanctum dicimus fuiſſe pro ſemine: ſed potentia ac uirtute creatoris operatum. Sic autem confitemur in chriſto unam filii eſſe perſonam: ut dicamus duas eſſe perfectas atq; integras ſubſtantias: ideſt diuinitatis & humanitatis: quæ ex anima continetur & corpore. Atq; ut condemnemus Photinum qui ſolum & nudum hominem confitetur in chriſto: Ita Anathematizamus Apollinarē & eius ſimiles: q dicunt dei filiū minus aliqđ de humana ſuſcepiſſe natura: & uel in carne uel ī anima uel in ſenſu aſſumptū hominē his propter quos aſſumptus eſt fuiſſe diſſimilē. quē abſq; ſola peccati macula quæ naturalis non eſt nobis confitemur fuiſſe cōformē. Illorum quoque ſimiliter execramur blaſphemiam: qui nouo ſenſu aſſerere conantur a tēpore ſuſceptæ carnis oīa quæ erāt deitatis in hoiem demigraſſe & rurſum quæ erāt humanitatis ī deū eſſe trāſſuſa: ut qđ nulla unq̃ hæreſis dicere auſa eſt: uideat hac cōfuſione utraq; exinanita ſubſtātia diuinitatis ſcilicet & humanitatis & a ꝓprio ſtatu ī aliud eſſe mutata: qui tā deū imperfectū in filio q̃ hominē cōfitent̄: ut nec deū ueꝝ nec hominē tenere credant̄. Nos aūt dicimus ſuſceptū a dei filio paſſibile noſtrū: ut diuinitas ipaſſibilis permaneret. Paſſus eſt enī dei filius non putatiue: ſed uere omnia quæ ſcriptura teſtat̄: ideſt eſuriem: ſitim: laſſitudinē: doloꝝ: mortē: & cuncta huiuſmodi. Secundum illud Paſſus eſt quod pati poterat: ideſt non ſecundum illam ſubſtantiā quæ aſſumpſit: ſed ſecundum illam quæ aſſumpta eſt. Ipſe enim dei filius ſecundum ſuam deitatem impaſſibilis eſt ut pater: incomprehenſibilis ut pater: inuiſibilis ut pater: & q̃uis ꝓpria perſona filii ideſt dei uerbū ſuſcepit paſſibilē hominē: ita tamen eius habitatione ſecundum ſuam ſubſtantiam deitas uerbi nihil paſſa eſt: ut tota trinitas: quam impaſſibilem confiteri neceſſe eſt. Mortuus eſt ergo dei filius ſecūdū ſcripturas iuxta id quod mori poterat. Reſurrexit tertia die. Aſcendit in cælū: ſedet ad dexteram dei patris: manente ea natura carni: in qua natus & paſſus eſt: in qua ēt reſurrexit. Non.n. exinanita eſt humanitatis ſubſtātia: ſed glorificata: in æternūq; cū deitate manſura. Accepta ergo a patre oīum poteſtate: quæ ī cælo ſunt & ī terra: uēturus ē ad iudicium uiuorum & mortuorum: ut & iuſtos remuneret & puniat peccatores. Reſurrectionem etiā carnis confitemur: & credimus: ut dicamus nos in eadem in qua nunc ſumus ueritate membrorum eſſe reparādos. qualeſq; ſemel poſt reſurrectionē fuerimus effecti ī ꝓpetuū permanſuros. Vnam eſſe uitam ſanctorum: ſed præmia ꝓ labore diuerſa. Ecōtrario pro mō delictorū peccatorum quoq; eſſe ſupplicia. Baptiſma unum tenemus quod iiſdem ſacramenti uerbis in infantibus quibus etiam in maioribus aſſerimus eſſe celebrandum. Hominem ſi poſt baptiſmū lapſus fuerit: per pœnitentiam credimus poſſe ſaluari. Nouū & uetus teſtamentū recipimus in eo libroꝝ numero quem ſanctæ catholicæ eccleſiæ tradit autoritas. Animas a deo data credimus: quas ab ipſo factas dicimus. Anathematizantes eos: qui aīas quaſi partē diuinæ dicunt eſſe ſubſtantiæ. Eoꝝ quoq; condēnamus errorē: q eas ante peccaſſe: uel in cælo conuerſatas fuiſſe dicūt: q̃ ī corpora mitterent̄. Execramur eoꝝ blaſſemiā: qui dicunt: ipoſſibile aliquid homini a deo p̄ceptū eſſe: & mādata dei non a ſingulis ſed ab omnibus in cōmune poſſe ſeruari. uel qui primas nuptias cū Manichæo: aut ſecundas cum cataphrygis damnant. Anathematizamus etiam illos: qui dei filium neceſſitate carnis mētitum eſſe dicunt: & eū propter aſſumptū hominē non omnia facere potuiſſe quæ uoluit. Iouiniani quoque damnamus

hæresim qui dicit nullam in futuro meritoꝝ esse distantiam nosq; eas ibi habituros esse uirtutes: quas hic habere neglexerimus. Liberum sic confitemur arbitrium: ut dicamus nos semper dei indigere auxilio: & tã illos errare: qui cũ Manichæo dicunt hominem peccatum uitare non posse: quã illos qui cũ Iouiniano asserunt hominem non posse peccare. Vterq; enim tollit arbitrii libertatem. Nos uero dicimus hominẽ semper & peccare & non peccare posse: ut semper nos liberi cõfiteamur esse arbitrii. Hæc fides est papa beatissime: quam in ecclesia catholica didicimus: quamq; semper tenuimus. In qua si minus perite aut parum caute aliquid forte positum est: emendari cupimus a te: qui Petri & fidem & sedem tenes. Sin autem nostra confessio apostolatus tui iudicio comprobatur: quicunq; me culpare uoluerit: se imperitum uel maliuolum uel etiã non catholicum: non me hæreticum comprobabit. Amen.

Libellus sancti Augustini cõtra quinque hæreses: In quo paganos: Iudæos: Manichæos: Sabellios: Arriosq; conuincit: & utriusque testamenti sententiis confutat.

EDITOR Sum Fateor nõ necessitate: sed qđ é uehemẽtius caritate. Non tã ad cõpellẽdũ põt esse molestus exactor: q̃ ad reddendũ deuotus est debitor. Sed ut ipleá qđ ꝓmisi adiuuate me sanctis orõnibus uestris. ut dominus oipotens det gratiã sermonibus meis & satisfaciã ipsis mẽtibus uestris & auribus. Si meminisse dignamini q̃ ĩ tpe affuistis: qnque hostiũ genera esse diximus: cõtra quæ expugnãdi ĩdutias postulauimus: ut necessaria ꝓparare possemus. Promissus ille dies illuxit. nos quoq; ipigre ad certamen domino adiuuãte ꝓcessimus. Adiutoriũ nostrũ a domino: q̃ fecit cælũ & terrã. Donabit certãti uictoriã: q̃ certanti donauit audaciã: non nos hostiũ turba: non bellantiũ forma: non quasi fulgẽs uitrea terreat armatura. Goliam magnũ robustũ armis terribilẽ ingẽtiq; turba munitum Dauid solus paruus atq; inermis uno lapidis ictu pstrauit totaq; allophyloꝝ castra turbauit: atq; fugauit. Quidnã aliud petra cõtra Goliã manu Dauid missa: nisi Christũ cõtra diabolũ ex semine Dauid significauit? Aggrediamur iam: & eoꝝ quæ diximus quinq; genera hostium proponamus. Pagani dicunt: Quid est quod nos exhorretis atq; abiicitis tanq̃ multos colentes deos? Ecce uos deũ qui prædicatis colendũ filiũ habere dicitis: & sine alterius cõmixtione sexus natũ esse configitis. Iudæi dicũt: quomodo unũ colitis deũ: quãdo & hominẽ quẽ patres nostri crucifixerunt dominũ dicentes hõibus extorquetis: ut tanq̃ filiũ dei uenerent & colant? Manichæi dicunt phantasma esse quod dicitur dominum christum fœmineo potuisse nasci ex utero. Non enim inquũt dignum esse: ut tanta maiestas per sordes & squallores fœminæ transire credatur. Sabelliani ideſt patripassiani dicunt. Vnus est deus pr̃ & filius. quoniã qui pater est ipse est & filius. Nã & si aliud dixerimus: dicit̃ multi colæ. Arriani dicũt. Alius est pater: alius est filius: sed minor est filius. Quomõ. n. fieri põt: ut genitori genitus extet æqualis? Ecce sunt erroꝝ ꝓpositæ quæstiones quasi hostiũ positæ acies. Cõtra istas acies pestiferas sanctissimi fratres assumite arma dei: ut possitis resistere in die mala: & in oĩbus perfecti stare. Accingimini lumbos uestros in ueritate: nemo trepidet: nemo formidet. Est lorica iustitiæ: est scutũ dei: ĩ quo sagittæ malorũ extinguant̃: est galea falsitatis & gladius spiritus quod est uerbũ dei. Quisq; fidelis christi multum his fuerit munitus armis: non cuiusq; formidabit psonã: non terrore tẽporis a certamine reuocabit̃. Eia fratres certamen in promptu est: feruet opus: urget aduersarius: spicula parat: iacere tẽtat. Nemo expauescat. plures nobiscum sunt: q̃ cum illis. Nobiscum est Moyses ille magnus amicus dei: qui ut hostem uinceret præliantem ad cælum palmas extendit. Iam tunc figuram christi ostendit ipse diuino ĩperio tumentis ponti uoluẽtis fluctuosissimas undas unius uirgæ percussu traiiciendo populũ aridos uertit ĩ campos. Nobiscũ est Iesus post Moysem populi dux Israhelitici. fortissimus præliator: cuius ẽt nomen indicat saluatorẽ. Ipse potenti sui & diuina fiducia diẽ sui cursus metas ne perageret statuit: & nocti ne accederet imperauit. Ipse gentiũ reges non sigillatim sed congregatim superauit: captiuauit: humiliauit: occidit. Nobiscũ est dauid manu fortis qđ dicam seruus dei: electus dei: amicus dei: parens dei: nouerat & bene nouerat nõ solum parcere subiectis: sed & debellare superbos. Verum etiam uirtutes ostendere: & patientiam custodire. Ipse cum inimicos suos persequeretur nõ ꝓnicioſus: & cum uinceret nõ extitit impius. Nobiscum sunt alii atq; alii uiri: qui omnia futura præuiderunt & prædixerunt. Non est ergo quod terreat nos. Expectate: audite: orate: interior & anterior circa me uestra sit oratio: non diutius immoremur: iamq; quod proposuimus prosequamur. Quid dicis pagane? deus inquit delectatus est filio: indiguit coniugio: si horruit coniugium: solus est sine filio. Quid enim poterat inueniri simile deo: quod coniũgeretur deo: & filium pareret deo? Deinde si ut dicitis habet deus filium: iam non unum colitis deum. Quid agimus? Ab Allophylo missum excepimus. Quid remittemus qđ licet miserrimum telum perueniat ad illum quid prodest? Quare? quia durus est: quia lapideus est: idola colit. Scriptum est: Similes illis fiant qui faciunt ea: & omnes qui confidunt ĩ eis. Sanctas scripturas nõ accipit. Quæramus ergo lapidem quo percutiatur percussus quassetur: quassatus cõminuatur: comminutus in puluerem conuertatur & conuersus in puluerem compulatur: compulsus seratur: satus faciat fructum: non igni qui consumatur: sed qui horreo recondatur. Hermes qui latine Mercurius dicitur scribit librum qui λογόσ τελειοσ appellat id est uerbũ pfectũ magnũ nomen libri huius: qa magnus est de quo scriptus est liber. Quid enĩ pfectius uerbo: quia solus é iter mortuos liber? Audiamus qđ loquat̃ Mercurius de uerbo pfecto. Dominus inquit & omnium factor deoꝝ sæculũ fecit dominum: & post pauca ut ostenderet qđ dixerit repetit & dicit. Quoniã ergo hũc fecit primũ & solũ & unũ: bonus aũt uisus est ei & plenissimus oĩum bonoꝝ. Quantũ plenissimus Ioannes dicat euãgelista. De plenitudine eius nos oẽs accepimus gr̃am ꝓ gr̃a. Bonus aũt ei uisus est & plenissimus omnium bonorum. Et sequitur lætatus est. Cui uel cum quo Lætatus est? dicat ipse Sapientia dei filius dei. Ego erá cui aggaudebat Ergo lætatus é: & ualde dilexit tanq̃ unigenitũ suum: Quem primo factum dei: unigẽitũ appellauit postea. Itẽ alio loco sic dixit filius benedicti atq; bonæ

cuius nūc christiani sunt? Quo modo ante Habraā placuit in cōiugio: sic nūc uirgines placent in ꝑpetua castitate. Seruiuit ille legi & tēpori suo: seruiamus & nos euāgelio & tempori nostro: in quos fines sæculoꝝ decurrerūt. Dauid electus secundū cor domini: q oēs eius fecerat uolūtates: & q in quodā psalmo dixerat: Iudica me domine: quoniā ego in īnocētia mea īgressus sum, & in domino sperās nō īfirmabor. ꝓba me domine: & tenta me. ure renes meos: & cor meū. postea tētatus a diabolo: & post peccatū pœnitēs loqt: Miserere mei deus secūdū magnā misericordiā tuā. Magnū peccatū magna deleri uult misericordia. Salomon amabilis domini: & cui bis deus fuerat reuelatus: qa amator mulieꝝ fuit: a dei amore discessit. Manassem īpiissimū regē post captiuitatē babylonicā: in pristinā dignitatē liber dieꝝ restitutū refert. Et Iosias uir sanctus in cāpo Magedo ab ægyptio rege cōfodit. Iesus quoq; filius Iosedech sacerdos magnus q̄q̄ in typo ꝓcesserit Saluatoris: q nostra peccata portauit: & alienigenā sibi ex gētibus ecclesiā copulauit: tamē secundū litterā post sacerdotiū sordidatus īducit: & stat diabolus a dextris eius: & candida illi uestimēta deinceps reddunt. Superfluū est de Moyse & Aaron scribere: q̄ ad aquā cōtradictionis offenderint deū: & terrā repromissionis nō ītrauerint. cū beatus Iob angelos quoq; & oēm creaturā peccare posse cōmemoret dicens: Quid. n. nunqd homo corā deo mūdus est? Aut ab opibus suis sine macula uir? Si cōtra seruos suos nō credit: & aduersum angelos suos prauum qd reppit: quāto magis habitātes in domibus luteis: de q̄bus & nos ex eodē luto sumus? Tētatio est uita hoīum sup terrā. Et cecidit lucifer: q mittebat ad uniuersas natiōes. Et ille q in paradiso deliciaꝝ inter. xii. nutritus est lapides: uulneratus a mōte domini: ad īferna descēdit. Vnde & Saluator in euāgelio uidebā inqt sathanā q̄si fulgur de cælo cadentē. Si altissima illa sublimitas cecidit: quis cadere nō possit? Si in cælo ruinæ: quāto magis in terra? Et tamē cū ceciderit Lucifer: īmo post casum coluber antiquus: uirtus eius ī lūbis est: & potestas eius sup umbilicū uentris: obūbrant in eo arbores magnæ: & dormit iuxta iuncū: & calamū: & caricem. Ipse est rex oīum quæ in aqs sunt: ubi scilicet uoluptas & luxuria: & ꝓpago & irrigatio nuptiaꝝ. Quis enim denudabit faciē uestitus eius? Et portas uultus eius qs apiet? Saginant in eo natiōes: & partiunt phœnicum gētes. Ac ne forsitan tacita legētis cogitatio putaret eas tantū phœnicū gētes: q̄s & populos æthiopum significari: q̄bus draco in escam datus sit: statim de iis q ꝑ mare huius sæculi trāseunt: & ad portū salutis puenire festinānt: dicit: Et in nauibus piscatoꝝ caput eius stat sicut īcudo īfatigabilis: reputat ferꝝ ut paleas: & sicut lignū putridū æs. Et omne aurū maris sub eo est sicut lutū, feruescere facit abyssum sicut uas æneū. æstimat mare sicut deletū: & tartaꝝ abyssi ut captiuū. Omne altum uidet. & arbitrat Iouinianus meus facile sibi eum posse succūbere. Quid loq̄r de sanctis uiris & de angelis: q cū creaturæ dei sint: possunt utiq; recipe peccatū? Filiū dei tētare ausus est. & prima eius & secunda sententia repcussus: nihilominus caput leuat. & tertio uulneratus usq; ad tēpus recedit: differēs magis tentationē q̄ auferēs. & nos nobis blandimur de baptismate: Quod sicut priora peccata dimittit; sic in futuꝝ seruare nō pōt: nisi baptizati oī custodia seruauerit cor suū.

Cap. XXXIIII.

t Andem ꝑuenimus ad cibos: ubi & tertiæ quæstiōis nobis opponit difficultas. ad hoc creata esse oīa: ut usui mortaliū deseruirēt. Et quo modo homo rationale aīal q̄si qdā habitator & possessor mūdi deo subiacet: & suū uenerat auctorē: ita cūcta animātia aut in cibos hoīum: aut ī uestitū: aut ad scindendū terrā: aut ad subuectionē frugū: & ipsius hois esse creata: unde & iumēta ab eo q ꝑ iuuent: appellētur. Quid é Dauid homo qd' memor es eius? aut filius hois quoniā uisitas eū? Minuisti eū paulominus ab āgelis: gloria & honore coronasti eum: & cōstituisti eum sup opa manuū tuaꝝ. Oīa subiecisti sub pedibus eius oues & boues uniuersas insup & pecora campi. Volucres cæli & pisces maris: q ꝑambulāt semitas maris. Esto inqt bos ad arandū: ad sedendū equus: canis ad seruandū: capræ ad lac: oues ad lanitia cōditæ sint. Quis usus porcoꝝ absq; esu carniū? qs capreæ: ceruuli: damulæ: apri: lepores: & huiusmodi uenatio. Quid anseres siluestres & domestici? qd anates? qd ficedulæ? qd attagen? qd fulica? qd turdus? Cur in domibus gallina discurrit? si nō comedunt hæc: oīa frustra a deo creata sūt. Veꝝ q̄d opus est argumētis cū manifeste scriptura doceat omne qd' mouet sicut olera herbaꝝ data nobis in escā: & apostolus clamitet oīa mūda mundis: & nihil reiiciendū qd' cum gratiaꝝ actione præcipit: & uenturos in nouissimo q ꝑhibeāt nubere: & uesci cibis: quos deus creauit ad utēdum. Ipse dominus uini potator & uorator a pharisæis appellat: & publicanoꝝ cōuiua & peccatorum: Zachæi prandiū nō recusans: uadēs ad nuptiaꝝ epulas. Porro aliud est si stulta cōtētione dicitis eū isse ad nuptias ieiunaturuꝝ: & in posteꝝ more dixisse hoc comedo: illud nō comedo. nolo uinū bibere qd' ex aqs creaui. In typo sanguinis sui nō obtulit aquā sed uinū. Post resurrectionē piscē & fauū comedit: nō Zizania nuces & sorbitiūculas. Petrus apostolus nō expectās stellā more iudaico: sed hora sexta in solarium prāsurus ascendit. Paulus in naui panē frāgit nō caricas. Timotheo doléti stomachū uinū suadet bibere nō piratiū. De ciboꝝ si placēt abstinētia q̄si nō & supstitio gētiliū costū matris deū obseruet & isidis.

Cap. XXXV.

s Equar ergo uestigia ꝓpositiōis expositæ, & ante q̄ ad scripturas ueniam, doceāq; ex eis deo grata ieiunia: & acceptabilē cōtinētiā: argumētis philosophoꝝ argumēta cōponā. & ꝓbabo nō Empedoclis & Pythagoræ nos dogma sectari: q ꝓpter μετεμψυχωσιν id est trāsanimationem omne qd' mouetur & uiuit: edendū nō putāt: & eiusdē criminis reos arbitrant: qui abieté quercūq; succiderint: cuius parricidæ sūt: & uenefici: sed uenerari cōditorē nostrum: q in usus hoīum cuncta generauit. Et quo modo bos ad arandū: equus ad sedēdū: canes ad seruādū: capræ ad lac: oues ad lanicia cōditæ sūt: ita sues & ceruos & capreas & lepores: & cætera: sed illa nō statī ad comedēdū creata eē: sed ī alios usus hoīum. Si. n. omne qd' mouet & uiuit: ad uescēdū factum est: & præparatum gulæ; respondeāt mihi cur elephanti: cur leones: ursi: leopardi: lupi. cur uipere: scorpii: culices: pulicesq;: cur uultur: aquila: coruus: accipiter: cur cete: delphines: phocæ: minutæq; cocleolæ conditæ sint? Quis nostrum leonem: quis uiperam: quis uolucrē: quis ciconiā: qs miluū: quis reptan-

tes in littoribus uermiculos unq̃ comederit? Sicut igit̃ hæc ꝓprios usus habẽt: ita possumus dicere & cæte- 30
ras bestias: pisces aues: nõ ad esum: sed ad medicinã creatas. Deniq; carnes uiperæ unde tyriaca cõficit̃: q̃tis re
bus aptæ sint: norunt medici. segmẽta eboris. in medelas uarias assumunt̃. fel hyeme oculoꝝ restituit clari-
tatẽ. stercus eius & canũ: putrida curat uulnera. Et qd̃ forsitan legẽti mirũ sit: hoĩs fimus quãtis curatiõibus
proficiat: Gallienus ἐνάπλοις id est in simplicibus docet. Aiunt physici: q; pellis colubri qua exuit̃: decocta
in oleo: mire dolorẽ auriũ mitigat. Quid ita inutile uidet̃ nesciẽtibus: ut cimices? Si sanguisuga faucibus hæ
rerit: fumo eius excepto: statim euomit̃: & difficultas urinæ huius appositione laxat̃. Porcoꝝ autẽ & anserũ
& gallinaꝝ: phasianorũq; adipes: qd cõmodi habeãt: oẽs medicoꝝ declarant libri. quos si legeris: uidebis tot
curatiões esse in uulture: quot mẽbra sunt. Paui fimus podagræ feruorẽ mitigat. Gruis: ciconiæ: fel aqlæ: san
guis accipitris: struthio camelus: ranæ: chameleõtes: hyrũdinis stercus & carnes: q̃bus morbis aptæ sint dicerẽ:
si mihi ꝓpositũ: esset de medela corpoꝝ disputare. legat q uult Aristotelẽ & Theophrastũ ꝓsa: Marcellũ Sy
detẽ: & nostrũ Flauiũ hexametris uersibus differentes. Plyniũ quoq; secundũ: & Dyascoridẽ: & cæteros tam
physicos q̃ medicos: q nullã herbã: nullũ lapidẽ: nullũ aĩal tam reptile q̃ uolatile & natatile: non ad suæ artis
utilitatẽ referũt. Igit̃ cũ mihi dixeris: cur porcus creatus est? statim tibi respõdebo puerorũ more certantiũ.
cur uiperæ? cur scorpii? Nec deũ supfluoꝝ iudicabis artificẽ. quia plurimæ & bestiæ & uolucres sunt: q̃s tuæ
fauces recusẽt. Sed ne cõtẽtiosum hoc & pugna magis uideat̃ esse q̃ ueꝝ: audi iccirco sues & apros & ceruos
& reliq̃s aĩantes creatas: ut milites & athletæ: nautæ: rhetores: metallorũq; fossores: & cæteri duro opi man-
cipati: haberẽt cibos: q̃bus fortitudo corpoꝝ necessaria est. qui portãt arma & cibaria: q pugnis & calcibus
sua inuicẽ mẽbra debilitãt: q remos trahunt: quoꝝ latera ad clamandũ dicendũq; sunt ualida: q subuertunt
mõtes: & sub diuo & ĩbribus dormiũt. Cæteꝝ nostra religio nõ πυκτην id est pugilem: nõ athletas: nõ nau-
tas: nõ milites: nõ fossores: sed sapiẽtiæ erudit sectatorẽ. q se dei cultui dedicauit. & scit cur creatus sit: cur uer
setur in mundo: quo abire festinet. Vnde & apostolus loquit̃. Quãdo ĩfirmor ĩquit: tunc fortior sum. Et si
exterior noster homo corrũpit̃: sed ĩterior renouat̃ de die in diẽ. Et cupio dissolui: & esse cũ Christo. Et car-
nis curã ne feceritis in desideriis. Nunqd oĩbus p̃ceptũ est: ne duas tunicas habeant? ne cibos in pera: æs in zo
na: uirgã in manu: calciamentũ in pedibus? ut uendãt uniuersa quæ possidẽt: dentq; paupibus: & sequant̃ le-
sum? Sed iis utiq; q uolũt esse pfecti alioquin a Ioãne Baptista aliud p̃cipit̃ militibus: aliud publicanis. Domi
nus autẽ dicit in euãgelio ad eũ q se iactauerat legis uniuersa cõplesse: Si uis pfectus esse: uade uẽde oĩa quæ
habes: & da paupibus: & ueni sequere me. ne graue onus noléti uideret̃ ĩponere: in ꝓpria audiẽtis uoluntate
dimisit dicẽs: si uis pfectus esse. Quã ob rẽ & ego tibi dicã: Si uis pfectus esse: bonũ est uinũ nõ bibere: & car-
nem nõ mãducare. Si uis pfectus esse melius est saginare aĩam q̃ corpus. Si autẽ adhuc paruulus es: & cocoꝝ
iura te delectãt: nemo eripit faucibus tuis esculẽtas dapes. Mãduca & bibe. & si tibi placet: cũ Israhele lude cõ
surgẽs & canito: mãducemus & bibamus: cras enim moriemur. Mãducet & bibat: q post cibos expectat inte-
ritũ. q cũ Epicuro dicit: post mortẽ autẽ nihil est. & mors ipsa nihil est. Nos paulo credimus ĩtonãti: esca uen
tri: & uenter escis. deus autẽ & hunc & illã destruet.

Cap. XXXVI.

h Aec autẽ de scripturis pauca posuimus: ut cõgruere nostra cum philosophis doceremus. Cæteꝝ quis
ignoret: unãquãq; gentẽ nõ cõi lege naturæ: sed his quoꝝ apud se copia est uesci solitã? Verbi gratia:
Arabes & Saraceni & oĩs heremi barbaria camelorũ lacte & carnibus uiuit. quia huiusce modi animal
pro tẽpore & sterilitate regionũ facile apud eos & gignit̃ & nutrit̃. li nefas arbitrant̃: porcoꝝ uesci carnibus.
Sues. n. q glãde: castaneis: radicibus filicũ & hordeo ali solẽt: aut raro apud eos aut penitus nõ iueniunt̃. & si
inuenti fuerint: aliméta nõ habẽt quæ supra diximus. E regione septẽtrionales populos: si ad esum asinoꝝ ca
melorũq; cõpellas: simile putabũt eoꝝ uesci carnibus: ac si lupũ comedere coganꝫ uel coruũ. In põto & phry
gia uermes albos & obesos q nigello capite sunt: & nascunt̃ in lignoꝝ carie pro magnis redditibus paterfami
lias exigit. Et quo modo apud nos attagen & ficedula: mullus & scarus in deliciis computant̃: ita apud illos
ξυλοφαγίον comedisse luxuria est. Rursum orientales & Libyæ populos: qa p desertũ & calidã heremi uasti
tatẽ locustaꝝ nubes repiunt̃: locustis uesci moris é. Hoc ueꝝ esse Ioãnes quoq; Baptista ꝓbat. Cõpelle phry-
gem & põticũ: ut locustã comedat: nefas putabit. Coge syꝝ africũ & arabẽ: ut uermes põticos glutiat: ita eos
aspiciet: ut muscas: millepedas & lacertos. Quanq̃ Syri & crocodilis terrenis: Afri etiã lacertis uiridibus uesci
soleãt. In ægypto & palæstina ꝓpter boum raritatẽ nemo uaccã comedit: tauroꝝ carnes & boum uitulorũ
assumũt in cibos. At in nostra ꝓuincia scelus putãt uitulos deuorare. Vnde & ĩperator Valẽs nup legem per
orientẽ dederat: ne quis uituloꝝ carnibus uesceret̃: utilitati agriculturæ ꝓuidens: & pessimã iudaizãtis uul-
gi emẽdans cõsuetudinem: ꝑ alitibus & lactẽtibus uitulos consumẽtis. Nomades & trogloditæ & scythæ &
hunnoꝝ noua feritas semicrudis uescunt̃ carnibus. Porro Ichthyopagi gens errans in littore maris rubri: su-
per petras solis calore feruẽtes assant̃ pisces. & hoc solo aliméto uictitant. Sarmatæ: Quadi: Vandali & innu-
merabiles aliæ gentes equoꝝ & uulpiũ carnibus delectant̃. Quid loquar de cæteris nationibus: cũ ipse ado-
lescentulus in gallia uiderim Scotos gentẽ britannicã humanis uesci carnibus: & cũ per siluas porcoꝝ greges
& armẽtorum pecudumq; reperiant: pastorum nates & fœminarum papillas solere abscidere: & has solas ci-
boꝝ delicias arbitrari? Scotorum natio uxores ꝓprias non habet: Et quasi Platonis politiam legerit: & Ca-
tonis sectetur exemplum. nulla apud eos cõiunx propria est: sed ut cuiq; libitum fuerit: pecudum more la-
sciuiunt: Persæ: Medi: Indi: & Ethiopes: regna non modica: & Romano regno paria: cum matribus & auiis:
cum filiabus & neptibus copulantur. Massagetæ & Derbices miserrimos putant: qui egrotatione morian-
tur. & parentes: cognatos: propinquos cum ad senectam uenerint: iugulatos deuorant: rectius esse dicentes.
ut a se potius q̃ a uermibus comedant̃. Tibareni: quos dilexerint senes suspendũt in patibulis. Hircani uolu-

cribus & canibus ſemiuiuos ꝓiiciunt. Caſpii beſtiis mortuos ꝓiiciunt. Schytæ eos q̃ a defunctis amati ſunt: uiuos infodiũt cũ oſſibus mortuoꝝ. Bactri canibus ad hoc ipſum nutritis obiiciunt ſenes. Quod cũ Alexándri ꝓfectus Nicanor emẽdare uoluiſſet: pene amiſit ꝓuinciá. Coge ægyptiũ: ut ouium lacte ueſcať. Impelle ſi uales Peluſioten: ut mãducet cepe. Singulæ pene in ægypto ciuitates ſingulas beſtias: & mõſtra ueneranť. Et quodcunq; uoluerint: hoc ſuiolabile & ſacrũ putãt. Vnde & urbes quoq; apud eos ex aĩaliũ uocabulis nũcupanť. Leonto: Cyno: Lyco: Buſyris: Thymius qđ ĩterpretať hircus. Et ut ſciremus: quales deos ſemper ægyptus recepiſſet: nup ab Hadriani amaſio urbs eoꝝ Antinous appellata eſt. Peruides igiť q; nõ ſolũ in eſu: ſed & in ſepulturis & in cõnubiis: & in oĩ cõuerſatiõe unaquæq; gẽs ſuo ritu & ꝓprietatibus uictitet: & hoc eam naturæ legẽ putare: qđ didicit. Vexť fac eſum carniũ cũctis natiõibus eẽ cõmunẽ: & paſſim licere qđ paſſim gigniť. Quid ad nos: quoꝝ cõuerſatio in cælis eſt? Qui ſup Pythagorã & Empedoclẽ: & oẽs ſapiẽtiæ ſectatores: nõ ei debemus cui naſcimur: ſed cui renaſcimur. q repugnantẽ carnẽ: & ad libidinũ ĩcentiua rapientẽ media ſubiugamus. Eſus carniũ: & potus uini: carniſq; ſaturitas ſeminariũ libidinis eſt. Vnde & comicus: Sine ce rere inquit & libero friget uenus.

Cap. XXXVII.

Er quinq; ſenſus: q̃ſi ꝑ quaſdã feneſtras: uitioꝝ ad aĩam ĩtroitus eſt. Nõ poteſt ante metropolis & arx
p mẽtis capi: niſi ꝑ portas eius irruerit hoſtilis exercitus. Hoꝝ ꝓturbatiõibus aĩa ꝑgrauať: & capiť aſpectu: auditu: odoratu: ſapore: tactu. Si Cyrcẽſibus quiſpiã delectẽť: ſi Athletaꝝ certamine: ſi mobilitate hiſtrionũ: ſi formis mulieꝝ: ſplẽdore gẽmarũ: ueſtiũ: metallorũ: & cæteris huiuſcemodi ꝑ oculorum feneſtras aĩæ capta libertas eſt. & ĩpleť illud ꝓpheticũ: mors ĩtrauit ꝑ feneſtras ueſtras. Rurſum auditus uario organoꝝ cantu: & nocũ flexionibus deliniť. & carmine poetaꝝ. & Comœdoꝝ mimorumq; urbanitatibus & ſtrophis. & qcquid ꝑ aures ĩtroiens uirilitatẽ mẽtis effœminat. Odoris autẽ ſuauitas & diuerſa Thymiamata & amomũ: cyphi: oenãthe: muſcus: & pegrini muris pellicula: q; diſſolutis & amatoribus conueniat: nemo niſi diſſolutus negat. Porro ciboꝝ auiditas q; auaritiæ mater ſit: & aĩum quaſi qbuſdã cõpedibus degrauatũ in terra teneat: qs ignorat? Propter breuẽ gulæ uoluptatẽ: terræ luſtranť & maria. & ut mulſum uinum ꝑcio ſuſq; cibus fauces noſtras trãſeat: totius uitæ opa deſudamus. Tactus autẽ alienoꝝ corpoꝝ & fœminaꝝ ardẽtior appetitus: uicinus inſaniæ eſt. Ob hunc ſenſum cupimus: iraſcimur: geſtimus: inuidemus: æmulamur: ſolliciti ſumus. & expleta uoluptate: ꝑ quandã plenitudinẽ rurſus accẽdimur. quærimuſq; facere: qđ cũ fecerimus: iteꝝ pœniteamus. Igiť cũ ꝑ has portas q̃ſi quidã perturbationũ cunei ad arcẽ noſtræ mẽtis ĩtraverit: ubi erit libertas? ubi fortitudo eius? ubi de deo cogitatio maxime cũ tactus depingat ſibi etiã ꝑteritas uoluptates? Et recordatiõe uitioꝝ cogat aĩam cõpati. & quodãmodo exercere qđ nõ agit. His igiť rõnibus ĩuitati multi philoſophoꝝ reliquerũt frequẽtias urbiũ: & hortulos ſuburbanos: ubi ager irriguus: & arboꝝ comæ: & ſuſurrus auiũ fontis ſpeculũ: riuus immurmurãs: & multæ oculoꝝ auriũq; illecebræ ſunt. ne ꝑ luxum & abundãtiã copiaꝝ aĩæ fortitudo molleſceret: & eius pudicitia cõſtupraretť. Inutile quippe eſt crebro uidere: ꝑ quæ aliquãdo captus ſis. & eoꝝ te experimẽto cõmittere: qbus difficulter careas. Nã & Pythagorei huiuſcemodi frequentiã declinãtes in ſolitudine & deſertis locis habitare cõſueuerũt. Platonici quoq; & Stoici in tẽploꝝ locis & porticibus uerſabanť. ut admoniti anguſtioris habitaculi ſanctitate: nihil aliud q̃ de uirtutibus cogitarẽt. Sed & ipſe Plato cũ eſſet diues: & toros eius Diogenes luteis pedibus conculcaret: ut poſſet uacare philoſophiæ: elegit Academiã uillã ab urbe ꝓcul nõ ſolũ deſertã: ſed & peſtilẽtem: ut cura & aſſiduitate morboꝝ libidinis ĩpetus frãgereť. diſcipuliq; ſui nullã aliã ſentirẽt uoluptatẽ: niſi eaꝝ reꝝ q̃s diſcerent. Quoſdã legimus effodiſſe ſibi oculos: ne ꝑ eoꝝ uiſum a contemplatione philoſophiæ auocarenť. Vnde & Crates ille Thebanus ꝓiecto in mari nõ paruo auri põdere: abite ĩquit peſſum malæ cupiditates: ego uos mergã: ne ipſe mergar a uobis. Quod ſi qs exiſtimat: & abundãtia ciboꝝ potionũq; ſemꝑ frui: & uacare poſſe ſapiẽtiæ: hoc eſt & uerſari in deliciis: & deliciaꝝ uitiis nõ teneri ſeipſum decipit. Cum enim ꝓcul ab his remoti ſæpe capiamur naturæ illecebris: & cogamur ea cupere quoꝝ copiã nõ habemus: q̃to magis ſi circundati retibus uoluptatũ eſſe nos liberos arbitremur? Senſus noſter illud cogitat: qđ uidet: audit: odorať: guſtat: attrectat. & ad eius rei trahiť appetitũ: cuius capiť uoluptate. Quod mens uideat: & mens audiat: & q; nec audire quippiã: nec uidere poſſumus: niſi ſenſus in ea quæ cernimus & audimus fuerit ĩtentus. Vetus quoq; ſentẽtia eſt: difficile eſt ĩmo ĩpoſſibile: deliciis & uoluptatibus affluẽtes nõ ea cogitare quæ gerimus: fruſtraq; qdã ſimulant ſalua fide & pudicitia & ĩtegritate mẽtis: ſe abuti uoluptatibus: cũ cõtra naturã ſit: copiis uoluptatũ ſine uoluptate ꝑfrui. Et Apoſtolus hoc ipſum cauẽs dixerit: Quæ autẽ in deliciis uiuẽs eſt uidua: mortua eſt.

Cap. XXXVIII.

Enſus corpoꝝ q̃ſi equi ſũt: ſine rõne currẽtes. aĩa uero ĩ aurigæ modũ retinet frena currẽtiũ. Et quo
s modo equi abſq; rectore ꝓcipites ruunt: ita corpus ſine rõne & ĩperio aĩæ in ſuũ ferť interitum. Alia quoq; cõparatio aĩæ & corporis a philoſophis poniť. corpus pueꝝ: animã pedagogũ eſſe dicentibus. Vnde & hiſtoricus: aĩæ imperio: corporis ſeruitio magis utimur. alteꝝ nobis cũ diis: alteꝝ cũ beluis cõe eſt. Igiť niſi uitia adoleſcẽtis & pueri prudẽtia pedagogi rexerit: oĩs conatus eius & ĩpetus ad laſciuiã ꝓperãt. ſine q̃ttuor ſenſibus uiuere poſſumus. id eſt ſine aſpectu: auditu: odoratu: atq; cõplexu. Abſq; guſtu autẽ & cibis ĩpoſſibile eſt humanũ corpus ſubſiſtere. Adeſſe ergo debet ratio: ut tales ac tãtas ſumamus eſcas: q̃bus nõ oneretť corpus: nec libertas aĩæ ꝑgraueť. quia & comedendũ eſt: & deãbuladũ: & dormiendũ: & digerendum. & poſtea ĩflatis uenis incẽtiua libidinis ſuſtinẽda. luxurioſa res uinũ: & tumultuoſa ebrietas. Omnis aũt qui cum his miſcetur: non erit ſapiens. Nec tales accipiamus cibos: quos aut difficulter digerere: aut comeſtos magno partos: & perditos labore doleamus. Olerum & pomorum ac leguminum: & facilior apparatus eſt: & arte impendiiſq; cocorum non indiget. & ſine cura ſuſtentat humanum corpus: moderateq; ſumptus.

quia nec auide deuorat, & qđ irritamenta gulæ nō habet: leniori digestione concoquit. Nemo enim uno & 31
duobus cibis iisq; uilibus usq; ad inflationē uentris onerat: quæ diuersitate carniū & saporis delectatiōe cōcipit: cū uariis nidoribus fumāt patinæ: & ad esum sui expleta esurie: q̄si captiuos trahunt. Vnde & morbi ex saturitate nimia cōcitant: multiq; ipatientiā gulæ uomitu remediant. & qđ turpiter ĝfessi erunt: turpius egerunt. Hippocrates in amphorismis docet crassa & obesa corpora q̄ crescēdi mēsurā ipleuerint: nisi cito ablatiōe sanguinis minuant: in paralysin & pessima morbo⁊ genera erūpere. & iccirco esse necessariā dēptionē: ut rursum habeāt in quæ possint crescere. Nō. n. manere in uno statu natura corpo⁊ potest: sed aut crescere semp: aut decrescere habet. nec posse uiuere aīal: nisi crescēdi capax sit. Vnde & Gallienus etiam doctissimus Hippocratis īterpres athletas quo⁊ uita & ars ſagina est: dicit in exhortatiōe medicinæ nec uiuere posse diu: nec sanos esse. aīasq; eo⁊ ita nimio sanguine & adipibus q̄si luto ſuolutas nihil tenue: nihil cæleste: sed semp de carnibus: & uictu: & uētris īgluuie cogitare. Diogenes tyrānos & subuersiōes urbium: bellaq; uel hostilia uel ciuilia: nō pro simplici uictu ole⁊ pomorūq; sed pro carnibus & epula⁊ deliciis asserit excitari. Quodq; mirādū sit: Epicurus uoluptatis assertor: oēs libros suos repleuit oleribus & pomis. & uilibus cibis dicit esse uiuendū. qa carnes & exq̄sitæ epulæ ingēti cura ac miseria p̄parent. maiorēq; pœnā habeāt in quærēdo: q̄ uoluptatē in abutēdo. Corpora autē nostra cibo tātū & potu īdigere. ubi aqua & panis sit: & cætera his similia: ibi naturæ satisfactū. qcqd suprasuerit: nō ad uitæ necessitatē spectare: sed ad uitium uoluptatis. Bibere & comedere nō deliciæ⁊ ardorē: sed sitim famēq; restinguere. Qui carnibus uescunt: īdigere etiā iis quæ nō sunt carniū. Qui autē simplici uictu abutant⁊ eos carnes nō reqrere. Sapiētiæ quoq; operā dare non possumus: si mensæ abundātiā cogitemus. quæ labore nimio: & cura diligēti atq; īdigēti indiget. Cito explet naturæ necessitas: frigus & fames simplici uestitu & cibo expelli potest. unde & apostolus habētes inqt uictū & uestitū his cōtenti sumus. Delitiæ & epula⁊ uarietates: fométa auaritiæ sunt. Grādis exultatio aīæ est: cū paruo cōtētus fueris cibo: mundū hre sub pedibus: & oēm eius potētiā epulas: libidines: ppter quæ diuitiæ cōparent: uilibus mutare cibis: & crassiore tunica cōpēsare. Tolle epula⁊ & libidinis luxuriā: nemo quæret diuitias: quarū usus aut in uētre aut sub uentre est. Qui egrotat: nō aliter recipit sanitatē: nisi tenui cibo & castigato uictu: quæ λεπτη διαιτα id est tenuis dieta dicit. Quibus ergo cibis recipit⁊ sanitas: his & seruari potest: ne qs putet morbos oleribus cōcitari. Si autē Milonis illius Crotoniatæ uires olera nō ministrāt: quæ nascunt⁊ & alūtur ex carnibus: qd necesse est uiro sapiēti & philosopho Christi tantā hre fortitudinē: q̄ athletis & militibus necessaria est? Quā cū habuerit: ad uitia ꝓuocet. Illi arbitrant⁊ carnes sanitati cōgruas: q̄ uolunt abuti libidine: & in cœnū demergi uoluptatū: ad coitū semp exæstuāt: Christiano sanitas absq; uiribus nimiis necessaria est. Nec turbare nos debet: si rari sint huius ꝓpositi sectatores: qa rari sunt & amici boni & fideles & pudici & cōtinētes. semperq; uirtus rara est. Lege Fabritii cōtinētiā: Curii pauptatē: & in tāta urbe uix paucos inuenies: quos seq̄ris. Noli timere ne si carnes nō comederis: aucupes & uenatores frustra artificia didicerint. Legimus quosdā morbo articulari & podagræ humoribus laborātes ꝓscriptiōe bonoꝝ: ad simplicē mēsam & paupes cibos redactos cōualuisse. Caruerāt enī sollicitudine dispēsandæ domus: & epula⁊ largitate: quæ & corpus frāgunt & animā. Irridet Oratius appetitū ciboꝝ: qui cōsumpti reliquūt pœnitētiam.

Sperne uoluptates: nocet empta dolore uoluptas.

Et cū ī amœnissimo agro ī morsum uoluptuosoꝝ hoium se crassum pīguēq; describeret: lusit his uersibus.

Me pinguem & nitidū bene curata cute uises:
Cum ridere uoles Epicuri de grege porcum.

Cap. XXXIX.

Ed & ex uilissimis cibis uitāda sacietas est. Nihil. n. ita obruit aīum: ut plenus uenter: & exæstuans: & huc illucq; se uertēs: & in ructus uel in crepitus uentoꝝ efflatiōe respirās. Quale illud ieiuniū est: aut q̄lis illa refectio post ieiuniū cū pridianis epulis distēdimur: & guttur nostrū meditatoriū efficit⁊ latri na⁊? Dumq; uolumus ꝓlixioris inediæ fame carere: tantū uoramus: q̄tū uix alterius diei nox digerat. Itaq; nō tam ieiuniū appellādū est: q̄ crapula ac fetens & molesta digestio. Dicearchus in libris antiqtatū & descriptiōe Græciæ: refert sub Saturno id est in aureo sæculo: cū oīa humus funderet: nullū comedisse carnes. sed uniuersos uixisse frugibus & pomis: quæ sponte terra gignebat. Persa⁊ regis Cyri uitā Xenophon octo uoluminibus explicat: poléta & cardamo & sale ac pane cibario eos asserēs uictitare. Lacedæmonio⁊ mēsæ fruga litatisq; & suprascriptus Xenophon & Theophrastus & oēs pene scriptores Græciæ testes sūt. Cheremō Stoicus uir eloquētissimus narrat de uita antiquoꝝ ægypti sacerdotū q̄ oībus mūdi negociis curisq; postpositis semp in tēplo fuerint: & re⁊ naturas causasq; ac rōnes side⁊ cōtēplati sint: nunq̄ mulieribus se miscuerint. nunq̄ cognatos & ꝓpinquos ne liberos qdē uiderint. ex eo tēpore quo cœpissent diuino cultu deseruire: & carnibus & uino se semp abstinuerint: ppter tenuitatē sensus & uertiginē capitis: quē ex paruo cibo patiebātur: & maxime ꝓpter appetitus libidinis: q̄ ex his cibis & ex hac potiōe nascunt⁊. pane raro uescebant⁊: ne onerarēt stomachū. Et si quādo comedebāt: tonsum pariter isopum sumebant in cibo. ut escam grauioré illius colore decoquerēt. Oleū tantū in oleribus nouerāt: ue⁊ & ipsum pa⁊ ꝓpter nauseā & aspitatē gustus leniēdam. Quid loq̄r inqt de uolatilibus cū ouum quoq; ꝓ carnibus uitauerint & lac? Quoꝝ alte⁊ carnes liquidas: alte⁊ sanguinē esse dicebāt colore mutato. Cubile eis de foliis palma⁊: quas Bayas uocant: cōtextū erat. scabellū accliue: & ex una parte obliquū: in terra pro puluillo capiti supponebāt: bidui triduiq; inediā sustinētes. Humeros corporis q̄ nascunt⁊ ex ocio: & ex māsione unius loci nimia uictus castigatiōe siccabāt. Iosephus in secūda Iudaicæ captiuitatis historia: & in octauodecimo antiquitatū libro: & cōtra Appionē: duobus uoluminibus tria describit dogmata Iudæoꝝ: Phariſæos: Saducæos: Essæos. Quorum nouissimos miris effert laudibus: q̄ & ab uxoribus & uino & carnibus semp abstinuerint: & quotidianū ieiuniū uerterint in naturā.

Super quoꝝ uita & Philo uir doctiſſimus ꝑpriū uolumen edidit. Eantes Cizycenus & Aſclepiades cyprius: ætate qua Pygmalion in oriēte regnabat: ſcribūt eſum carniū nō fuiſſe. Eubulus quoq; qui hiſtoriā Mitræ multis uoluminibus explicuit: narrat apud Perſas tria genera Magoꝝ. quoꝝ primos q ſint doctiſſimi & elo quētiſſimi excepta farina & olere nihil aliud in cibo ſumere. Apud Eleuſinā etiam uolucribus & piſcibus & q̄buſdā pomis abſtinere ſolemne eſt. Bardeſanes uir babylonius ī duo dogmata apud Indos gymnoſophiſtas diuidit. quoꝝ alteꝝ appellat bragmanas. alteꝝ ſamaneos: q tantæ cōtinētiæ ſint: ut uel pomis arboꝝ iuxta Gangem fluuiū: uel publico orizæ & farinæ alant cibo. & cum rex ad eos uenerit. adorare illos ſolitus ſit: pa cēq; ſuæ prouīciæ in illoꝝ p̄cibus arbitrari ſitā. Euripides in creta louis ꝑphetas nō ſolū carnibus ſed & co ctis cibis abſtinuiſſe ferē. Xenocrates philoſophus de Triptolemi legibus apud Athenieſes tria tantū p̄cepta in tēplo Eleuſinæ reſidere ſcribit. honorādos parētes: uenerādos deos: carnibus nō ueſcēdū. Orpheus in car mine ſuo eſum carniū deteſtaē. Pythagoræ: Socratis: Antiſthenis: & reliquoꝝ frugalitatē referrē in cōfuſio nē noſtrā: niſi & longū eſſet: & ꝑprii opis īdigeret officio. Hic certe eſt Antiſthenes qui cū glorioſe docuiſſet rhetoricā: audiſſetq; Socratē: dixiſſe ferē ad diſcipulos ſuos: Abite: & magiſtrū quærite. ego. n. iā repperi. Sta rimq; uēditis quæ habebat: & publice diſtributis: nihil ſibi plus q̄ palliolū reſeruauit. Pauptatiſq; eius & labo ris & Xenophon teſtis eſt in ſympoſio: & īnumerabiles libri eius quoꝝ alios philoſophico: alios rhetorico ge nere ſcripſit. Huius Diogenes ille famoſiſſimus ſectator fuit: potētior rege Alexādro: & naturæ uictor huma næ. Nā cū diſcipuloꝝ Antiſthenes nullū recipet: & pſeuerātem Diogenē remouere nō poſſet: nouiſſime cla ua minatus eſt: niſi abiret. Cui ille ſubieciſſe dicit caput: atq; dixiſſe: nullus tā durus baculus erit: q me a tuo poſſit obſeq̄o ſeparare. Refert Satyrus: q illuſtrium uiroꝝ ſcribit hiſtorias: q; Diogenes palliolo duplici uſus ſit ꝑpter frigus: perā ꝑ cellario habuerit. ſecūq; portarit clauā ob corpuſculi fragilitatē: q̄ iā ſenex mēbra ſu ſtētare ſolitus erat Et ἡμέροβίου id eſt diarii uictus uulgo appellatus ſit. in p̄ſentē horā poſcēs a quolibet: & accipiēs cibū. habitauit autē in portaꝝ ueſtibulis: & porticibus ciuitatū. Cūq; ſe cōtorqueret in dolio: uolubi lē ſe hīe domū iocabaē: & ſe cū tēporibus īmutātē. frigore enim os dolii uertebat in meridiē: æſtate ad ſeptē trionē. & utcūq; ſol ſe īclinauerat: Diogenis ſimul p̄toriū uertebaē. Quodā uero tēpore habēs ad portādum caueū ligneū: uidit pueꝝ manu cōcaua bibere: & eliſiſſe illud ferē ad terrā dicens: Neſciebā q; natura hīet po culū. Virtutē eius & cōtinētiā mors quoq; īdicat. Nā cū ad agonē olympiacū q magna frequētia græciæ cele brabaē: iā ſenex ꝑgeret: febre ī itinere diciē ap̄hēſus accubuiſſe in crepidine uiæ. uolētibuſq; eū amicis aut ī iumētū aut in uehiculū leuare: nō acqeuit. ſed trāſiēs ad arboris umbrā locutus eſt: Abite quæſo: & ſpectatū ꝑgite. hæc me nox aut uictorē. pbabit aut uictū. Si febrē uicero: ad agonē ueniā. Si me uicerit febris: ad īferna deſcēdam. Ibiq; p nocte eliſo gutture: nō tā mori ſe ait: q̄ febrē morte excludere. Vnius tantū philoſophi exē plum poſui. ut formoſuli noſtri & troſuli: & uix ſummis pedibus adumbrātes ueſtigia: quoꝝ uerba ī pugnis ſunt: & ſyllogiſmi in calcibus q pauptatē apoſtoloꝝ & crucis duriciam aut neſciūt aut cōtemnunt: imitenē ſaltem gētilium parcitatem.

De Diogene

Cap. LX.

h Aec de argumētis philoſophorū exēpliſq; diſſerui. Nūc ad exordiū generis humani. i. ad noſtra tran ſiens: docebo primū Adā & in paradyſo accepiſſe p̄ceptū. ut cætera poma comedēs: ab una arbore ie iunaret. Beatitudo paradyſi abſq; abſtinētia cibi nō potuit dedicari. Quādiu Adā ieiunauit: in parady ſo fuit. comedit: & eiectus eſt. eiectuſq; ſtatim duxit uxorē. Qui ieiunās in paradyſo uirgo fuerat: ſatur ī terra matrimonio copulaē. & tamē eiectus nō ꝑtinus accepit licentiā carniū ueſcēdaꝝ. ſed tantū poma arboꝝ & fruges ſegetū & herbaꝝ olera ei tradunē in cibū. ut exul quoq; paradyſi nō carnibus q in paradyſo nō erant: ſed ſimilitudīe frugū paradyſi ueſcereē. poſtea uero uidēs deus: q diligēter appoſitū eſſet ad malitiā cor hoīs ab adoleſcētia: & ſpūs eius ī iis p̄manere nō poſſet: q erāt caro: opa carnis diluuio cōdēnauit: & auidiſſimā ho minū gulā ꝑbās dedit eis licētiā comedendaꝝ carniū: ut dū ſibi ītelligūt licere oīa: nō deſiderarēt magnope qd licebat. nec mādatū in cauſam uerterēt p̄uaricationis. Quanq̄ & tūc ex parte imperatū de immūdis aīali bus ieiuniū ſit. nā cū alia mūda dicanē: alia immūda: & in arca Noe de īmūdis bina: de mundis ītroducuntur imparia: & utiq; imūdoꝝ eſus ablatus ſit: ne ſine cauſa dicerenē īmūda: ex parte ieiunium dedicatū eſt: docēs abſtinētiā oīum in quorūdam reciſione. Cur p̄didit Eſau primogenita ſua? Nōne ꝑpter cibū? Impatiētiamq; gulæ lachrymis emēdare nō potuit. Eiectus de ægypto populus Iſrahel & in terrā repromiſſiōis lacte & mel le manātem ītroducēdus: ægyptias carnes & pepones: alliaq; deſiderat. Vtinā īquit obiſſemus p̄cuſſi a deo in terra ægypti: quādo ſup ollas carniū ſedebamus. Et iteꝝ: Quis nos ueſcet carnibus? Venerūt in mētē nobis piſces quos in ægypto comedebamus gratis: & cucumeres: & pepones: & porri: & cepe: & allia. At nūc anima noſtra arida: nihil niſi manna oculi noſtri cōſpiciūt. Angeloꝝ cibū cōtemnētes: carnes ægyptias ſuſpirabant. Moyſes quadraginta diebus & noctibus ieiunus in mōte Syna: etiam tūc probās: nō in pane ſolo uiuere ho minē: ſed in omni uerbo dei: cum domino loquitur. populus autem ſatur idola fabricat. Ille uacuo uentre le gem accipit ſcriptam digito domini. Iſte māducans & bibēs: cōſurgēſq; ludere: aurum conflat in uitulum: & ægyptiū bouem præfert domini maieſtati. Tot dierum labor: unius horæ ſaturitate periit. Frangit audacter Moyſes tabulas. ſciebat enim dei ſermonem non poſſe audire temulentos: incraſſatus eſt & pinguefactus: & dilatatus: & recalcitrauit dilectus: & dereliquit dominū: qui fecerat eum: & abſceſſit a deo ſalutari ſuo. Vn de & in eodem deuteronomio præcipitur: ne cum manducaueris & biberis: & domos optimas ædificaueris: ouibus & bobus tuis multiplicatis & argēto & auro extollatur cor tuum: & obliuiſcaris domini tui. Deniq; māducauit populus: & īcraſſatum eſt cor eius: ne uideret oculis: & auditet auribus: & corde cōtineret: & uul tum ieiunātis Moyſi: & iuxta Ebraicā ueritatē: dei cōfabulatiōe cornutū paſtus & piguior populus ſuſtinere nō potuit. Quā ob rem dominus noſter atq; Saluator nō ob differētiā uirginitatis & nuptiaꝝ ut qdā putāt

ſed ob ieiuniorꝫ cõſortia Moyſen & Heliã tranſſiguratus in mõte ſecũ oſtendit in gloria. q̃q̃ Moyſes & Helias typum ꝓpriæ legis ꝓphetarũqꝫ mõſtrauerint: ſicut manifeſte ſcriptura euãgelii teſtat̃. dicebãt ei exitum. quẽ cõpleturus erat in Hieruſalẽ. paſſionẽ enim domini nõ uirginitas & nuptiæ: ſed lex nunciat & ꝓphetæ. Quod ſi cõtẽtioſe in Moyſe nuptias: in Helia uirginitatẽ dixerint demõſtrari: breuiter audiãt Moyſen mortuũ & ſepultũ: Heliã igneo curru raptũ: ante imortalẽ eſſe cœpiſſe q̃ mortuũ. Sed nec ſecũda cõſcriptio tabularꝫ abſqꝫ ieiunio potuit ĩpetrari. Quod ebrietas ꝓdiderat: inedia repperit. Ex quo oſtẽditur poſſe nos p ieiuniũ redire in paradiſum. unde per ſaturitatẽ fueramus eiecti. In exodo aduerſus Amelech oratione Moyſi: & totius populi uſqꝫ ad ueſperã ieiunio dimicatũ eſt. Ieſus filius Naue ſtationẽ ĩpetrauit ſoli & lunæ. & inediã pluſq̃ unius diei uictoris exercitus ꝓtelauit. Saul ſicut in regnorꝫ primo libro ſcribit̃: maledictus inquit qui ederit panem uſqꝫ ad ueſperã: donec ulciſcar me de inimicis meis. Et nõ guſtauit omnis populus eius: & tota terra prãdebat. Tãtaqꝫ fuit auctoritas ſtationis ſemel domino deſtinatæ: ut Ionatham qui cauſa uictoriæ extiterat: deprehẽderet ſors: & ignorãtiæ crimen declinare nõ poſſet. patriſqꝫ in ſe cõcitaret manũ & uix populi precibus ſaluaretur. Helias quadraginta dierꝫ ieiunio præparatus: deum uidit in mõte Oreb: audiuitqꝫ ab eo quid tu hic Helia? Multo familiarior iſta uox: q̃ illa in geneſi: Adam ubi es? Illa enim paſtum terrebat & perditum. hæc ieiunãti famulo blãdiebat̃. Cõgregatũ Samuel populum in Maſphat: indicto ieiunio roborauit. & fecit hoſtibus fortioré. Aſſyriorꝫ impetũ: & potẽtiam Sennacherib: Ezechiæ regis lachrymæ ſaccus & humiliatio uictus fregit: proſtrauit: & uicit. Et ecõtrario ciuitas Niniue imminẽtem iram domini: ieiuniorꝫ miſeratione detorſit. quã & Sodoma placaſſet & Gomorra: ſi uoluiſſet agere pœnitentiã. & lachrymas pœnitentiæ patrocinãte cõciliare ieiunio. Acab Rex impiiſſimus: ut ſentẽtiã dei ſubterfugeret: & euerſio domus eius differret̃ in poſteros: ieiunio ĩpetrauit & ſacco. Anna uxor Elchane inanẽ cibo uẽtrem filio meruit implere. Periclitãtur ĩ babylone Magi oĩs cõiector & auriolus & aruſpex cædit̃. Daniel & tres pueri reuelationẽ merent̃ ieiunio. & paſti leguminibus pulchriores ſũt & prudẽtiores his: qui de mẽſa regis carnibus ueſcebantur. Deide ſcriptũ eſt: q̃ Daniel tribus ebdomadis ieiunauerit: panem ſuauẽ nõ comederit: caro & uinũ nõ intrauerit os eius: oleo unctus nõ ſit. & uenerit ad eũ angelus dicẽs: Daniel homo miſerabilis es. Qui deo miſerabilis apparuerat poſt ieiuniũ: leonibus in lacu fuerat horribilis. Quã pulchra res quæ placat deũ: leones mitigat: dæmones terret. Mittit̃ ad eum (licet hoc in ebraicis uoluminibus nõ ĩuenerimus) Abacuc meſſorꝫ prãdium portãs. Talẽ enim diſcophorꝫ inedia meruerat hebdomadis. Dauid periclitante filio poſt adulterium ἐξομολογεσιν in cinere & ieiunio facit dicẽs. Qui cinerẽ tanq̃ panẽ manducabã: & potum meũ cũ fletu miſcebam. Et ĩfirmata ſũt in ieiunio genua mea. & certe iam audierat a Nathan. Dominus abſtulit a te hoc peccatũ. Sãpſon & Samuel uinũ & ſicerã nõ bibunt. Erãt. n. filii repromiſſiõis: & per abſtinẽtiam ieiuniũqꝫ cõcepti. Aaron & cæteri ſacerdotes ĩgreſſuri templũ: omne qd̃ poteſt inebriare nõ potãt: ne morianꝫ. Ex quo ĩtelligimus mori eos: q in eccleſia nõ ſobrii miniſtrarint. Quã ob rẽ exprobrat̃ Iſraheli: potũ dabatis Nazareis meis uinũ. Ionadab filius Zechab p̃cepit filiis ſuis: ut nõ biberẽt uinũ uſqꝫ ĩ æternũ. Quibus cũ offerret Hieremias ut biberẽt: & illi bibere noluiſſent: loquit̃ dominus p ꝓphetã. quia obediſtis p̃cepto Ionadab p̃ris ueſtri nõ deficiet uir de ſtirpe Ionadab filii Zechab: ſtans in cõſpectu meo cũctis diebus. Cap. XLI.

IN foribus euãgelii Anna filia Phanuelis uniuira ĩducit̃: ſemperqꝫ ieiunãs. Et dominum uirginẽ longa caſtitas: longaqꝫ ieiunia ſuſcepere. Præcurſor eius & p̃co locuſtis aliſ & ſilueſtri melle: non carnibus. habitatioqꝫ deſerti & ĩcunabula monachorꝫ talibus incohant̃ alimentis. Sed & ipſe dominus baptiſma ſuum. xl. dierum ieiunio dedicauit: & acriora dæmonia docuit nõ niſi oratione & ieiuniis poſſe ſuperari. Cornelius centurio ut ſpiritum ſanctũ accipet ante q̃ baptiſma: elemoſinis meruit crebriſqꝫ ieiuniis. Paulus apoſtolus poſt famem & ſitim & cæteros labores ſuos & pericula latronum: naufragii: ſolitudinis: crebra ieiunia enumerat. Et diſcipulo Timotheo doléti ſtomachum: & infirmitates plurimas ſuſtinenti ſuadet uini modicam potionem: Iam noli ĩquit aquam bibere. Cui autẽ dicit: iam noli aquã bibere: oſtẽdit eum aquam ante potaſſe. Quod nõ cõcederet: niſi crebræ infirmitates & dolor ſtomachi poſtulaſſent. Reprobat quidem apoſtolus eos: qui prohibebãt nuptias: & iubebant cibis abſtinere. quos deus creauit ad utendum cum gratiarum actione. ſed Martionem deſignat & Tatianum & cæteros hæreticos: qui abſtinẽtiam indicãt perpetuã: ad deſtruenda & cõtemnẽda & abominãda opera creatoris. nos autem & creaturam omnem laudamus dei: & maciem ſaginæ: abſtinentiam luxuriæ: ieiunia p̃ferimus ſaturitati. Vir quippe in laboribus laborat ſibi: & uim facit in interitum ſuum. Et a diebus Ioãnis Baptiſtæ ieiunatoris & uirginis regnum cælorꝫ uim patitur: & uiolenti diripiunt illud. Timemus enim ne ab aduentu æterni iudicis: ſicut in diebus diluuii: & euerſionis Sodomæ & Gomorræ deprehẽdamur mãducantes & bibentes: & nubẽtes: & nuptum tradẽtes. Nam & diluuium & ignis de cælo ſaturitatẽ pariter & nuptias quas deleret: inuenit. Nec mirũ ſi omne quod in macello uenditur: apoſtolus emi iubeat: & comedi: cum idolatris & adhuc in templis idolorꝫ quaſi idolotheta ueſcẽtibus: pro ſumma abſtinẽtia fuerit: cibis tantum abſtinere gentiliũ. Quod ſi ſic loquitur ad romanos: is qui manducat: nõ manducantem nõ ſpernat. & qui nõ manducat: manducantem nõ iudicet: non inter ieiunia & ſaturitatem æqualia merita diſpenſat. ſed contra eos loquitur: qui in Chriſtum credentes adhuc iudaizabãt. & eos qui ex gentibus crediderant: monet: ne ſcandalizent illos cibo ſuo: qui adhuc infirmiores erãt in fide. Deniqꝫ & in conſequentibus hoc ipſum ſonat. Scio & cõfido in domino leſu: q̃ nihil cõmune p ſeipſum eſt: niſi ei qui exiſtimat qd cõe eſſe: illi cõmune ẽ. Si. n. ꝓpter cibum frater tuus cõtriſtat̃: iam nõ ſecũdũ caritatẽ ãbulas. Noli cibo tuo illũ ꝑdere: p quo xp̃us mortuus eſt. nõ ergo blaſphemet̃ bonũ noſtrꝫ. nõ eſt. n. regnum dei eſca & potus. Ac ne qs putaret hoc de ieiuniis dici: & non de ſupſtitione iudaica: ſtatim ediſſerit: alius credit manducare omnia. Qui autem infirmus eſt: olera mãducet. Et rurſum: Alius iudicat diem plus q̃ diem:

alius iudicat omnem diem,unuſquiſq; in ſuo ſenſu abundat.Qui ſapit:diem domino ſapit.Et qui mãducat: domino mãducat,gratias agit enim deo.Et q nõ mãducat:domino nõ mãducat,& gratias agit deo. Qui,n. infirmi erant in fide adhuc:& alias carnes mũdas alias arbitrabant imundas:& inter diem & die eſſe aliquid æſtimabãt.Verbi gra ſanctius eſſe ſabbatũ:& neomenias:& ſcenophegiã:q̃ reliquos dies:iubent olera mãducare:quæ idifferẽter comedunt ab oĩbus.Qui uero firmioris erãt fidei:oẽs carnes & oẽs dies:æq̃les eſſe credebãt.Illud autẽ qd ꝓponere aduerſarius auſus eſt:dominũ uoratorẽ & potatorẽ uini a Phariſæis appellatũ eſſe:& q ad epulas ierit nuptiaꝝ:& cõuiuia nõ deſpexerit peccatoꝝ:exiſtimo q; nobiſcũ faciat. Iſte,n. eſt dominus ut arbitraris uorator q q̃draginta diebus Chriſtianoꝝ ieiuniũ ſanctificat; q beatos appellat eſuriẽtes & ſitiẽtes:q eſcam hꝛe ſe dicit:nõ quã diſcipuli ſuſpicabant:ſed quæ in ꝓpetuũ nõ piret,q de die craſtino cogitare ꝓhibet.Qui cũ eſuriſſe & ſitiſſe dicat:& iſſe frequẽter ad prãdia:excepto myſterio:qd in typũ ſuæ paſſiõis expreſſit:& ꝓbãdi corporis ueritatẽ:nec gulæ ſcribit ſeruiſſe nec uẽtri.Qui diuitẽ purpuratũ:ꝓpter epulas narrat in tartaro:& Lazaꝝ pauperẽ ob inediã dicit eſſe in ſinu Abraæ:q quãdo ieiunamus ungi caput: & lauari præcepit faciẽ:ut nõ gloriæ hoĩum:ſed domino ieiunemus.Qui comedit qdẽ poſt reſurrectionẽ partẽ piſcis aſſi & fauũ:nõ ꝓpter eſuriem & gutturis ſuauitatẽ:ſed ut ueritatẽ ſui corporis cõprobaret.Nã quotieſcunq; mortuũ ſuſcitauit:iuſſit ei dari mãducare:ne reſurrectio phantaſma putaret.Et Lazaꝝ poſt reſurrectionẽ:ob hãc cauſam ſcribit cũ domino iniſſe cõuiuium.Nec hoc dicimus: q; negemus piſces & cætera ſi uolũtas fuerit in cibo eſſe ſumenda.ſed quomodo nuptiis uirginitatẽ:ita ſaturitati & carnibus ieiunia ſpiritumq; præferimus. Si autẽ Petrus hora ſexta prãſurus aſcẽdit in cœnaculũ:fortuita eſuries nõ facit præiudiciũ ieiunioꝝ.Hoc,n.modo & dominus quia ad puteũ ſamaritanæ hora ſexta feſſus reſedit:& bibere uoluit: oĩbus incũbit neceſſitas:uelint nolint hoc tẽpore bibẽdi.Potuit autẽ fieri:ut uel ſabbatũ eſſet uel dies dominicus:& poſt biduĩ triduiq; ieiuniũ:hora ſexta eſurierit.Nunq̃ enim crediderim apoſtolũ:ſi ante unã diẽ cœnauerat:epuliſq; diſtẽtus fuerat:alterius diei eſuriſſe meridie.Quod ſi cœnauit pridie & ſequẽti die eſuriuit ante prandiũ:exiſtimo q; uſq; ad ſacietatẽ nõ comederit:q tam cito potuit eſurire. Porro ſi ꝑ Eſaiam loqtur deus:q; nõ tale ieiuniũ elegerit dicens:in diebus ieiunioꝝ ueſtroꝝ iueniunt uolũtates ueſtræ:& ſubiectos pcutitis,& in iudicia & in lites ieiunatis:& ceditis pugnis:nõ tale ieiuniũ elegi:dicit dominus. Quale elegerit: docet.Frãge eſuriẽti panẽ tuũ,& paupes ſine tecto:induc in domũ tuã,ſi uideris nudũ:ueſti,& domeſticos ſeminis tui ne deſpicias.Nõ igit ieiuniũ reprobauit,ſed q̃le uellet:oſtẽdit.Neq; enim uẽtris eſuries accepta eſt deo:quã lites & rapinæ & libidies deſtruũt. Si non uult ieiuniũ deus:quo modo in leuitico præcipit:ut ſeptimo menſe decima meſis oĩs populus ieiunet uſq; ad ueſperã?Et q nõ afflixerit aĩam ſuã:moriat?Et exterminet de populo ſuo?Quare ſepulchra cõcupiſcẽtiæ ubi carnibus deditus populus ruit:uſq; hodie in ſolitudine ꝓſeuerãt?Et craſſus populus ortigomorã ſcribit ad colerã uſq; ructaſſe?Cur homo dei: ad cuius ꝓphetiã manus aruerat regis leroboã:qui mãducauit cõtra edictũ dei:ilico ꝓcuſſus eſt?Et leo q aſinã cuſtodiuit intactã:Prophetæ leuãti ſe de prãdio nõ pepcit?Qui ieiunus miracula fecerat:prãſus ilico ſaturitatis pœnas luit. Sed & Iohel clamitat:Sanctificate ieiuniũ:prædicate curationẽ,ut mõſtraret ieiuniũ ſanctificari cæteris operibus:& ſanctificatũ ieiuniũ curatiõi ꝓficere peccatoꝝ.Quo modo autẽ uirginitati uere nõ ꝓiudicat imitatio uirginũ diaboli:ita & ueris ieiuniis coſtũ Iſidis & Cybele:& quorundã ciboꝝ in æternũ abſtinentia.maxime cũ apud illos:ieiuniũ panis ſagina carniũ cõpeſcet.Et ſicut ſigna quæ faciebat Moyſes imitabant ſigna ægyptioꝝ:ſed nõ erant in ueritate:nã uirga Moyſi uirgas magoꝝ deuorabat:ita & oĩa q per æmulationẽ dei facit diabolus:nõ religionis noſtræ ſupſtitio:ſed noſtra arguit negligẽtia:id nolẽtiũ facere qd bonum eſſe:etiã ſæculi hoĩes nõ ignorant.

Cap.XLII.

Varta ꝓpoſitio eſt Iouiniani quæ & extrema:duos eſſe ordines ouiũ ponit & hircorũ, alteꝝ iuſtoꝝ: alteꝝ peccatoꝝ,alios ſtare a dextris:alios a ſiniſtris & audire iuſtos. Venite benedicti patris mei poſſidere paratũ uobis regnũ a cõſtitutiõe mũdi.Peccatoribus uero dici.Diſcedite a me maledicti in ignẽ æternũ:q ꝑparatus eſt diabolo & angelis eius.Arboꝛ bonã nõ poſſe malos fructus facere: nec malã bonos. Vnde & Saluator loqtur ad Iudæos: Vos de patre diabolo eſtis:& cõcupiſcẽtias patris ueſtri facere uultis.De cem uirgines ꝓponit:ſtultas atq; ſapiẽtes,& quinque quæ oleũ nõ habuerũt remãſiſſe extrinſecus.alias uero quinque quæ ſibi lumẽ bonoꝝ opeꝝ ꝑparauerãt:thalamũ intraſſe cũ ſponſo.Aſcẽdit ad diluuiũ:& ait.Qui erant cũ Noe iuſti:ſeruati ſunt.q uero peccatores:oẽs in cõe perierunt. Apud Sodomã & Gomorrã exceptis duobus gradibus bonoꝝ malorũq;:nulla diuerſitas iuenit.Qui eſt iuſtus:eripit,q peccator: pari uorat incẽdio,una ſalus liberatis,unus iteritus remanẽtibus.Ne paululũ qdẽ a iuſtitia declinãdũ: idicio eſt uxor Loth. Si autẽ inqt mihi opponis:q̃re iuſtus laboret in pace:aut in ꝓſecutionibus:ſi nullus ꝓfectus eſt: nec maiora ꝑmia?Scias hoc eũ facere:nõ ut qd plus mereat,ſed ne ꝑdat:qd accepit. In ægypto quoq; decẽ plagas æq̃liter oẽs ſentiunt peccatores.& ſimiles tenebræ domino & ſeruo nobili & ignobili:regi iminẽt & uulgo.Sãcto uero dei & populo Iſrahel una erat lux.Sic & ĩ mari rubro iuſti pariter trãſeũt,peccatores pariter obruunt.Sexcẽta hoĩum milia excepta imbelli ætate & ſexu: in deſerto æqualiter ruunt,& duo qui iuſtitia pares erãt:æq̃liter liberant,ꝑ quadraginta annos cunctus Iſrahel ſimiliter laborat & morit.Gomor mãnæ uniuerſis ætatibus una in cibo meſura eſt.ueſtitus pariter nõ deterit,capilli ſimul nõ augent,barba in cõmune non creſcit, calciamẽta ex æquo oĩbus durãt.Nõ icalluere pedes,cibus in ore cunctoꝝ æqualiter ſapit. Ad unã manſionem pari labore & mercede ꝓgebant.Oĩs ebræus æquale habet paſca:æq̃les ſcenophegias; æquale ſabbatũ: æquales neomenias.Septimo requietionis anno abſq; ꝓſonaꝝ diſcretiõe dimittit:& in iubilæo uniuerſa cũctis debita relaxant;atq; ad antiquã poſſeſſionẽ uenditor redit.Parabolã autẽ in euãgelio ſeminãtis:in qua in bona terra centeſimus & ſexageſimus & triceſimus fructus exoritur:& e cõtrario in terra mala triplex ſterili-

tatis uarietas ídicaſ:in duos ordines diuidit:bonæ terræ & malæ.Et quo mō apoſtolis pro derelictis filiis 33
& uxoribus:in euāgelio alio cēties:in alio ſepties dominus repromittit:& in futuro uitā æternā: nullaq; diſtātia eſt inter cētū & ſeptē:ſic & in hoc numero nō facere p̄iudiciū:ubi huius terræ fertilitas p̄dicaſ. p̄ſerti cū & euāgeliſta Marcus retrorſū numeret:triginta:ſexaginta: & centū.Dicit dominus:q māducat meā carnē:& bibit meū ſanguinē:in me manet:& ego ī illo.Sicut ergo ſine aliq̄ differētia graduū Chriſtus in nobis eſt:ita & nos in chriſto ſine gradibus ſumus.Oīs qui diligit me:ſermonē meū ſeruabit.& p̄ meus diliget eū & ad eū ueniemus:& māſionē apud eum faciemus.Qui iuſtus eſt:diligit.qui diligit:uēit ad eum pater & filius:& in eius habitāt hoſpitio.Vbi aūt huiuſcemodi habitator eſt:puto q̄ nihil deeſſe poſſit hoſpiti.Si aūt dicit:multæ māſiones ſunt apud patrē meū:nō in regno cælo⁹ diuerſas ſignificat māſiones:ſed eccleſiarū in toto orbe nūerum:quæ cōſtat una per ſeptē.Vado inqt & p̄parabo uobis locū:nō loca.Si hæc repromiſſio ꝓprie.xii. apoſtolo⁹ eſt:ergo Paulus excluſus eſt de hoc loco:& electōis uas ſupfluus putabiť & indignus. Ioānes & Iacobus qa plus cæteris petierūt:nō ipetrauerūt:& tamē nō ē dignitas eo⁹ iminuta.qa reliqs apoſtolis æquales fuerūt.Neſcitis qa corpora ueſtra tēplū ē ſpiritus ſancti.Tēplū inquit eſt:& nō tēpla.ut ſimiliter in oībus habitatorē oſtēderet deū.Nō pro his rogo tātū:ſed pro illis qui credituri ſunt per uerbū eo⁹ in me.ut ſicut tu p̄ in me:& ego in te unū ſumus:ita oēs unū ſint in nobis.Gloriā quā dediſti mihi:dedi eis. dilexi eos:ſicut me dilexiſti.Et quo mō nos ſumus p̄ & filius & ſpiritus ſanctus unus deus:ſic & unus populus in ipſis ſit.hoc eſt quaſi filii cariſſimi diuinæ cōſortes naturæ:ſpōſa:ſoror:mr̄:& quæcunq; alia putaueris uocabula:unius eccleſiæ cōgregatio eſt.quæ nunq̄ eſt ſine ſpōſo:fre:filio unā hēt fidē.nec conſtupratur dogmatū uarietate.nec hæreſibus ſcidiť .uirgo manet.Quocūq; agnus uadit:ſequiť illū.Sola nouit cāticū chriſti.Si aūt inquit mihi oppoſueris.ſtella a ſtella differt in claritate:audies differre ſtellā a ſtella:hoc ē ſpiritales a carnalibus.Oía mēbra æqualiter diligimus.nec oculum p̄ponimus digito:nec digitū auriculæ.ſed ſingulorū amiſſione mēbrorū cōis dolor eſt.Aequaliter introimus in hoc ſæculū:& æq̄liter de eo egredimur. unus aūt Adā terrenus:& alter cæleſtis.Qui in terreno fuerit a ſiniſtris eſt:& peribit. Qui in cæleſti a dextris eſt: & ſaluabitur.Qui fatuæ fratri dixerit & racha:reus erit gehennæ.Et qui homicida fuerit & adulter: mitteť ſimiliter in gehēnā.In p̄ſecutione q incēdiť:q ſuffocať:qui decolať:q fugerit:qui in carcere incluſus obierit: uaria quidē luctæ genera:ſed una corona uicto⁹ eſt.Inter eū fratrē q ſemp cū patre fuerat:& qui poſtea pœnitēs eſt receptus: nulla diuerſitas eſt.Operariis primæ horæ:& tertiæ & ſextæ & nonæ & undecimæ: unus denarius æqualiter redditur.Et quo magis admireris:ab his incipit p̄miū:qui minus in uinea laborarūt.

Cap.XLIII.

Is & huiuſcemōi diuinarū ſcripturarū teſtimōiis: quæ ad p̄uerſitatē ſui dogmatis callidus diſputator
ces animæ facile decipiuntur. Deceptio tam laici q̃ episcopi communis est. At episcopus errare non potuit, re uera de Platonis & Aristophanis sinu in episcopatum eliguntur. Quotus est qui non apprime in his eruditus sit? Denicq; ex litteratis quicunq; hodie ordinantur: id habent curæ: non quo modo scripturarum medullas ebibãt: sed quo modo aures populi declamatorum flosculis demulceant. Accedit ad hoc q̃ arriana hæresis magis cum sapientia sæculi facit, & argumentationum riuos de Aristotelis fontibus mutuatur. Igit̃ paruulorum inter se certantium ritu quid dixeris dicam, affirmabis: affirmabo. negabis: negabo. Arrianus baptizat. ergo episcopus est: non baptizet tu refuta laicum: & ego non recipio sacerdotem. Sequar te quocunq; ieris: aut pariter in luto hæsitabimus: aut pariter expediemur. LV. Sed laico ideo ignoscendum est: quia ecclesiam dei putans simpliciter accessit: & iuxta fidem suam credens baptizatus est. OR. Nouam rẽ asseris ut christianus quisq̃ factus sit ab eo qui non fuit christianus. Accedens arrianus in qua fide baptizatus est? Nempe in ea quam habebant arriani: aut si iam ipse bene credebat: & sciens ab hæreticis baptizatus est: erroris ueniam non meretur. Verum hoc penitus absurdum est: ut discipulus ad magistrum uadens ante sit artifex q̃ doceatur. At modo ab idolorum ueneratione conuersus nouerit christum melius q̃ ille qui doceat. At dicis simpliciter in patre & filio & spiritu sancto credidit: & ideo baptisma consecutus est. Quæ est ista quæso simplicitas: nescire quid credas? simpliciter credidit. Quid credidit? certe aut tria nomina audiens tres deos credidit: & idolatra effectus est, aut in tribus uocabulis trinonimi credens in Sabellii hæresim incurrit. Aut edoctus ab arrianis unum esse uerum deum patrem filium & spiritum sanctum credidit creaturas, aut extra hoc quid credere potuerit nescio nisi forte homo iã edoctus in capitolio homousiam didicerit trinitatẽ, sciebat patrem & filium & spiritum sanctum: non natura: sed personis esse diuisos. Sciebat & filii nomen in pre & patris nomen in filio. Ridicula penitus assertio ante de fide disputare q̃ credere: ãte mysterium scire q̃ initiatus sit. Aliter de deo sentire baptizantem: & aliter baptizatum. Præterea cum solenne sit in lauacro post trinitatis confessionem interrogare: credis in sanctam ecclesiam? credis in remissionem peccatorum? In quã ecclesiam credidisse eum dicis? in arranorum? sed non habent. In nostram? sed extra hanc baptizatus non potuit in eam credere: quam nesciuit. LV. Quoniam ad omnia argumentaris: & emissa a nobis spicula scuto orationis eludis: unam hastam iaciam: quæ umbonem tegminis tui: & uerba crepitantia ui sua penetret: nec diutius patiar fortitudinem arte superari. Laicus etiam extra ecclesiæ fidem baptizatus pœnitens recipitur. Episcopus uero aut pœnitentiam non aget: & sacerdos est: aut si pœnitentiam egerit: esse episcopus desinit. Quam ob rem recte nos laicum suscipimus pœnitentem: & Episcopum si in sacerdotio perseuerare uult repudiamus. OR. Sagitta quæ contento neruo dirigitur difficile uitatur. Ante enim ad eum ad quem iacta est peruenit: q̃ obice clypei frustretur. E contrario tuæ propositiones quia sine ferri acumine mittuntur hostẽ non ualent perforare. Hanc igitur hastam quam totis uiribus misisti: de qua nobis minitaris: ut aiunt uno digitulo repellam. Neq; enim hoc modo quæritur an episcopus pœnitens esse non possit: sed an hæreticus baptisma habeat: qui si ut constat baptisma non habet: quo modo potest esse pœnitens ante q̃ christianus? Proba mihi ab arrianis uenientem laicum habere baptismum: & tunc ei pœnitentiam non denegabo. Si uero christianus non est: si non habuit sacerdotem qui eum faceret christianum: quo modo aget pœnitentiã homo qui nec dum credit? LV. Oro te ut philosophorum argumentatõne deposita christiana mecum simplicitate loquaris. Si tamen non dialecticos sequeris: sed piscatores: æquum ne tibi uidetur: ut Arrianus Episcopus fit? ORTHODOXVS. Tu eum episcopum probas: quia ab eo recipis baptizatum: & in hoc reprehendendus es, quare a nobis parietibus separaris; cum in fide & in arrianorum nobiscum receptione consentias LVCIFERIANVS. Iam superius rogaui: ut non philosophice: sed christiane mecum loquaris. OR. Discere uis an contendis? LV. Vtiq; contendo: quia facti rei a te quæro rationem. OR. Si contendis iam tibi responsum est. Eadem enim ratione episcopum ab arrianis recipio: qua tu recipis baptizatum. Si discere cupis: in meam aciem transgredere. Aduersarius enim uincitur: discipulus docetur. LV. Nõ possum ante esse discipulus q̃ magistrum audiam prædicantem. OR. Quoniam tergiuersaris: & sic uis a me doceri: ut aduersarium in tergo habeam: tuo animo te docebo. Consentimus in fide: consentimus in hæreticis recipiendis: consentiamus etiam in conuentu. LV. Hoc non est docere: sed argumẽtari. OR. Quia tu pacem cum scuto petis. & nos oliuæ ramum gladio inserimus. LV. En tollo manus: cedo: uicisti. Verum cum arma deponam sacramẽti: in quo me iurare compellis: quæro rationem. OR. Gratulor interim tibi: & Christo deo meo gratias ago: quia animo bono a falsitatis ardore ad totius cibi te saporem contulisti, nec dicis more quorundam Saluum me fac domine: quoniam defecit in me spiritus. quorum uox impia crucem Christi euacuat: dei filium subiugat diabolo: & illam complorationem quæ a domino de peccatoribus prolata est non de uniuersis hominibus dictam intelligit. Quæ utilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionem? Sed absit ut frustra deus mortuus sit. Alligatus est fortis: & uasa eius direpta sunt. Allocutio patris impleta est. Postula a me & dabo tibi gentes: hæreditatẽ tuã & possessionem tuam terminos terræ, apparuerunt fontes aquarũ: & reuelata sunt fundamenta orbis terrarum. in sole posuit tabernaculum suum: nec est qui se abscondat a calore eius. de eo plenus psalmista canit: Inimici defecerũt frameæ in finem: & ciuitates eorum destruxisti. Et ubi quæso isti sunt nimium religiosi immo nimium prophani: qui plures synagogas asserunt eẽ q̃ ecclesias? quo modo destructæ sunt diaboli ciuitates: & in fine hoc est in sæculorum consumatione idola corruerunt? Si ecclesiam per totum orbem non habet Christus: & in sardinia tantum habet: nimium pauper factus est. Et si britannias: gallias: orlitem: ĩdorum populos: barbaras natões: & totum semel mundum possidet sathanas: quo modo ad angulm uniuersæ terræ crucis trophæa collocata sunt? Nimirum aduersarius potens cõcessit christo hiberiam & celtiberos liuidos hoies: æthiopumq; prouiciam dignatus est possidere. Quod si de illa quæ

in euangelio ſcripta eſt:ſibi ſententia blandiuntur:putas ne cum uenerit filius hominis ſueniet fidem ſuper terram? Sciant illam fidem nominari:quam ipſe dominus aiebat:Fides tua te ſaluam fecit.Et alibi de Centurione.Non inueni tantam fidem in iſrahel.Et rurſus ad apoſtolos.Quid timidi eſtis modicæ fidei?Nec non & ī alio loco.Si habueritis fidem ſicut granum ſynapis dicetis huic monti tranſmigra:& tranſmigrabit.Neq; enim centurio:aut illa muliercula quæ per duodecim annos fluxu ſanguinis tabeſcebat:in trinitatis ſacramēta crediderat:quæ poſt reſurrectōnem Chriſti apoſtolis manifeſtata ſunt:ut merito fides horum quæ ī myſterio eſt laudaretur.Sed ſimplicitas mentis & deuota deo ſuo anima approbata eſtt.Dicebat enim in corde ſuo:Si tetigero ueſtimentum eius tantum:ſalua fiam.Hæc eſt fides:quam raro inuentam deus pronūciauit. Hæc eſt fides quæ etiam apud eos qui bene credunt:difficile perfecta inuenitur.Fiat tibi inquit deus ſecundum fidem tuam.Hanc ego fidem audire uolo.Si enim ſecundum fidem meā fiat mihi peribo.Et certe credo in deum patrem:credo in deum filium:& credo in deum ſpiritum ſanctum.Credo in unum deum: & tamen ſecundum meam fidem nolo mihi fieri.Sæpe quippe uenit inimicus homo: & inter dominicam meſſē zizania interſerit.Neq; hoc dico q; maius quicq̄ ſit q̄ ſacramenti fides:q̄ puritas animæ:ſed indubitatæ ad deum fides arduæ reperiuntur. Verbi gratia dictum ſit:ut quod uolumus perſpicuum fiat,ad oratōnem aſſiſto:non orarem ſi non crederem.ſed ſi uere crederem illud cor quo deus uidetur mundarem: mānibus tunderem pectus:genas lachrymis rigarem:corde molleſcerem:corpore ihorreſcerem:ore pallerem:iacerem ad domini mei pedes:eoſq; fletu perfunderem:crine tergerem:hærerem certe trunco crucis:nec prius amitterem q̄ miſericordiam impetrarem.Nunc uero creberrime in oratione mea aut per porticus deambulo:aut de fœnore computo:aut adductus turpi cogitatione etiam quæ dictu erubeſcenda ſunt gero. Vbi eſt fides? Siccine putamus oraſſe ionā?ſic tres pueros?ſic Danielem iter leones?ſic certe latronem ī cruce?Et hæc ego exempli cauſa ad itelligentiam ſenſus protuli.Cæterum conueniat unuſquiſq; cor ſuum:& in omni uita inueniet q̄ rarum ſit fidelem animam inuenire:ut nihil ob gloriæ cupiditatem:nihil ob rumuſculos hominū faciant.Neq; enim ſtatim qui ieiunat deo ieiunat:aut extendens pauperi manum:deo fœnerat. Vicina ſunt uitia uirtutibus .Difficile eſt deo tantū iudice eē cōtentū.LVCIFE. Præueniſti īterrogationē meā.hāc enī ſcripturā mihi ī ultimo reſeruabā.Et fere oēs noſtri:īmo iā nō mei : hoc q̄ſi ariete ī diſceptatiōibus utūtur: quē cōfractū ac cōminutū uehemēter gaudeo.Sed quæſo te:ut mihi oēm cām quare ab arrianis ueniētes eccleſia nō recipiat:nō q̄ſi aduerſario:ſed diſcipulo explices.Nā cū tibi uerbo reſpōdere non poſſim:taīo tamen necdū aſſētior.OR.Sub Rege Cōſtātino Euſebio & Hippatio cognomīe unitatis & fidei īfidelitas nō agnoſcebat.ná illo ī tēpore nihil tā piū:nihil tā cōueniēs ſeruo dei uidebat:q̄ unitatē ſeq̄.& totius mūdi cōmunionē nō ſcīdi.Præſertī cū ſuperficies expoſitōis nihil ſacrilegū præferret.credimus aiebāt ī unū deū pfem oīpotentē.hoc etiā nos cōfitemur.Credīus ī unigenitū dei filiū q̄ ante oīa ſæcula:& ante oē pricipiū natus eſt ex deo.Natū aūt unigenitū ſolū ex deo pfe:deū ex deo:ſimilē genitori ſuo pri ſecundū ſcripturas:cuius natiuitatē nullus nouit:niſi q̄ ſolus eū genuit pr.Nunq̄d hic īſertū ē:erat tēpus q̄do nō erat? Vel de nullis extantibus creatura ē filius dei? Perfecta fides ē:deū de deo credere:& natū aiebāt unigenitū ſolū:ex ſolo pfe qdem natū:nō factū.natiuitas ſuſpitionē auferebat creaturæ.Aiebāt præterea q̄ de cælo deſcēdit:cōceptus ē de ſpiritu ſācto:natus ex Maria uirgīe:crucifixus a pōtio Pilato.tertia die reſurrexit:ſedet ad dexterā dei pris: uenturus iudicare uiuos & mortuos.Sonabāt uerba pietatis:& iter tāti mellā præconii.nemo uenenū īſertū putabat.De uſiæ uero nōine abiiciēdo:ueri ſimilis ratio p̄bebaf. Quia ī ſcripturis aiebāt nō īueniē; & multos ſimpliciores nobilitate ſua ſcādalizabāt.placuit auferri:nō erat curæ epiſcopo de uocabulo:cū ſenſus eēt intuto.Deniq; ipō in tēpore cū fraudē fuiſſe ī expoſitōe rumor populi nūciaret:Valēs mirſenſis epiſcopus:qui eā cōſcripſerat præſente Tauro prætorii præfecto:q̄ ex iuſſu Regis Synodo aderat:,pfeſſus ē ſe Arrianū non eſſe:& pēitus ab eorū blaſphemiis abhorrere.res ſecrete geſta opinionē uulgi nō extīxerat.Itaq; alia die ī eccleſia:quæ ē apud Arrianū:& epiſcoporū ſimul & laicorū turbis cōcurrētibus: Mizōius epiſcopus ,puinciæ Byzātinæ:cui primæ ab oībus deferebanf:ita locutus ē.ea quæ ſunt iactata p̄ publicū: & ad nos uſq; plata: aliquē a nobis ſanctitati uræ legere præcipimus:ut quæ ſunt mala:& ab auribus: & a corde nro abhorrere debēt:oīum una uoce dānenf.Reſpōſum ē ab uniuerſis epiſcopis:placet.Itaq; cū Claudius epiſcopus ,puinciæ Piceni ex præcepto oīum blaſphemias:quæ ferebanf legere cœpiſſet: Valēs ſuas eē negās exclamauit:& dixit.Si q̄s negat Chriſtū deū:dei filiū.āte ſæcula ex pfe genitū:anathema ſit.Si q̄s negat filiū ſimilē pri:ſecūdū ſcripturas:anathema ſit.Ab uniuerſis cōſonatū ē:anathema ſit.Si q̄s filiū dei non dixerit æternū cū patre anathema ſit: ab uniuerſis cōclamatū ē:anathēa ſit.Si q̄s dixerit creatū filiū dei:ut ſunt creatæ creaturæ:anathema ſit:ſimiliter dictū ē:anathema ſit. Si q̄s dixerit de nōnullis extātibus filiū & nō de deo pfe: anathema ſit. Oēs clamauerūt.anathema ſit.Si q̄s dixerit:erat tēpus quādo nō erat filius:anathema ſit.In hoc uero cuncti epiſcopi:& tota ſimul eccleſia & plauſu quodā & tripudio Valētis uocē ſuſceperūt.Quod ſi q̄s a nobis ſicti putat:ſcrinia publica ſcrutef.Plenæ ſunt certe eccleſiarū arcæ & recēs adhuc memoria ē.Supſunt hoīes: q̄ illi ſynodo interfuerunt:& q̄ ueritatē firment.Ipſi arriani hæc ita ut diximus:geſta non denegant.Cum ergo cūcti Valentem ad cælum laudibus tollerent: & ſuam in eum ſuſpitionem pœnitētia damnarent:idē Claudius qui ſupra legere cœperat: ait, Adhuc ſunt aliqua quæ ſuperfugerunt dominum & fratrem meum Valentem:quæ ſi uobis uidetur: ne quis ſcrupulus remaneat:in commune damnemus.Si quis dixerit filium dei eſſe li quidem ante omnia ſæcula:ſed non ante omnino omne tempus:ut ei aliquid auferat: anathema ſit.Dixerunt cuncti.anathema ſit.Multaq; alia quæ ſuſpitioſa uidebantur:ad pronunciationem Claudii Valens condemnauit.Quæ ſi quis plenius dicere cupit:in Ariminen.ſynodi actis reperiret. Vnde & nos illa prælibauimus.His itaque geſtis concilium ſoluitur:læti homines ad prouinciam reuertuntur.Id enim Re

gi & bonis omnibus curæ fuerat:ut oriens atq; occidens cãonis ſibi uinculo necterentur:ſed diu ſcelera nõ
latent:& cicatrix male obducta in corpore dirumpit'.Cœperunt poſtea Valens & Vrſatius cæteriq; neqtiæ
eorum ſocii egregii:uidelicet Chriſti ſacerdotes palmas ſuas iactitare:dicẽtes ſe filium non creaturã negaſſe:
ſed ſimilem cæteris creaturis.Tunc uſiæ nomẽ aboletũ eſt:tunc nicenæ fidei damnatio cõclamata eſt, inge-
muit totus orbis:& Arrianũ ſe eẽ miratus eſt.Igitur alii intra ſuã cõionẽ remanere:alii ad eos cõfeſſores qui
ſub nomine Athanaſii exulabant:cœperunt litteras mittere,nõ nulli iſtam ſocietatẽ meliorum diſpoſitione
planxerunt.Pauci uero(ut ſe natura hominum habet)erroré pro cõſilio defenſauere,Periclitabatur nauicu-
la apoſtolorum:urgebant uenti:fluctibus latera tundebãtur.nihil iam ſupererat ſpei:domius ſuſcitat':impe
rat tempeſtati:beſtia moritur:tranquillitas rediit.Manifeſtius dicã.Omnes epiſcopi qui de propriis ſedibus
fuerant exterminati:per indulgẽtiã noui prĩcipis ad eccleſias redeunt. Tũc triũphatoré ſuũ Athanaſiũ ægy-
ptus excepit.tunc Hilarium de prælio reuertẽtẽ galliarũ eccleſia cõplexata eſt.tunc ad reditũ Euſebii lugu-
bres ueſtes italia mutauit.Cõcurrebant epiſcopi qui arimĩnẽſibus dolis irretiti:ſine cõſcientia hæretici fere-
bãt:cõteſtãtes corpus domini & qcqd in eccleſia ſanctũ ẽ:nihil malĩ ĩ ſua fide ſuſpicatos.Putauimus aiebãt
ſenſum cõgruere cũ uerbis.nec in eccleſiis ubi ſimplicitas:ubi pura confeſſio eſt:aliud in corde clauſum eſſe:
aliud in labiis proferri timuimus.Decepit nos bõa de malis exiſtimatio.Nõ ſumus arbitrati ſacerdotes Chri
ſti aduerſus Chriſtum pugnare. Multaq; alia quæ breuitatis ſtudio prætereo.flentes aſſerebãt:parati & ſub
ſcriptionẽ priſtinã & oẽs Arrianorũ blaſphemias cõdẽnare.Hoc loco interroga iſtos nimium religioſos qd
de cõfeſſoribus agendũ putauerint. Depoſitis inquient ueteribus epiſcopis:nouos ordinaſſe tentatum eſt.
Sed quotus quiſq; bene ſibi cõſcius patitur ſe deponi?Præſertim cũ oẽs populi ſacerdotes ſuos diligẽtes pe-
ne ad lapides & ad interemptionẽ deponentiũ eos cõuolauerint:mãſiſſent aiunt intra ſuã cõmunionẽ.hoc ẽ
dicere irrationabili crudelitate orbẽ totũ diabolo cõdẽnaſſent.Cur dãnaſſent eos:qui Arriãi non erant?Cur
eccleſiam ſcinderent in concordia fidei permanẽtẽ?Curq; idẽ credentes bene obſtinatione ſua facerẽt arria-
nos? Nã cum in ſynodo nicena:quæ propter arrianã perfidiã cõgregata eſt:octo epiſcopos arriãos ſuſceptos
ſciamus. & epiſcopus iã in mũdo nullus ſit:niſi quos ſynodus illa ordinauit:quo mõ potuerũt aduerſũ eos
facer':ppter quos exiliũ ſuſtinuerũt.LVCI.dixit:Ad id tandẽ ueniſti:ut tũc recepti ſint arriãi,quiná quæſo?
OR.dixit.Euſebius epiſcopus Nicomedien.Theogonus epiſcopus nicẽus:Sacras tũc præſbyter libyæ:Euſe
bius cæſareæ Paleſtinæ:& reliqui quos enumerare lõgũ eſt.Ipſe quoq; caput horũ:& cã malorũ Arrius præ
ſbyter:& Coronius diaconus:qui poſtea ſub Theodoſio Antiochenus epiſcopus fuit:& Achelas lector.hi qp
pe tres Alexãdrinæ eccleſiæ clerici auctores huius hæreſeos extiterũt.LVC.dixit.Quiſpiã eos negans fuiſſe
ſuſceptos:quo mõ reuincer'?OR.dixit. Superſunt adhuc hoĩes : qui illi ſynodo interfuer't. Et ſi hoc parum
eſt:quia propter tẽporis antiquitatẽ rari admodũ ſunt:& in omni loco teſtes adeſſe nõ poſſunt:legamus acta
& nomina epiſcoporum ſynodi Nicenæ:& hos quos ſupradiximus fuiſſe ſuſceptos:ſcripſiſſe omouſion in-
ter cæteros reperiemus.LV.dixit Si potes oſtẽde poſt ſynodũ nicenam illos in perfidiã declinaſſe. OR.dixit
Recte,ppoſuiſti.Solent.n.oculis clauſis denegare:qui credũt factum eẽ quod nolũt.Sed qũo poſtea declina-
rũt:,ppter quos ſynodus cõgregata eſt?Et quorũ epiſtolæ & libri impietatis ante ſynodum editi uſq; ad præ-
ſentẽ diem durẽt?Igitur cum illo tempore trecenti & eo amplius epiſcopi paucos hoĩes:quos ſine dãno eccle
ſiæ abiicere poterant ſuſceperint:miror quoſdam nõ certe nicenæ fidei ſectatores tanta duritia exiſtere. ut
tres cõfeſſores de exilio reuertentes nõ putẽt id ob totius orbis ſaluté neceſſitate facere debuiſſe:qã tot & ta
les uiri uoluntate fecerunt.Sicut dicere cœperamus poſt reditum cõfeſſorum in Alexandrina poſtea Synodo
conſtitutum eſt:ut exceptis auctoribus hæreſeos:quos error excuſare nõ poterat: pœnitentes eccleſiæ ſoci
arentur:non quod Epiſcopi poſſent eẽ:qui Hæretici fuerant:ſed quod cõſtaret eos:qui reciperentur:hæreti
cos non fuiſſe. Aſſenſus eſt huic ſententiæ occidens,& per tam neceſſarium concilium e ſathanæ faucibus
mundus ereptus eſt. Ventum eſt ad aſperrimum locum:in quo aduerſum uoluntatem & propoſitum meũ:
quo corde bono erga Luciferum ſum:ſecus quicq̃ dicere:q̃ & illius meritũ & mea humanitas poſſit exiſti-
mari.Sed quid faciam?ueritas os reſerat:&'inuitum longius ad loquẽdum pectus impellit.In tali articulo ec
cleſiæ:in tanta rabie luporum ſegregatis paucis ouibus reliquum gregem deſeruit,bonus quidẽ ipſe paſtor:
ſed multam prædã beſtiis relinquẽs.Prætereo illa quæ quidã ex maledicis quaſi ſatis firma defendunt.hoc
illũ non amore eccleſiæ:ſed noĩs in poſteros trãſmiſſione feciſſe.necnon & ſimultate quam aduerſus Euſe-
bium propter Antiochenã diſſenſionẽ ſuſceperat.nihil iſtorum de tali uiro credo:unum quod etiam in præ
ſenti conſtat:eloquar.uerbis eũ a nobis diſſentire:nõ rebus;ſed eos quidẽ recipiat:qui ab arrianis baptiſma
conſecuti ſũt.LVCI.dixit.Quãlõge alia:& ut nũc intelligo:error magis q̃ ſpei proficientia mihi ante aſſere-
bantur. Verũ gratias ago Chriſto deo:qui in pectus meum ueritatis lumen infudit:ne adhuc ore ſacrilego
uirginẽ eius ſcortũ diaboli clamarẽ.Reſtat unum:qd' quæſo ut differas,quod aduerſum Hilariũ dicendum
ſit:q nec baptizatos quidẽ recipiat ab arrianis.ORTHO.dixit.Hilarius cõdiaconus de eccleſia receſſit ſolus
quæ utputa turba ſit mũdi.neq; euchariſtiã cõficere põt:epiſcopos & præſbyteros nõ hẽns. neq; baptiſma
ſine euchariſtia tradere.Et cũ iã homo mortuus ſit:cum hoĩe pariter interiit & ſecta:quia poſt ſe nullum cle
ricum diaconus põt ordinare.Eccleſia autem nõ eſt:quæ nõ habeat ſacerdotem.Sed omiſſis paucis homini-
bus:qui ipſi ſibi & laici ſunt:& epiſcopi : auſculta quid de omni eccleſia ſentiendum ſit.LVCI. dixit. Tribus
ut aiunt uerbis ré iſtã grãdẽ diſſoluiſti,& quidẽ dũ loqueris uideor mihi tecum facere.Si uero obticueris ne
ſcio quid rurſum ſcrupuli naſcitur:quare ab hæreticis baptizati ſuſcipiũtur.ORTHO.dixit.Hoc eſt quod
& ego dixi. auſculta quid de omni eccleſia ſentiẽdũ ſit.Iſte enĩ(ut ais)ſcrupulos multos titillat. Et longus
fortaſſe ero enarrando ; uerum tanti eſt lucrum ueritatis: ut non ſileam. Arca Noe eccleſiæ typus fuit.

Dicéte Petro apoſtolo. In arca Noe pauci.i.octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquã.quod & nos nũc ſimiliter baptiſma ſaluos faciat. Vt in illa oĩum aĩaliũ genera:ita & in hac uniuerſaꝝ & gentiũ & morũ hoĩes ſunt. Vt ibi pardus & hædi:lupus & agni:ita & hic iuſti & peccatores.i.uaſa aurea & argẽtea cũ ligneis & fictilibus cõmorant. Habuit arca nidos ſuos:habet eccleſia plurimas natiões. Octo aĩæ hoĩum in arca Noe ſecutæ ſunt. Et nobis Eccleſiaſtes iubet dare partes ſeptẽ:dare partes octo.i.credere utriq; teſtamẽto. ideo q̃dã pſalmi pro octaua ſcribunt. Et p octonos uerſus:q; ſingulis lr̃is ſubiecti ſunt:in centeſimo decimooctauo pſalmo iuſtus erudit. Beatitudines quoq; q̃s dominus diſcipulis in mõte pronũciãs eccleſiã demõſtrauit:octo ſunt. Et Eze chiel in ædificationẽ tẽpli octonariũ numeꝝ aſſumit. Multaq; in hunc modũ p ſcripturas ſignificata reperies. Emittit itaq; de arca Coruus:& nõ rediit. Et poſtea pacẽ terræ colũba denũciat. Ita & ĩ baptiſmate eccleſiæ:deterrimo alite expulſo.i.diabolo:pacẽ terræ noſtræ colũba ſpiritus ſancti nũciat:a triginta cubitis incipiens:& uſq; ad unũ cubitũ paulatim decreſcens arca cõſtruit. Similiter & eccleſia multis gradibus cõſiſtens: ad extremũ diaconis:præſbyteris:epiſcopiſq; finit. periclitata eſt arca in diluuio piclitatur eccleſia in mũdo. Egreſſus Noe uineã plãtauit:& bibẽs de ea inebriatus eſt. Natus quoq; in carne Chriſtus:& eccleſiã plãtauit: & paſſus eſt. Nudatũ patrẽ irriſit maior filius:& minor texit & deũ crucifixũ illuſerũt ludæi. & honorauerũt gentiles. Dies me deficiet:ſi oĩa arcæ ſacramẽta cũ eccleſia cõponẽs ediſſerã. Qui ſint ĩter nos aquilæ: qui colũbæ:q; leones:q; cerui:q; uermiculi:q; ſerpẽtes. qd̃ ad præſens negociũ ptinet breuiter expediã. Nõ ſolũ in eccleſia morant oues:nec mundæ tantũ aues uolitant:ſed frumentũ in agro ſeritur. & ĩter nitentia culta. Lappæq; tribuli & ſteriles dominant auenæ.

Quid faciat agricola? Auellat loliũ? Sed tota pariter meſſis euertit. Quotidie induſtria ruſticana aues ſonitu abigit:imaginibus exterret. hinc flagello crepitat:hinc formidines tendit. Attamen aut ueloces capreæ:aut laſciuus onager ĩcurrit. hinc in effoſſa horrea mures fruméta cõportant. hinc frequẽti agmine ſegeté formica populat. ita res ſe habet. Nemo ſecurus agrũ poſſidet Dormiẽte patrefamilias inimicus homo zizaniã ſupſeminauit;ad quã eradicandã cũ ſerui ire ꝓponerẽt:dominus ꝓhibuit:ſibi ſeruãs paleaꝝ & fruméti diſcretionẽ. Hæc ſunt uaſa iræ & miſericordiæ:quæ in domo dei ab apoſtolo p̃dicant. Veniet ergo dies quãdo theſauro eccleſiæ aperto ꝓferet dominus uaſa iræ ſuæ:q̃bus exeuntibus ſancti dicẽt. Ex nobis exierũt:ſed nõ erant ex nobis. Si enim fuiſſent ex nobis:manſiſſent utiq; nobiſcum. Nemo poteſt Chriſti palmam ſibi aſſumere: nemo ante diem iudicii de hominibus iudicare. Si enim iam mũdata eſt eccleſia:q̃d domino reſeruamus? Eſt uia quæ uidetur apud homines recta. nouiſſima autem eius ueniũt in profundum inferni in hoc iudicii errore q̃ poteſt eſſe certa ſentẽtia? Conatus eſt beatus Cyprianus cõtritos lacus fugere:nec bibere de aqua aliena. Et iccirco hæreticoꝝ baptiſma reprobãs:ad Stephanũ tũc romãæ urbis epiſcopũ: q̃ a beato Petro. xxvi. fuit: ſup hac re africanã ſynodũ indixit. ſed conatus eius fruſtra fuit. Deniq; ipſi epiſcopi q̃ rebaptizandos hæreticos cũ eo ſtatuerãt:ad antiquã cõſuetudinẽ reuoluti nouũ emiſere decretũ. Quid faciamus? Ita eſt:nobis maiores noſtri:& illis ſui tradidere maiores. Sed q̃d de poſterioribus loquar? Apoſtolis adhuc in ſæculo ſupſtitibus:adhuc apud iudæã Chriſti ſanguine recẽti phantaſma domini corpus aſſerebat. Gallatas ad obſeruationem legis traductos apoſtolus iterũ parturit. Corinthios reſurrectionẽ carnis nõ credẽtes pluribus argumẽtis ad uerũ iter trahere conat. Tunc Simon magus & Menãder diſcipulus eius dei ſe aſſeruere uirtutes: tunc Baſilides ſummũ deũ: Abaxas cũ trecẽtis ſexagintaquinq; editiõibus cõmẽtatus eſt: tũc Nicolaus q̃ unus de ſeptẽ diaconibus fuit:die noctuq; nuptias faciẽs obſcœnos quoq; auditu erubeſcẽdos coitus ſomniauit. Taceo de iudaiſmi hæreticis:qui ante aduentũ Chriſti legẽ traditã diſſiparunt:q̃d Doſiceus Samaritanoꝝ princeps ꝓphetas repudiauit:q̃d Saducei ex illius radice naſcẽtes etiã reſurrectionẽ carnis negauerunt. q̃d phariſei a iudæis diuiſi ꝓpter quaſdã obſeruatiões ſupfluas nomẽ quoq; abſcidio ſuſceperũt:quod Herodiani Herodẽ regẽ ſuſceperũt pro Chriſto. Ad eos uenio hæreticos:qui euãgelia laniauerũt:Saturninum quendam & Orphitum & Chaldæã & Theoitũ & Carpocratẽ & Cherintũ & huius ſucceſſorẽ Hebionem & cæteras peſtes:quoꝝ plurimi uiuẽte adhuc Ioanne apoſtolo eruperunt:& tamen nullũ eorum legimus rebaptizatum. Quoniã autẽ talis uiri fecimus mentionẽ: de apocalypſi quoq; eius approbemus hæreticis ſine baptiſmate debere pœnitentiã cõcedi. Angelo epheſi deſerta caritas ĩputat:in angelo pergamenæ eccleſiæ idolothetum eius & nicolaitaꝝ doctrina reprehenditur. item apud angelum thaidiatiroꝝ hiezabel prophetiſſa:& ſimulacrorum eſcæ & fornicationes increpantur. Et tamen oẽs hos ad pœnitentiã dominus hortat ſub commination quoq; futuræ pœnæ niſi cõuertantur. Non autẽ cogeret pœnitere:ſi nõ eſſet pœnitẽtibus ueniã conceſſurus. Nunq̃d dixit rebaptizent qui in nicolaitarum fidem baptizati ſunt? uel ĩponantur eis manus: qui eo tempore apud pergamenos crediderunt? quod diſciplinam tenebant Baalin. Quin potius age inquit pœnitentiã;ſin autẽ ego ueniã tibi cito:& pugnabo tecũ in rumphea oris mei. Verum ſi uoluerint hi qui ab Hilario inſtituti ſunt:& oues ſine paſtore eſſe cœperunt:ea de ſcripturis proferre:quæ beatus Cyprianus ad hæreticos baptizandos in epiſtolis ſuis reliquit:Sciant illum nõ eorũ qui ſe ſequi noluerunt ſententiã odiſſe:Siquidem in cõmunione eorum permãſit:qui ſentẽtiæ ſuæ cõtraierant:ſed hortatũ potius fuiſſe ꝓpter Nouatum:& alias tunc hæreſes multas enaſcẽtes:ne quiſq; ab eo ſine damnatione erroris ſui reciperet. Sermonem deniq; ſuum quẽ ſuper hac re ad Stephanũ romanũ pontificem habuit:tali fine cõpleuit. Hæc ad cõſcientiã tuam frater cariſſime & pro honore communi & pro ſimplici dilectione protulimus credẽtes etiam tibi religiõis tuæ & fidei ueritate placere:q; & religioſa pariter & uera ſũt. Cæteꝝ ſcimus quoſdã quod ſemel ĩbiberũt:nolle deponere:nec ꝓpoſitũ ſuũ facile mutare:ſed ſaluo ĩter collegas pacis & cõcordiæ uiculo q̃dã ꝓpria quæ apud ſe ſemel ſunt uſurpata retinere. Qua in re nõ uim cuiq; facimus:aut legẽ damus: quãdo habeat in eccleſia adminiſtratio uoluntatis ſuæ arbitrium ſuum liberum: & unuſquiſq; ſit præpoſitus rationem acti

ſui dominō redditurus. Ad Iouinianū quoq; de hæreticis rebaptizādis ſcribens: in fine libelli ſic locutus eſt. Hæc tibi breuiter pro noſtra mediocritate reſcripſimus frater cariſſime: nemini p̄ſcribētes aut p̄iudicantes quo minus unuſq; ſcq; epiſcopoꝝ qd' putat faciat: habēs arbitrii ſui liberā poteſtatē. Nos q̄tum ī nobis eſt: p̄pter hæreticos cū collegis & epiſcopis noſtris cōtendimus: cū quibus diuinā cōcordiā & dominicā pacem tenemus, maxime cū apoſtolus dicat. Si quis autē putauerit cōtentioſos eſſe: nos talem cōſuetudiem nō habemus: ne eccleſia dei ſcindat'. a nobis patiēter & leniter caritas animi: collegii honor: uinculū fidei: cōcordia ſacerdotii eſt. Præterea aliud quiddā iferimus: aduerſum qd' ne mutire quidē audeat Hilarius deucapolim urbis. Si enim hæretici baptiſma nō habēt: & ideo baptizādi ab eccleſia ſunt: qa in eccleſia nō fuerūt: Ipſe quoq; Hilarius nō eſt chriſtianus. In ea q̄ppe eccleſia baptizatus eſt: quæ ſemp ab hæreticis baptiſmū recepit: ante q̄ Ariminēſis ſynodus fieret: ante q̄ lucifer exularet. Hilarius romanæ eccleſiæ diaconus ab hæreticis ueniētes in eo q̄ prius acceperant: baptiſmate ſuſcipiebat. Niſi forte tantū arriani hæretici: & ab iis aliū baptizatū recipere nō licet: ab aliis licet. Diaconus eras o Hilari: & Manichæos recipiebas. Diaconus eras: & Hebionis baptiſma cōprobabas. repēte poſtq̄ exortus eſt Arrius totus tibi diſplicere cœpiſti. Segregas te cū tuis ſeruulis: & nou ū balneū aperis. Si te angelus aliquis aut apoſtolus baptizauit: nō refringo: qd' ſequeris. Si uero in ſinu meo natus: ſi uberū meoꝝ lacte nutritus: aduerſum me gladium leuas: redde qd' dedi. Et eſto ſi potes: aliter chriſtianus. Meretrix ſum: ſed tamen mater tua ſum. Nō ſeruo unius tori caſtitatem. talis eram quādo cōceptus es. cum Arrio adulteriū cōmitto. feci & antea cōpar cū Hebione: cum cherintho Nouato. hos amplexaris: hos in matris tuæ domū iam adultos recipis. Neſcio q̄d te unus adulter offendat. q̄ ſi negandū quiſpiā putauerit hæreticos a maioribus noſtris ſemp fuiſſe ſuſceptos: legat beati Cypriani epiſtolas: in q̄bus apud Stephanū Rōanæ urbis epiſcopū ſueteratæ cōſuetudinis lacerat erroré. legat & ipſius Hilarii libellos: quos aduerſum nos de hæreticis rebaptizādis edidit. & ibi repiet ipſum Hilariū cōfiteri a Iulio: Marco: Silueſtro: & cæteris ueteribus epiſcopis: ſimiliter in pœnitentiā oēs hæreticos ſuſceptos: nec tamē ſibi & ueritati manſuetudinē præiudicare debere. Synodus quoq; Nicena: cuius paulo ante fecimus mentionē: oēs hæreticos ſuſcepit: exceptis Pauli Samoſateni diſcipulis. & qd' his maius eſt: epiſcopi Nouitianoꝝ ſi cōuerſi fuerint præſbyteri gradū ſeruāt. quæ ſentētia & Luciferoꝝ impugnat: & Hilariū: dum idem & clericus eſt & baptizatus. Poteram diē iſtiuſmodi eloquio ducere. & oēs p̄poſitionū riuulos uno eccleſiæ ſole ſiccari: Verū quia tam multum ſermocinati ſumus: & prolixitas cōcertatōnis audiētiū ſtudia laſſauit: breuē tibi apertāq; animi mei ſententiā proferā. in illa eſſe eccleſia p̄manendū: quæ ab apoſtolis fundata: uſq; ad diē hāc durat. Sicubi audieris eos: qui dicunt' chriſti: nō a domino Ieſu Chriſto: ſed a quoq̄ alio nuncupari: utputa Martionitas: Valentinianos: Montēſes: ſiue Campates: ſcito nō eccleſiā Chriſti: ſed antichriſti eſſe ſynagogā. Ex hoc enim ipſo qd' poſtea iſtituti ſunt: eo ſe eſſe īdicāt: quos futuros apoſtolus prænūciauit. Ne etiā ipſi ſibi blādiant': uel ſi de ſcripturaꝝ capitulis uident' ſibi affirmare: qd' dicunt: cū & diabolus de ſcripturis aliqua ſit locutus. & ſcripturæ nō in legēdo cōſiſtant: ſed in itelligēdo. alioquin ſi litterā ſequimur: poſſumus & nos quoq; nouū nobis dogma cōponere. ut aſſeramus ī eccleſiam nō recipiēdos qui calciati ſint: & duas tunicas habeāt. LVCIFERIANVS dixit. Nō te uiciſſe æſtimes: uicimus utriq;. uterq; noſtrū palmā refert: tu mei: & ego erroris. utinā q; mihi ſic ſemp diſputare cōtingat: ut ad meliora proficiens deſeram: quod male tenebā. Vnum tamen tibi confiteor: quia mores meoꝝ apprime noui: facilius uinci poſſe: q̄ perſuaderi.

Beati Hieronymi præſbyteri ad Creſiphontem de libero arbitrio cōtra Pelagianos hæreticos: qui dei gratiæ aduerſantes cuncta ad humanā referunt uoluntatem. Epiſtola. XV.

n On Audacter: ut falſo putas: ſed amāter ſtudioſeq; feciſti: ut nouā mihi ex ueteri mitteres q̄ſtōnē: quæ āte lras tuas pleroſq; ī oriēte decepit. ut p̄ ſimulatā hūilitatē ſupbiā diſcerēt. & dicerēt cū diabolo. In cælū aſcendā: ſup ſidera cæli ponā thronū meū: & ero ſimilis altiſſio. Quæ. n. pōt admiſſa maior eſſe temeritas: q̄ dei ſibi nō dicā ſimilitudinē: ſed æq̄litatē uēdicare? & breui ſentētia oīum hæreticoꝝ uenēa cōplecti? q̄ de philoſophoꝝ & maxīe Pythagoræ & Zenōis p̄cipis ſtoicoꝝ fōte manarūt? Illa. n. eoꝝ q̄ græce appellāt πάθη nos p̄turbatōes poſſumus dicere: ægritudinē uidelicet & gaudiū: ſpē & metū. quoꝝ duo p̄ſētia: duo futura ſūt. Aſſerūt exīaniri & extirpari poſſe de mētibus: & nullā fibrā radicēq; uitioꝝ ī hoīe oīno reſidere meditatiōe & aſſidua exercitatiōe uirtutū. Aduerſū quos & pipatetici q̄ ex Ariſtotelis fonte deſcēdūt: fortiſſime diſputāt. & academici noui quos Tullius ſeq̄t'. & eoꝝ nō dico res q̄ nullæ ſūt: ſed umbras & mométa ſubuertūt. Hoc eſt. n. hoīem ex hoīe tollere: & in corpore cōſtitutū eſſe ſine corpe: & optā potius q̄ docere: dicēte apoſtolo: Miſer ego homo: qs me liberabit de corpe mortis huius? Et qa epiſtolaris breuitas nō pōt oīa cōprehēdere: ſtrictim tibi uitāda deſcribā. Vnde & illud uirgilianū eſt.

Hinc metuunt: cupiuntq;: dolēt: gaudentq;: neq; auras
Deſpiciunt: clauſi tenebris & c rcere cæco.

Quis enim poteſt aut nō geſtire gaudio: aut mœrore cōtrahi: aut ſpe extolli: aut timore terreri? Quā ob rem & grauiſſimus poeta Flaccus ſcripſit in Satyra.

Nam uitiis ſine nemo naſcit'. optimus ille eſt
Qui minimis urgetur.

Pulchre q̄dā noſtroꝝ ait: Philoſophi patriarchæ hæreticoꝝ eccleſiæ puritatē puerſa maculauere doctrina: ut neſciāt illud dictū de humana fragilitate. Quid gloriat' terra & cinis? præſertim cum de iiſdem apoſtolus dicat: Video aliam legē in membris meis repugnantē legi mentis meæ: & ducentem me in captiuitatem. Et iterum. Non enim quod uolo hoc ago: ſed quod nolo id operor. Si quod non uult operatur: quo modo ſtare poteſt hoc quod dicitur: poſſe hominem ſine peccato eſſe ſi uelit? Qua ratione poteſt eſſe quod uelit:

cum apostolus asserat se qđ cupiat ĩplere nõ posse? Cumq; ab eis quæramus: qui sint illi quos absq; peccato putent? Noua stropha eludere cupiũt ueritatẽ: se nõ eos dicere q sint uel fuerint: sed q esse possint. Egregii doctores dicũt esse nõ posse: qđ nunq̃ fuisse demõstrant: dicẽte scriptura. Omne qđ futurũ est: iam factũ est in priori tẽpore. Neq; nunc mihi necesse est ire p singulos sanctorũ: & quasi ĩ corpore pulcherrimo neuos quosdam & maculas demõstrare. qđ plericq; nostrorũ simpliciter faciunt cũ paucis sententiolis scripturarũ possint hæreticorũ & p eos philosophorũ arguméta cõuinci. Quid.n. dicit uas electionis? Cõclusit deus oĩa sub peccato: ut oĩum misereat. Et in alio loco. Oẽs.n. peccauerunt: & ĩdigent gloria dei. Ecclesiastes quoq; p quem se cecinit ipsa sapiẽtia libere ꝓtestat: & dicit: Nõ est.n. homo iustus sup terrã: q nõ peccet. Et iterũ: Si peccauerit populus tuus: nõ est enim homo q nõ peccet. & qs gloriabit castũ se hr̃e cor? & nõ est mundus a sorde: nec si unius diei fuerit sup terrã uita eius. Vnde & Dauid dicit: Ecce enim in iniq̃tatibus cõceptus sum: & in peccatis cõcepit me mater mea. Et in alio psalmo: Nõ iustificabit̃ in cõspectu tuo oĩs uiuens. Quod testimoniũ sub noie pietatis noua argumẽtatione deludunt. Aiunt enim ad cõparationẽ dei nullũ esse ꝓfectũ: quasi scriptura hoc dixerit. Neq; enim ait Nõ iustificabit̃ ad cõparationẽ tui oĩs uiuens. sed nõ iustificabit̃ in cõspectu tuo oĩs uiuens. Quando.n. in cõspectu tuo hoc intelligi uult: qđ etiã qui hoĩbus sancti uidẽtur: dei scientiæ atq; notitiæ nequaq̃ sancti sint. Homo.n. uidet in facie: deus autẽ in corde. Si autẽ inspiciẽte deo & oĩa contẽplante: quẽ cordis arcana nõ fallunt: nullus est iustus: pspicue ostẽdit̃ hæreticus nõ hoĩem in excelsa sustollere: sed dei potẽtiæ derogare. multaq; alia: q si de scripturis sanctis uoluero cõgregare: nõ dicam epistolæ: sed uoluminis quoq; excedã modũ. Nihil noui asserunt q in huiusce modi applaudẽte pfidia simplices qdẽ & indoctos decipiũt: sed eccl̃esiasticos uiros q in lege dei die ac nocte meditant̃: decipe nõ ualẽt. Pudeat ergo eos principũ & sociorũ suorũ. qui aiunt posse hominẽ sine peccato esse: si uelit: qđ græci dicunt ἀναμαρτητον: & quia hoc ecclesiarũ pruriẽtes aures ferre nõ possunt: simulãt se sine peccato qdẽ dicere: sed ἀναμαρτητον: & nõ græcũ sermonẽ: ἀναμαρτητον dicere audere: q̃si aliud sit sine peccato: aliud ἀναμαρτητον: & nõ græcum sermonẽ: q apud illos cõpositus est duobus uerbis sermo latinus expresserit: si absq; peccato dicis, ἀναμαρτητον dicere diffiteris. Dãna eos ergo q te ἀναμαρτητον prædicãt: sed nõ facis. Nosti.n. qd ĩtrisecus discipulos tuos doceas: aliud ore cõmemorãs: & aliud cælans cõsciẽtia: nobisq; alienis & indoctis loqueris p parabolã: tuis autẽ mysteria cõfiteris: & hoc iuxta scripturã te facere iactas. Quia dictũ est turbis Iesus parabolis loquebat̃: & ad discipulos in domo dicit. Vobis datum est scire mysteria regni cælorũ: illis autẽ nõ est datum. Sed ut dicere cœperã exponã breuiter principiũ & sociorũ tuorũ noĩa: ut animaduertas qualiũ consortio gloriaris. Manichæus electos suos quos inter idæas: id est formas Platonis ĩ cælestibus collocat: dicit oĩa carere peccato. nec si uelit posse peccare. Ad tanta enim eos uirtutũ culmina trãscendisse ut carnis operibus illudant. Priscillianus in Hispania pars manichæi de turpitudine cuius te discipuli diligunt uerbũ perfectionis: & sciẽtiæ sibi temere uendicantes soli cum solis clauduntur mulierculis: & illud eis inter coitum amplexuq; decantant.

Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Coniugis ingremium lætæ descendit: & omnis
Magnus alit magno commixtus corpore fœtus.

Qui quidẽ partẽ habẽt gnosticæ hæreseos de basilidis ĩpietate ueniẽtẽ. Vnde & uos asseritis eos q absq; legis sciẽtia sunt peccata uitare nõ posse. Quid loquar de Priscilliano: q & sæculi gladio: & totius orbis auctoritate dãnatus est? Euagrius põticus Hyporita: q scribit ad uirgines: scribit ad monachos: scribit ad eã cuius nomen nigredinis testat̃: & pfidiæ tenebras edidit librũ & sententias: περι απαθειας quã nos impassibilitatem: uel ĩperturbationẽ possumus dicere: quãdo nunq̃ aĩus ulla pturbatiõe cõtagione & uitio cõmouet̃: & ut simpliciter dicam: uel saxum: uel deus est. Huius libros p orientẽ græcos: & interptãte discipulo eius Rufino latinos plericq; in occidẽte lectitãt: qui librũ quoq; scripsit quasi de monachis: multosq; ĩ eo enumerat q nunq̃ fuerunt: & quos fuisse scribit Origenistas ab episcopis damnatos esse nõ dubiũ est Amonium uidelicet & Eusebium & Euthymiũ: & ipsum euagrium: Origenem quoq; & Isidorum & multos alios: quos dinumerare tedium est: & iuxta illud Lucretii.

Ac ueluti pueris absinthia tetra medentes
Cum dare conãtur prius ora pocula circum
Contingãt: dulci mellis flauoq; liquore.

Ita ille unũ Ioannẽ in ipsius libri posuit principio: quem & catholicũ & sanctũ fuisse nõ dubiũ est: ut p illius occasionẽ cæteros quos posuerat hæreticos ecclesiæ introduceret. illã autẽ temeritatẽ immo ĩsaniã eius quis digno possit explere sermone q librũ Sixti pythagorei hominis absq; Christo: atq; ethnici ĩmutato noĩe Sixti martyris: & romanæ ecclesiæ episcopi p̃notauit. in quo iuxta dogma pythagoricũ hominẽ exæquãt deo: & de eius dicũt esse substãtia. Multa de ꝓfectione dicunt̃: ut q uolumen philosophi nesciũt sub martyris nomine bibant de aureo calice babylonis. Deniq; in ipso uolumine nulla ꝓphetarũ: nulla patriarcharum: nulla apostolorũ: nulla Christi fit mentio: ut episcopum & martyrẽ sine christi fide fuisse cõtẽdat. Vnde & uos plurima cõtra ecclesiam usurpatis testimonia. Fecerat hoc & in sancti Páphili martyris noĩe: ut librũ primũ sex librorũ defensiõis Origenis Eusebii Cæsariẽsis (quẽ fuisse arrianũ nemo qui nesciat) nomine Pamphili martyris p̃notaret: quo scilicet egregia illa q̃ttuor Origenis περι αρχων uolumina latinis infunderet auribus. Vis adhuc & alium nosce tui erroris prĩcipem? doctrina tua Origenis ramusculus est. In eo enim psalmo: ubi scriptum est: ut de cæteris taceã: Insuper & usq; ad noctem erudierunt me renes mei: asserit uirum sanctum: de quorum uidelicet & tu numero es: cum ad uirtutũ uenerit summitatẽ: ne in nocte quidẽ ea pati: quæ hoĩum

xl.vi.

ſunt:nec cogitatione uitiorum aliqua titillari.nec erubeſcas de ſocietate talium renuẽs eoꝝ nomina:quorũ blaſphemiis iungeris.Iouiniano reſponſum eſt:tibi reſponſum credito.nec fieri poteſt:ut diuerſus ſit eorum exitus:quoꝝ eſt una ſentẽtia.Cũ hæc ita ſe habeãt:qd uolunt miſeræ mulierculæ oneratæ peccatis:quæ circunferunt oĩ uento doctrinæ:ſemp diſcẽtes:& nunq̃ ad ſcientiã ueritatis puenientes:& cæteri mulierculariũ ſocii pruriẽtes auribus:& ignorãtes qd audiãt:qd loq̃nt;q uetuſtiſſimũ cœnũ q̃ſi nouã ſuſcipiãt tẽperaturã: q iuxta Ezechielẽ liniũt parietẽ abſq; tẽperamẽto:& ſupueniẽte ueritatis pluuia diſſipant.Simon magus hæreſim cõdidit:Helenæ meretricis adiutus auxilio.Nicolaus antiochenus oĩum ĩmũditiaꝝ reptor:choros duxit fœmineos.Martion Romã p̃miſit mulierẽ:q̃ decipiẽdos ſibi aĩos p̃pararet. Appelles Philomenem ſuarũ comitẽ habuit doctrinaꝝ.Mõtanus ĩmundi ſp̃ũs p̃dicator multas eccleſias p Priſcã & Maximillã nobiles & opulẽtas fœminas primũ auro corrupit:& deĩde hæreſi polluit.Dimittã uetera:ad uiciniora trãſcẽdã.Arrius ut orbẽ capet:ſororẽ prĩcipis ante decepit.Donatus p africã ut ĩfelices quoſq; fetẽtibus polluerat aqs: Lucillæ opibus adiutus eſt.In Hiſpania Agape Elpidiũ mulier cæcũ cæca duxit in foueã:ſucceſſoréq; ſui Priſcillianũ habuit Zoroaſtri magi ſtudioſiſſimũ:& ex mago epiſcopũ:cui iũcta Galla nõ gente ſed noĩe Germanam huc illucq; currentẽ alterius & uicinæ hæreſos reliqt hæredẽ. Núc quoq; myſteriũ iniqtatis opat̃ duplex ſexus:utrúq; ſupplãtat:ut illud ,pphetic̃ũ cogamur aſſumere.Clamauit p̃dix:cõgregauitq;:nõ pepit:faciẽs diuitias ſuas nõ cũ iudicio.In dimidio dieꝝ derelinquet eũ:& nouiſſimũ eius erit ĩſipiẽs.Illud uero qd̃ ad decipiẽdos hoĩes quoſq; poſtea huic ſentẽtiæ coaptarũt nõ abſq; dei gratia:cũ prima legẽtes fronte decipiat ĩtro inſpectũ:& diligẽtiſſime uentilatũ decipe nõ poteſt.Ita.n.dei gratiã ponũt:ut nõ p ſingula opa eius nitamur:& regamur auxilio:ſed ad libeꝝ referũt arbitriũ:& ad p̃cepta legis ponẽtes illud Eſaiæ:legẽ enim deus in adiutoriũ poſuit:ut in eo deo referẽdæ ſint̃ gratiæ:q; tales nos cõdiderit:q noſtro arbitrio poſſimus & eligere bona:& uitare mala:& nõ ĩtelligũt iſta:dicẽtes q; p os eoꝝ ĩtolerabilẽ blaſphemiã diabolus ſibilet.Si enim in eo tantũ dei eſt gratia:q; ,ppriæ nos cõdidit uolũtatis:& libero arbitrio cõtenti ſumus: nec ultra eius ĩdigemus auxilio:ne ſi idiguerimus libeꝝ frangat̃ arbitriũ:ergo nequaq̃ ultra orare debemus:nec illius clæmẽtiã p̃cibus flectere:ut accipiamus quotidie qd̃ ſemel acceptũ in noſtra eſt poteſtate.Iſtiuſmodi hoĩes tollũt or̃onẽ: & p libeꝝ arbitriũ nõ hoĩes ,ppriæ uolũtatis ſed dei potẽtia factos eſſe iactãt.q nullius ope ĩdigẽt. Tollant & ieiunia:oĩſq; cõtinẽtia.Quid.n.mihi neceſſe eſt laborare:ut accipiã p induſtriã qd̃ ſemel meæ factũ eſt poteſtatis?Hoc qd̃ dico nõ meũ eſt argumẽtũ unius diſcipuloꝝ eius:ĩmo iã magiſter & totius doctor exercitus: & cõtra apoſtolũ uas p̃ditiõis p ſyllogiſmos & nõ ut ſui iactãt ſyllogiſmoꝝ ſpineta decurrẽs:ſic philoſophat̃ & diſputat.Si nihil ego abſq; dei auxilio:& p ſingula opa eius eſt omne qd̃ geſſero: ergo nõ ego q laboro: ſed dei in me coronabit̃ auxiliũ fruſtraq; dedit arbitrii poteſtatẽ:qd̃ ĩplere nõ poſſum niſi ipſe me ſemp adiuuerit.Deſtruit̃.n.uolũtas:quæ alterius ope ĩdiget.Sed libeꝝ dedit arbitriũ deus:qd̃ aliter libeꝝ nõ erit: niſi fecero qd̃ uoluero.Ac p hoc ait:Aut utor ſemel poteſtate:quæ mihi data eſt:ut libeꝝ ſeruet̃ arbitriũ:aut ſi alterius ope indigeo:libertas arbitrii in me deſtruet̃.Qui hæc dicit:quã non excedit blaſphemiã?q hæreticoꝝ uenena nõ ſupat̃?Aſſerũt ſe p arbitrii libertatẽ nequaq̃ ultra neceſſariũ hr̃e deũ: & ignorãt ſcriptũ qd habes qd̃ nõ accepiſti?ſi autẽ accepiſti:qd gloriaris q̃ſi nõ accepiſti?Magnas agit deo gratias:q p libertatẽ arbitrii rebellis in deũ eſt.Quã nos libẽter amplectimur:ita dũtaxat ut agamus ſemper gratias largitori:ſciamuſq; nos nihil eſſe:niſi qd̃ donauit in nobis ipſe ſeruauerit:dicẽte apoſtolo:Nõ eſt uolẽtis neq; currẽtis:ſed miſerentis dei uelle:& currere meũ eſt.Sed ipſum meũ ſine dei ſemp auxilio nõ erit meũ. Dicit.n.idẽ apoſtolus:Deus q opat̃ nobis uelle & p̃ficere.Et Saluator in euãgelio:Pater meus uſq; modo opat̃:& ego opor. Semp largitor ſempq; donator eſt.Nõ mihi ſufficit qd̃ ſemel donauit:niſi ſemp donauerit.Peto ut accipiã:& cũ accepo rurſus peto.auarus ſum ad accipiẽda beneficia dei.nec ille deficit ĩ dãdo:nec ego ſacior in accipiẽdo. quãto plus bibero:tãto plus ſitio.legi enim pſalmiſtæ uoce cantari.Guſtate & uidete:quoniã ſuauis eſt dominus. omne qd̃ habemus bonũ:guſtus eſt domini.Cũ me putauero ad calicẽ p̃ueniſſe uirtutũ: tunc bibam principium. Principiũ enim ſapientiæ timor domini q expellit̃ atq; deſtruit̃ caritate. hæc eſt hoĩbus ſola pfectio:ſi ĩperfectos eſſe ſe nouerint.& uos inquit cũ oĩa feceritis:dicite ſerui inutiles ſumus:qd̃ debuimus facere fecimus. Si inutilis eſt q fecit oĩa:qd de illo dicendũ eſt q explere nõ potuit? Vnde & apoſtolus:& ex parte accepiſſe:& ex parte cõprehẽdiſſe ſe dicit:& nec dum eſſe pfectũ præteritoꝝ obliuiſci & in futuꝝ ſe extẽdere q ſemper præteritoꝝ obliuiſcit̃:& futura deſiderat:oſtẽdit ſe p̃ſentibus nõ eſſe cõtentũ.Quod autẽ rurſum iactitant libeꝝ nobis arbitriũ deſtrui:audiãt ecõtrario eos arbitrii deſtruere libertatẽ: q male eo abutunt̃ aduerſum beneficiũ largitoris.Quis deſtruit arbitriũ?ille q ſemper deo agit gratias:& quodcunq; in ſuo riuulo fuit ad fontẽ refert:an q dixit,Recede a me:quia mundus ſum:nõ habeo te neceſſariũ.Dediſti.n.mihi ſemel arbitrii libertatẽ:ut faciã qd̃ uoluero.Quid rurſum te ĩgeris:ut nihil poſſim facere: niſi tu in me tua dona cõpleueris?frauduléter p̃tẽdis:ut dei gratiã ad cõditionem hominis referas:& nõ in ſingulis opibus auxiliũ dei requiras:ne ſcilicet liberum arbitriũ uidearis amittere:& cum dei cõtemnas adminiculũ:hominũ quæras auxilia. Audite quæſo:audite ſacrilegum.Si inqt uoluero curare digitum:mouere manum:ſedere:ſtare:ambulare:diſcurrere:ſputa iacere:duobus digitulis nariũ purgamenta decutere:releuare aluum:uriná digerere:ſemp mihi auxilium dei neceſſarium erit? Audi ingrate:immo ſacrilege apoſtolum prædicãtem.Siue manducatis;: ſiue bibitis:ſiue aliud quid agitis:omnia in nomine domini agite.Et illud Iacobi.Age nunc qui dicitis hodie: & cras proficiſcemur in illam ciuitatem:& faciemus illic annum unum: ut negociemur & lucremur qui neſcitis de craſtino.Quæ enim eſt uita noſtra? Aura eſt enim ſiue uapor paululũ apparẽs. Deinde diſputat pro eo qd̃ debeatis dicere.Si dominus uoluerit & uixerimus ut faciamus hoc aut illud.Nunc autem exultatis in ſupbiis ueſtris.omnis iſtiuſmodi gloriatio peſſima eſt.Iniuriam tibi fieri putas:& deſtrui arbitrii libertatem:

deus erit oía in oíbus. Vt nō ſit tātū in Salomone ſapiētia: in Dauid aī māſuetudo: in Helia & Finees zelus: in abrahā fides. in Petro cui dictū eſt: Simō ioānis amas me? pfecta dilectio. in electionis uaſe ſtudiū p̄dicādi. Et in cæteris: uel bina: uel trina: Sed totus ī cūctis ſit: & oī uirtutū choro ſanctorū nūerus glorieť: & ſit deus oía in oíbus. CR. Nullus ergo ſanctorū: q̄ diu in iſto corpuſculo eſt: cūctas pōt hr̄e uirtutes? AT. Nullus: qa nunc ex parte ꝓphetamus: & ex parte cognoſcimus. Nec. n. poſſunt oía eē in omnibus hominibus; quia non eſt īmortalis filius hoīs. CRI. Et q̄o legimus: Qui unā habuerit: oēs uī hēre uirtutes? AT. Participatiōe: nō ꝓprietate. Neceſſe eſt. n. ut ſinguli excellāt in quibuſdā. & tamē hoc qđ legiſſe te dicis: ubi ſcriptū ſit neſcio. CRI. Ignoras hāc philoſophorū eē ſniam. AT. Sed nō apoſtolorū. Neq; n. mihi curæ é qđ Ariſtoteles: ſed qđ Paulus doceat. CRI. Obſecro te. Nōne Iacobus apoſtolus ſcribit: q in uno offēderit: eē oíum eū reū? AT. Ipe locus ſe interp̄tať. Nō. n. dixerat unde cœpat diſputatio. q diuitē pauperi in honorē p̄tulerit: reus eſt adulterii uel homicidii. In hoc. n. delirāt ſtoici paria cōtēdentes eē peccata. Sed ita quoq; q dixit, nō mæchaberis: dixit & nō occides. q; & ſi nō occides: mæchaberis aūt: factus es trāſgreſſor legis: Leuia cū leuibus & grauia cū grauibus cōpanť. Nec ferula dignū uitiū gladio uindicādū eſt: nec gladio dignū ſcelus ferula coercēdum CRI. Eſto ut nullus ſanctorū oēs uirtutes hēat: hoc certe dabis. in eo qđ pōt facere: ſi fecerit: eē p̄fectū. AT. Nō tenes qđ ſupra dixerī? CRI. Quidnā illud eſt? AT. Perfectū eē in eo qđ fecit. & ip̄fectū in eo qđ facere nō potuit. CRI. Sed ſicut p̄fectus eſt in eo qđ fecit: qa facere uoluit. ita & in eo p̄ qđ ip̄fectus é: qa nō fecit: p̄fectū eē potuiſſe: ſi facere uoluiſſet. AT. Quis. n. non uult facere, qđ perfectū eſt? Aut qs nō cūctis cupiat floreť uirtutibus? Si totū req̄ris: ab oíbus tollis rerū diuerſitaté & gr̄aꝝ diſtātiā: & creatoris artificis uarietatem. cuius ſacro ꝓpheta ſonat carmie. Oía in ſapiētia feciſti. Indigneť Lucifer q̄re fulgoré lunæ non hēat: Luna ſup ſuis defectibus & laboř cauſeť: cur ánuū ſolis circulū ſingulis méſibus expleat ſol q̄rať: qđ offēderit: ut lunæ curſu tardior ſit. Clamemus & nos homūculi: qđ cauſæ extiterit: ut hoíes & nō angeli facti ſimus: q̄q̄ magr̄ nr̄ o ἀρχαῖος. i. ueruſtus: de cuius hæc fonte procedunt: oēs rōales creaturas æquo aſſerit iure conditas. ut inſtar q̄drigaꝝ & curruū de carceribus exeūtes: ī medio ſpatio uel corruāt uel ꝓteruolēt: & ad optata pueniāt. Elephāti tātæ molis: & Griphes in ſua grauitate cauſent: cur q̄ternis pedibus īcedāt: cū muſcæ culiceſq; & cætera huiuſcemōi aīantia ſub pēnulis ſenos pedes hēant, & aliq uermiculi ſint: q tātis pedibus ſcateāt: ut īnūerabiles ſimul motus nulla acies cōp̄hendat. Dicat hæc Martiō: & oēs hær̄tici: q cr̄atoris opibus illudūt. Vr̄um decretū hucuſq; pueniet: ut dū ſingula calūniant: manū iniiciāt deo: cur ſolus deus ſit? cur ſuiderit creaturis: ut nō oēs eadē polleāt maieſtate? Quod licet nō dicatis (Neq; n. tā īſani eſtis) ut apte pugnetis deo: tamē aliis uerbis loquimini: rē dei hōi copulātes: ut ſit abſq; peccato: qđ & deus eſt. Vnde apoſtolus ſup diuerſis ītonās gratiis loqť. Diuiſiōes donationū ſunt, idē aūt ſpūs. & diuiſiōes miniſteriorū ſūt: ſed idē domīus. & diuiſiōes opationū. Vnus aūt deus: q opať oía in oíbus. CRI. Nimius es in una atq; eadē q̄ſtiōe: ut p̄ſuadere cōeris hominē uniuerſa ſimul hēre nō poſſe: q̄ſi aut ſuiderit aut nō potuerit deus p̄ſtař imagini & ſimilitudini ſuæ: ut ī oíbus reſpōdeat ſuo creatori. AT. Ego ne nimius an tu? q ſoluta ꝓponis; & nō ītelligis aliud eē ſimilitudinē: aliud æq̄litatē. Illud pictur̄a; hoc eē ueritatē. Verus equus cāporū ſpatia trāſuolat: pictus parieti hæret in curru. Arriāi dei filio nō cōcedūt: qđ tu oī hōi tribuis. Alii nō audēt p̄fectū in xp̄o hoíem cōfiteri: ne ſuſcīpe in eo hoís peccata coganť: q̄ſi potētior ſit creatiō creatore. Et idipſū tātū filius hoís: qđ dei filius. Aut igiť ꝓpōe alia: q bus reſpōdeā, aut deſine ſupbire: & da gloriā deo. CRI. Immemor es reſpōſiōis tuæ: & dū arguméta argumētis cōnectis: ac p̄ ſcripturaꝝ latiſſimos cāpos īfrenis eq libertate baccharis: ſup fortiſſima q̄ſtiōe: cui pol licitus es te ī cōſeq̄ntibus reſpōſuꝝ: oío tacuiſti: obliuionē ſimulās ut neceſſitaté reſpōſiōis euaderes. Sed ego ſtultus ad horā tribui qđ petebas: exiſtimās oblatuꝝ ſpōte qđ accepas. & nō ad mōitū reddere qđ debebas: AT. Niſi fallor de poſſibilibus mādatis dilata é r̄ſpōſio. CRI. Aut poſſibilia deus mādata dedit: aut ipoſſibilia. Si poſſibilia; ī nr̄a ptāte é ea facere: ſi uelius. Si ipoſſibilia: nec ī hoc rei ſumus: ſi nō facius: qđ ipleť nō poſſumus. Ac p̄ hoc ſiue poſſibilia dedit deus mādata ſiue ipoſſibilia: pōt hō ſine peccato eē ſi uelit. AT. Quæſo ut patiēter audias, nō. n. de aduerſario uictoriā: ſed cōtra mēdaciū q̄rimus ueritaté. Deus poſſibiles dedit hūa nō generi ingenio oēs artes q̄ppe quas plurimi didicerūt: ut taceā de his quas græci μηχανικας uocant: nos ad opa manuū p̄tinere poſſumus dicere. Verbi gr̄a: grāmaticā: rhetoricā: philoſophiæ tria genera: phyſicam: ethicā: logicā: geometriā atq; aſtronomiā: aſtrologiā: arithmeticā, quæ & ip̄æ p̄tes philoſophiæ ſūt: medicīnā ét q̄ in tria diuidiť διαιτητικόν ideſt uictus rōnē φαρμακεντικον ideſt medicamenti rationem χειρουργικον. i. operis manuarii rōnem. Iuris quoq; & legū ſciētiā qs noſtrū; q̄uis ſit ingenioſus poterit oía cōp̄hendere? Cū eloquētiſſimus orator de rhetorica & iuris ſciētia diſputās dixerit: pauci unū poſſūt: utrūq; néo. Vides ergo: q; & deus poſſibile iuſſerit? Et tamē id qđ poſſibile é per naturā: nullū poſſe cōplere? Dedit itaq; p̄cepta diuerſa: uirtutes uarias; q̄s oēs ſimul hēre nō poſſumus. Atq; ita fit: ut qđ ī alio: aut primū: aut totū eſt in alio ex pte uerſeť. Et tamē nō ſit in crimine: q nō hēt oía. Nec cōdēneť ex eo: qđ nō hēt: Sed iuſtificeť ex eo: qđ poſſidet. Definit apoſtolus: qualis epiſcopus eē debeat: ſcribēs ad Timotheū, oportet ep̄m eē irrep̄hēſibilē: unius uxoris uirū: ſobriū: pudicū: ornatū: hoſpitalē: docilē: nō uinolētū: nō p̄cuſſorē: ſed māſuetū: nō litigioſum; ſine auaritia: domū ſuā bene regēté: filios habēté ſubditos cū oī pudicitia. Et nō neophytū: ne inflatus ī iudicium incidat diaboli. Oportet aūt eū ét teſtimoniū de foris habere, ne ī obprobriū īcidat: & laqueū diaboli. Tito quoq; ſcribēs diſcipulo: q̄les ep̄os debeat ordinare: breui ſermone demōſtrat. Ideo reliqui te Cretæ: ut quæ reliqua ſunt corrigas: & cōſtituas p̄ ciuitates præſbyteros: ſicut ego præcepi tibi. Si qs eſt ſine crimine: unius uxoris uir; filios hēns fideles; nec in accuſatione luxuriæ; aut nō ſubiectos. Oportet aūt ep̄m eē ſine crīe; ſine accuſatōe. Hoc. n. magis ἀνεγκλητον ſicut dei diſpēſatorē: nō p̄nū: nō iracundū: nō uinolentū: non p̄cuſſorē: nō turpis lucri appetitorem. Sed hoſpitalē benignū; pudicum; iuſtum; ſanctum; continentem;

obtinẽtẽ doctrinæ fidelẽ sermonẽ:ut possit exortari ĩ doctrina sana.Et cõtradicẽtes coarguere:ut diuersarũ
ꝑsonarũ uaria præcepta nũc sileã:circa mãdata ep̃i me tenebo. Vult certe deus tales esse episcopos:siue præ-
byteros:qles uas electiõis docet.Primũ qđ dixit. Irreprehẽsibilis:aut nullus:aut rarus.Quis ẽ.n. q nõ q̃si in
pulchro corpore:aut neuũ:aut uerucã habeat.Si.n.ipse apostolus dicit de Petro:q̃ nõ recto pede ĩcesserit in
euãgelii ueritate.& ĩ tantũ reprehẽsibilis fuerit:ut & Barnabas adductus sit ĩ eãdẽ simulationẽ:qs ĩdignabi-
tur id sibi denegari:qđ princeps apostolorũ nõ habuit?Deĩde unius uxoris uirũ sobriũ:pudicũ:ornatũ:hospi
talẽq̃:ut reperias:illud certe qđ sequit̃ ΔΙΔΑΚΤΙΚΟΝ: qui possit docere: nõ ut ĩterpretat̃ latina simplicitas:
docilẽ:cũ cæteris uirtutibus difficulter iuenies.uinolentũ quoq̃ & percussorẽ:& turpis lucri cupidũ repudiat
apostolus:& pro his cupit mãsuetũ:absq̃ iurgio:sine auaritia.Et ut domũ suã optime regat.Quodq̃ uel diffi-
cillimũ est:ut filios hẽat subiectos cũ oĩ pudicitia.Nõ.n.sufficit ꝓpriã hẽre pudicitiã:nisi eã filiorꝫ & comitũ
ac ministrorũ pudore decoret̃ Dicẽte Dauid.Ambulãs in uia ĩmaculata hic mihi ministrabat.Cõsideremus
quoq̃ ΣΥΝΤΑΣΙΝ pudicitiæ filios hẽntẽ subditos in oĩ pudicitia:ut non solũ ope:sed sermone quoq̃:& nuti
bus se abstineat ab ĩpudicitiis.Ne forte illud ĩcidat Heli:q certe ĩcrepauit filios suos dicẽs.Nolite filii mei no
lite:nõ bonã famã audio ego de uobis.Corripuit:& punitus est:qa nõ corripere debuit:sed abiicere.Quid sa
ciet q gaudet ad uitia?q emẽdere nõ audet?q cõsciẽtiã suã metuit?& qđ cũctus populus clamitat:nescire se
simulat?Quodq̃ sequit̃ ΑΝΕΠΟΦΥΤΟΝ ut etiã a nullo accusẽt̃:ut bonã opinionẽ ab iis q foris sunt habeat: ut
etiã maledictis aduersariorꝫ careat.Et quibus doctrina displicet:placeat cõuersatio.puto q̃ nõ facile sit re-
perire:maxieq̃ illud:ut potẽs sit aduersariis,resistere:& peruersos opprimere,& superare doctrinas.ut nõ ne-
ophytus episcopus ordinet̃:qđ uidemus nostris tẽporibus ꝑ sũma eligi iustitia.Nequaq̃ utiq̃ apostolus ne
ophytũ refutaret:sed baptismũ uetera peccata cõscindit.Nouas uirtutes nõ tribuit.Dimittit & arcet.Et di-
misso si laborauerit p̃mia pollicet̃.Aut nullus inq̃ aut rarus est q oĩa hẽat quæ habere debet ep̃s. Et tamẽ si
unũ uel duo de catalogo uirtutũ ep̃i cuiq̃ defuerint.nõ tamẽ iusti carebit uocabulo.Nec ex eo dãnabit̃ qđ
nõ hẽt.sed ex eo coronabit̃ qđ possidet.Oĩa.n.hẽre & nullo indigere uirtutis eius est q peccatũ nõ fecit.nec
dolus inuẽtus est in ore eius.q cũ maledicerẽt̃ nõ maledixit.q cõfidenter uirtutũ cõscientia loquebat̃. Ecce
uenit princeps mũdi huius. & in me inuenit nihil.Qui cũ eẽt in forma dei nequaq̃ rapinã arbitratus est æq̃-
lẽ se eẽ deo,Sed se exinaniuit formã serui accipiẽs:& factus est obediẽs usq̃ ad mortẽ:& mortẽ crucis.Propte
rea donauit ei deus nomẽ sup̃ oẽ nomẽ. Vt in nomine Iesu flectãt genua cælestia terrestria & infernа.Si ergo in
una episcopi ꝑsona pauca præcepta aut nequaq̃ aut difficulter iuenies:qd facies de omni hoĩe:q cũcta debet
ĩplere mãdata.Et ex corporalibus cõsideremus spiritalia.Alius uelox pedibus:sed nõ fortis manu.Ille tardus
incessu:sed stabilis in p̃lio.Hic pulchrã hẽt faciẽ:sed raucæ uocis est.alius tetrã:sed dulci modulatõe cantat.
Illũ ingeniosũ sed obliuiosũ.Hũc memorẽ:sed tardi uidemus ingenii.In ipsis cõtrouersiis:in q̃bus quõdam
pueri lusimus:nõ oẽs similiter uel in ꝓœmiis:uel in narratiõibus:uel in excessibus:uel in argumẽtis:aut exẽ
plorũ copia:& epilogorꝫ dulcedine se agũt.Sed eloquẽtiæ suæ alia atq̃ alia in ꝑte dissimiles sũt.De uiris ma
gis ecclesiasticis loquor. Multi super euãgelia bene dixerũt.Sed in explanatiõe apostoli impares sui sunt.Alii
cũ instrumẽto nouo optime senserũt: in psalmis & ueteri testamẽto muti sunt.Hoc totũ dico:q̃ nõ oĩa pos-
sumus oẽs.Raruſq̃ aut nullus est diuitũ:q in oĩ substantia sua paria uniuersa possideat.Possibilia p̃cepit de-
us:& ego fateor.Sed hæc possibilia cũcta singuli hẽre nõ possumus.nõ ibecillitate naturæ:ne calũniã facias.
sed aĩ lassitudine q cũctas simul & semp̃ nõ possit habere uirtutes.qđ si & in eo arguis creatorẽ:q̃re te talem
cõdiderit:q deficias atq̃ lasseſcas.dicã itẽrꝫ maior erit rep̃hẽsio:si eũ uolueris accusare:quare te deũ nõ fece-
rit.Sed si dices:si nõ possũ:ergo peccatũ nõ habeo:habes peccatũ:q̃re nõ feceris:qđ alius potuit facere.Rur-
sumq̃ ille:cuius tu cõparatiõe deterior es:uel tui ĩ alia uirtute:uel alterius:erit collatiõe peccator.atq̃ ita fit:
ut quẽcũq̃ primũ putaueris:minor sit eo:q se in alia parte maior est.CRI.Si nõ põt hõ esse sine peccato:quo
Iudæis scribit apostolus:Ei q potẽs est cõseruare uos sine peccato:& cõstituere ante cõspectũ gloriæ suæ ima
culatos:quo testiõnio cõprobat̃ posse hoĩem eẽ sine peccato:& maculã nõ hẽre?AT. Non ĩtelligis q ꝓposue
ris.Neq̃.n.hõ põt eẽ sine peccato:qđ tua hẽt sentẽtia:sed põt:si uoluerit deus:hoĩem seruare sine peccato: &
ĩmaculatũ sua misericordia custodire.Hoc & ego dico:q̃ cuncta deo possibilia sunt.Hõi aũt nõ q̃q̃d uolu
erit possibile est.& maxie id eẽ:q̃ nullã legeris hẽre creaturã.CRI.Nõ dico hominẽ esse sine peccato:qđ tibi
forsitan ĩpossibile uideat̃.sed posse eẽ si uelit.Aliud ẽ.n.eẽ:aliud posse.Esse q̃rit exẽplũ:posse ostendit ĩperii
ueritatẽ.AT.Nugaris:nec meministi illius ꝓuerbii.actũ negas:& in eodẽ cœno uolutaris.ĩmo laterẽ lauas:ꝓ
quo nihil aliud audies:nisi hoc:qđ oĩbus patet:Rẽ te uelle firmare:quæ nec est:nec fuit:& forsitan nec futu
ra est. Atq̃ ut ipso uerbo utar:& stultitiã asistate,i.ĩcõsistẽtis argumẽtatõis ostẽdã:esse posse te aio dicere:qđ
eẽ nõ possit:hoc.n.qđ ꝓposuisti:posse hoĩem sine peccato eẽ si uelit:aut uerũ est:aut falsũ ẽ.Si ueꝝ est:ostẽ
de qs fuerit.Si falsũ:q̃q̃d falsũ est:nunq̃ fieri põt. Veꝝ hæc quasi explosa taceant̃:& in scriniolis uris mussi
tẽt publicã facie formidãtia. Trãseamus ad alia:in q̃bus ꝓpetua oratione utẽdũ ẽ.Ita dũtaxat ut hẽas potesta
tẽ refellẽdi:& quærẽdi:si q̃d uolueris.CRI.Audiã patiẽter:nõ.n.dicã libẽter,& mirabor ingeniũ: cuius ma
gis stupeo falsitatẽ.AT. Vtrũ falsa sint an uera:quæ dicturus sum:cũ audieris:tũc ꝓbabis. CRI. Loquere ut
uis.mihi decretũ est:si respõdere nõ potuero:magis silere q̃ mẽdacio acqescere.AT.Quid interest utrũ te ta
cẽtẽ an loquẽtẽ superẽ?Et iuxta Protei fabulã:Vigilãtẽ capiã an dormiẽtẽ?Cum dixeris:quæ uolueris:audi-
es q̃ neq̃q̃ uelis. Veritas.n.laborat̃ põt:uinci nõ põt.Libet sentẽtias tuas parũp discutere:ut intelligãt sectato
res tui q̃ diuinũ in te mirent̃ ingeniũ.Dicis sine peccato eẽ nõ posse:nisi q sciẽtiã legis hũerit:ꝓ qđ magnam
partẽ xp̃ianorꝫ excludis a iustitia.& q ꝓdicator es ĩpeccãtiæ:oẽs,ꝓprie peccatores eẽ,pnũcias.Quotus.n.qsq̃
christianorꝫ hẽt legis scientiã:quam in multis doctoribus ecclesiæ:aut raro aut difficulter iuenias? Verũ tu

tãtæ es liberalitatis:ut ſauorẽ tibi apud Amazonas tuas cõcilies. Vt in alio loco ſcripſeris:ſciẽtiã legis ẽt fœminas hére debere:cũ apoſtolus doceat eé tacẽdũ mulieribus in eccleſia.& ſi quid ignorãt domi uiros ſuos debere cõſulere. Nec ſufficit tibi dediſſe agmini tuo ſciam ſcripturarũ:niſi earũ uoce & cãticis delecteris. lũgis.n.& ponis in titulo q̃ & fœiæ deo pſallere debeãt. Quis.n.ignorat pſallẽdũ eſſe fœis in cubiculis ſuis: & abſq̃ uirorũ frequẽtia & cõgregatione turbarũ? Verũ tu dõasqd licet:ut qd uerecũde facere debeãt:& abſq̃ ullo arbitrio magſtri auctoritate,pclamẽt. xiiii. titulo. Addis p̃terea ſeruũ dei nihil amarũ de ore ſuo:ſed ſemp qd̃ dulce eſt & ſuaue debere,pferre & q̃ſi alius ſit ſeruus dei:alius doctor & ſacerdos eccleſiæ prioris oblitus ſniæ. Põis in alio titulo. xxii. ſacerdotem ſiue doctorẽ oĩum actuũ ſpeculari debere:& fiducialiter corripere peccãtes:ne pro iiſdẽ rõnẽ reddãt. Et eoꝝ ſanguis de ſuis manibus requiraſ. Nec ſemel dixiſſe cõtẽtus idipm replicas:& inculcas. xxxi. ſacerdoté ſiue doctorẽ nemini adulari debere. Sed ardẽter oẽs corripere : ne & ſe & eos qui eũ audiũt pdat. Tãta ne eſt in uno opere diſſonãtia:ut qd prius dixeris:neſcias? Si.n. ſeruus dei nihil amarũ de ſuo debet ore ,pferre:ſed ſemp qd̃ dulce & ſuaue eſt: Aut ſacerdos & doctor ſerui dei nõ erũt:qui fiducialiter debẽt corripe peccãtes:& nulli adulari:ſed audacter oẽs increpare: Aut ſi ſacerdos & doctor nõ ſolũ ſerui dei:ſed inter ſeruos eius pricipalẽ tenẽt locũ:fruſtra ſeruis dei blãditias & dulcedines reſeruaſti:cum hoc proprie hæreticorũ ſit:& eorũ q̃ decipere cupiũt audiẽtes:dicẽte apoſtolo. Huiuſmodi enĩ Chriſto domino noſtro nõ ſeruiũt:ſed ſuo uẽtri. Et p̃ dulces ſermones & benedictiões ſeducũt corda inocẽtiũ:ſemp inſidioſa:callida:bláda é adulatio. Pulchreq̃ adulator apud philoſophos definiť. Bládus inimicus: ueritas amara eſt:rugoſæ frontis:ac triſtis:offenditq̃ correctos. Vnde & apoſtolus loquiť. Inimicus uobis factus ſum:ueritaté dicẽs uobis. Et Comicus obſequiũ aĩcos:ueritas odiũ parit. Quapropter & paſcha cũ amaritudinibus cõedíus: & uas electiõis docet paſcha celebrãdũ:in ueritate & ſincericate. Veritas in nobis ſit & ſinceritas: & amaritudo ilico cõſeqť. Illud uero qd̃ i alio põis loco:oẽs uolũtate,ppria regi:qs chriſtiãorũ põt audire? Si.n. nõ unus:nec pauci:nec multi,ſed oẽs reguntť,ppria uolũtate:ubi erit auxiliũ dei? Et quo mõ illud exponis? A domino greſſus hoĩs dirigunť:& nõ in hoíe uia eius:Et nemo põt qcq̃ accipe:niſi datũ fuerit ei deſup. Et in alio loco. Quid.n.hẽs:qd̃ nõ accepiſti? qd gloriaris:quaſi nõ acceperis? dicẽte domío ſaluatore. Nõ deſcẽdi de cælo:ut facia uolũtatẽ meã:ſed uolũtaté eius qui me miſit patris. Et in alio loco:Pater ſi fieri põt tranſeat a me calix iſte:Verũtamẽ nõ qd̃ ego uolo:ſed ſicut tu uis pr̃. Et in oĩone dominica. Fiat uolũtas tua:ſicut í cælo & in terra. Qua ſniæ temeritate aufers dei oẽ p̃ſidiũ? Et qd̃ in alio loco fruſtra conaris adiũgere abſq̃ dei gr̃a:quo mõ ſentire uelis:ex hoc loco intelligiť:dũ gratiã eius:nõ ad ſingula refers opa:ſed ad cõditionis ac legis:& liberi arbitrii ptãtem. lxxii. Illud uero dũ in lequẽti ponis capitulo:In die iudicii iniqs & peccatoribus nõ parcẽdũ:ſed æternis eos ignibus exurẽdos:ferre qs põt? & interdicere te miſericordiã dei:& ante diẽ iudicii de ſentẽtia iudicis iudicare:ut ſi uoluerit iniquis & peccatoribus parceř:te præſcribẽre nõ poſſit. Dicis.n. Scriptũ eſt.n.in.ciii.pſalmo. Deficiãt peccatores a terra:& iniqui ita ut nõ ſint. Et in Eſaia. Cõburẽtur iniq & peccatores ſimul:& q relinquunt deũ cõſumabunť. Et nõ iteiligis cõminationẽ dei iterdũ ſonare clæmentiã Nõ.n.dicit eos æternis ignibus cõcremari. deniq̃ Eſaias de quo ponis teſtimoniũ: cõburéť ait iniq & peccatores ſimul. Ei nõ addidit ĩ æternũ. Et q relíquut deũ cõſumabũť;,pprie hoc de hæreticis loqť:q rectũ fidei tramitẽ relíquentes cõſumabũť:ſi noluerit ad dominũ reuerti:quẽ dereliquerũt: quæ ſentẽtia & tibi parata é:ſi neglexeris ad meliora cõuerti. Deíde cuius é temeritatis:iniquos & peccatores ípiis iungere:qa nobis ſic definiũť:oís ípius iniquus é:& peccator é:nec reciprocať:ut poſſimus dicere:Oís peccator & iniquus etiam ípius é. Impietas.n.,pprie ad eos pertinet:q notitiã dei nõ habẽt:uel cognitã trãſgreſſione mutarũt. Peccatũ aũt & iniqtas ,p qualitate uitiorũ poſt peccati & iniqtatis uulnera recipit ſanitatẽ. Vnde ſcriptũ é. Multa flagella peccatoris:& nõ ĩteritus ſẽpiternus. Et p̃ oía flagella atq̃ cruciatus emẽdať Iſrahel. Quẽ.n.diligit dominus:corripit Flagellat aũt omnẽ filiũ:quẽ recipit. Aliud é cedere magſtri & parẽtis affectu,aliud cõtra aduerſarios crudeli aío deſæuire. Quá ob cauſã &í primo pſalmo caniť. Quoniã nõ reſurgũt ípii í iudicio. lã.n.in pditionẽ ſunt præiudicati. Neq̃ peccatores in cõſilio iuſtorũ. Aliud enĩ eſt gloriã perdere reſurgẽdi:aliud perire ppetuo. Veniet inq̃t hora:in qua oẽs qui í ſepulchris ſunt:audiẽt uocẽ eius:& egredienť qui bona fecerũt in reſurrectionẽ uitæ. Qui aũt mala egerunt in reſurrectionẽ iudicii. Vnde & apoſtolus eodẽ ſenſu:quia eo dem & ſpiritu loquiť ad Romanos. Quicũq̃ enĩ ſine lege peccauerũt:ſine lege peribũt. Et qcũq̃ in lege peccauerũt:per legẽ iudicabũť. Sine lege ípius é:q impius í æternũ peribit. in lege peccator credẽs in deũ: q per legem iudicabiť:& nõ pibit. Si peccatores & iniqui æternis ignibus exurũť:nõ times ſentẽtiam tuá:qui iniquum & peccatorem te eſſe dicis. Et argumentaris nõ hoíem eſſe ſine peccato,ſed eſſe poſſe. Ergo ſolus ille ſaluabiť:q nunq̃ fuit:nec eſt:ſed futurus eſt:aut forſitan nec futurus:& pereant omnes:quos retro fuiſſe legimus: Tu ipſe q Catoniana nobis inflaris ſupbia:& Milonis humeris intumeſcis:qua temeritate peccator magiſtri nomen aſſumis? Aut ſi iuſtus es:& humilitate ſimulas peccatorem:mirabimur:atq̃ gaudebius? habere te ſolum:poſſidere cum ſociis:quod nec uel poſſibile patriarcharũ: nec apoſtolorũ q̃ſpiã habuit. Si aũt Origenes omnes rationabiles creaturas dicit nõ eſſe pdendas: & diabolo tribuit pœnitentiã: qd ad nos:q & diabolũ & ſatellites eius:omneſq̃ ípios & p̃uaricatores dicimus perire ppetuo? Et chriſtianos ſi in peccato p̃uenti fuerint:ſaluandos eſſe poſt pœnas? xxi. Iungis p̃terea,duo capitula inter ſe diſcrepantia:quæ ſi uera ſint:os aperire nõ poteris. Sapiẽtiam & intellectũ ſcripturarũ niſi q didicerit:ſcire nõ poſſe. xx. Et iterũ:ſciẽtiam legis uſurpare nõ debere idoctũ. Aut.n.magiſtrum a quo dideriś,pferre cogeris:aut ſi magiſter talis é:q ab alio nõ didicerit:& docuerit te qd̃ ipſe ignorabat:reſtat ut nõ recte facias:q indoctus uſurpas ſciẽtiam ſcripturarũ:& mr̃ prius q̃ diſcipulus eé cœpiſti. Niſi forte hũilitate ſolita:mr̃m tuũ iactitas dnũm:q docet oẽm ſciẽtiã,ut cũ Moyſe in nube & caligíe facie ad facié audias uerba dei.& íde nobis cornuta fronte ,pcedas. nec hoc ſuffi-

cit:ſed repente mutaris in ſtoicū:& de Zēonis nobis tonas ſupercilio.lxxiii.Chriſtianū illius debere eē patiē 521
tiæ:ut ſi quis ſua auferre uoluerit:gratanter amittat.Nōne nobis ſatis eſt patienter perdere: qđ' hēmus:niſi
uioléto atq; raptori agamus gratias?& eū cūctis benedictionibus ꝓſequamur?Docet euangeliū ei:qui nobi-
ſcum uelit iudicio cōtendere:& per lites ac iurgia auferre tunicā:etiam palliū eē cedendū?Non præcepit:ut
agamus gratias:& læti noſtra ꝑdamus.hoc dico:nō ꝙ aliquid ſceleris ī hac ſētētia ſit, ſed ꝙ ubiq; mediocria
ὑπερβολικῶς trāſeas & magna ſecteris. Vnde adiūgis gloriā ueſtiū & ornamētoꝝ deo eē cōtrariā.Quæ ſūt
rogo inimicitiæ cōtra deū:ſi tunicā habuero mundiorē:ſi epiſcopus:ꝓſbyter:& diaconus:& reliquus ordo
eccleſiaſticus in adminiſtratōe ſacrificioꝝ cādida ueſte ꝓceſſerit.Cauete clerici:cauete mōachi:uiduæ & uir
gines:piclitamini:niſi ſordidas uos atq; pānoſas uulgus aſpexerit. Taceo de hoibus ſæcūli:quibus aperte bel
lum indicitur.Et inimicitiæ cōtra deū:ſi ꝓcioſis atq; nitētibus utanť exuuiis.clxiiii.Audiamus & cætera.Ini
micos ut proximos diligēdos:ſtatiq; oppreſſurus grauiſſimo lethargo ponis.& dicis.clxi.Inimico nunq̄ eſſe
credendū:qđ' ſibi eē cōtrariū etiā me ſilente:ꝓſpicuū eſt.Sed dices utrūq; uocibus ſcripturæ cōtineri:nō aſſad
uertēs quo ſenſu in ſuis locis dicta ſunt.Præceptū eſt mihi:ut diligā inimicos:& oré pro ꝓſecutoribus.Nū-
quid iuſſū eſt:ut ita diligā quaſi proximos:& cōſanguineos & amicos?ut inter æmulū & neceſſariū nulla di-
ſtantia ſit?Si inimicos diligo q̄ſi ꝓximos:amicis quid amplius exhibebo?Aut ſi hoc dixeris:illud tacere debue
ras:ne cōtraria ſibi in eodē loco dicere uidearis.Inimico nunq̄ eē credēdū.Sed quomō diligatur inimicus &
lex docet,lumētū aduerſarii ſi ceciderit:ſubleuādū.Et apoſtolus:Si eſurierit inimicus tuus:ciba illū.ſi ſitierit
da illi potū.Hoc.n.faciens carbones ignis cōgregabis ſuper caput eius.nō in male dictū & cōdēnationem:ut
pleriq; exiſtimāt:ſed in correctionē:reſurrectionē:& plenitudinē:ut ſupatus beneficiis odii igne:excocto fri
gore caritatis:inimicus eē deſiſtat.cxxiii.addis ꝑterea:regnū cælorū etiā in teſtamēto ueteri ꝛpromitti.Pōiſq;
teſtimonia de apocryphis:cū perſpicuū ſit regnum cælorū primū in euangelio ꝑdicari per loānem Baptiſtā
& dominū Saluatorē & apoſtolos.Lege euangelia.loānes Baptiſta clamat in deſerto:Pœnitētiā agite,appro-
pinquabit enim regnū cælorū.& de Saluatore ſcriptū eſt.Et eo tēpore cœpit ꝑdicare & dicere: Pœnitētiam
agite,appropiquabit.n.regnū cælorū.Tu aūt nos Manichæos uocas:cur legi euāgeliū ꝓferentes:in illa ūbrā:
in hoc ueritatē eē dicamus:& nō intelligis ſtultitiā tuā ꝑudentiæ copulatā. Aliud eſt dānare legem:qđ' Ma
nichæus faciat:aliud legi ꝓferre euāgeliū:quæ apoſtolica doctrina eſt.In illa.n.ſerui:in hoc ꝓſens domius lo
quitur.Ibi,ꝑmittitur:hic ꝓfectio eſt.Ibi initia:hic ꝓfectio eſt.In illa opeꝝ fūdamēta iaciunť:hic fidei & gratiæ cul
men ꝑponitur.Hoc poſuimus:ut egregii ꝓceptoris doctria mōſtreť. Centeſimus titulus eſt poſſe hoiem ſi-
ne peccato eē:& dei mādata facile cuſtodire ſi uelit,de quo abūde dictū ē.Cunq; ſe imitatorē:īmo expletorē
operis beati martyris Cypriani ſcribētis ad Cyrinū eē fateať:nō intelligit ſe in eodē ope dixiſſe cōtraria.Ille ī
liiii.titulo tertii libri ponit:neminē ſine ſorde & ſine peccato eē.ſtatimq; iungit teſtimonia:in quibus ſcriptū
eſt apud Iob.Quis.n.mūdus a ſordibus:ne ſi unus etiā diei ſit uita eius in terra?Et in pſalmo.l.Ecce in iniq
tatibus cōceptus ſum:& in peccatis cōcepit me mr̄ mea.Et in epiſtola loānis.Si dixerimus:qa peccatū nō ha
bemus:nos ipſos decipimus:& ueritas in nobis nō eſt.Tu ex diuerſo aſſeris:poſſe hominē ſine peccato eē.Et
ut hoc uerū dixiſſe uidearis:ſtati iungis.Et dei mādata facile cuſtodire:ſi uelit:quæ aut rarus:aut nullus im
pleuit.Si.n.facilia ſunt,debēt a pluribus cuſtodiri.Sin aūt ut cōcedamus tibi:rarus q̄ſq̄ ea explere pōt; mani
feſtū eſt eē difficile:qđ' rarū eſt,atq; ut hoc augeas:& magnitudinē tuæ uirtutis oſtēdas:quod.ſ.de bono cō-
ſciētiæ theſauro eructare conaris:Ponis in titulo.cxxiii.Nec leuiter quidē eē peccandum.Et qd ſit hoc leui
ter:ne forte ī ope te aliqs dixiſſe exiſtimaret: ıdnectis.cxxxi.Malū uero nec cogitādū:neq; illius ſentētiæ re-
cordaris:Delicta qs ītelligit?ab occultis meis mūda me domie:Et ab alienis ꝑce ſeruo tuo.Cū eccleſia etiam
ea:quæ ꝑ ignorantiā delinqmus:& ſola cogitatione peccamus:delicta eſſe fateať.In tantū ut hoſtias ꝑ erro-
re iubeat offerri:& pōtifex q ꝑ cuncto populo deprecať:āte pro ſe offerat uictias:q certe nūq̄ ꝑ aliis iubereť
offerre niſi iuſtus ipſe eſſet.Nec rurſum pro ſe offerre:ſi peccato careret ignorantiæ ſcilicet.Nunc mihi latiſ
ſima ſcripturarū ſpatia ꝑgranda ſūt:ut doceā errorem & ignorantiam eſſe peccatū.Obſecro te:nonne legi
ſti:q uiderit mulierē ad cōcupiſcendū:iam mœcchatus ē eā in corde ſuo.Non ergo ſolus aſpectus & incētiua
uitiorū reputanť in peccatū:ſed ea quibus attribuimus aſſenſū.Aut.n,uitare poſſumus malā cogitationem,
& cōſequēter poſſumus carere peccato.Aut ſi uitare non poſſumus:reputať in peccatū:qđ' caueri non pōt:
Callide qdem argumētaris:ſed nō ītelligis argumētationē tuā cōtra ſanctas ſcripturas facere. Volunt.n,elo-
qa ſcripturarū etiā ignorantiā habere peccatū.Vnde & Iob offert hoſtias ꝑ filiis ſuis:ne forte ꝑ ignorantiā ī
cogitatiōe peccauerint.Et q ligna cedit:ſi ſecuri ac ferro fugiente de ligno hō fuerit occiſus:ꝑgere iubeť ad
urbem fugitiuorū:& tā diu ibi eē:q̄ diu ſacerdos maximus moriať.i. redimať ſanguīe Saluatoris.Aut in do
no baptiſmatis:aut ī pœnitētia quæ imitať baptiſmatis gratiā:ꝑ ineffabilē clæmentiā Saluatoris:q non uult
perire quēq̄:nec delectať mortibus peccatorū:ſed ut & cōuertanť:& uiuāt.CRI.Rogo:quæ é iſta iuſtitia:ut
ī peccato tenear erroris:cuius reatū nō habet cōſciētia?Neſcio me peccaſſe:& eius rei q̄ neſcio:pœnas luo.Et
qd plus faciā:ſi ſponte peccauero?ATTI.A me ſentētiæ & diſpoſitionis dei cauſas reqris?Reſpondebit ſtul-
tæ ītterrogationi tuæ liber ſapientiæ. Altiora te ne quæſieris: Et fortiora te ſcrutatus ne fueris.Et alibi. No
li eſſe ſapiēs multū:Et noli argumētari plus q̄ oportet.Et ī eodē loco.In ſapiētia & ī ſimplicitate cordis quæ
rite deū.Ac ne forte huic uolumini contradicas:audi apoſtolū euangelica clāgentē tuba.O altitudo diuitia-
rū ſapiētiæ & ſcientiæ dei:q̄ inſcrutabilia ſunt iudicia eius:& inueſtigabiles uiæ eius.Quis.n,cognouit ſen-
ſum domini?Aut quis conſiliarius fuit eius?Iſtæ ſunt quæſtiones:de qbus & in alio loco ſcribit.Stultas aūt
& ineruditas quæſtiones deuita:ſciens quoniā lites generāt. Et Eccleſiaſtes:de quo certe libro nulla eſt am-
biguitas:Dixi inquit ſapiēs efficiar:& ipſa longe facta eſt a me:profunda,ꝑfunditas:quis eā iuenit?a me qris

Ignorātia pcce

quare ſigulus aliud uas fecerit in honorē:aliud in cōtumeliā:Et nō uis acqeſcere Paulo pro ſuo domīo reſpō deri.O homo tu qs es:q reſpondes deo? Audi ergo breuiter teſtīonia ſcripturarū:ut ſtulta īmo impia ſciſcita tio in perpetuū cōticelcat.Loquitur deus in geneſi.Non adiiciā ultra maledicē terræ ꝓpter opa hoīum: qa appoſita eſt mēs hoīs diligēter ad mala a pueritia.Abrahā & Sara audita repromiſſione filii Iſaac:ridēt ī corde ſuo:& tacita cogitatio nō latet ſcientia dei.Arguūtur in riſu & ipſa cogitatio q̄ſi pars infidelitatis reprehēditur.attamē nō ex eo q̄ riſere:diffidētiæ cōdēnanē:ſed ex eo qđ poſtea crediderūt iuſtitiæ palmā acceperūt. Loth neſcit in cōcubitu filiarum qd fecerit:& inebriatus ab eis nō hēt crimē cōſciētiæ.Et tamē error in uitio eſt.Argue ſanctū uirū Iacob: quare Rachel formoſam dilexerit:ꝓ qua & ſeruiuit multo tēpore:& in Liæ primo cōcubitu fuerit cōtriſtatus.& acquieſce tandē hūanæ fragilitati quæ etiā pulchra corpa diligit:& deformia deteſtatur.Luget Iacob mortē filii ſui Ioſeph:& multo tēpore conſolationē nō recipit filiorū:reſpondetq̄ lugens & gemēs.Vadā ad infernū.& probat ſe hoīem:dū iuſtus ignorat qd actū ſit de iuſto filio Ioſeph. In Exodo ſcriptū ē.Si percuſſerit aliquis quēpiā:& mortuus fuerit:morte moriaē.Sin aūt nō uolens:ſed deus tradidit eū in manibus eius:dabo tibi locū:ad quē cōfugiat:qui occiderit.In quo notādū eſt:q̄ deus tradidit hominē in manus eius:& ille qui occidit per ignorātiā exilio cōdēnatur.In Leuitico lex expōīt.Anima ſi peccauerit in cōſpectu domini nō ſpōte ex oībus ꝓceptis domini quæ nō oportet fieri:feceritq̄ unū ex eis: ſiue pontifex fuerit:ſiue omnis ſynagoga:& reliquus populus:& poſtea didicerit peccatū ſuū:qđ peccauit p ignorantiā:offeret munus hircū in capris maſculū īmaculatū:& ponet manus ſuas ſuper caput eius: interficietq̄ illū in loco ubi mactanē holocauſta corā domino:qa ꝓ peccato eſt.Statīq̄ in ſequētibus.Si tetigerit aliquid īmundū:qđ nō liceat tangere:& fecerit ꝓignorātiā:& poſtea didicerit: ſiue promiſerit aliquid:& fuerit obligatus:ꝓnunciabit peccatū ſuū:in quo peccaſſe ſe ꝓſpicit:& offeret domino pro his quæ peccauit:agnā ſiue caprā pro peccato.& ꝓcabitur ꝓ eo ſacerdos ſuper peccato:& dimittē ei peccatū.Sin aūt nō prævaluerit manus eius:ut offerat ouē pro peccatis eius:q̄bus peccauit:duos turtures aut duos pullos colūbarū offeret domino:unū ꝓ peccato:& unū in holocauſto:& portabit ea ad ſacerdotē.& offeret ſacerdos pro peccato quod peccauit:& dimittetur ei.Cæteraq̄ his ſimilia:quæ ſtudio breuitatis omitto:ne faſtidiū ſtomacho tuo faciā. In cōſequētibus quoq̄ narrat Moyſes:q̄ in conſecratiōe Aarō & filiorū eius obtulerit uitulū pro peccato:& poſuerit Aarō & filii eius manus ſup eū ſup caput uidelicet uituli:q erat pro peccato:& mactauerit eū:& tulerit eū de eius ſanguine:& poſuerit ſup cornua altaris in circuitu digito ſuo:atq̄ altare mūdauerit.Similiter in arietē fecerit:& de ſanguine eius tetigerit auriculā eius dexterā:& manū dexterā:& ſūmitatē pedis dextri. Et poſt multa alia q̄ narrare lōgiſſimū eſt:& enumeratis diebus.vii.ita legimus.Factū eſt quoq̄ die octauo: & uocauit Moyſes Aarō & filios eius:& oēs ſēiores Iſrahel:& dixit ad Aarō.Tolle uitulū de bobus ꝓ peccatis & arietē in holocauſto īmaculatū:& offeres deo ī cōſpectu domini:& ſenioribus Iſrahel loq̄re dicēs.Tollite hircū de capris uiuū ꝓ peccato:& uitulū īmaculatū āniculū in holocauſtū.Dixitq̄ Moyſes ad Aarō:Accede ad altare:& fac ꝓ peccato tuo reliq̄.Rurſūq̄ eleuauit Aarō mānus ſup populū:& benedixit eis.Deſcēditq̄ cū feciſſet ꝓ peccato & holocauſto & ſalutari.Mulier generat liberos lege naturali:& īmūda ē:ſi maſculū pepit diebus.lx.ſi fœminā diebus.lxxx.Accuſa creatorē cur īmūdū q̄q̄ noīet:qđ ipe cōdidit.Et nō ſolū ipa īmūda ē:ſed & oē qđ tetigerit.Cūq̄ dies inq̄t purgatōis eius cōpleti fuerit:ſup filio aut filia offeret agnū anniculū īmaculatū:& pullū colūbaꝛ:& turturē ꝓ peccato:ad hoſtiū tabernaculi teſtī ſacerdoti q̄offeret ī cōſpectu domini:& expiabit pro ea ſacerdos.De leproſo quoq̄ qđ in die purgatiōis eius offeraē pro eo uictima ꝓ peccato:duoq̄ turtures:& duo pulli colūbaꝛ.unus ꝓ peccato:alius in holocauſtū.Et q fluxū ſemis patiē: eodē ſacrificii ordine ꝓ peccato & holocauſto liberaē.Et ad extremū ſerē.Timoratos facite filios iſrahel ab īmūdiciis ſuis:& nō moriēē ꝓ peccato ſuo ſi cōtāinauerit tabernaculū teſtaméti.Ipi quoq̄ Aarō præcipiē:ut nō ī oi tpe īgrediaē ī ſancta ſāctoꝛ:ne forte moriaē.Cūq̄ ait uoluerit ītrare:offerat uitulū ꝓ peccato:& arietē ī holocauſtū.Duoſq̄ hircos accipiat ab uniuerſo populo.unū ex eis offerat ꝓ peccato ſuo:& unū ꝓ peccato populi:& arietē ī holocauſtū.Alter hircoꝛ cūcta peccata ſuſcipit populi in typū domini Saluatoris:& offert in ſolitudinē:& ſic placaē deus oī multitudini.Ad extremū dī:Si cōederit hō de ſāctificatis ꝓ ignorātiā:īputaē ei iniquitas:atq̄ delictū:& uoti reus erit.Vnde & apoſtolus monet euchariſtiā domini cū cautiōe ſumēdā:ne ī cōdēnatōem nobis ſumamus atq̄ iudiciū.Si dānaē ī lege ignorātia:quāto magis ī euāgelio cōſciētia? Trāſeamus ad nūeros:& ob cōtētioſoꝛ ipudētiā cōfutādā ſūma quæq̄ carpamus.Nazareus ſācto crine uenerabilis alterius ſubita morte maculaē:& oēs dies cōſecratōis eius ꝑteriti irriti fiūt:poſteaq̄ ꝓ eo offerēē duo turtures:& duo pulli colūbarū.Vnus pro peccato:& alter in holocauſtū.In die quoq̄ cōſumatiōis eius offerē agnus cū holocauſto:& agna ꝓ peccato:Et poſt multa ſcriptū ē.Et nūc magnificēē fortitudo domini: ſicut locutus ē dicēs:Domīus lōganis & multæ miſericordiæ auferēs iniqtatē & īcelera:& mūdās nō faciet īnocētē:pro quo.lxx.ītерpretati ſunt:& emūdās nō mūdauit reū:q̄ ſolus etiā poſt īdulgētiā reus ſit ꝓpriæ cōſcientiæ.Cūq̄ ait ignorauerit populus:& fecerit unū ex his q̄ facere nō debuit ꝑter cerīoniarū lōgū ordinē īferē & dī.Offerte hircū capraꝛ ꝓ peccato:& placabit ſacerdos ꝓ oī ſynagoga filioꝛ Iſrahel:& ꝓpiciabiē ei:domīus:qa ignorātia ē:& ipi offerēt oblationē ſuā ī ſacrificiū dnō ꝓ peccato ſuo ī cōſpectu eius:quoniā neſcierūt.Ibiq̄ addiē:ſi aīa una peccauerit ꝓ ignorātiā offeret caprā āniculā pro peccato ignorātiæ corā domīo:& deprecabiē pro eo ſacerdos:eo q̄ ignorauerit ꝓ peccato ignorātiæ corā domino:& rogabit ꝓ eo:& ꝓpiciabiē ei.In calēdis ſinguloꝛ mēſiū offerē hircus caprarū ꝓ peccato dnō.In paſcha quoq̄ ꝓ dies octo.a die.xv.mēſis primi uſq̄ ad.xxi.diē ſacrificium pro peccato eſt.In penthecoſte hircus pro peccato offertur & in calendis menſis ſeptimi quando tubarum clangor concinitur eadē hirci pro peccato religio conſeruatur. dei quoq̄ decimo eiuſdem menſis ſeptimi: quoniam ieiunium eſt uſq̄ ad veſperum: offertur hircus caprarum pro

peccato ꝓter eū hircū:q ante holocaustū ꝑ peccato ex lege mactaꝝ:ī diebus quoq; Senephegiæ: quádo ſige-
bāt tabernacula ī die.xv.eiuſdé méſis ſeptimi uſq; ad dié.xxii.iter uictimas ſemꝑ peccato hircus offerebaꝝ:
ut illud ipleaꝝ btī Dauid. Tibi ſoli peccaui:& malū corā te feci:ut iuſtificeris ī ſermōibus tuis:& uícas cū iu-
dicaris. Sex ciuitates eligunꝝ exilii eoꝝ:q nō ſpōte:ſed ꝑ ignorātiā:uel iactu lapidis:uel ipulſiōe manus:uel io
co:uel laſciuia abſq; inimicitiis ſfelicitate magis q̄ uolūtate peccauerūt:& tamé nō abſq; crīe ſūt:dū relegāt
in ꝓpetuū:& ante cōſtitutū dié nec ſupplicatiōe:nec p̄cio eoꝝ reuerſio īpetrari & redimi poſſit ī deuterono-
mio.q liber p̄teritoꝝ enumeratio é.ꝑſpicue demōſtraꝝ:nō ī opibus nr̄is atq; iuſtitia:ſed dei miſericordia nos
cōſeruari dicéte domino ꝑ Moyſen. Ne dicas in corde tuo:cū ſubuerterit eos dominus deus tuus a facie tua.
In iuſtitia mea ītroduxit me dominus:ut poſſideā terrā hāc:& īpietate gētiū iſtaꝝ dominus cōſumet eos a fa
cie tua:nō ī iuſtitia tua: & directiōe cordis tui ītrabis ut poſſideas terrā eoꝝ:ſed īpietate eoꝝ dominus deus
tuus cōſumet eos a facie tua:ut ſuſcitet uerbū:qd̄ locutus eſt p̄ribus tuis:Abrahā:Iſaac:& Iacob:& ſcies q; nō
iuſtitia tua dominus deus tuus dabit tibi terrā optimā:ut poſſideas eā:qa populus duræ ceruicis es. In eo au
té qd̄ dixit:Perfectus eris cū domino deo tuo quo ſenſu dixerit ex ſequētibus approbaꝝ. Cū īgreſſus inḡt fue
ris terrā:quā dominus deus tuus dabit tibi:nō diſces facere abominationé gētiū illaꝝ. Nō iueniet ī te q tra-
ducat filiū:uel filiā ſuā ꝑ ignē:diuinatiōibus:uel oībus auguriis & maleficis artibus & incantatiōibus nō ſer-
uies:ut īterroges magos & ariolos:& mortuos. abominatio.n.domini é oīs q facit hæc. Et ꝓpter has abomi-
natiōes dominus deus tuus cōſumet eas a facie tua:ꝑfectus eris cū domīo deo tuo. Deniq; īfert qa gētes iſtæ
q̄s tu poſſidebis ariolos & diuinos audiūt. Tibi aut̄ nō dedit dominus deus tuus. Statimq; ſubiūgit ꝓphetā
unū ex te de frībus tuis ſicut me ſuſcitabit dominus deus tuus:ipſum audies. Ex quo oſtēdiꝝ ꝑfectū hic dici
nō q cūctas uirtutes habeat:ſed q ꝑfectū & unū ſequaꝝ deū. Narratq; ſimiliter de cōditiōe exulū:q ꝑ ignorā-
tiā peccauerūt:quo & q̄diu cōfugere debeāt:atq; ſubiūgit. Quādo ædificaueris domū nouā facies loricula te
cto tuo ī circuitu:ne ſanguinis reus ſis cū aliq̄s ceciderit ex ea. Et iteꝝ. Si fuerit in te uir q nō ſit mūdus a no-
cturno fluxu:egrediet̄ extra caſtra:& nō īgrediet̄ mediū caſtroꝝ:cūq; aduenīet ueſpa lauabit ſe aq̄:& poſt oc
cubitū ſolis īgrediet̄ mediū eoꝝ. De leſu filio naue duo tātū ponā teſtīonia:peccauit Achaz: & totus popu-
lus offendit. Dixitq; dominus ad Ioſue:Nō poterūt ſtare filii Iſrahel ī cōſpectu inimicoꝝ ſuoꝝ:ſed dorſa uer
tent aduerſariis ſuis:qa ſactū eſt anathema in eis. Et nō addā ut ſim uobiſcū: niſi cōtritū fuerit anathema de
medio ueſtrū. Cūq; ſacrilegiū q̄reret̄:& ſors latēte īueniſſet reū:īterficiunꝝ cū Achaz filii eius:& filiæ:boues:
aſini:pecora:& tabernaculū. & quæcūq; hr̄e potuit:igne deleta ſunt. Eſto q; ipſe peccauerit:qd cōmiſere filii?
qd boues? qd aſini? qd pecora? Fac deo calūniā:q̄re unus peccauerit:& pars populi trucidata ſit? Cur & ipſe la
pidaꝝ:& oīa q̄ hr̄e potuerit ultrix flāma cōſumpſerit? Dicamus & aliqd aliud. Nō erat inḡt ciuitas:quā nō tra
didit dominus filiis iſrahel. abſq; Eneo q habitabat ī Gabaon oēs pugnādo ceperūt. qa a domino factū erat:
ut īduraret cor eoꝝ. & pugnaret̄ cōtra iſrahel:ut īterficerent̄. & nō fieret ī eis miſericordia. & p̄ret̄: ſicut p̄ce
pit dominus Moyſi. Si domini factū é uolūtate:ut pacē nō reciperēt:nec ſuſcipent iſrahel:dicamus iuxta apo
ſtolū:Quid ergo q̄riꝝ? Volūtati. n. eius qs p̄ot reſiſtere? De Samuel & Malachi Ionathan fauū mellis guſtauit
ī ſceptro:& illumīatis oculis piclitaꝝ:q; neſciés fecerit. Hoc.n. ſcriptura teſtaꝝ: q; ignorauerit a p̄re eé p̄ceptū:
ne q̄ſq̄ guſtaret:donec uictoria domini cōpleret̄. In tātū aut̄ iratus eſt dominus:ut ſors īueniret occultū: &
ipſe fatereꝝ dicés. Guſtaui ī ſūmitate ſceptri:qd̄ é ī manu mea parū mellis:& ecce ego morior. Et poſtea īter-
ceſſiōe & p̄cibus populi liberatus é:dicés ad Saul. Nūc Ionathan morieꝝ:q fecit ſaluté hanc magnā in iſrahel?
Abſit. Viuit dominus:Si ceciderit de capillis capitis eius ī terrā:qa cū domīo fecit dié hāc. & liberauit domi-
nus Ionathā:& nō é mortuus. Samuel iraſciꝝ Sauli:& nō uult ire cū rege. Poſtea p̄cibus uinciꝝ:ut oſtēdat hu-
mani aī ī diuerſū mutationé. Pergit Bethleé. ſingulos filioꝝ leſſe putat ipſos eé:quos domīus req̄rebat. Cūq;
uidiſſet Eliab ait:Ecce ī cōſpectu domini xp̄s eius. Et ait dominus ad eū. Ne reſpicias ad uultū eius:& ad ſta-
turā corpis illius:quoniā abieci eū. Aliter.n. uidet hō:aliter deus. Hō.n. uidet ī facie:deus ī corde. Atq; ī hunc
modū ꝓ oīs errat:ꝑ oīs corrigiꝝ:ut pateat hūanæ mētis īfirmitas. Miphiboſeth Saul filius īterficiꝝ dolo a Re
cab & Baana filiis Remmō Berotite. Cūq; nūciaſſent Dauid:& caput aduerſarii demōſtrarēt:occiſi ſunt: Da
uid dicéte: Viri īpii occiderūt uiꝝ iuſtū in domo ſua & in lectulo ſuo. Certe Miphiboſeth iuſtus non erat:&
tamē in eo iuſtus appellaꝝ:q; abſq; noxa īterfectus eſt. Oza leuites cū arca domini tranſſerꝝ hieruſalē:& laſci-
uiēntes boues plauſtrū in parté alterā declinaſſent:miſit manū:ut ſuſtētaret inclinatā. Statiq; ſequiꝝ. Iratus eſt
furor domini in Ozā:& ꝑcuſſit eū deus ibi ꝑ ignorātia:& mortuus eſt iuxta arcā dei. Cōtriſtatuſq; Dauid q;
ꝑcuſſerit dominus Ozā:timuit dominū ī illa die:& ait. Quō īgredieꝝ ad me arca domini? Dauid iuſtus:& ꝓ-
pheta:& unctus ī regē:quē elegit dominus ſecūdū cor ſuū:ut faceret cūctas uolūtates eius:ut uidet ignorātiā
domini furore punitā terreꝝ:atq; triſtaꝝ. nec q̄rit cauſā a domino:q̄re ꝑcuſſit ignorātē. ſed ſimilē ſentētiā ꝓ-
tremiſcit. Præcepit Dauid prīcipi exercitus Ioab:ut numeret populū:ſtatiq; ſcriptura cōmemorat:& ꝑcuſſit
cor ſuū:& dixit ad dominū:peccaui uehemēter:qa hoc feci. cū iuberet ut fieret:utiq; qd̄ diceret ignorabat. &
tamē ſe ipſe reꝑhēdit:& ꝑ hac culpa. lxx. milia hoīum angeli gladio trucidanꝝ. Salomō cōpletis tēpli cerimo-
niis utraſq; palmas tēdit ad dominū. & ait:Cū peccauerit tibi populus. nō eſt enim hō:q nō peccet. Abia pro-
pheta Salonites neſciebat ad ſe uenire uxoré Hieroboam. dixitq; dominus Ecce uxor Hieroboā ingreditur:
ut quærat uerba a te pro filio ſuo:q ægrotat iuxta hoc:& iuxta hoc. loquaris ad eā. Heliſeus ſedebat in mon-
te:uenit ad eū mulier:cuius filius mortuus erat:& amplexa pedes eius uociferaꝝ. Repelléte aut̄ eā Giezi: di-
xit ad eū uir dei:dimitte eā. quoniā aīa eius in amaritudine eſt. Et dominus cælauit a me. ut nō annunciaret
mihi. In libro dierū legimus. fuerūt filii Sobal patris Cariathiarim:q; ꝓphetabat ex dimidio. Et ieeꝝ. Filii aut
tem Alma Bethleé & Netophat hi corona domus Ioab. & q; ꝓphetabat ex dimidio Sarai & cætera. Similiter

utiq; ſancti erãt qui ꝓphetabãt.& tamen ꝓfectã nõ meruerũt accipe ꝓphetiã.Nequaq̃ de futuro ſecundũ tro pologiã:ſed ĩpræſentiaꝝ iuxta hiſtoriã ꝓphetãtes.Abacuc ꝓpheta cãticũ ſuũ hoc ĩſcribit titulo.Oratio Aba cuc ꝓphetæ pro ignorãtibus.Locutus.n.fuerat audacter ad dominũ:& dixerat.Vſq; quo domine clamabo: & nõ audies? Vociferabor ad te uim patiẽs:& nõ ſaluabis?Quare oſtendiſti mihi iniqtatẽ & laborem: uidere prædã & iuſtitiã?Cõtra me factũ eſt iudiciũ:& cõtradictio potẽtior:ꝓpter hæc lacerata eſt lex.& non ꝓuenit uſq; ad finẽ iudiciũ:quia ĩpius præualet aduerſus iuſtũ;ꝓpterea egredit̃ iudiciũ ꝓuerſum:pro quo ſe ipſe re prehẽdens q; ꝓ ignorantiã ſit locutus:ſcribit canticũ pœnitẽtiæ.Si peccatũ nõ erat ignorãtia? ſupfluo ſcribit librũ pœnitudinis:& uoluit id lugere:qđ̃ peccatũ nõ habet.In Ezechiel extrema parte: ubi ꝑ æ dificiũ tẽpli in mõte Siti eccleſiæ multa poſt ſæcula futuræ ſacraméta narrant̃:primo die & ſeptimo die méſis primi offe runt̃ uictimæ:pro peccatis oĩum:in quo ꝓ erroré:aut ignorantiã peccauerũt.Septẽ quoq; diebus paſchæ hir cus ſemp pro peccato mactat̃.ſeptimi méſis qntadecima die:idẽ pro peccatis ſacrificioꝝ ordo celebratur.Et poſt alia plurima:quæ nõ eſt iſtius tẽporis replicare:ſcriptũ eſt:Erat autẽ ibi locus ad occidẽtẽ:dixitq; ad me: iſte eſt locus:ubi coquere debẽt ſacerdotes hoſtiã pro peccato:& pro ignorãtia. Hieremias loquit̃ ad deum. Scio domine qđ̃ nõ eſt hoĩs uia eius:nec uiri eſt:ut ambulet & dirigat greſſus ſuos. Ideoq; prauũ eſt cor hoĩs & ĩſcrutabile:qs cognoſcet illud? In ꝓuerbiis legimus.Eſt uia quæ uidet̃ recta eſſe apud hoĩes: & nouiſſima eius ueniũt in ꝓfundũ ĩferni.Ecce & hic manifeſte ignorãtia cõdẽnat̃:cũ aliud putat homo:& ſub ſpecie ue ritatis ad ĩferna delabit̃.Multæ inqt cogitatiões in corde hoĩs:ſed nõ tamẽ illius uolũtas:quæ incerta & flu ctuans:atq; mutabilis eſt:ſed dei cõſiliũ obtinet.Quis inqt gloriabit̃ caſtũ ſe hr̃e cor? Et qs cõfidet mundus eſſe a peccato? Dulcis eſt enim homini panis mẽdacii.Et poſtea ĩplebit̃ os eius calculo.A domino greſſus ho minis dirigunt̃:mortalis autẽ quo modo ſcire poterit uias ſuas? Oĩs uir uidet̃ ſibi iuſtus:filius malus iuſtũ ſe facit:& nõ laudat exitũ ſuũ:ſed corrigit corda oĩum deus.filius malus excelſos habet oculos:& palpebris ſuis eleuat̃.Eſt.n.iuſtus q; perit in iuſtitia ſua. Vnde dicit̃ ad eũ.Ne ſis iuſtus multũ:nec q̃ſi per ſapientiã quæras ſupflua:ne forte obſtupeſcas.Quæcũq; enim laborauerit homo:ut reqrat:nõ inueniet.ſi dixerit ſe ſapiẽs in telligere:reperire nõ poterit.Cor enim filioꝝ hominũ repletum eſt malitia.

Secũdus liber eiuſdẽ dialogi cõtra Pellagianos. Epiſtola.XVIII.

RITOBOLVS.Multa qdẽ de ſcripturis memoriter:copioſeq; dixiſti.Et q̃ſi qbuſdam di ſcuſſis nubibus:clarũ uiſus es ueritatis lumen aperire.ſed qd ad rem? His enim cunctis te ſtimoniis uideris hoĩum accuſare naturã.ac ꝓ hoc inuidiã referre ad deũ:ſi tales hoĩes cõ didit:ut obliuione & ignorãtiæ peccato carere nõ poſſint.Ex quo ꝓſpicuũ eſt hoĩem poſ ſe ſi uoluerit nõ peccare.Id.n.fecit qđ̃ uitare nõ potuit.Vbi autẽ auferẽ poſſibilitas:aufer tur & uitiũ.Nemo enim in eo cõdẽnat̃:qđ̃ facere nõ potuit.AT.Sæpe dixi te nõ itelligere conatus meos:nec cõſiderare qd tu argumẽteris:ſed quia quæ deus iuſſerit pro obliuiõe: errore:& ignorãtia:q̃ſi ꝓ peccato offerunt̃ ſacrificia.Siue hoc male iuxta te:ſiue bene iuxta me. Deus præce pit:meũ eſt obſeruare qđ̃ iuſſit:tuũ dei iuſſa reprehẽdere.CRI.Quoniã uim facis ꝓſpicuæ ueritati: & trahis me ad blaſphemiã:cõcedã tibi hoc in ueteri lege p̃ceptũ:de q̃ ſcriptũ eſt.Vetera trãſierũt:Ecce facta ſunt oĩa noua.Nunqd & de euãgelio poteris hoc approbare:ut puniat̃ qſpiã pro eo qđ̃ neſciat? Et ante pœnas luat:q̃ reus ſit cõſciẽtiæ? AT.Dũ ignoramus:Manichæus nobis cõſurgit repẽte:q; legẽ dicat abolitã:& ſolos noui te ſtaméti legẽdos libros.CRI.Quid.n.a me audiuiſti:ut hoc autumes? Et lex enim pr̃ibus data: pro tẽpore iu ſta & ſancta eſt:& ueniẽte euãgelii ꝓfectiõe:uiliora ceſſarũt.AT.Ergo neq̃q̃ obſeruãdũ eſt:qđ̃ lege p̃cipitur. CRI.Quædã obſeruãda:q̃dã ꝓtermittenda ſunt.AT.Quoniã te uideo eſſe doctiſſimũ:dic mihi:q̃ de ueteri teſtamẽto obſeruare debeã:& q̃ relinqre.CRI.Mãdata obſeruare debemus:quæ ad uitã & mores ptinẽt cor rigẽdos:de qbus dictũ eſt.Mãdatũ domini lucidũ illuminãs oculos.Quæ autẽ ad cerimonias legis: & ritus ſacrificioꝝ ꝓtinẽt:relinquẽda ſũt.AT.Ignoſce mihi:cũ legis & oĩum ſcripturaꝝ ſcientiã iactites: nõ aiaduer tis qd uelim dicere.CRI.Hoc ĩtelligo:qđ̃ loqris:ſed nõ qđ̃ taces.AT.Tacere uideor:q tãtis exẽplis docere te uolui:peccaꝛ hoĩem ꝓ ignorãtiã:& ꝓ peccato ut ĩ lege hoſtias:ita & ĩ euãgelio offerẽdã pœnitudinẽ? CRI.Da teſtionĩũ noui teſtaméti:ubi error & ignorãtia & ĩpoſſibilitas mãdati teneat̃ crimẽ.AT. Nõ neceſſe ẽ multa ꝓferre:unũ ꝓferã:cui cõtradicere nõ poteris. Vas electiõis ꝓſpicue loqt̃.Cõſẽtio.n.legi dei iuxta ĩteriorẽ ho minẽ.uideo autẽ aliã legẽ ĩ mẽbris meis:repugnãtẽ legi mẽtis meæ:& captiuãtẽ me ĩ lege peccati: q̃ eſt ĩ mẽ bris meis.Miſer ego hõ:qs me liberabit de corpe mortis huius? Gr̃a dei ꝓ leſũ xp̃m dominũ nr̃m.CRI.Protu liſti teſtionĩũ:qđ̃ ꝓ me facit.Liberati ergo de corpe huius mortis ꝓ gr̃am domini nr̃i leſu xp̃i:neq̃q̃ ultra pec care debemus.AT.Liberati qdẽ ſumus baptiſmo Saluatoris.ſed mihi ediſſere q̃re dixerit:uideo aliã legẽ ĩ mẽ bris meis repugnãtẽ legi mẽtis meæ:& captiuãtẽ me ĩ lege peccati:q̃ ĩ mẽbris meis ẽ.q̃ ẽ iſta lex regnãs in mẽ bris hoĩs:& repugnãs legi mẽtis eius? Reſpõde ſimpliciter. Taces? Audi cũdẽ apoſtolũ ꝑdicãtẽ:qđ̃.n.opor nõ cognoſco.nõ.n.qđ̃ uolo opor:ſed qđ̃ odi illud facio.Sin aũt qđ̃ uolo hoc facio:cõſẽtio legi:quoniã bõa eſt. Nũc aũt neq̃q̃ opor illud:ſed qđ̃ ĩ me hitat peccatũ.Scio.n.q; nõ hĩtet ĩ me:hoc ẽ ĩ carne mea bonũ.uelle.n. adiacet mihi:operi aũt bonũ nõ ĩuenio.nõ.n.qđ̃ uolo bonũ:hoc ago.ſed qđ̃ nolo malũ: hoc facio. Sin autẽ qđ̃ nolo:hoc ego facio:neq̃q̃ ego opor illud:ſed qđ̃ hitat ĩ me peccatũ.CRI.Miror te hoĩem prudẽtẽ ſic ĩtel ligere apoſtolũ ut eũ ex ꝓſona ſua:& nõ ex alioꝝ hoc dicere ſentias.Qui.n.cõſciẽtia ĩ ſe loquẽtis Chriſti libe re proclamat:an experimentũ quæritis eius:qui in me loquitur Chriſtus? Et in alio loco:Curſum conſuma ui fidem ſeruaui. de cætero repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ:iſte hoc de ſe dicere poterat:operari bonum nõ inuenio? & non quod uolo bonum:hoc facio.ſed quod nolo malum: hoc ago? Quid illud erat boni: quod uolebat facere: & non poterat? Et quid illud erat mali: quod nolebat: & tamen uitare non poterat? Ergo

non ex ſui perſona hoc dicit, ſed ex perſona generis humani: quæ uitiis ſubiacet ob carnis fragilitatē. ATTI. 54
ipſa præfatio:& Páphili martyris librũ ꝓ defenſione Origenis a te eſſe trãſlatũ. Et hoc agis totis uiribus: ut cuius fidẽ martyr ꝓbat:eccleſia nõ refutet.Sex libros:ut ãte iã dixi:Euſebius Cæſariẽſis epͣs:Arrianæ quõdã ſignifer factiõis:ꝓ Origene ſcripſit latiſſimum & elaboratũ opus:& multis teſtimoniis approbauit Origenẽ iuxta ſe catholicũ.i.iuxta nos Arrianũ eẽ.Horũ tu primũ librũ uertis ſub noĩe martyris. Et miramur ſi me homũculũ parui p̃cii:Origẽis laudatorẽ uelis:cũ martyri calũniã feceris:pauciſq; teſtimoniis de filio dei & ſpiritu ſancto cõmutatis:q ſciebas diſplicitura Rõanis:cætera q̃ uſq; ad finẽ integra dimiſiſti.Hoc idẽ faciens in apologia :quaſi Páphili:qd' & ĩ Origenis periarchõ trãſlatõe feciſti.Si iſte Páphili liber eſt de ſex libris:qs erit prius Euſebii?In ipſo uolũine:qd' tu Páphili ſimulas:ſequẽtiũ librorũ facta mẽtio eſt.In ſecũdo quoq; & reliquis dicit Euſebius:quid in prio libro ante iã dixerit.Et ꝙ eadẽ repetere nõ debeat.Si totũ opus Páphili eſt: cur reliquos libros nõ trãſfers?Si alterius:cur nomẽ ĩmutas?Taces ipſæ res loquẽ'ſ:uidelicet ut crederẽt Martyri:q Arrianorũ prĩcipẽ deteſtaturi erãt.Quid tibi animi fuiſſe dicã amice ſimpliciſſime:te ne potuiſſe hæretici hoĩs libris martyris nomẽ ĩponere?Et ignoras ſub auctoritate teſtis Chriſti Origẽis facere defenſores? Pro eruditione qua polles:& inclytus ασυντασ tractator in occidẽte laudaris:ita ut corruptiuũ te oẽs tuæ partis nominẽt:non reor te ignoraſſe Euſebii συντασσομ;& Páphilũ martyrẽ nihil oĩo opis condidiſſe. Ipſe enĩ Euſebius amator & p̃co & cõtubernalis Páphili tres libros ſcripſit elegãtiſſimos:uitã Páphili cõtinẽtes: In q̃bus cũ cætera miris laudibus p̃dicaret:hũilitatẽq; eius ferret in cælũ:ẽt hoc ĩ tertio libro addidit. Quis ſtudio ſorũ amicus nõ fuit Páphili?Si quos uidebat ad uictũ neceſſariis indigere:p̃bebat large q̃ poterat.Scripturas quoq; ſanctas nõ ad legẽdũ tãtũ:ſed & ad habẽdũ tribuebat prõptiſſime.nec ſolũ uiris:ſed & fœmĩs: quas uidiſſet lectioni deditas. Vnde & multos codices p̃parabat.ut cũ neceſſitas popoſciſſet:uolẽtibus largiret.Et ipe qdẽ ꝓprii operis nihil oĩo ſcripſit:exceptis epiſtolis quas ad amicos forte mittebat:in tãtũ ſe hũilitate deiecerat. Veterũ aũt tractatus ſcriptorũ legebat ſtudioſiſſime:& in eorũ meditatõe uerſabat'.Defenſor Origenis & laudator Páphili dicit Páphilũ nihil oĩo ſcripſiſſe: nec ꝓprii q̃quã cõdidiſſe ſermonis.Et hoc dicit iã Páphilo martyrio coronato.Nec héas ſuffugiũ:poſt editos ab Euſebio libros:hoc Páphilum ſcripſiſſe. Quid facies?Eo libro qué ſub noĩe martyris edidiſti:uulneratæ ſunt conſciẽtiæ plurimoꝝ.Non ualet apud eos ſuper Origenis dãnatõe eporũ auctoritas:qué putãt a martyre p̃dicatũ.Quid facient epiſtolæ Theophili epi?qd papæ Anaſtaſii in toto orbe hæreticũ pſequẽtes?Cũ liber tuus ſub noĩe Phãphili editus:pugnet cõtra epiſtolas eorũ:& epiſtolarũ nomini teſtioniũ opponat'?Quod feciſti in libris periarchõ:hoc facito & in iſto uolumĩe Audi cõſiliũ amici,nõ te pœniteat artis tuæ:uel dicito tuũ nõ eẽ:uel ab Euſebio præſbytero deprauatũ.Vnde ꝓbari tibi poterit:q; a te tranſlatũ eſt?Nõ manus tua tenet':nõ tantæ es eloquẽtiæ: ut nullus te poſſit imitari.Aut certe ſi res ad ꝓbatõem uenerit:& impudentiam frontis oppreſſerint teſtimonia plurimorũ:palinodian Stheſicori mure cãtato.Melius é te pœnitere facti tui : q̃ & martyrẽ in calũnia: & deceptos in errore pſiſtere.nec erubeſcas de cõmutatõe ſniæ:nõ es tãtæ auctoritatis & famæ:ut erraſſe te pudeat.Imitare me:quẽ plurimũ amas:ſine quo nec uiuere nec mori potes.& mecũ clama quæ ego laudatus a te in defenſione mei locutus ſum.Euſebius cæſarienſis epͣs:cuius ſupra memini in ſexto libro hoc idẽ obiicit Methodio epͣo & martyri:quod tu in meis laudibus criminaris.& dicit:quõ auſus eſt Methodius nũc cõtra Origenẽ ſcribere:q hoc & hoc de Origenis locutus eſt dogmatibus?Nõ eſt huius loci ꝓ martyre loqui.Neq; ,n.oĩa ĩ locis oĩbus diſſerẽda ſunt:nũc tetigiſſe ſufficiat hoc ab Arriãno hoĩe obiici clariſſimo & eloquẽtiſſimo martyri: qd' tu ĩ me & amicus laudas:& offenſus accuſas. Habes occaſionẽ & de præſenti loco ſi uelis:mihi calũnã ſtruer':cur nũc & Euſebio detrahã:quẽ ĩ alio loco ãte laudaui?Alterũ qdẽ nomẽ Euſebii:ſed eadẽ quæ ſup Origẽis uocabulo é calũnia.Laudaui Euſebiũ ĩ eccleſiaſtica hiſtoria:ĩ digeſtiõe tẽporũ:ĩ deſcriptiõe ſanctæ terræ.& hæc opuſcula ĩ latinũ uertẽs: meæ liguæ hõibus dedi.Nõ ex eo Arriãus ſum q̃ Euſebius q hos libros cõdidit:Arriãus é. Si auſus fueris me hæreticũ dicere:memẽto præfatiũculæ periarchõ:ĩ q̃ fidei tuæ me eẽ teſtaris.ſimulq; obſecro:ut amicũ quõdã tuũ expoſtulãtẽ patiẽter audias.Cõtra alios digladiaris:aut facis calũniã;aut pateris.Quos accuſas: & ĩ q̃bus accuſaris:ordinis tui ſunt.recte an ꝑperã: uos uideritis.Mihi etiã uera accuſatio cõtra fratrẽ diſplicet.nec reprehẽdo alios:ſed dico qd ipſe nõ facerem. Tãtis ſpatiis terrarũ ſeparatus qd peccaui ĩ te?Quid cõmerui?An q̃ origeniſtẽ me nõ eẽ reſpõdi?Nũq̃d defenſio mea accuſatio tua é?Et tu ſi nõ es origeniſtes:uel nõ fuiſti:credo iurãti.Si fuiſti:ſuſcipio pœnitentem. Quid doles:ſi id ſum qd' eẽ te dicis?An q̃ periarchõ Origenis libros poſt te trãſferre auſus ſum:& ĩterpretatio mea ſuggillatio putat' opis tui?Quid poterã facere?Miſſa mihi é laudatio tua.i.accuſatio mea.tã fortiter me ꝓlixeq; laudaueras:ut ſi tuis laudibus acqeuiſſem:oẽs hæreticũ me putarẽt. Vide qd romanæ ad me epiſtolæ clauſura teneat.Purga ſuſpitiões hominũ:& cõuice criminãtẽ.ne ſi diſſimulaueris: cõſenſiſſe uidearis. Tali cõſtrictus articulo:ĩterp̃taturus eoſdẽ libros:auſculta q̃d ſcripſerĩ.hoc mihi præſtiterũt amici mei:non dixi amicus meus:ne tibi uiderer arguere:ut ſi tacuero reus:ſi reſpõdero:ĩnimicus iudicer.Dura utraq; cõditio:ſed e duobus eligã;qd' leuius é.Simultas redit egrari põt.Blaſphemia ueniã nõ meret'.Animaduertis inuito mihi & repugnãti hoc onus ĩpoſitũ?Et futurã huiuſcemodi ope ſimultatẽ:neceſſitatis accuſatiõe curatã?Si ĩterp̃tatus eſſes libros periarchõ abſq; meo noĩe ratiõe q̃reris ĩ reprehẽſione tua a me poſtea eſſe tranſlatos.Nũc aũt iniuſte doles.ĩ eo ope a me tibi eſſe reſpõſũ:ĩ quo a te laudãdo accuſatus ſum.Quã enĩ tu laudẽ uocas:oẽs accuſationem itelligũt.cõſtet apud te ꝙ accuſaueris:nõ ĩdignaberis ꝙ reſpõderĩ. Eſto:tu bono aĩo ſcripſeris:& hõ ĩnocés & amicus fidiſſimus:de cuius nũq̃ egreſſum é ore mẽdaciũ : me neſcius uulnera ris:q̃d ad me q̃ pcuſſus ſum?Nõ iccirco curari nõ debeo:qa tu me bono aĩo uulneraſti.Cõfoſſus iaceo:ſtridet uulnus ĩ pectore:cãdida prius ſanguine mẽbra turpant':& tu mihi dicis,noli manũ adhibere uulneri:ne ego te uidear uulneraſſe?Quãq; & ipſa tranſlatio magis Origenẽ q̃ te arguit.Tu enĩ emẽdaſſe quæ addita ſũt

ab hæreticis:arbitratus es.Ego ꝑdidi qđ ab illo ſcriptū græcia uniuerſa cōclamat. Quis rectius arbitratus ſit:nec meū:nec tuū iudiciū é. Vtriuſq; ſcripta cēſoriā lectoris uirgulā ſentiāt. Tota illa epiſtola:q̄ ꝑ me ſatiſ factio cōtra hæreticos & accuſatores meos dirigit. Quid ad te:q; & Orthodoxū & laudatoré meū te eſſe dicis? Si aſperior ſum in hæreticos:& illorū in publicū ſtrophas profero:lætare in iuectiōe mea: ne ſi dolueris: hæreticus eé uidearis. Quādo ſine noīe cōtra uitia ſcribit:qui iraſcit accuſator ſui eſt. Prudēris hoīs eſt:etiā ſi doleat diſſimulare cōſciētiā:& cordis nubilū frōtis ſerenitate diſcutere. Alioqn ſi qđ cōtra Origené & ſectatores eius dicit:in te dictū putas:Ergo & epiſtolæ Papæ Theophili & Epiphanii & alioꝝ ēpoꝝ:quas nuper ipſis iubentibus trāſtuli:te petūt:te lacerāt. Impatoris quoq; ſcripta:quæ de Alexādria: & ægypto Origēiſtas pelli iubēt:me ſuggeréte dictata ſūt. Vt Rōanæ urbis pōtifex miro eos odio deteſtet:meū cōſiliū fuit. Vt totus orbis poſt trāſlatōem tuā in odio Origenis exarſerit: qué antea ſimpliciter lectitabat:meus operatus é ſtilus. Si tātū poſſum:miror cur me nō metuas. Ego ille moderatus in epiſtola publica:q diligēter caui:ne quid in te dictū putares:ſcripſi ad te ſtatī breué epiſtolā expoſtulás ſuper laudibus tuis. Quā qa Rōæ nō eras:amici mei tibi mittere noluerūt:eo q; te dolerēt cū ſodalibus tuis indigna noīe chriſtiāo de mea cōuerſione iactitare. Cuius exēplū huic uolumini ſubdidi:ut ſcias q̄tū doloré:quāta moderatōe neceſſitudinis téperaui. Audio ꝑterea te quædā de epiſtola mea philoſophe carpere.& hominé rugioſæ frōtis adductiq; ſupercilii Plautino in me ſale ludere:eo q; Barabā iudæū dixerī ꝑceptoré meū. Nec mirū ſi Baranina:ubi eſt aliqua uocabulorū ſimilitudo:ſcripſeris Barabā:cū tātā héas licētiā noīum imutādorū:ut de Euſebio Pamphilū:de hæretico martyré feceris. Cauédus hō:& mihi maxie declinādus ne me repéte:dū neſcio:de Hieronymo Sardana palū noīes. Audi ergo ſapiētiæ columé:& norma catonianæ ſeueritatis. Ego nō illū magiſtrū dixi:ſed meū i ſcripturas ſanctas ſtudiū uolui cōprobari:ut oſtēderé me ſic legiſſe Origené:quo mō & illū audierā. Neq; n. hebræas litteras a te diſcere debui:aut iniuria tibi facta eſt:q; ꝑ te Apollinaré Didymūq; ſectatus ſū. Nūqđ i illa epiſtola Gregoriū uirū eloquētiſſimū nō potui nominare? Quis apud latinos par ſui eſt? Quo ego magiſtro glorior & exulto:ſed eos tantū poſui q in reprehēſione erant: Vt ſimiliter me Origené:nō ob fidei ueritaté:ſed ob eruditiōis meritū legiſſe teſtarer. Ipe Origenes & Clæmens & Euſebius:atq; alii q̄ plures: quādo de ſcripturis aliqua diſputāt:& uolūt approbare quod dicūt:ſic ſolēt ſcribere:referebat mihi hebræus: & audiui ab hebræo:& hebræorū iſta ſnia eſt. Certe ét Origenes patriarché Huillū;q téporibus eius fuit noīat: & triceſimū tomū in Eſaiā:in cuius fine ediſſerit.ue tibi ciuitas Ariel:quā expugnauit Dauid:illius expoſitione concludit:ut cum aliter prius ſenſiſſe ſe dicat:doctū ab illo:id quod eſt uerius eſſe cōfitetur. Octogeſimum quoq; nonū pſalmum:qui ſcribitur oratio Moyſi hoīs dei & reliquos.xi.q non habēt titulos ſecūdū Huilli expoſitionem:eiuſdē Moyſi putat.nec dedignaꝫ hebraā ſcripturā interpretās p ſingula loca:qđ hebræis uideaꝫ:miſerere. Lectis nup papæ Theophili epiſtolis: in quibus Origenis exponit errores dicit obturaſſe aures ſuas:& auctoré tanti mali clara cū oībus uoce clamaſſe & dixiſſe uſq; ad illud tēpus ſe ignoraſſe:q; tā nefaria ſcripſerit.nō recuſo:nec dico q; alius diceret forſitan nō potuiſſe eū ignorare:qđ interpretatus eſt. Cuius apologiā ſcriptā ab hæretico ſub noīe martyris edidit:cuius defenſionē etiā ꝓprio uolumie ꝓfeſſus eſt.aduerſum qđ in ſequētibus ſi dictādi ſpatiū fuerit diſputabo.hoc loquor cui cōtradicere nō poteſt. Si ſibi licet nō itellexiſſe quod trāſtulit:quare mihi nō liceat ignoraſſe libros periarchon:quos ante nō legi:& eas tātū omelias legiſſe quas trāſtuli:in quibus nihil eé mali ipſius teſtioniū eſt. Sin aūt cōtra ſentētiā ſuā nūc me in eis arguit:in quibus ante laudauerat:undiq; ſtrictus tenebit. Aut.n.iccirco me hæreticū hoīem laudauit:qa eiuſdē mecū dogmatis erat.aut nūc fruſtra inimicus accuſat:qué prius ut orthodoxū ꝑdicauit. Sed forſitā tūc errores meos:quaſi amicus tacuit.& tūc iratus profert:qđ prius cælauerat. Quā q̄ nō mereaꝫ fidé incōſtātia:& ꝓfeſſæ inimicitiæ ſuſpitioné héant médacii: Tamé audacter cōferā gradū:uolés ſcire qđ hæreticū ſcripſerī. ut aut cū illo agā pœnitētiā:& Origenis mala ignoraſſe me iurem: ac nūc primum a papa Theophilo didiciſ ſe ipietates eius.aut certe doceā me quidé bene ſenſiſſe:ſed illum more ſuo intelligere. Neq; n. fieri pōt:ut in eiſdé ad Epheſios libris: quos ut audio criminaꝫ: & bene & male dixerī.& de eodé fonte dulce amarūq; proceſſerit.ut qui toto opere dānauerī eos:q credūt aīas ex āgelis cōditas:ſubito mei oblitus id defēderé:qđ ante dānaui. Stultitiā mihi obiicere nō pōt:quē diſertiſſimū & eloquētiſſimū i ſuis opuſculis ꝑdicauit. Alioqn ſtulta uerboſitas & garruli fabulæ potius hoīs q̄ eloquētis putāda eſt. Quid in illis libris ꝓprie accuſet ignoro. Fama.n.ad me criminū eius:nō ſcripta uenerī.& ſtultū iuxta apoſtolū pugnis aeré uerberare. Tamé in īcertū reſpondebo:donec ad certa peruenia. meū docebo ſenex:quod puer didici:multa eſſe genera dictionū.& prò q̄litate materiæ nō ſolū ſentētias:ſed & ſcripturarū uerba uariari. Chryſippus & Antipater inter ſpineta uerſantur. Demoſthenes & Eſchines cōtra ſe inuicē fulminā. Lyſias & Iſocrates dulciter fluunt. Mira in ſingulis diuerſitas.ſed oēs in ſuo ſenſu pfecti ſunt. Lege ad Herenniū Tullii libros:lege rhetoricos eius.aut qa illa ſibi dicit incohata & rudia excidiſſe de manibus: reuolue tria uolumia de Oratore:in q; bus introducit eloquētiſſimos illius tēporis oratores Craſſum & Antoniū diſputātes.& quartū Oratorem: quē iā ſenex ſcribit ad Brutū:tunc intelliges aliter cōponi hiſtoriā:aliter orationes:aliter dialogos:aliter epiſtolas:aliter cōmētarios. Ego in cōmētariis ad Epheſios ſic Origenē & Didymū & Apollinaré ſecutus ſum: qui certe cōtraria inter ſe habēt dogmata:ut fidei meæ nō amittere ueritaté. Cōmētarii qđ operis habeāt alterius dicta:ediſſerunt.quæ obſcure ſcripta ſunt:pleno ſermone manifeſtāt:multorū ſentētias replicant:& dicūt.hūc locum qdā ſic ediſſerūt:alii ſic iterpretātur:alii ſenſum ſuum & intelligentiā his teſtimoniis & hac nituntur ratione firmare.ut prudens lector cum diuerſas explanatōnes legerit:& multorū uel ꝓbanda uel improbanda didicerit:iudicet quid uerius ſit:& quaſi bonus trapezita adulterinæ monetæ pecuniam reprobet non diuerſæ interpretationis & contrariorum inter ſe ſenſuum tenebit reus:qui in uno ope quod ediſſerit:

expoſitiones poſuerit plurimorũ.Puto q̃ puer legeris Aſpri in Virgiliũ & Saluſtium cõmẽtarios:Vulcatii in 90
orationes Ciceronis:Victorini in dialogos eius & Terẽtii comœdias p̃ceptoris mei Donati æque in Virgili
um:& alios̃ in alios:Plautũ uidelicet:Lucretiũ:Flaccum:Perſium:atq̃ Lucanũ.Argue interp̃tes eorum:qua
re nõ una explanatõem ſecuti ſunt:& in eadẽ re q̃d uel ſibi uel aliis uideatur enumerẽt.Prætermitto græcos:
quorũ tu iactas ſcientiã.& dũ pegrina ſectaris:pene tui ſermonis oblitus es.ne ueteri ꝓuerbio:ſus Mineruã do
cere uidear:& in ſiluam ligna portare:Illud miror:q̃ Ariſtarcus noſtri tẽporis puerilia iſta neſcieris.Quãq̃ tu
occupatus in ſenſibus & ad inſtruẽdã mihi calũniã cernulus grãmaticorũ & orator̃ p̃cepta cõtẽpſeris:parui-
pẽdens poſt anfractus reddere:aſperitatẽ euitare cõſonantiũ:hiulcã fugere dictionẽ:ridicu
lũ eſt debilitati & fracti totius corporis uulnera pauca mõſtrare.Nõ eligo q̃d reprehẽdã:eligat ipe quid quo
uitio careat. Ne illud q̃dẽ ſocraticũ noſſe debuerat.ſcio q̃d neſcio.Nauẽ agere ignarus nauis timet.Abrota-
nũ ægro nõ audet:niſi qui didicit dare.Quod medicorũ ẽ:ꝓmittũt medici.tractãt fabrilia fabri. Scribimus
indocti doctiq̃ poemata paſſim.Niſi forte ſe litteras nõ didiciſſe iurabit:quod illi & abſq̃ iuramẽto pfacile
credimus.uel ad apoſtolũ cõfugiet ꝓfitẽtẽ:& ſi ꝑitus ſermone:ſed nõ tamẽ ſciẽtia.Ille hebræis litteris eru
ditus:& ad pedes doctus Gamalielis:quẽ nõ erubeſcit:iã apoſtolicæ dignitatis magiſtrũ dicere græcã facun-
diã cõtẽnebat:uel certe q̃d erat humilitatis diſſimulabat. Vt p̃dicatio eius nõ in perſuaſione uerborũ:ſed in
ſignorũ uirtute cõſiſteret:ſpernẽs alienas opes:q in ſuis diues erat.q̃q̃ ad ꝑitũ & p ſingulas ſtatus ſentẽtias
corruẽtẽ:nũq̃ pro tribunali Feſtus diceret:inſanis Paule inſanis:multæ te litteræ ad inſaniã cõuertũt. Vt qui
latinis muſſitas:& teſtudineo gradu moueris potius q̃ incedis:uel græce debes ſcribere:ut apud hoſes græci
ſermonis ignaros aliena ſcire uidearis. Vel ſi latina tẽperaueris ante audire grãmaticã:ferulæ manũ ſubtrahe
re:& inter paruulos partẽ artẽ loquẽdi ſcribere:q̃uis Cræſum qs ſpiret & dia-
rios:litteræ marſupiũ nõ ſequũt.Sudoris comites ſunt & laboris:ſociæ ieiunioꝝ nõ ſaturitatis:cõtinẽtiæ nõ
luxuriæ.Demoſthenes plus oleĩ q̃ uini expẽdiſſe dicit:& oẽs opifices nocturnis ſemp uigiliis p̃uẽiſſe.Quod
ille in una littera fecit expriměda.ut a cãcro diſceret:tu in me criminaris:q̃re hõ ab hoſe hebræas litteras di-
diceri.Inde ẽ q̃ quidã ĩeruditi prudẽter remanẽt:dũ nolũt diſcere q̃d ignorãt.Nec Oratiũ audiũt cõmonen
tẽ.Cur neſcire pudens praue:q̃ diſcere malo?Loquitur & ſapientia:quam ſub nomine Salomonis dicimus:in
maliuolam animam nunquam intrabit ſapientia:nec habitabit in corpe ſubdito peccatis.Spiritus enim ſan
ctus eruditionis fugiet dolum:& recedet a cogitationibus ſtultis.Aliud eſt ſi uulgi lectione contenti:docto-
rum aures deſpiciũt: & conténunt illud elogiũ quo ꝓcax ĩperitia denotat.Non tu in triuiis indocte ſolebas:
Stridẽti miſerũ ſtipula diſperdere carmẽ?quaſi nõ curatorum turba Mileſiorũ in ſcholis figmẽta decãtẽt.Et
teſtamẽtũ ſuis Beſſoꝝ cachino mẽbra cõcutiat.Atq̃ inter ſcurrarum epulas nugæ iſtiuſmodi frequẽtentur.
Quotidie in plateis fictus Ariolus ſtultorũ nates uerberat:& obtorto ſcorpione dẽtes mordentium quatit.
Et miramur ſi imperitorum libri lectorẽ inueniãt.Indignãtur quare Origeniſtas ſcripſerim ĩter ſe orgiis mẽ
daciorum fœderati.Noĩa tu librum:in quo hoc ſcriptũ legerĩ.i.ſextũ ſtromatũ Origenis:in quo Platõis ſen-
tẽtiæ noſtrũ dogma cõponẽs:ita loquit̃ Plato in tertio de republica libro:ueritas quoq̃ ſectãda magnopere
ẽ.Si.n.ut pauloante rectiſſime dicebamus:deo indecẽs:& inutile mẽdaciũ eſt:hoĩbus quãdoq̃ utile:ut utant̃
eo quaſi cõdimẽto atq̃ medicamine:nulli dubiũ ẽ:q̃n huiuſmodi licẽtia medicis dãda ſit: & ab ĩprudẽtibus
remouẽda.Vera inquit aſſeris.ergo principes urbiũ ſi quibus & aliis hoc cõcedit̃:oportet aliquãdo mentiri:
uel contra hoſtes:uel pro patria & ciuibus. Ab aliis uero qui uti mẽdacio neſciunt:auferẽdũ eſt mẽdacium.
Hæc Origenes.Et uos igitur illius præcepti memores:loquimini ueritatẽ unuſquiſq̃ cũ proxio ſuo.Nõ de-
bemus dicere:q̃s eſt ꝓximus meus?Sed cõſiderare quo mõ philoſophus caute dixerit:deo indecẽs & iutile eẽ
mẽdaciũ:hoĩbus interdũ utile.Et q̃ ne pro diſpẽſatione quidẽ putãdus ſit deus aliquãdo mẽtiri.Si aũt com-
modũ audiẽtis exegerit:uerbis loquit̃ ãbiguis:& p enygmata:quæ uult ꝓfert.Vt & ueritatis apud eũ digni-
tas cõſeruet̃.& q̃d noxiũ eẽ poterat:ſi nudũ ꝓferret̃ in uulgus:quodã tectũ uelamine ꝓferat̃.hõ aũt cui incũ-
bit neceſſitas mẽtiẽdi:diligenter attẽdat:ut ſic utat̃ interdũ mẽdacio:quo mõ cõdimẽto atq̃ medicamĩe: ut
ſeruet mẽſuram eius.ne excedat termios:q̃bus uſa eſt ludith cõtra Oloferné:& uiciteũ prudẽti ſimulatione
uerborũ.Imitetur Heſter:quæ Artaxerſis ſentẽtiã diu tacita gẽtis ueritate correxit.Et in primis patriarchã
Iacob:quẽ legimus benedictiões patris artifici ĩpetraſſe mẽdacio.Ex quo ꝑſpicuũ eſt q̃ niſi ita mẽtiti fueri-
mus:ut magnum nobis ex hoc aliquod quærat̃ bonũ:iudicandi ſimus quaſi inimici eius:q ait, Ego ſum ue
ritas.Hæc Origenes ſcripſit negare nõ poſſumus.ſcripſit in his libris:quos ad pfectos & ad diſcipulos loque-
batur.docetq̃ magiſtris mẽtiẽdũ:diſcipulos aũt nõ debere mẽtiri.Qui ergo bene mẽtit̃:& abſq̃ ulla uerecũ
dia q̃q̃d i buccã uenerit cõfingit ĩ frẽs:magiſtrũ ſe optimũ ꝓbat.Illud quoq̃ carpe dr̃:q̃ ſecũdũ pſalmũ ĩter
p̃tãs ꝓ eo:q̃d legimus ĩ latio : appẽdite diſciplinã:& ĩ hebraico uolumĩe ſcriptũ ẽ: dixerim in
cõmẽtariolis meis:adorate filium.Et rurſum omne pſalterium in romanũ uertens ſonũ:quaſi ĩmemor expo
ſitionis antiquæ poſuerim adorate pure.quod utiq̃ eẽ cõtrarium omnibus patet.Et re uera ignoſcendum ẽ
ei:ſi ignoret linguæ hebraicæ ueritatem:q interdũ & in latinis hæſitat:neſcii ut uerbũ de uerbo interp̃tetur.
ſi.deoſculamini dicitur:quod ego uolẽs trãſferre non putidum ſenſum magis ſecutus ſũ:
ut dicerẽ:adorate.Quia.n.qui adorãt ſolẽt deoſculari manũ:& capita ſubmittere:q̃ ſe Iob beatus elementis
& idolis feciſſe negat dicẽs:ſi uidi ſolẽ cũ ſurgeret & luna incedẽtem clare:& lætatum eſt in abſcondito cor
meũ:& oſculatus ſum manũ meã ore meo:quæ iniquitas maxia eſt & negatio cõtra deum altiſſimum.Et he
bræi iuxta linguæ ſuæ ꝓprietatẽ deoſculationẽ ꝓ ueneratione ponũt.Id trãſtuli:q̃d ipſi intelligunt.quorum
uerbũ eſt bar.Bar aũt apud illos diuerſa ſignificat.Dicitur.n.& filius.ut eſt illud:Bariona filius columbæ: &
Bartholomeus filius Tholomei:& Barchineus & Barchiſeus & Barabas. Triticum quoq̃ & ſpinarum faſci-

culus & electus ac purus. Quid igitur peccaui: si uerbum ambiguum diuersa interpretatione cõuerti? & qui in cõmentariolis: ubi libertas é disserẽdi: dixerã: adorate filiũ in ipso corpore: ne uiolẽtus uiderer interpres: & iudaicæ calũniæ locũ daré: dixeri adorate pure siue electe. qđ Aqla quoq; & Symmachus trãstulerit. Quid ergo ecclesiasticæ fidei nocet: si doceat lector: quot modis apud hebræos explanet? Origeni licet tertio tractare: innumerabiles mũdos introducere: & rationabiles creaturas aliis atq; aliis uestire corporibus: Christũq; dicere sæpe passum: & sæpius passurũ: ut qđ semel profuit: semp prosit assumptũ. tibi quoq; ipse tãtã assumis auctoritatẽ: ut de hæretico martyré: de Origenis libris hæretico & adulteria mẽtiaris: mihi non licebit disputare de uerbis? & in cõmẽtariorũ opere latinos docere: qđ ab hebræis didici? Nisi. n. & plixũ eẽt: & redoleret gloriolã: iã nũc tibi ostẽderẽ: quid utilitatis habeat magistrorũ limia terere: & arté ab artificibus discere. ut uideres quãta silua sit apud hebræos ãbiguo & noium atq; uerborũ. Quæ res diuersæ interptatiõi materiã præbuit: dum unusquisq; inter dubia qđ sibi cõsequẽtius uideť: hoc trãsferr. Quid ad pegria te mitto? Reuolue Aristotelẽ & Alexãdrũ Aristotelis uolumina disserẽté: & quãta ambiguorũ sit copia eorum lectione cognosces. ut tandẽ desinas amicũ tuũ in eo reprehendere: qđ ne p somniũ qdem aliquando didicisti. Sed quia Paulinianus frater meus in commẽtariis ad Ephesios quædã ab eo reprehẽsa narrauit: & pauca ex his memoriæ tradidit: mihiq; ipa demõstrauit loca: nõ debeo subterfugere. quæsoq; lectorem: ut si paululũ in pponẽdis & diluẽdis criminibus lõgior fuero: necessitati det ueniã. Nõ. n. alterũ accuso: sed me nitor defendere: & obiectã hæreseos calũniam refutare. In epistola Pauli ad ephesios tria Origenes scripsit uolumina. Didymus quoq; & Apollinaris propria opuscula cõdiderũt. Quos ego uel trãsferẽs uel imitãs: qđ in plogo eius dẽ operis scripserim subiiciã. Illud quoq; ĩ pfatione cõmoneo: ut sciatis Origenẽ tria uolumina in hãc epistolã cõscripsisse: quẽ & nos ex parte secuti sumus. Apollinarẽ & Didymũ quosdã cõmẽtariolos edidisse. Ex quibus licet pauca decerpsimus: & nõ nulla quæ nobis uidebanť adiecimus: siue subtraximus: ut studiosus stati in principio lector agnoscat hoc uel alienũ eẽ uel nostrũ. Quicqd ergo in explanatõe huius epistolæ uitii potuerit demõstrare: si ego illud in græcis uoluminibus: unde ĩ latinũ uertisse me dixi: ostẽdere nõ potuero: crimẽ agnoscã. & meũ erit: qđ alienũ nõ fuerit. Tamẽ ne rursus uideamur cauillari: & hac excusatõis stropha gradũ nõ audere cõferre: ponã ipa testionia: quæ uocãtur in crimẽ. In prio statim uolumine testimonium Pauli: in quo loquitur: sicut elegit in ipso nos ante constitutionẽ mundi: ut essemus sancti & imaculati corã ipso: sic interptati sumus: ut electionẽ iuxta Origenẽ eorum diceremus: non qui prius fuerãt: sed ad dei pscientiã referemus. Deniq; diximus: q; ait electos nos: ut essemus sancti & imaculati corã ipso: hoc est deo ante fabricam mũdi testatus est: ad præsciẽtiã dei pertinet: cui oĩa futura iã facta sunt: & ante q̃ fiãt uniuersa sunt nota. Sicut & Paulus ipe pdestinať in utero matris suæ & Hieremias in uulua sanctificatur: eligiť: & roborať: & in typo Christi. ppheta gẽtibus mittiť. Certe in expositiõe ista nullũ crimẽ est: & Origene dicẽte cõtraria: nos ecclesiasticũ sensum secuti sumus. Et qa cõmẽtatorũ est officiũ multorũ sentẽtias exponere: & hoc me factuġ in pfatione. pmisserã: etiã Origenis absq; iuidia nois eius explanatõem posui dicẽs. alius uero qui deũ iustum conatur ostẽdere: q; nõ ex piudicio sciẽtiæ suæ: sed ex merito electorũ unũquẽq; eligat: dicit ãte uisibiles creaturas: cælũ: terrã: maria: & oĩa quæ in eis sunt fuisse alias inuisibiles creaturas: i qbus & aias: quæ ob q̃sdam causas soli deo notas deiectæ sint deorsum: in uallẽ lachrymarũ: in locũ afflictionis & peregrinatiõis nostræ: in quo sanctus cõstitutus orabat: ut ad sedẽ pristinã reuertereť dicens. Heu mihi qa incolatus meus prolõgatus est. habitaui cũ habitantibus cedar: multũ peregrinata est anima mea. Et ĩ alio loco. Miser ego homo: qs me liberabit de corpore mortis huius? Et melius é reuerti & eẽ cũ christo. Et alibi. ãte q̃ humiliarer ego peccaui: & cætera his similia: quæ longũ ẽ scribere. Animaduerte qd dixeri. Alius uero q deũ iustũ coneť ostẽdere: conať ostẽdere iq̃ nõ ostẽdit. Si aũt ĩ eo scãdalũ pateris: quare latissimã Origenis disputationẽ breui sermone comphenderi: & lectori sensum eius aperuerim: atq; ex eo tibi occultus illius uideor eẽ sectator: qa nihil ab eo dictũ ptermiserim uide ne hoc iccirco feceri: ut uestrã calũniã declinarẽ: ne me diceretis quæ ab eo fortiter sunt dicta tacuisse. & illum in græco robustius dispustare. Posui ergo omnia licet breuius quæ in græco repperi: ut nihil haberent discipuli eius noui: quod latinorum auribus ingererẽt. Facilius enĩ nota q̃ repentina contemnimus. Exposita aũt interpretatione eius quid in fine capituli dixerimus: ausculta. Non enim ait apostolus. elegit nos a constitutione mundi: ut essemus sancti & immaculati: sed elegit nos ut esse mus sancti & immaculati. hoc est q dẽ sancti & imaculati ãte nõ fuimus: ut postea esse mus. Quod & de peccatoribus ad meliora cõuersis dici põt. Et stabit illa sentẽtia. nõ iustificabiť ĩ cõspectu tuo oĩs uiuẽs. i. ĩ tota uita sua: ĩ oi quo ĩ mũdo isto uersatus é tẽpore. Quod qdẽ ita intellectũ & aduersum eũ facit: q ãte q̃ mundus fieret: animas dicit eẽ electas ,pter sanctitatẽ & nullũ uitiũ peccatorũ. Nõ. n. (ut ante iã dixius) eliguntur Paulus & q ei similes sunt q erãt sancti & imaculati: sed eliguntť & pscĩunť: ut ĩ cõsequẽti uita popa arq; uirtutes sancti & imaculati fiãt. Et audet qsq̃ post huiusmõi sentẽtiã: nos Origenis hæreseos accusare? Decẽ & octo ferme ãni sunt: ex quo istos dictaui libros: eo tẽpore quo Origenis nomẽ florebat ĩ mũdo: quo periarchõ illius opus latinæ aures ignorabant. Et tamẽ ,ptessus sum fidẽ meã: & qd mihi displiceret ostendi. Ex quo etiã si ĩ cæteris aliqd hæreticũ mõstrare potuisset inimicus: nõ tã dogmatũ puerorũ: quæ hic & in aliis sæpe dãnaui: quã ,pmiscui tenerer macula erroris. Secũdũ locũ quẽ mihi ab eo reprehẽsum frater ostẽdit: quia ualde friuolus é: & aptã sui ,pfert calũniã ponã breuiter. In eo testimonio ubi Paulus loqť: sedere eũ faciẽs ad dexterã suã ĩ cælestibus: sup oẽm pricipatũ & potestatẽ & uirtutẽ & dãnationẽ: & oẽ nomẽ qđ nominať: nõ solũ ĩ hoc sæculo: sed etiã ĩ futuro post multiplicẽ expositionẽ: cũ administrorũ dei officia puenissem: & de pricipatibus ac potestatibus & uirtutibus & dominationibus diceré: etiã hoc addidi. Necesse é ut subiectos habeãt: & timẽtes se: & seruiẽtes sibi. & eos q a sua fortitudine roborenť: quæ distributiones officiorũ: nõ so-

lū ī præſentiarū:ſed etiā in futuro ſæculo erunt:ut ꝑ ſingulos ꝓfectus & honores:aſcenſiones & deſcenſiões: uel creſcat aliquid:uel decreſcat:& ſub alia atq; alia poteſtate:uirtute:principatu:& domiatione fiat. Et poſt exēplū terreni regis:totāq; palatii deſcriptionē:per quā diuerſa miniſteriorū dei officia demōſtrabā:addidi: & putamus deū dominū dominorū:regēq; regnātium:ſimplici tantū miniſterio eē cōtentum. Quo mō archāgelus nō dicitur:niſi q prior ē āgelo:ſic principatus & poteſtates & dominatões nō appellant: niſi ſubiectos aliquos habeāt ınferiores gradus. Sin aūt putat iccirco me Origenē ſeq:qa ꝓfectus & honores & aſcenſiones & deſcēſiones:incremēta & munitões in expoſitione mea poſui:ſciat multū intereſſe de angelis:& ſeraphin & cherubin dicere dæmones:& hoīes fieri:qd affirmat Origenes:& ipos inter ſe angelos diuerſa officio genera eē ſortitos:qd ecclēſiæ nō repugnat. Quo mō ıter hoīes ordo dignitatū ex laboris uarietate diuerſus eſt:Et cū epīs & pſbyter:& oīs eccleſiaſticus gradus hēat ordinē ſuū:& tamē oēs hoīes ſint: ſic & inter angelos merita eē diuerſa:& tamē in angelica oēs pſiſtere dignitate. Nec aduerte lector de angelis hoīes fieri: nec rurſū hoīes in angelos reformari. Tertius eſt reꝑhēſiōis locus:q dicēte apoſtolo ut oſtēderet in ſæculis ſuperueniētibus abūdantes diuitias gratiæ ſuæ in bonitate ſuper nos in Chriſto ieſu:nos triplicē expoſitōem poſuimus. In prīa qd nobis uideret: in ſecunda quid Origenes opponeret:in tertia qd Apollīaris ſimpliciter explanaret. Quorū ſi noīa nō poſui:ignoſce uerecūdiæ meæ. non debui eos carpere: quos imitabar exꝑte: & quorū in latīnā linguā ſentētias trāſferebā. Sed dixi:q diligēs lector eſt:ſtatim requiret & dicet. & rurſus in fine:alius uero hoc qd ait:ut oſtēderet in ſæculis ſupueniētibus abundātes diuitias gratiæ ſuæ:ad illā intelligētiā trāſferet: ecce īquies ſub diligentis lectoris perſona Origenis ſententias explicaſti. fateor erroꝝ. non debui diligentē dicere:ſed blaſphemum. qd ſi feciſſem:& aliquo ſciſſem uaticinio te iſtiuſmodi nenias ſectaturum:etiā calūniæ uerba uitaſſem. Grāde crimē ſi Origenē diligētē dixi eē lectoꝝ:cuius. lxx. libros interpretatus ſum:quē in cælū laudibus tuli:pro quo cōpulſus ſū ante biēnium breui libello tuis cōtra me ꝑcōiis reſpōdere. Eccleſiarū magiſtrū a me dictū eē Origenē in tuis laudibus obiicis. & putas:q; pertimeſcere debeā:ſi diligētē lectorē me illū dixiſſe ınimicus accuſes. Solemus & negociatores parciſſimos:& frugi ſeruos:& modeſtos pædagogos:& argutiſſimos fures diligētes uocare. Et in euāgelio uillicus iniquitatis prudēter quædā feciſſe dicit:& prudētiores ſunt filii huius ſæculi filiis lucis in generatōe ſua. & ſerpēs ſapiētior oībus beſtiis: quas fecit domīus ſuper terrā. Quartus reꝑhēſionis locus exordiū ſecūdi libri poſſidet:in quo Pauli teſtimoniū expoſuimus Huius rei gratia ego uīctus leſu chriſti ꝓ uobis gentibus. & qa per ſe locus ipe manifeſtus é: eā tātū partē ponā explanatiōis:quæ patet calūniæ. Vinctū Chriſti leſu Paulū eē pro gētibus pōt & de martyrio intelligi:q; Rōæ in uincula cōiectus hác epiſtolā miſerit eo tpe quo ad Philemonē & ad Colocenſes & Philippēſes in alio loco ſcriptas eē mōſtrauimus. Vel certe qa in plurimis locis lectū eſt uinculū aīæ corpus: hoc dici quo quaſi clauſa teneat in carcere:dicimus ꝓpterea Paulū corporis nexibus coerceri: nec reuerti & eē cū Chriſto:ut perfecta in gētes per eū prædicatio ipleatur:licet quidā alium ſenſum in hoc loco introducant:q; Paulus prædeſtinatus & ſanctificatus ex utero matris ſuæ ad ꝓdicatōem gētiū ante q̄ naſceret:poſtea uincula carnis accepit. Et in hoc loco triplicē ut ſupra expoſitionē poſui. In prīa quid mihi uideret:in ſecunda quid Origenes aſſereret:in tertia qd Apollinaris cōtra illius uadēs dogmata ſentiret. lege græcos cōmētarios uſq; huc:& niſi ita reppereris crimē fatebor. Quod eſt in iſto loco peccatū meū? Illud nimirū ꝓ quo ſupra reſpondi:quare non eos a qbus dicta ſunt noīarim. Superfluū erat ꝓ ſingula apoſtoli teſtīonia eorū noīa ponere:quo me opuſcula trāſlatu in ꝑfatōe ſignauerā. Et tamē uinctā dicit aīam:dōec ad Chriſtū redeat: & in reſurrectiōis gloriā corruptiuū & mortale corpus ıncorruptōe & ımortalitate cōmutet:nō abſurdæ intelligētiæ eſt. Vnde & apoſtolus Miſer ego inqt hō:quis me liberabit de corpore mortis huius? Corpus mortis appellans:qd uitiis & morbis & perturbatōibus ac morti ſubiaceat:donec cū Chriſto reſurgat in gloria: & fragile prius lutū excoquat feruore ſpiritus ſancti in teſtā ſolidiſſimā:demutās gloriā nō naturā. Quintus locus ualidiſſimus eſt:in quo exponētes illud apoſtoli teſtīonium:ex quo totū corpus & cōpactū & cōgluti natū per oēm iunctūrā ſubminiſtratiōs ſecūdū operatōem in mēſurā uniuſcuiuſq; mēbri augmētum corporis facit in ædificatōem ſui in caritate:latiſſimā Origenis expoſitionē & eoſdē ſenſus per diuerſa uerba uolueté breui ſermone cōſtrinximus:nihil exēplis & aſſertōnibus illius auferentes. Cūq; peruenīſſemus ad finē: hæc ſubiecimus. Igitur & in reſtitutōe oīum: quādo corpus totius eccleſiæ nūc diſperſū atq; laceratū uerus medicus Chriſtus leſus ſanaturus aduenerit:unuſq;ſq; ſecūdū menſurā fidei & agnitionis filii dei:quē ideo agnoſcere dicitur:quia prius nouerat:& poſtea noſſe deſiit:ſuū recipiet locū. & incipiet id eē qd fuerat. ita tamen ut nō iuxta hæreſim aliā oēs in una ætate ſint. i. omnes in angelos reformēt. ſed unūquodq; mēbrum iuxta menſurā & officiū ſuū perfectū ſit. Verbi gratia:ut angelus refuga id eē incipiat:quod creatus é. ut hō qui de paradiſo fuerat eiectus:ad culturā ite paradiſi reſtituatur. & reliqua. Miror te hominē prudētiſſimū nō intellexiſſe arté expoſitionis meæ. Quādo enī dico (ita tamē ut nō iuxta aliam hæreſim oēs in una ætate ſint poſiti. i. omnes in angelos reformētur) oſtēdo:& ea de qbus diſputo eē hæretica:& ab alia hæreſi diſcrepare. Quæ ſunt ergo duæ hæreſes? Vna quæ dicit:oēs rōnabiles creaturas in āgelos reformari. Altera q aſſerit unūquodq; in reſtitutōe mūdi id fore qd cōditū eſt. Verbi gratia. qa ex angelis dæmones ſunt: rurſū dæmones angelos fieri:& aīas hoīum ita ut ſunt cōditæ:nō in angelos:ſed ī id quod a deo ſunt cōditæ reformari:ut & iuſti & peccatores æquales fiant. Deniq; ut ſcias me nō meā explicaſſe ſnīam:ſed inter ſe hæreſes comparaſſe: quarū utrāq; in græco legerā:diſputatōnē meā hoc fine cōpleui. Iccirco (ut ſupra diximus) hæc apud nos obſcuriora ſunt: qa ἀλληγορικῶς dicūt in græco:& oēs uiæ ſi de alia in aliam linguam tranſferantur ad uerbum quibuſdā quaſi ſentibus orationis ſenſus & germina ſuffocant: niſi hic eadem in græco reppereris:quicqd dictum é meū putabo. Sextū quod & extremū mihi obiicere dicit ſi tamē nihil in

medio frater oblitus est. Cur illū locū apostoli interptans ubi ait. Qui uxorē suā diligit seipsū diligit. Nemo enī unquā suā carnē odit: cū morbo regio laborātes pthisi & cācere & distillatōibus mortē uitæ pferāt: & sua oderīt corpora: & statī qd ipe sentirē adiunxi. magis itaq; ad tropicā intelligētiā sermo referat. Quādo dico tropice: doceo uerū nō eē qd' dicitur: sed allegoriæ nubilo figuratū. Ponamus tamē illa uerba quæ in Origenis libro tertio cōtinētur. Dicamusq; illā carnē quæ uisura sit salutare dei aīa diligat: & nutriat & foueat eam disciplinis erudiēs: & cælesti saginās pane: & christi sanguine irrigās: ut refecta & nitida possīt libero cursu uiro sequi: & nulla debilitate & pōdere pgrauari. Pulchre etiā in similitudinē christi nutriētis & fouentis ecclesiam & dicētis ad Hierusalē. Quotiēs uolui cōgregare filios tuos: ut gallīa cōgregat pullos suos sub alas suas: & noluisti? Animæ quoq; fouēt corpora sua: ut corruptiuū hoc induat īcorruptōem: & alarū leuitate suspēsum in aerē facilius subleuet. Foueamus igitur uiri uxores nostras: ut animæ nostræ corpora: ut & uxores in uiros & corpora rediganť in aīas: & nequaq̄ sit sexuū ulla diuersitas. Sed quo mō apud angelos non est uir & mulier: ita & nos qui similes angelis futuri sumus: iam nūc incipiamus eē quod nobis in cælestibus repromissum est. Supra simplicē expositionē quæ nobis in testionio isto eē uidebat exp̄ssimus dicētes. Quātū ad simplicē intelligētiā ptinet & sanctā inter uirū & uxorē caritatē: præcepto hoc nūc iubemur ut nutriamus & foueamus cōiuges: ut scilicet eis uictū & uestitū: & ea q̄ sunt necessaria pbeamus. Hæc nostra snīa est. Igitur oē quod sequitur dicētes: opponi nobis potest: ostēdimus nō ex nostra: sed ex cōtradicētiū intelligi debere pso-na. Quæ cū sit breuis & absoluta respōsio: & iuxta id quod supra diximus: ēt allegoriæ umbris de eo qd' ē ad id quod nō erat deprauata: tamē accedā propius: & scīscitabor qd tibi in hac disputatione displiceat. Nempe qa dixerī aīas ut uiros fouere q̄si uxores corpora sua: ut corruptiuū hoc induat īcorruptionē: nō muto naturā corporū: sed augeo gloriā: nec nō qd' sequit alarū leuitate suspēsum in aerē facilius subleuet: qa alas assumit. i. īmortalitatē: ut leuius ad cælū uolet: nō pdit eē qd' fuerat. Sed dices mouēt me quæ sequūt. Foueamus igitur & uiri uxores & aīæ nostræ corpora: ut & uxores in uiros: & corpora rediganť in aīas: & nequaq̄ sit sexuū ulla diuersitas. sed quo mō apud angelos nō est uir neq; mulier: ita & nos q̄ similes ágelis futuri sumus iā nūc icipiāus eē ī terris: qd' nobis ī cælestibus repromissum est. Recte mouerēt nisi post priora dixissem: iam nunc icipiamus esse quod nobis ī cælestibus repromissū est. quādo dico hic eē icipiāus ī terris naturā nō tollo sexuū: sed libidinē & coitū uiri & uxoris aufero dicēte apostolo. Tēpus breue reliquū ē: ut & q̄ habēt uxores sic sint quasi nō hēant. Et dominus interrogatus in euāgelio: Cuius de septē fratribus in resurrectiōe esse deberet ait. Erratis nescientes scripturas: neq; uirtutē dei. in resurrectōe. n. neq; nubēt neq; nubentť: sed erūt sicut angeli dei in cælo. Et re uera ubi inter uirum & mulierem castitas est: nec uir incipit esse: nec fœmina: sed adhuc in corpore positi mutantur in angelos: in quibus non est uir neq; mulier. Quod & in alio loco ab eodem apostolo dicitur. Quicūq; in christo baptizati estis: christum induistis: non est iudæus neq; græcus: nō seruus neq; liber: nō ē masculus neq; fœmia. Oēs. n. unū uos estis ī Xpo iesu. Sed quoniā de cōfragosis & aspis locis enatauit oīo: & hæreseos crimē ipactū tota frōtis libertate respuius: ad alias eius accusatōis ptes: q̄bus nos mordere nititur: trāseāus. E q̄bus pria ē me hoiem maledicū oīum detractorē ī pcessores meos genuinū semp infigere. Det unū: cuius in opusculis meis nomē taxauerī: uel quē iuxta artē illius: figurata laude pstrinxerim. Sin aūt cōtra inuidos loquor: &. L. Lanuinū uel assiniū Pollionem de genere Corneliorum stili mei mucro cōuulnerat: si histriculæ & liuidæ mētis hominē a me submoueo: & ad unū stipitē cuncta iacula dirigo: qd uulnera sua partitur in multos? Qui ex ipacientia respōdēdi: ostēdit se eē q̄ petiť. Obiicit mihi mixtū periuriū sacrilegio: qd' in libro quo ad instituēdā Christi uirginē loquor: ante tribunal iudicis dormiens pollicitus sim: nunq̄ me litteris sæcularibus daturū operā: & nihilominus dānatæ eruditōis interdū memi-tim. Ni mirū iste est salustianus Calphurnius: q̄ nobis p magnū oratorē nō magnā mouerat qōnē. cui libello breui satisfecimus. Nūc qd' instat pro sacrilegio atq; piurio somnii respondēdū est. Dixi me sæculares litteras deinceps nō lecturū. de futuro spōsio: nō de pterito facta ē mēoriæ abolitio. Et quō īquies tenes: qd' tāto tpe nō relegis? Rursū si aliquid de ueteribus libris respōdero: & dixero: adeo in teneris cōsuescere multū ē: dum renuo: crimē īcurro. Et pro me testioniū, pferēs hoc ipo arguor: quo defēdor. scilicet nō lōgo sermōe texendū est: qd', pbāt cōsciētiæ singulorū. Quis uestrū nō meminit infantiæ suæ? Ego certe: ut tibi hoīum seueris-simo risum moueā: ut imiteris aliquādo Crassum: quē semel in uita dicit risisse Lucilius: memini me puerū cursitasse p cellulas seruulorū: diē feriatū duxisse lusibus. & ad horribiliū psonas pauētē de auiæ sinu tractū eē captiuū. Et quo magis stupeas: nūc cano & recaluo capite sæpe mihi uideor in sōnis comatulus: & sumpta toga ante rhetorē cōtrouersiolā declamare. Cūq; exprectus fuero: gratulor me dicēdi piculo liberatū. Crede mihi multa ad purū recordat infantia. Si litteras didicisses: oleret testa ingenioli tui: quo semel fuisset ibuta. lanarū cōchilia nullæ aquæ diluūt. Etiā asini & bruta aīalia q̄uis ī lōgo itinere nouerūt secūdo diuerticula. Mirāris si ego litteras latias nō sum oblitus: cū tu græcas sine magistro didiceris? Septē modos cōclusionum dialectica me elemēta docuerūt: qd significet αξιωμα: quod nos ,pnunciatum possumus dicere: quō absq; uerbo & noīe nulla sentētia fit. Soritarū gradus: pseudomeni argutias: sophismatū fraudes: iurare possū me postq̄ egressus de schola sū: hæc nūq̄ oīo legisse. Bibēdū mihi erat igiť de lethæo gurgite iuxta fabulas poetæ: ne arguar scire: qd' didici. Et tu qui me paruā criminaris scientiā: & uideris tibi litteratus atq; rabi: respōde cur scribere aliqua ausus sis: & uirū disertissimū Gregoriū pari eloquii splēdore trāsferre. Vnde tibi tāta uerborū copia: snia: lumē: trāslationum uarietas: homini q̄ oratoriā uix primis labris in adolescētia degustasti. Aut ego fallor: aut tu Ciceronē occulte lectitas. Et ideo tā disertus es: mihiq; lectionis eius crimē intēdis: ut solus iter ecclesiasticos tractatores eloquētiæ flumīe glorieris, licet magis philosophos sequi uidearis: spinas Cleantis: & cōtorta Chrysippi nō ex arte quā nescis: sed de ingenii magnitudine. Et quoniā Stoici logi-

cam ſibi uendicant:& tu cuius ſcientiæ deliraméta cõténis:in hac parte epicureus es.Nec quæris quõ: ſed qd 92
loquaris. Quid.n.ad te ptinet:ſi alius nõ intelligat:qd uelis dicere:qa nõ ad oẽs ſed tuos loqueris?Deniq; & ego ſcripta tua relegens:q̃q̃ interdũ nõ intelligá qd loq̃ris:& Heraclytũ me legere putẽ:tamen nõ doleo:nec me pœnitet tarditatis.Id.n.in legẽdo patior:qd'tu pateris in ſcribẽdo.hoc diceres:ſi qppiã uigilans ꝓmiſiſſẽ. Núc aũt nouũ ipudẽtiæ genus obiicit mihi ſõnum meũ. Vtiná celebritas loci & ſanctorũ de toto orbe cõuẽ tus ſineret me diuinas ſcripturas legere.In tãtũ ſparia nõ hẽo externa meditãdi.Sed tamẽ qui ſomnũ crimi- propheta docet
tur:audiat,pphetarũ uoces ſomniis nõ eẽ credẽdũ.qa nec adulteriũ ſomni ducit me ad tartarum:nec corona Somnia mentes
martyrii in cælũ leuat.Quotiẽs uidi me eẽ mortuũ:& in ſepulchro poſitũ?quotiẽs uolare ſuper terras:& mõ tes ac maria natatu aeris tráſſretare?Cogat ergo me nõ uiuere:uel pennas hére p latera:qa uagis imaginibus més ſæpe deluſa eſt.Quãti in ſõnis diuites:apertis oculis repẽte médici ſunt?Sitiẽtes flumía bibũt:& exper- recti ſiccis faucibus æſtuant.Tu aũt a me æſtuans ſomni exigis ſpõſionẽ.Ego te uerius ſtrictiuſq; cõueniam. Feciſti oía quæ in baptiſmate ꝓmiſiſti?Quicqd mõachi uocabulũ flagitat:noſtrũ uterq; cõpellit? Caue q̃ſo: ne per trabẽ tuá feſtucã meã uideas. Inuitus loquor:& retractãté linguã dolor in uerba cõpellit. Nõ tibi ſuf ficiunt:quæ de uigilãte cõfingis:niſi & ſomnia crimineris. Tãtã hẽs curioſitaté meorũ actuũ:ut quid dormi- ens fecerim:dixerim ue me diſcutias.Præternitto quæ contra me loquens propoſitum tuũ deturbaſti: quæ in depompationem oĩum chriſtianorum: & uerbis & ope feceris. Hoc unũ denũcio:& repetẽs iterumq; ite rũq; monebo. Cornutam beſtiã petis:& niſi cauerẽ illud apoſtoli:maledici regnũ dei nõ poſſidebũt:& mor- dentes inuicẽ cõſumpti eſtis abinuicẽ:tã núc ſentires:de paruula ſubdolaq; cõcordia magná tibi in múdo or tã eẽ diſcordiã.Quid tibi ꝑdeſt:apud notos pariter & ignotos in nos maledicta cõgerere? An qa Origeniſtæ nõ ſumus:& in cælo nos peccaſſe neſcimus:in terris arguimur peccatores?Et ideo in cõcordiá rediuimus:ut mihi loqui cõtra hæreticos nõ liceret. Vbi illos deſcripſero:tute appetitũ putes.Quãdiu nõ renuebá laudatione tuã:ſequebaris ut magiſtrũ:fratrẽ & collegã uocabas:& catholicũ in oĩbus latebaris.Poſtq̃ uero agno ui laudes tuas:& me indignũ tanti uiri p̃conio iudicaui:ilico uertis ſtilũ:& oía laudata prius uituperas de eo- dẽ ore & dulce ꝓferens & amarũ.Sentis nec qd taceã?Quot æſtuãti pectori uerba nõ cõmodẽ?Et cũ pſalmi- ſta loquar:Pone domine cuſtodiã ori meo:& hoſtiũ circũſtãtiæ labiis meis. Nõ declies cor meũ i uerba mali tiæ.Et alibi.Cũ cõſiſteret aduerſũ me peccator:obmutui.& humiliatus ſum & ſilui a bonis.Et rurſus:Factus ſum quaſi hõ nõ audiẽs:nec habẽs in ore ſuo redargutiones:ſed pro me ultor tibi dominus re ꝑdebit:q di- cit per ꝓphetã.Da mihi uindictã:& ego retribuã dicit domius.Et in alio loco.Sedẽs aduerſus fratrẽ loqueba ris:& aduerſus filium matris tuæ põebas ſcãdalũ.Hæc feciſti & tacui.exiſtimaſti inique:q; ero tui ſimilis. ar- guá te:& ſtatuá cõtra faciẽ tuã:ut in te uideas cõdénata:quæ falſo in alio crimiaris.Audio ꝑterea obiici mihi a Chryſogono ſectatore eius:cur in baptiſmate dixerĩ:uniuerſa peccata dimitti: & mortuo bimarito nouũ uirũ in chriſto reſurgere:atq; iſtiuſmodi ſacerdotes in eccleſiis eẽ nõnullos.Cui breui ſermõe reſpõdebo. ha bẽt libellũ;quẽ in crimen uocãt:ille reſpõdeat.hunc ſua diſputatiõe ſubuertat & ſcripta ſcriptis arguat.Qui auſteritate frõtis:& cõtractis rugatiſq; naribus cõcaua uerba trutiaẽ : & ſãctitaté apud uulgus ignobile inmu lato rigore mẽtitur.Audiat nos iterũ,pclamantes:ueteré Adá in lauacro totũ mori:& nouũ cũ chriſto in ba- ptiſmate ſuſcitari.perire coitũ.i.terrenũ & naſci ſuper cæleſtẽ.Hæc dicimus:nõ quo ipſo ꝓpitio chriſto hac quæſtione teneamur:ſed interrogati a fratribus:quid nobis uideret:reſpõdimus:nulli ꝑiudicantes ſequi qd' uelit:nec alterius decretũ noſtra ſentẽtia ſubuertẽtes.Neq;.n.ambimus ad ſacerdotiũ:q latemus in celluliſ: nec hũilitate dãnata:epiſcopatũ auro redimere feſtinamus:nec electũ põtificé a deo:rebelli cupimus mente iugulare:nec fauẽdo hæreticis:hæreticos nos docemus.pecunias nec hémus:nec hére uoluimus:habẽtes ui ctũ & ueſtitũ his cõtẽti ſumus.Illud de aſcẽſore mõtis dominici iugiter decãtantes:qui pecuniã ſuã nõ dedit ad uſurã:& munera ſuper inocẽté nõ accepit.Qui facit hoc:nõ mouebitur in æternum.Ergo qui non facit: iam corruit in æternum.

Argumẽtũ in ſecundũ librũ contra Ruffinũ.

Oc libello Hieronymus Ruffini apologiã ad Anaſtaſiũ Romanũ ep̃m ſcriptã:& librũ Origenis defẽ
h ſionis ab eo editũ uel tráſlatũ:arguit dicẽs:nõ ſniarũ tantũ:ſed ét quæ uerborum uitiis ſcatere ſcripſit arguit falſitatis pro epiſtola pœnitẽtiæ:ſub eius nomíe ſcripta: & calũniã ſigillatõis.lxx.interp̃tũ cõ- ſutat:oſtẽdens ex inſertis p̃fatiunculis eorũ ſtudio nuſquã detraxiſſe.

Sancti Hieronymi præſbyteri doctoris illuſtriſſimi defenſionis ſuæ cõtra Ruffinum:ad Pãmachium liber ſecundus incipit.

Epiſtola.XL.

Vcuſq; de criminibus ímo,p criminibus meis:quæ in me quõda ſubdolus laudator ingeſſit:& diſci-
h puli eius cõſtantius arguũt:nõ ut debui:ſed ut potui:moderato labore reſpõdi.Propoſitũ quippe mi- hi eſt:nõ tã alios acculare:q̃ me defendere. Veniam ad apologiã eius:qua ſancto Anaſtaſio Romanæ urbis epiſcopo ſatiſſacere nititur.Et in defenſionẽ ſui:mihi rurſum calũniam inſtruit:tãtũq; me diligit:ut ra- ptus turbine:& in profunda demerſus:meũ potiſſimũ iuadat pedẽ:ut mecum aut liberet' aut pereat.Dicit ſe primũ reſpõdere rumoribus:qbus illius Rõæ carpat' fides hois,pbatiſſimi tã in fide q̃ in caritate dei. Et niſi poſt.xxx.ános parẽtibus redditus:nollet eos deſerere quos tã tarde uiderat:ne inhũanus putaret' aut durus: & tã lõgi itineris labore fragilior ad iterãdos labóres eẽt infirmus:ip̃m uenire uoluiſſe.Quod qa nõ fecerit: cõtra latratores ſuos miſiſſe baculũ litterarũ;quẽ ille teneret in dextera:& ſæuiẽtes cõtra ſe abigeret canes.Si ,pbatus eſt cũctis:& maxíe ipi cui ſcribit ep̃o in fide & caritate dei,pbatiſſimo;quõ Rõæ mordet' & carpitur: & appetitæ æſtiatõis eius fama crebreſcit?Deíde cuius é húilitatis,pbatũ ſe dicere in fide & caritate dei:cum apoſtoli petãt:Domine auge nobis fidẽ?& audiãt:Si habueritis fidẽ:ut granũ ſinapis.& ad ipſũ dicat' Petrũ: Modicæ fidei q̃re dubitaſti?Quid loq̃r de caritate:q̃ fide & ſpe maior eſt:& quá Paulus optat potius q̃ ꝑfu-

ſtatu:de diaboli pœnitẽtia. Et qđ' his maius eſt filium dei & ſpiritum ſanctum in cõmẽtariis Eſaiæ ſeraphin eſſe teſtatus eſt. Si erraſſe nõ diceré cũ:& hæc quotidie non anathematizarẽ eſſem erroris illius ſocius. Neq; enim ita debemus bona eius recipe:ut mala quoq; ſuſcipe cogamur. At idẽ & ſcripturas ĩ multis bene iterp̃tatus eſt:& ꝓphetaꝝ obſcura diſſeruit:& tã noui q̃ ueteris teſtamẽti reuelauit maxima ſacramẽta. Si igiť q̀ bona ſũt:trãſtuli:& mala uel ãputaui:uel correxi:uel tacui arguẽdus ſum:Cur p̃ me latini bõa eius habẽt & mala ignorãt? Si hoc crimẽ eſt:arguať cõfeſſor Hilarius:q̀ pſalmoꝝ iterp̃tationẽ:& omelias in libro Iob ex libris eius:id eſt ex græco in latinũ trãſtulit. Sit in culpa eiuſdẽ cõfeſſiõis Vercellẽſis Euſebius:q̀ oĩum pſalmoꝝ cõmẽtarios hæretici hoĩs uertit ĩ noſtꝝ eloquiũ. licet hæretica p̃termittẽs optima quæq; trãſtulerit. Taceo de Victorino pictabionẽſi:& cæteris q̀ Origenẽ ĩ explanatiõe dũtaxat ſcripturaꝝ ſecuti ſunt:& exp̃ſſerũt. ne nõ tam me defendere:q̃ ſocios criminis uidear q̃rere. Ad teipſum ueniã. Cur tractatus eius in Iob deſcriptos habes? In q̃bus cõtra diabolũ:& de ſtellis cæloq; diſputãs:qđã locutus eſt: quæ eccleſia nõ recipit? Tibi ſoli licet Ἰωσοφότατοκράνειω id eſt ſapiẽtiſſimo & caluariæ de cũctis:& græcis & latinis tractatoribus ferre ſniam? & q̃ſi cenſoria uirgula alios eiicere de bibliotheca:alios recipe? & cũ tibi placuerit:me uel catholicũ uel hæreticũ ꝓnunciare? Nobis nõ licet puerſa reſpuere? & dãnare:q̀ ſæpe dãnamus? Lege ad Epheſios libros: lege cætera opuſcula mea:& maxie in eccleſiaſten cõmẽtarios:& liq̃do puidebis me adoleſcẽtia nunq̃ alicuius auctoritate deterritũ acqeuiſſe hæreticæ prauitati. Nõ parũ eſt ſcire qđ' neſcias. prudẽtis hoĩs eſt noſſe méſurã ſuã: nec zelo diaboli ĩcitatũ ĩperitiæ ſuæ cunctũ orbẽ teſtẽ facere. Scilicet gloriari cupis:ut in p̃ria tua iactites me nõ potuiſſe reſpõdere eloquẽtiæ tuæ & acumen in te Chryſippi formidaſſe. Chriſtiana uerecũdia teneor: & cellulæ meæ latebras nolo mordaci ſermõe reſerare. Alioq; n ꝓferrẽ πάσαν Ἰηναρίσ τὲρι ἀν καὶ τροπαί ων νέώτερών ωωοφορόν, i. omnia p̃lia tua & trophæum paruulorum quoq; humero portatum? & eorum uoce cãtatũ. Sed hæc aliis aut loquẽda:aut ridẽda dimitto. Ego chriſtianus cũ x̃piano loquẽs obſecro te frater: ne plus uelis ſapere q̃ ſapis:ne uel ĩnocẽtiã uel ſimplicitatẽ tuã uel certe ea q̀ taceo:& te nõ ĩtelligẽte cæteri ĩtelligũt:ſtilo ꝓferas. & ineptiaꝝ tuaꝝ cũctis cachinnũ p̃beas. Aliud a parua ætate didiciſti: aliis aſſuetus es diſciplinis. Nõ eſt eiuſdẽ hoĩs & aureos nũmos & ſcripturas ꝓbare:deguſtare uina: & ꝓphetas uel apoſtolos ĩtelligere. Me laceras. ſanctũ frem Oceanũ in culpã hæreſeos uocas: p̃ſbyteroꝝ tibi Vincẽtii & Pauliniani & fris Euſebii iudiciũ diſplicet. Solus es Cato romani generis diſertiſſimus:q̀ teſtimonio tuo & prudẽtiæ uelis credi. Recordare q̃ſo illius diei:quãdo me de reſurrectiõe & ueritate corporis p̃dicãte:ex latere ſuſſultabas:& applaudebas manu:& orthodoxũ clamabas. poſtq̃ nauigare cœpiſti:& ad intimũ cerebꝝ tuũ ſentinæ: putredo puenit:tũc nos hæreticos recordatus es. Quid tibi faciã? Credidi ſancti p̃ſbyteri Paulini epiſtolis: & illius ſup noĩe tuo nõ putaui errare iudiciũ. Et licet ſtatim accepta epiſtola ασ'ἰναρὲτον, i. inconditũ ſermonẽ tuũ ĩtelligerẽ: tamẽ ruſticitatẽ & ſimplicitatẽ magis in te arbitrabar q̃ uecordiã. Nec reꝑhendo ſanctũ uirũ. Maluit. n. apud me diſſimulare qđ' nouerat:q̃ portitorẽ cliẽtulũ ſuis ĩris accuſare. Sed memetipſum arguo:q̀ alterius potius acquieui:q̃ meo iudicio. & oculis aliud cernẽtibus:aliud ſchedulæ credidi:q̃ uidebã. Quã ob rem deſine me laceſſere:& uoluminibus tuis obruere. Parce ſaltẽ nũmis tuis:q̃bus notarios librarioſq; cõducens: eiſdẽ & ſcriptoribus uteris & fautoribus. q̀ te ideo forſitan laudãt:ut lucrũ in ſcribẽdo faciãt. Si libet exercere ĩgeniũ:trade te grãmaticis atq; rhetoribus:diſce dialecticã:ſectis iſtruere philoſophoꝝ. ut cũ oĩa didiceris: ſaltẽ tũc tacere ĩcipias. Quãq̃ ſtultũ faciã:magiſtro cunctoꝝ magiſtros quærere. & ei modũ ĩponere:q̀ loqui neſcit:& tacere nõ põt. Verũ eſt illud apud græcos ꝓuerbium ὄνός πρὸς λυρας, i. aſinus ad lyrã. Ego reor & nomẽ cõtrariũ tibi καΊωαντιφρασ'ιν. i. p̃ contrariã expoſitionẽ poſitũ. Nã tota mẽte dormitas:& ꝓfundiſſimo nõ tã ſomno ſtertis q̃ lethargo. Inter cæteras q̃ppe blaſphemias:q̃s ore ſacrilego ꝓtuliſti:auſus es dicere, montẽ de quo abſciſus eſt in Daniele lapis:ſine manibus eſſe diabolũ:& lapidẽ Chriſtũ. Qui quia aſſumpſit corpus Adã:q̀ diabolo ante p̃ uitia cohæſerat:natũ eſſe de uirgine: ut a morte hoc eſt a diabolo hoiem ſeparet. O p̃cidendã linguã:ac p̃ partes & fruſta lacerãdã. quiſq̃ ne x̃pianus deũ patrẽ oĩpotentẽ in pſona diaboli ĩterp̃tať? & tãto piaculo totius orbis aures maculat? Sin iterpretationẽ tuã quiſq̃:nõ dicã catholicoꝝ: ſed hæreticoꝝ ſiue gẽtiliũ unq̃ recepit:piũ ſit qđ' locutus es. Sin autẽ tantũ neſas nunq̃ audiuit Chriſti eccleſia: & p tuũ primũ os ipſe ſe montẽ iterpretatus eſt q̀ dixerat:ero ſimilis altiſſimo:age pœnitẽtiã:& ĩ ſacco uerſare & cinere. & tantũ ſcelus iugibus abſterge lachrymis. Si tamẽ tibi dimittať hæc impietas: Et iuxta errorẽ Origenis tũc ueniã cõſequaris:quãdo cõſecuturus eſt & diabolus: q̀ nunq̃ plus q̃ p̃ os tuũ deꝑhẽdiť blaſphemaſſe: Meã iniuriã patiẽter tuli. Impietatẽ cõtra deum ferre nõ potui. Vnde & uiſus ſum mordacius in extrema epiſtola ſcribere:q̃ ꝓmiſeram. q̃q̃ poſt priorẽ pœnitẽtiã:qua a me ueniã deprecatus es iteꝝ cõmiſiſſe unde agas pœnitentiã ſtolidiſſimũ ſit. Tribuat tibi Chriſtus:ut audias:& taceas:ut ĩtelligas:& ſic loquaris.

Beati Hieronymi p̃ſbyteri ad Trãquillinũ quo modo Origenẽ legere debeat:in qua docet ꝓpter illius eruditionẽ:nõ oĩno eius cõmentarios reſpuẽdos:ſed ita legẽdos:ut bona eligant:uitẽturq; contraria.

Epiſtola. XLIII.

Aiora ſpiritus uincula eſſe q̃ corporũ:ſi olim ambigebas nunc probauimus:dum & mihi ſanctitas tua hæret animo:& ego tibi chriſti amore cõiungor. Vere enim & ſimpliciter cãdidiſſimo pectori tuo loquor. Ipſa ſchedula & muti apices litterarum inſpirãt in nos tuæ mentis affectum. Quod dicis Origenis multos errore deceptos:& ſanctũ filiũ meum Oceanum illorum inſaniæ repugnare:& doleo ſimul & gaudeo:dum aut ſupplãtati ſũt ſimplices:aut ab erudito uiro errãtibus ſubuenit. & quia meæ paruitatis quæris ſentẽtiam:utrũ ſecundũ fratrem Fauſtinum penitus reſpuendus ſit:an ſecũdum quoſdam legendus:ex parte ego Origenem propter eruditionem:ſic interdum legẽdum arbitror: quo modo Tertullianum & Nouatum:Arnobiũ & Apollinarẽ:& nonnullos eccleſiaſticos ſcriptores græcos: pariter & latinos

ut bona eoꝝ eligamus:uitemuſq; cõtraria:iuxta apoſtolũ dicẽtẽ.oĩa ꝓbate:q̃ bona ſũt retinete.Cæteꝝ q uel in amorẽ eius nimiũ:uel in odiũ ſtomachi ſui prauitate ducunt:uidẽt mihi illi maledicto ꝓphetico ſubiacere.Ve iis q dicũt bonũ malũ:& malũ bonũ.q faciũt amaꝝ dulce:& dulce amaꝝ.Nec.n. ꝓpter doctrinã prauа ſuſcipiẽda ſunt dogmata.nec ꝓpter dogmatũ prauitatẽ:ſi quos cõmẽtarios in ſcripturas ſanctas utiles edidit:penitus reſpuẽdi ſunt.Quod ſi cõtẽtioſum iter ſe amatores eius:& obtrectatores funẽ duxerint : ut nihil mediũ appetant:nec ſeruẽt modũ:ſed totũ:aut ꝓbẽt:aut ĩprobẽt:libẽtius piam ruſticitatẽ:q̃ doctam blaſphemiam eligam.Sanctus frater Tatianus diaconus ĩpendio te ſalutat.

Beati hieronymi præſbyteri ad Marcũ præſbyteꝝ ſuper poſtulata fide:ubi de proſecutionibus hæreticoꝝ conquerit. Epiſtola.XLIIII.

Ecreuerã q̃dẽ utẽdũ mihi pſalmiſtæ uoce dicẽtis:cũ cõſiſteret aduerſũ me peccator obmutui: & hũiliatus ſũ:& ſilui a bõis.Et iteꝝ.ego uero tãq̃ ſurdus nõ audiebã:& tãq̃ mutus nõ apiẽs os ſuũ : & ſcũs ſũ ut hõ nõ audiẽs.Sed qa caritas oĩa ſupat.& ꝓpoſitũ uicit affectus:nõ tã ĩiuriã faciẽtibus r̃ddo uicẽ: q̃ tibi reſpõdeo poſtuláti.Apud Xp̃ianos.n:nõ q patit (ut ait qdã)ſed q facit cõtumeliã:miſer eſt.Et prĩo q̃dẽ: ante q̃ de fide mea:quã optime noſti tecũ loq̃r:aduerſus barbariẽ iſtius loci;uerſu cogor clamare uulgato.

Quod genus hoc hominum?quæ ue hũc tam barbara morem
Permittit patria?hoſpitio prohibemur arenæ.
Bella cient:primaq; uetãt cõſiſtere terra.& cætera.

Quæ iccirco de gẽtili poeta ſumpſimus:ut q xp̃i pacẽ non ſeruat:pacẽ ſaltẽ diſcat ab ethnico. Hæreticus uocor homouſian p̃dicans trinitatẽ.Sabellianæ ĩpietatis arguor : tres ſubſiſtẽtes ueras ĩtegras pfectaſq; pſonas: ĩdefeſſa uoce ꝓnunciãs.Si ab Arrianis merito.ſi ab Orthodoxis:q huiuſmõi arguũt fidẽ Orthodoxi eſſe deſierũt.Aut ſi eis placet:hæreticũ me cũ occidẽte hæreticũ : cũ ægypto hoc eſt cũ Damaſo Petroq; cõdẽnent. Quid unũ hoĩem exceptis ſociis criminant?Si riuus tenuiter fluit:nõ eſt aluei culpa:ſed fontis. Pudet dicere de cauernis cellulaꝝ:dãnamus orbẽ in ſacco & cinere uolutati:de epi ſniam ferimus. Quid facit ſub tunica pœnitẽtis regius aĩus?Cathena:ſordes:& comæ:nõ ſũt diadematis ſigna:ſed fletus:pmittãt me q̃ſo nihil loq. Cur.n.lacerãt q nõ merent iuidiã?hæreticus ſum:qd ad te?qeſce iã dictũ ẽ.Plane times:ne eloquẽtiſſimus hõ in Syro ſermone:uel græco eccleſias circumeã:populos ſeducã:ſciſma cõficiã.Nihil alicui p̃cipui: nihil ocioſus accipio.Manu quotidie & ꝓprio ſudore q̃rimus cibũ:ſciẽtes ab apoſtolo ſcriptũ eſſe.q autẽ nõ opat : nõ mãducet.Hæc uenerabilis & ſancte pr̃:cũ q̃li gemitu:cũ q̃li dolore cõſcripſerĩ:teſtis eſt Ieſus. Tacui : nunqd ſemp tacebo?Dicit dominus.Nõ mihi cõcedit unus angelus heremi.Quotidie expoſcor fidẽ:q̃ſi ſine fide renatus ſim.Cõfiteor:ut uolũt.nõ placet.Subſcribo:nõ credũt. unũ tãtũ placet:ut hĩc recedã.lã iã cedo.Abruperũt ptẽ a me aĩæ meæ cariſſimos frẽs.Ecce diſcedẽt cupiũt:ĩmo penitus diſcedũt:melius eẽ dicẽtes:ĩter feras habitare:q̃ cũ talibus Xp̃ianis.Et ego ipſe:niſi me & corpis ĩbecillitas & hyemis retineret aſpitas:iã mõ ſu gerẽ.Verũtamẽ dũ uernũ tp̃s adueniat:obſecro:ut paucis mihi mẽſibus heremi cõcedat hoſpitiũ.Aut ſi hoc tardũ uidẽt:abſcedo.Domini ẽ terra:& pleitudo eius.Aſcẽdãt ſoli cælũ:pp illos tãtũ Xp̃s mortuus ſit:hẽant: poſſideãt:gloriẽt.Mihi autẽ abſit gloriari:niſi ĩ cruce dnĩ nr̃i Ieſu Xp̃i:p quẽ mihi mũdus crucifixus ẽ:& ego mũdo.De fide ãt quã dignatus es ſcribẽ ſcõ Cyrillo:dedi cõſcriptã fidẽ.Qui ſic nõ credit:aliẽus a Xp̃o ẽ.Cæteꝝ ego fidei meæ teſtes hẽo aures tuas:& bti frĩs Cœnobii:quẽ tecũ oẽs q hic ſumus:plurimũ ſalutamus.

Beati Hieronymi ad Pãmachiũ & Marcellã de ſtudio Theophili epi Alexãdrini cõtra origenianos cõgratulatio.In q̃ epiſtola ſuã de paſcate & cõtra ipſam hæreſim traductam ſe dicit emittere:ut oriẽtis fidẽ cathedra Petri cõfirmet. Epiſtola.XLV.

Vrſũ oriẽtalibus uos locupleto mercibus:& Alexandrinas opes prĩo romã uere tranſmitto.Deus ab
r auſtro ueniet.Et ſcũs de mõte Pharan:umbra cõdẽſa.unde & ſpõſa lætat in Cantico canticoꝝ dicẽs: in umbra eius cõcupiui & ſedi:& fructus eius dulcis in faucibus meis. Vere nũc cõplet Eſaiæ uaticiniũ p̃dicantis:in die illa erit altare domini ĩ medio terræ ægypti.Vbi abũdauit peccatũ: ſupabundauit & gratia.Qui puulũ Xp̃m fouerãt:adultũ fidei calore defẽdũt.Vt q p illos effugerat Herodis manus:effugiat hæreticũ blaſphemãtẽ.Quẽ demetrius Alexãdria urbe reppulit:toto orbe fugat Theophilus:ad quẽ Lucas ſcripſit actus apoſtoloꝝ:q ex amore dei nomẽ iuenit.Vbi nũc ẽ coluber tortuoſus? Vbi uenenatiſſima uipera? Prima hominis facies:utero cõmiſſa luporum.

Vbi hæreſis:q ſibilabat ĩ mũdo?Et me & papã Theophilũ ſui iactabat erroris:latratũq; ĩpudẽtiſſimoꝝ canũ ad iducẽdos ſimplices noſtrũ mẽtiebat aſſenſũ?Oppſſa ẽ eius auctoritas & eloquẽtia & ĩ morẽ dæmonicoꝝ ſpirituũ:de terra loqt.Neſcit.n.eũ:q de ſurſũ ueniẽs ea loqt:q ſurſum ſũt.Atq; utinã ſerpẽtina generatio aut ſimpliciter nr̃a fateat:aut cõſtãter defẽdat ſua:ut ſcire ualeamus:q nobis amãdi ſũt:q cauẽdi. Nũc aũt nouũ pœnitẽtiæ genus:oderũt nos q̃ſi hoſtes:quoꝝ fidẽ publice negare nõ audẽt. Rogo qs ẽ iſte dolor:q nec tpe nec rõne curat?Inter micãtes gladios:iacẽtia corpa:riuos ſanguinis ꝓfluẽtes:iũgunt ſæpe hoſtiles dextræ: & belli rabiẽ pax repẽtina cõmutat.Soli ſũt huius hær̃ſeos ſectatores:q cũ eccleſiaſticis nõ ualẽt fœderari.quia qd̃ ſermõe cogũt dicere:mẽte cõdẽnat.Et ſi q̃do apta blaſphemia publicis auribus fuerit reuelata:& uiderit cõtra ſe audiẽtiũ turbã circũſremer:tũc ſimulata ſiplicitate dicũt audiſſe ſe primũ q magr̃m diceꝛ ãte neſcierit.Cũq; eoꝝ ſcripta teneãt:uoce negãt:qd̃ ĩ lr̃is cõfitẽt.qd neceſſe ẽ obſidẽ Propõtidẽ?mutaꝛ loca? diuerſas luſtrare regiões?& clariſſimũ põtificẽ Xp̃i eiuſq; diſcipulos rabido ore diſcerpe?Si uera loqmini priſtinũ erroris ardorẽ ardore fidei cõmutare.qd maledicoꝝ pãnos hinc ĩde cõſuitis?& eoꝝ carpitis uitã:quoꝝ fidei reſiſtere nõ ualetis?Num iccirco nõ eſtis uos hæretici:ſi nos qdã aſſertiõe noſtra crediderit peccatores?Et os ĩpietate fetidũ nõ habebitis:ſi cicatricẽ potueritis ĩ noſtra aure mõſtrare?Quid iuuat ueſtrã pfidiã:uel ꝓdeſt

pellis æthiopica.& pardi uarietas si ī nostro corpore nevus apparuerit? En papa Theophilus tota Origenē arguit libertate hæreticū esse.Nec dicta defendūt:sed fingūt ab hæreticis īmutata.multorūq; dicūt libros simi liter deprauatos:ut illū nō sua fide:sed aliorꝝ tueat errorib⁹.uerū hæc aduersum hæreticos dicta sint:q iniu sto cōtra nos odio sæuiētes:mēte fatent arcanū:& uenena pectoris irremediabili dolore testant. Vos christiani senatus lumina accipite:& græcā & latinā etiā hoc āno epistolam:ne rursum hæretici mētiant:a nobis pleraq; uel addita:uel mutata.In qua laborasse me fateor:ut uerborꝝ elegātiā pari īterpretatiōis uenustate seruarem.Et ītra definitas lineas currēs:nec ī quoq; excedēs loco:eloquētiæ eius fluēta nō perderē: easq; res eodē sermone trāsferrē.Quod utrū nec ne cōsecutus sim:uestro iudicio derelīquo: quā sciatis ī q̄ttuor partes esse diuisam.In primo credētes hortat ad dominicū pascha celebrādū.In secūdo & tertio loco Apollinarē & Origenē iugulat.In q̄rto.i.extremo:hæreticos ad pœnitētiā cohortat.Si qd autē hic minus aduersus Origenē dictū est:& in p̄teriti āni epistola cōtinet:& hæc quā modo uertimus breuitati studēs: dicere plura nō debuit. Porro cōtra Apollinarē succīcta fides & pura,pfessio nō caret subtilitate dialectica:quæ aduersariū suū extorto de manibus eius pugione cōfodit.Orate igit dominum:ut qd̄ in græco placet; ī latino nō displiceat.& qd̄ totus oriēs mirat & p̄dicat:læto sinu Roma susciptat:p̄dicationem quoq; cathedræ Marci euāgelistæ cathedra Petri apostoli sua p̄dicatiōe cōfirmet.Quāq; celebri sermone uulgatū sit:beatū quoq; papā Anastasiū eodē feruor:qa eodē spū é:latitātes ī foueis suis hærēticos psecutū:eiusq; īræ doceat dānatū ī occidēte:qd̄ī oriēte dānatū é.Cui multos īpcamur ānos:ut hæreseos rediuiua plātaria p illius studiū lōgo tpe arefacta moriāt.

Beati Hieronymi p̄sbyteri ad Pammachiū de obtrectatoribus suis:qui librū suū aduersum Iouinianum carpebāt:quasi nimius fuisset in laude uirginū & īterp̄tatione nuptiarꝝ: cōtra quos dicit se apologeticon mittere qui statim īfra subiicit.

Epistola.XLV.

c Hristiani īterdū pudoris est:etiā apud amicos tacere:& humilitatē suā magis silētio cōsolari: q̄ retractādo ueteres amicitias ambitiōis crimē īcurrere.Quādiu tacuisti:tacui.nec unq̄ expostulare sup hac re uolui:ne nō amicū quærere:sed portionē uiderer expetere.Nūc autem ,puocatus officio lrarꝝ:primas partes semp habere tētabo:& nō tā rescribere q̄ scribere. Vt & uerecūde hucusq; tacuisse:& uerecūdius loq cœpisse cognoscar.De opusculis meis cōtra louinianū: q; & prudēter & amāter feceris: exēplaria subtra hēdo optime noui.Sed nihil ,pfuit ista diligētia:cū aliq̄ti ex urbe uenientes mihi eadē lectitarēt: q̄ sero me excepisse referebāt.In hac quoq;,puicia iā libri fuerāt diuulgati;& ut ipse legisti:nescit uox missa ruerti.Nō sum tātæ felicitatis:q̄tæ plerisq; huius tpis tractatores:ut nugas meas q̄do uoluerī emēdare possim.Statī ut aliqd scripsero:aut amatores mei:aut īuidi diuerso qdē studio:sed pari certamine ī uulgus nostra disseminānt & uel in laude:uel ī uitupatiōe nimii sūt:nō meritū stilī:sed suū stomachū sequētes.Itaq; qd̄ solū facere potui:apologeticū ipsius opis tibi misi: quē προσ ἐφωνησα & te poscente edidi. Quē cū legeris:aut ipse ,p nobis cæteris satisfacies:aut si tu quoq; narē cōtraxeris:illā apostoli περί κοπτήν.i.amputationē: in q̄ de uirginitate & nuptiis disputat:aliter dissērere cōpelleris.nec hoc dico q; te ad scribēdū ,puocē:cuius in sacris lr̄is studiū mihi p̄fero:Sed ut alios q nos lacerāt hoc facere cōpellas.norūt lr̄as:uident sibi scioli: possūt me nō re-p̄hēdere: sed docere.Si aliqd scripserint magis ex opis eorꝝ cōpatione:mea īterp̄tatio negliget.Lege q̄so te:& diligēter apostoli uerba cōsidera:& tūc uidebis me ,pter calūniā declinādā:multo plus q̄ ille uoluit in maritos fuisse clæmēte.Origenes Dionysius Pierius Eusebius Cæsariēsis Didymus Apollinaris latissime hāc epistolā īterpretati sūt:quorꝝ Pierius cū sensum apostoli uētilaret atq; dissereret:& ,ppositum illud exponere. Volo aūt oēs esse sicut me ipsum:adiecit tātalētō paulo tārī crīsatan nā cetisei.qd̄ hic q̄so peccatū meum est? q̄ duritia? Vniuersa q̄ scripsi:huic sniæ cōpata leuissima sūt.Reuolue oīum:quos supra memorauī cōmētarios:& ecclesiarꝝ bibliothecis fruere:& magis cōcito gradu ad optata cœptaq; puenies.Audio totius ī te urbis studia cōcitata.Audio pōtificis & populi uolūtate pari mēte cōgruere.Minus est tenere sacerdotium: q̄ mereri libros xvi.,pphetarꝝ:quos in latinū de hebræo sermone uerti.si legeris:& delectari te hoc ope compero: ,puocabis nos etiā cætera clausa armario nō tenere.Trāstuli nup Iob in linguā nostrā.Cuius exēplar a sancta Marcella cōsobrina tua poteris mutuarī:lege eundē græcū & latinū:& ueterē editionē nr̄æ trāslationi cōpara: & liquido peruidebis q̄tū distet inter ueritatē & mēdaciū. Miserā q̄dam τῶν ὑπομνημάτων in ,pphetas.xii. sancto patri & Domnioni:Samuelē quoq; & Malachin.i.quattuor legū libros.Quæ si legere uolueris;,pbabis quātæ difficultatis sit:diuinā scripturā & maxime ,pphetas itelligere.& interptū uitio:quæ apud suos purissimo cursu orationis labuntur:apud nos scatere uitiis.Porro eloquentiā quā pro Christo ī Cicerone cōtēnis:ī parietibus ne reqras.Ecclesiastica interpretatio ēt si habet eloqi uenustatē:dissimulare eā debet:& fugere. ut non ociosis philosophorū scholis:pauciscq; discipulis:sed uniuerso loq̄tur hoīum generi.

Liber apologeticus beati Hieronymi ad Pāmachiū ī defensionē librorū cōtra louinianū.ī quo docet se nō dānasse nuptias:sed illis uirginitatē ,ptulisse.& apostoli capitulū benignius etiam pro nuptiis a se q̄ cæteris interpretatum.

XLVII.

Vod ad te hucusq; nō scripsi.cā fuit silētiū tuū. Verebar.n.ne si tacēti scriberē: molestū me magis q̄
q officiosū putares.Nūc āt ,puocatus dulcissimis lr̄is tuis & huiusce modi lr̄is:q̄ me ad phiam nr̄i dogmatis ,puocarēt:& cōdiscipulū quōdā & sodalē & amicū obuiis ut aiūt manibus excipio:defensorēq; meorū opusculorū paro:ita tamē:si ante te placatū iudicē habuero:imo si oratorē meū sup oībus:q̄ ī me arguuntur īstruxero.Hoc.n.& Tullius tuus:& ante illum ī breui & solo uolumine scripsit Antonius primam causam esse uictoriæ:& diligenter causam :pro qua dicturus es: discere Reprehendunt me quidam.q; in libris: quos aduersum louinianum scripsi:nimius fuerim:uel in laude uirginum: uel in suggillatione nuptiarum.& aiunt ,condemnationem quodammodo esse matrimonii: in tantum pudicitiam prædicare:ut nulla

poſſe uideaſ inter uxorē & uirginē cōparatio derelinqui. Ego ſi bene ꝓblematis memini: inter Iouinianū & nos iſta contētio eſt: q̄ ille exæquet uirginitati nuptias: nos ſubiiciamus. Ille paꝛ uel nihil: nos multū ītereſſe dicamus. Denicq̄ iccirco te: poſt dominū faciēte: damnatus eſt: q̄ auſus ſit ꝓpetuæ uirginitati matrimonium cōparare. Aut ſi id ipſum uirgo putaſ & nupta: cur piaculū uocis huius romæ Victorinus audire nō potuit? Virgo a uiro: nō uir a uirgine generaſ. Mediū eſſe nihil pōt: aut mea ſentētia ſequēda eſt: aut Iouiniani. Si rep hēdor: q̄ nuptias uirginitati ſubiicio: laudeſ ipſe: qui cōparat. Si aūt dānatus eſt q̄ æq̄les putabat: dānatio eius mei opis teſtimoniū ſit. Si ſæculi hoīes indignanſ in minori gradu ſe eſſe: q̄ uirgines: miror clericos & monachos & cōtinētes id nō laudare: qd̄ faciūt. Caſtrāt ſe ab uxoribus ſuis: ut imitenſ uirginū caſtitatē. Et idipſum uolūt eſſe maritas qd̄ uirgines. aut iūganſ itaq̄ uxoribus ſuis: q̄bus renūciauerāt: aut ſi ſe abſtinuerīt: etiā tacētes cōfitebunſ melius eſſe: qd̄ nuptiaꝛ opi ꝓtulerūt. An ego rudis in ſcripturis: & nūc primū ſacra uolumina legēs: lineā: & ut ita dicā. tenue dicēdi filū ītер uirginitatē & nuptias ſeruare non potui? Videlicet neſciebā dictū: noli eſſe iuſtus multū: & dum unū latus protego: ī altero uulneratus ſum. Atq̄ ut manifeſtius loquar: dum cōtra Iouinianū preſſo gradu pugno: a Manichæo terga mea cōfoſſa ſunt. Nōne quæſo ſtatim in prīcipio opis mei iſta ꝓfatus ſum? Neq̄ enim nos Martiōis & Manichæi dogma ſectātes: nuptiis detrahimus. Nec Taciani prīcipis Encratitaꝛ errōr decepti: oēm coitū ſpurcū putamus. q̄ nō ſolū nuptias: ſed & cibos quoq̄: quos deus creauit ad utēdum: damnāt: & reprobāt. Scimus ī domo magna: nō ſolū uaſa aurea & argētea eſſe: ſed & lignea & fictilia. & ſup fundamētū Xp̄i: qd̄ Paulus architectus poſuit: alius ſupædificauit aurū: argētū: lapides ꝓtioſos. alius ecōtrario fœnū: ligna: ſtipulā. Nō ignoramus honorabiles nuptias & cubile īmaculatū. Legimus primā dei ſniam. Creſcite & multiplicamini: & replete terrā. ſed ita nuptias recepimus: ut uirginitatem: quæ de nuptiis naſciť: ꝓferamus. Nūquid argētum nō erit argētū: ſi aurū ꝓtioſius eſt? Aut arboris & ſegetis cōtumelia eſt: ſi radici & foliis culmo & ariſtis poma ꝓferanť & fructus? Vt poma ex arbore: frumētum ex ſtipula: ita uirginitas ex nuptiis. Cēteſimus & ſexageſimus & triceſimus fructus q̄q̄ de una terra & de una ſemēte naſcaſ: tamē multū differt in numero. Trigīta referunť ad nuptias: qa & ipſa digitoꝛ cōiunctio quaſi molli oſculo ſe cōplexās & fœderās: maritū pīgit & coniugē. Sexagīta uero ad uiduas: eo q̄ in anguſtia & tribulatiōe ſint poſitæ. unde & ſupiori digito deprimunť. q̄toq̄ maior eſt difficultas ex parte quōdam uoluptatis illecebris abſtinere: tāto maius & ꝓmiū. Porro numerus cēteſimus: quæſo diligēter lector attende: de ſiniſtra trāſferť ad dextrā: & iiſdē qdem digitis: ſed nō eadē manu: q̄bus in læua nuptæ ſignificanť: & uiduæ circulū faciēs exprimit uirginitatis coronā. Oro te: q hæc loquiť dānat nuptias? Aurū uirginitatē: argētum diximus matrimoniū. Cēteſimū & ſexageſimū & triceſimū fructū de una terra expoſuimus: & de una ſemēte generari: licet multū differat in numero. Et quis unq̄ tam iniquus lector erit: ut nō ex meis dictis: ſed ex ſuo me ſenſu iudicet? Et certe multo clæmētiores erga cōiugia fuimus oībus pene latinis & græcis tractatoribus: q centeſimū numeꝛ ad martyres referūt: ſexageſimū ad uirgines: triceſimū ad uiduas. atq̄ ita ſit iuxta illorum ſniam: ut de bona terra: & de prīſſamilias ſemine excludātur mariti. Verū ne in prīcipio cautus: in reliq̄s forſitā iprouidus fuerim: nōne poſt partitionē opuſculi: cū ad quæſtiones uenirē ſtatī ītuli? Vos quæſo utriuſq̄ ſexus uirgines & continētes: mariti quoq̄ & bigami: ut conatus meos oſonibus adiuuetis: cūctoꝛ in cōmune Iouinianus hic hoſtis eſt: quoꝛ ego oſonibus īdigeo: & quos adiutores mei opis ꝓcor: eos poſſum Manichæi errore dānare? Curramus ad reliq̄. Neq̄. n. epiſtolæ breuitas patiť diutius in ſingulis īmorari. Interꝓtantes illud apoſtoli teſtimoniū: uxor ꝓprii corporis ſui nō habet poteſtatē: ſed uir. Similiter & uir corporis ſui nō habet poteſtatē: ſed uxor. hoc ſubiūximus. Oīs hæc quæſtio de his eſt: q in matrimonio ſunt: an eis liceat uxores dimittere: qd̄ & dominus in euāgelio ꝓhibuit. Vnde & apoſtolus Bonū eſt ait homini uxorē uel mulierē nō tangere: q̄ſi in tactu eius periculū ſit: q̄ſi qui eā tetigerit nō euadat. Vnde & Ioſeph quia illū tangere uolebat ægyptia: fugiēs de manibus eius: palliū abiecit. Sed quia qui ſemel duxit uxorē: niſi ex cōſenſu ſe nō ualet abſtinere: nec dare repudiū nō peccāti: reddat cōiugi debitū: quia ſpōte ſe alligauit ut reddere cogereť. Qui domini dicit eſſe ꝓceptū: ne dimittanť uxores & abiq̄ cōſenſu: qd̄ deus coniūxit homo non ſeparet: hic poteſt dici nuptias cōdēnare? Rurſum in ſequētibus: ſed unuſquiſq̄ ait habet ꝓpriū donū ex deo. Alius qdē ſic: alius autē ſic. quā ſniam nos exponētes hæc ītulimus. Quid inq̄ uelim pſpicuū eſt. Sed quoniā in eccleſia diuerſa ſunt dona: cōcedo & nuptias: ne uidear dānare naturā. Simulq̄ cōſidera: q̄ aliud donū uirginitatis ſit: aliud nuptiaꝛ. Si enim eadē eſſet merces nuptaꝛ & uirginū: nequaq̄ dixiſſet poſt præceptū continentiæ: ſed unuſq̄ſq̄ ꝓpriū habet donū ex deo: alius qdē ſic: alius autē ſic. Vbi ꝓprietas ſingulоꝛ eſt: ibi altrinſecus diuerſitas. Cōcedo & nuptias eſſe donū dei: ſed ītер donū & donū magna diuerſitas eſt. Denicq̄ & apoſtolus de quodā poſt īceſtū pœnitētiæ: ecōtrario īquit: donate ei & cōſolamini: & ſi cui qd donaſtis: & ego. Ac ne putaremus donū hoīs cōtinendū addidit. Nā & ego qd̄ donaui: ſi qd donaui ꝓpter uos coram chriſto: diuerſa ſunt dona chriſti. Vnde Ioſeph in typo eius uariā habebat tunicā. Et in pſalmo. xliiii. legimus. Aſtitit Regina a dextris tuis in ueſtitu deaurato circundata uarietate. Et Petrus apoſtolus. Sicut cohæredes ait multiplices gratiæ dei: qd̄ ſignificātius gratiæ diciť ποικιλης. i. uariæ. Rogo quæ eſt iſta contētio: claudere oculos: nec aptiſſimū lumen aſpicere? In eccleſia diximus eſſe dona diuerſa: & aliud donū uirginitatis: & aliud nuptiaꝛ. Et poſt paululū. Cōcedo & nuptias eſſe donū dei. Sed ītер donū & donū magna diuerſitas eſt: & qd̄ dei donū uoce aptiſſima ꝓnūciamus dānare dicimur? Porro ſi Ioſeph in typo domini accipiť: tunica eius uaria atq̄ diſtincta in uirginibus uiduis cōtinētibus ac maritis eſt: & poteſt uideri quaſi alienus: q de tunica chriſti eſt: cū & ipſam reginā: hoc eſt eccleſiā ſaluatoris in ueſtitu deaurato: eadem uarietate circūdatam dixerimus. Sed & in cōſequētibus de cōiugio diſputātes: eundem ſenſum ſecuti ſumus. hic locus ad ꝓſentem cōtrouerſiam nō ꝓtinet. Docet enim iuxta ſniam domini: uxorem excepta cauſa fornicatiōis nō repudiādam: & repudiatā

uiuo marito:alteri nō nubere:aut certe uiro ſuo debere recōciliari. Et ī alio loco. Mulier īquit alligata eſt quā to tēpore uir eius uiuit. Quod ſi dormierit uir eius:liberata eſt a lege uiri:cui uult nubat tātum ī domino.i. chriſtiano. Qui ſecūdas nuptias:tertiaſq; cōcedit ī domino. Primas cū ethnico ꝓhibet. Aperiāt quæſo aures obtrectatores mei:& uideāt me ſecūdas & tertias nuptias cōceſſiſſe ī domino:q ſecūdas & tertias nō dānaui primū potui dānare matrimoniū? In eo quoq; loco:ubi iterꝓtamur capitulū apoſtoli:Circūciſus aliq uocatus é:nō addūcat præputiū. In præputio uocatus é:nō circūcidaᷓ:licet qdē prudētiſſimi iterpretes ſcriptura rū:hoc de circūciſione:& ſeruitute dictū eſſe cōtēdant. Nōne apertiſſime fœdera ſeruauimus nuptiarū? Diximus enī. Si ī præputio qs uocatus é:nō circūcidaᷓ. Habebas īgt uxorē:cū credidiſti. Noli fidē Chriſti cauſam putare diſſidii:qa ī pace nos uocauit deus. Circūciſio nihil é:& præputiū nihil é:ſed obſeruatio mādatorū dei. Nihil.n. ꝓdeſt abſq; operibus cælibatus & nuptiæ:cū etiā fides:quæ ꝓpriæ Chriſtianorū é:ſi opera nō habuerit:mortua eſſe dicaᷓ. Et hac lege uirgines quoq; Veſtæ & lunonis uniuiræ:ī ſancta⁊ queāt ordine numerari. Et poſt paululū:Seruus uocatus es:nō ſit tibi curæ,ſed & ſi poteſt fieri liber:magis utere,etiā ſi habes īquit uxorē:& illi alligatus es:& ſoluis debitū:& nō habes tui corporis poteſtatē;atq; ut manifeſtius loq̄r:ſeruus uxoris es:noli ꝓpter hoc habere triſtitiā:nec de amiſſa uirginitate ſuſpires. Sed etiā ſi potes cauſas aliq̄s īuēire deſſidii:ut libertate pudicitiæ pfruaris:noli ſalutē tuā cū alterius iteritu quærere Habeto pauliſp uxorē:nec p̄curras morantē:expecta dū ſeqᷓ. Si egeris patienter:cōiunx mutabiᷓ ī ſororē. In eo quoq; loco ubi tractauimus cur dixiſſet Paulus:De uirginibus aūt domini p̄ceptū nō habeo:Cōſiliū aūt do:tanq̄ miſericordiā cōſecutus a domino:ut ſim fidelis:ita uirginitatē ꝓtulimus:ut nuptia⁊ ordinē ſeruaremus. Si uirginitatē dominus īperaſſet:uidebaᷓ nuptias condēnare:& hoīum auferre ſeminariū:unde & ipſa uirginitas naſciᷓ. Si p̄cidiſſet radicē:quō fruges quæreret? Niſi āte fundaméta iecīſſet:q̄ rōne ædificiū extrueret: & opturū cūcta deſup culmē īponeret? Si radicē nuptias:ſi uirginitatē dixius fructus:ſi fundamētū matrimoniū. & ædificiū uel culmē perpetuā caſtitatē:qs uel tā īuidus:uel tā cæcus obtrectator mei erit:ut ī eadē domo ædificiū uel culmē uideat:& fundamentū qdᷓ ædificiū & culmē portat:ignoret? Porro & ī alio loco ꝓponētes apoſtoli teſtimoniū:ī quo ait alligatus es uxori noli quærere ſolutiōem:Solutus es ab uxore: noli quærere uxorē:Illico hæc ſubiecimus. Habet unuſq;q; noſtrū terminos ſuos. redde mihi meū:& tu tene tuum. Si alligatus es uxori tuæ:ne illi des repudiū. Si ſolutus ſum ab uxore:nō quærā uxorē. Vt ego non ſoluo cōiugia:ſi ſemel ligata ſunt:ita tu nō liges qdᷓ ſolutū eſt. Sed & ī alio teſtimōio qd de uirginitate & nuptiis ſenſerimus:manifeſtiſſime declaraᷓ. Nō īponit nobis apoſtolus laqueū: uec cogit eſſe qdᷓ nolumus: ſed ſuadet qdᷓ honeſtū eſt & decorū:& ītente facit ſeruire domino:& ſemꝑ eſſe ſolicitū:& expectare paratā domini uolūtatē. ut cū qd īperauerit:q̄ſi ſtrenuus & armatus miles ſtati īpleat qdᷓ preceptū eſt. & hoc faciat ſine ulla diſtētione:quæ data eſt ſecūdū eccleſiaſtē hōibus huius mūdi:ut diſtēdantᷓ ī ea. In fine quoq; cōparatiōis nuptia⁊ & uirginū diſputationē noſtrā hoc ſermone cōcluſimus. Vbi bonū & melius é:ibi boni & melioris nō unū é ꝓmiū. & ubi nō unū é ꝓmiū:ibi utiq; dona diuerſa. Tātū é igiᷓ inter nuptias & uirginitatē: quātū iter nō peccare & benefacere. īmo ut leuius dicā:quātū iter bonū & melius. Porro ī cōſequētibus cū dicius: Finita diſputatiōe cōiugio⁊ & uirginitatis:ut iter utrūq; tāto moderamīe præceptor⁊:nec ad ſiniſtrā nec ad dextrā diuerteret:ſed uia regia graderet:& illud īpleret:ne ſis multū iuſtus: Rurſus monogamiā digamiæ cōparat. Et quō nuptias ſubdiderat uirginitati:ita digamiā nuptiis ſubiicit. Nōne ſpicue oſtēdimus:quæ ſit ī ſcripturis ſanctis ſiniſtra:quæ dextra? & qd ſignificet ne ſis multū iuſtus? Quod uidelicet ſiniſtra ſit:ſi iudæo⁊ & gentiliū ſeq̄mur libidinē:& ſemꝑ æſtuēus ad coitū. Dextra:ſi Manichæo⁊ ſeq̄mur errorē:& ſimulata pudicitia īpudicitiæ retibus īplicemur. Via aūt regia ſit:ita appetere uirginitatē:ne nuptiæ cōdemnēᷓ. Præterea qs tā iniquus meo⁊ opuſculo⁊ iudex erit:ut pria matrimonia dānare me dicat:cū etiā de ſecūdis dixiſſe me legerit? Cōcedit apoſtolus ſecūdas nuptias:ſed uolētibus. Sed his quæ ſe cōtinere nō poſſunt:ne luxuriate ī Chriſto nubere uelīt:habētes dānationē:q; primā fidē irritā fecerint. & hoc cōcedit:qa multæ abierūt retrorſū poſt ſathanā. Cæte⁊ beatiores erūt:ſi ſic pmāſerit. Cōtinuoq; ſubiūgit apoſtolicā auctoritatē:ſecūdū cōſiliū meū. Porro ne auctoritas apoſtoli q̄ſi hominis leuior uideretᷓ: addidit. Puto aūt q; & ego ſpiritū dei habeā. Vbi ad cōtinētiā ꝓuocat:ibi nō hōis:ſed ſpiritus dei cōſilio uſus é. Vbi aūt nubēdi cōcedit ueniā:ſpiritū dei nō nominat:ſed prudētiæ liberat cōſiliū:ita ſingulis relaxans:ut unuſq;q; ferre poteſt. Propoſitis ergo teſtimoniis:ī qbus apoſtolus ſecūdas cōcedit nuptias:ſtati ſubiecimus:quo mō uirginibus ob fornicatiōis piculū cōcedit nuptias:& excuſabile facit qdᷓ ꝑ ſe nō appetiᷓ:ita ꝓ eadē fornicatiōe cōcedit uiduis ſecūda matrimonia. Melius ē .n. licet alte⁊ & tertiū unū uirū noſſe:q̄ plurimos.i. tolerabilius é uni homini ꝓſtitutā eſſe q̄ multis. faceſſat calūnia. De ſecūdo hic & de tertio & q̄rto:ſi libet matrimonio diſputauimus:nō de primo. Sed ne qs ī eo q; diximus tolerabilius é uni homini ꝓſtitutā eſſe q̄ multis:ad primū matrimoniū referat,cū oīs nobis quæſtio de digamia & trigamia fuerit. Denicq; digamiæ & trigamiæ diſputationē hoc calce ſignauimus. Oīa licēt:ſed nō oīa expediūt. Nō dāno digamos:īmo nec trigamos:& ſi dici poteſt octogamos. Plus aliq̄d iferā:etiā ſcortatorē recipio pœnitētē. Quicq̄d æq̄liter licet:æq̄li lance pēſandū ē. Erubeſcat calūniator meus dicēs me prima dānare matrimonia:quādo legit non dāno digamos & trigamos:& ſi dici poteſt octogamos. Aliud eſt nō dānare:aliud prædicare. Aliud é uenīā cōcedere:aliud laudare uirtutē. Si aūt durus ī eo uideor:qa dixi q̄cq̄d æq̄liter licet:æq̄li lāce pēſandū é:puto nō me crudelē iudicabit & rigidū:qa alia loca uirginitati & nuptiis:alia trigamis & octogamis:& pœnitētibus legerit præparata. Chriſtū ī carne uirginē:ī ſpiritu monogamū:q; unā habet eccleſiā:noſter in reliqs ſermo teſtatus ē & creditus ſumus nuptias cōdēnare. Dānare dicor nuptias:cuius hic ſermo é. Nullīq; dubiū eſt ſacerdotes de Aaron & Eleazar:& Finees generatos:qui cum &ipſi uxores habuerint:recte nobis opponerentur. ſi errore Encratica

rum contẽderemus matrimonia reprobanda: Tatianũ Ẽncraticaꝝ principẽ q abiicit matrimonia: reꝑhendimus: & ipſi nuptias condẽnamus. Rurſumq; ubi uirgines & uiduas comparo: qd de nuptiis ſentẽri: & quo mõ tres gradus uirginitatis: uiduitatiſq; uel contínẽtiæ & coniugii fecerim: declarant ipſa quæ ſcripta ſunt. Non nego beatas eſſe uiduas: quæ ita poſt baptiſmũ mãſerint: nec illaꝝ detraho merito: quæ cũ uiris í caſtitate ꝓdurãt. Sed ſicut hæ maioris ꝓmii apud deũ ſunt q̃ nuptæ cõiugali officio ſeruiẽtes: ita & ipſe æquo patiant͂ aío uirginitatẽ ſibi ꝓferri. Ad Gallatas quoq; teſtimoniũ apoſtoli ꝓponẽtes. Ex operibus legis nõ iuſtificabit͂ ois caro: huiuſcemodi ſenſum ítulimus. opa legis: & nuptiæ ſunt. Vnde & maledicũt͂ í ea: quæ nõ habent filios: quæ ſi cõcedunt͂ etiã í euangelio: aliud eſt idulgentiã ífirmitati tribuere: aliud ẽ uirtutibus ꝓmia polliceri. Ecce ꝓſpicue nuptias dicimus cõcedi í euãgelio: ſed tamẽ eaſdẽ í ſuo officio ꝓmanẽtes: premia caſtifi tatis capere nõ poſſe. Quod ſi ídigne accipiũt: mariti nõ mihi iraſcãt͂: ſed ſcripturis ſanctis: ímo epĩs & præſbyteris & diaconibus: & uniuerſo choro ſacerdotali & leuitico: q ſe nouerũt hoſtias ſofferre nõ poſſe: ſi opi ſeruiãt cõiugali. Sed eo loco ubi de Apocalypſi teſtimoniũ poſuimus: nõne manifeſtũ ẽ: qd de uirginibus & uiduis & cõiugibus ſenſerimus? Hi ſunt q cãtant cãticũ nouũ: qd̃ nemo põt cãtare: niſi q uirgo é. hi ſunt primitiæ dei & agni & ſine macula. Si uirgines primitiæ dei ſunt: ergo uiduæ & í matrimonio cõtinentes erunt poſt primitias: hoc é í ſecũdo & tertio gradu. In ſecũdo & tertio gradu uiduas ponimus & maritas: & hæretico furore dicimur dãnare nuptias? Multa ſunt quæ ꝓ oẽm librũ cauto moderamine de uirginitate: de uiduis: de nuptiis diximus. Sed breuitatis ſtudio unũ adhuc ponã teſtimoniũ: cui non reor cotradicturũ: niſi eũ q aut ſe inimicũ ꝓbare uoluerit: aut uecordẽ. Nã cũ propoſuiſſem q̃ dominus iſſet ad nuptias í chana galileæ: poſt quædã etiã hæc addidi. Qui. n. ſemel iuit ad nuptias: ſemel docuit eſſe nubẽdũ: & tũc uirginitati poſſet officere: ſi nuptias poſt uirginitatẽ: & uiduitatis caſti moniã: nõ í gradu tertio põaremus. Nũc aũt cũ hæreticoꝝ ſit dãnare cõiugia: & dei ſpernere cõditionẽ: qcq̃d de laude dixerit nuptiaꝝ libenter audimus. Eccleſia enĩ nõ dãnat matrimonia: ſed ſubiicit: nec abiicit: ſed diſpẽſat. ſciẽs ſicut ſupra diximus í domo magna: nõ ſolũ eſſe uaſa aurea & argentea: ſed & lignea & fictilia: & alia eſſe í honorẽ: alia í cõtumeliam. Et qcũq; ſe mũdauerit: eũ futurũ eſſe uas honorabile: & neceſſariũ í oẽ opus bonũ præparatũ. Quicq̃d ĩquã de laude dixerint nuptiaꝝ: libẽter audimus. Laudari nuptias libẽter audimus. & nuptias cõdẽnamus? Eccleſia matrimonia nõ dãnat: ſed ſubiicit. Velitis nolitis: maritus ſubiicit͂ uirginitati: & uiduitati eccleſia nuptias: Sed nuptias í ſuo opere ꝓmanẽtes ſubiicit: nõ dãnat. nec abiicit: ſed diſpenſat. In poteſtate ueſtra ẽ: ſi uelitis ſecũdũ pudicitiæ gradũ ſcandere. Quid ídignamini: ſi í tertio ſtãtes nolitis ad ſuperiora ꝓperare? Igit͂ cũ totiẽs & tã crebro lectorẽ admoneri: & ꝑ ſingula pene tractatuũ milia cautus uiator íceſſeri: me ita recipere nuptias: ut eis cõtinẽtes uiduas uirgineſq; præferrẽ: debuerat prudẽs & benignus lector etiã ea quæ uidẽt͂ dura: æſtimare de cæteris: & nõ í uno atq; eodẽ libro criminari me diuerſas ſentẽtias ꝓtuliſſe. Quis. n. tã habes: & ſic í ſcribẽdo rudis é: ut idẽ laudet & dãnet? ædificata deſtruat: & deſtructa ædificet? & cũ aduerſariũ uicerit: ſuo nouiſſime mucrone feriat͂? Si ruſticani homines & uel rhetoricæ uel dialecticæ artis ignari detraherẽt mihi tribuerem ueniã imperitiæ: nec accuſationẽ reꝑhenderẽ: ubi nõ uolũtatẽ í culpa cerneré: ſed ignorantiã. Nũc uero cum diſerti hoíes: & liberalibus ſtudiis eruditi: magis uelit lædere q̃ ítelligere; breuiter a me reſpõſum habeãt cor rigere eos debere peccata: nõ reꝑhendere. Patet cãpus: ſtat ecõtra acies: aduerſarii dogma manifeſtũ é. & ut uirgilianũ aliq̃d íferã: Illũ aſpice cõtra. Qui uocat. Reſpõdeãt aduerſario. Aliter teneãt modũ í diſputãdo: aliter uirgã í docẽdo; & me í libris ſuis: qd uel prætermiſeri uel addideri doceãt. Reꝑhenſores nõ audio: ſequor magiſtros. Delicata doctrina é: pugnãti ictus dictare de muro. Et cũ ipſe unguẽtis delibutus ſis: cruẽtũ militẽ accuſare formidinis. Nec hoc dicẽs ſtati iactãtiæ reus ſum: q̃ cæteris dormiẽtibus: ſolus certaueri. Sed hoc dico: cautius eos poſſe pugnare: q me uiderit uulneratũ. Nolo tale certamẽ adeas: í quo tãtũ te ꝓtegas: & torpẽte dextra ſiniſtra clypeũ circũferas. aut feriẽdũ tibi é: aut cadẽdũ. Nõ poſſum te æſtimare uictorem: niſi aduerſariũ uidero trucidatũ. Legius o eruditiſſimi uiri: í ſcholis pariter & Ariſtotelica illa de Gorgiæ fõtibus manãtia: ſimul didicimus plura eſſe uidelicet genera dictãdi. Et iter cætera aliud eſſe gymnaſticos ſcribere: aliud dogmaticos. In priori uagã eſſe diſputationẽ: & aduerſario reſpõdẽtem: núc hæc nunc illa ꝓponere: Argumẽtari ut libet: aliud loq; aliud agere panẽ ut dicit͂ oſtendere: lapidẽ tenere. In ſequẽti aũt aperta frõs: & ut ita dicã ĩgenuitas neceſſaria é. Aliud ẽ quærere: aliud definire. in altero pugnãdũ: í altero docẽdũ é. Tu me ſtanté í prælio: & de uita periclitantẽ ſtudioſus mgr̃ doceas. Noli ex obliquo & unde non putaris: uulnus íferre: directo ꝓcute gladio. Turpe tibi ẽ hoſtẽ dolis ferire: nõ uiribus: q̃ſi nõ & hæc ars ſũma pugnãtiũ ſit: alibi miari: alibi ꝓcutere. Legite obſecro uos Demoſthenẽ: legite Tullium. ac ne forſitã rhetores uobis diſpliceãt: quorũ artis é ueriſimilia magis q̃ uera dicere: legite Platonẽ: Theophraſtũ: Xenophõtẽ: Ariſtotelẽ: & reliquos q de Socratis fonte manãtes: diuerſis cucurrere flũinibus. qd í illis aptũ: qd ſimplex é? Quæ uerba nõ ſenſuũ? Qui ſenſus nõ uictoriæ? Origenes: Methodius: Euſebius: Apollinaris: multis uerſuũ milibus ſcribunt aduerſus Celſum & Porphyriũ. Cõſiderate qbus argumẽtis: & q̃lubricis ꝓblematibus: diaboli ſpiritu cõtexta ſubuertãt. Et qa ĩterdũ cogunt͂ loq; qd̃ nõ ſentiũt: ſed qd̃ neceſſe é: dicunt aduerſu eos q dicũtur eſſe gentiles. Taceo de latinis ſcriptoribus: Tertulliano: Cypriano: Minutio: Victorino: Lactãtio: Hilario: ne nõ me tã defendiſſe: q̃ alios uidear accuſaſſe: Paulũ apoſtolũ ꝓferam: qué quotieníc̃q; lego: uideor mihi nõ uerba audire: ſed tonitrua. Legite epiſtolas eius & maxie ad Romanos: ad Gallatas: ad Epheſios: in qbus totus í certamine poſitus eſt: & uidebitis eum í teſtimoniis: quæ ſumit de ueteri teſtaméto: q̃ artifex: q̃ prudẽs: q̃ diſſimulator ſit eius qd̃ agit. Vidẽtur quædã uerba ſimplicia: & q̃ſi ĩocẽtis hoĩnis ac ruſticani: & q nec facere nec declinare nouerit ĩſidias. Sed quocunq; reſpexeris: fulmina ſunt. Hæret in cauſa. capit oẽ quod tetigerit. ternum uertit; ut ſuperet. fugam ſimulat: ut occidat. Calũniemur ergo illum. atq; dicamus

ei:Teſtimonia q̄bus cōtra Iudæos: uel cæteras hæreſes uſus es:aliter ī ſuis locis:aliter ſ tuis epiſtolis ſonant 106
Videmus exēpla captiua,ſeruierūt tibi ad uictoriā:quæ ī ſuis uoluminibus nō dimicāt. Nōne nobis loqtur cū ſaluatore:aliter foris:aliter domi loq̄mur? Turbæ parabolas:diſcipuli audiūt ueritatē. Proponit phariſæis dominus quæſtiōes:& non ediſſerit. Aliud ē docere diſcipulū:aliud aduerſarium uincere. Myſterium inqt meū mihi:myſteriū meū mihi & meis. Indignamini mihi q̄ louinianū nō docueri. ſed uiceri? Immo idignāt. ii illum anathematizatū dolēt.& cū laudāt qđ ſunt:accuſant qđ eſſe ſe ſimulant. Quaſi uero rogādus fuerit ut mihi crederet:& nō ſuitus ac repugnās in ueritatis uincla ducēdus. Et hæc dicerem: ſi uincēdi ſtudio cōtra regulā ſcripturaꝝ q̄ppiā locutus fuiſſem:& ſicut uiri fortes ī cōtrouerſiis ſolēt facere:culpā p̄mio redimerē. Nūc uero cū īterpres magis apoſtoli fueri q̄ dogmatiſtes:& cōmētatoris ſim uſus officio:q̄cq̄d duꝝ uidetur ei magis īputeſ quē expoſuimus:q̄ nobis q̄ expoſuimus:niſi forte ille aliter dixit:& nos ſimplicitatē uerborū eius maligna īterp̄tatiōe detorſimus. Qui hoc arguit de ipſis ſcripturis,pbet. Diximus ſi bonū ē mulierē nō tāgere:malū ergo ē tāgere. nihil.n.bono cōtrariū ē:niſi malū. Si aūt malū ē:& ignoſciſ:iō concediſ:ne malo q̄d deterius fiat:& cætera:uſq̄ ad p̄poſitionē alterius capituli. Hoc iō ſubiecius:q̄a apoſtolus dixerat. Bonū ē homini mulierē nō tāgere. Propter fornicationē aūt unuſq̄ſq̄ uxorē ſuā habeat:& unaquæq̄ ſuum uiꝝ habeat. In quo differūt uerba mea a ſenſu apoſtoli:niſi forte in eo q̄ ille ,p̄nunciat ego dubito. Ille definit:ego ſciſcitor. Ille aperte dicit. bonū eſt homini mulierem non tangere ego quotidie quæro:ſi bonum eſt mulierem non tangere Si dubitantis eſt: non confirmantis. Ille dicit. bonum eſt non tangere: ego quid bono contrariū eē poſſit:adiungo. Statimq̄ inconſequētibus animaduertēda apoſtoli prudentia. Non dixit. bonum eſt homini uxorem non habere:ſed bonum eſt inquit mulierem nō tāgere q̄ſi & ī tactu eius periculū ſit:q̄ſi q̄ illā tetigerit nō euadat. Vides igiſ nō de cōiugibus nos exponere: ſed de coitu ſimpliciter diſputare:q̄ ad cōparatōnē pudicitiæ & uirginitatis:& āgelicæ ſimilitudinis:bonū ē homini mulierē nō tāgere. Vanitas uanitatū:oīa uanitas dicit Eccleſiaſtes. Si oēs creaturæ bonæ:ut a bono creatore conditæ: quo mō uniuerſa uanitas? Si terra uanitas:nūq̄d & cæli & angeli & throni dominationes poteſtates cæteræq̄ uirtutes? Sed quæ p ſe bona ſunt:ut a bono creatore cōdita:ad cōpationē meliorū uanitas appellāt. Verbi gratia. lucerna lāpadis cōparatione p nihilo ē:lāpas ſtellæ cōpatiōe nō lucet:ſtellā lunæ cōfer:& cæca ē. Luna ſoli iunge:& rutilat. Solē chriſto cōfer:& tenebræ ſunt. Ego ſum inqt q̄ ſum. Oēm igiſ creaturā ſi deo cōtuleris nō ſubſiſtit. Ne tradas īquit Heſter hæreditatē tuā his q̄ non ſunt: idolis ſcilicet & dæmonibus. & certe erāt idola & dæmōes: q̄bus ne traderēt orabat. In Iob quoq̄ legīus:a Baldab dictū de īpio. Auellaſ de tabernaculo ſuo fiducia eius:& calcet ſup eū:q̄ſi Rex īteritus:habitēt ī tabernaculo eius ſocii eius q̄ non ē. Haud dubiū ē:q̄n diabolus:q̄ cū habeat ſocios:nō aūt haberet niſi eſſet:tamē q̄a deo periit nō eſſe diciſ. Ergo ſecū dū hunc cōpationis ſenſum:malū diximus mulierē tāgere:licet uxoris nulla facta ſit mētio:q̄a bonū ē non tāgere. Et ſubiecimus uirginitatē frumētū nuptias ordeū fornicationē ſtercus bubulū nūcupātes: Vtiq̄ frumentū & ordeū creatura dei ē. Verū ī euāgelio:maior turba ordeaceis pāibus:minor ſrumētaceis paſcitur. Homines īq̄t & iumēta ſaluos facies domine. Aliis uerbis ad ipſum locuti ſumus:quādo aurū uirginitatem argētū nuptias dixīus:& cētū q̄dragīta q̄ttuor milia uirginū ſignatorū:q̄ cū mulieribus nō ſūt coinq̄nati. In quo oſtēdi uolumus:oēs q̄ uirgines nō p̄manſerit:ad cōpationē puriſſimæ & āgelicæ caſtitatis:& ipſius domini noſtri ieſu chriſti eſſe pollutos. Quod ſi cui aſpeꝝ & reꝓhenſione dignū uideſ tantam nos inter uirginitatē & nuptias feciſſe diſtātiā:q̄ta īter frumētū & ordeū ē:legat ſancti Ambroſii de uiduis librū:& īueniet illū īter cætera:quæ de uirginitate & nuptiis diſputauit:etiā hoc dixiſſe. Neq̄ ita cōiugiū prætulit apoſtolus:ut ſtudia uirginitatis extingueret:ſed a cōtinētiæ pfectiōe īcipiēs:ad īcōtinētiæ remedia deſcendit. Et cū brauiū ſupernæ uocationis fortibus demōſtraſſet:deficere tamē ī uia neminē paſſus eſt:ita plaudēs prioribus:ut nō deſpiceret & ſequētes. Didicerat enī & ipſe q̄a dominus leſus:aliis panē ordeaceū ne ī uia deficerent:aliis corpus ſuū:ut ad regnū tēderēt demōſtrauit:& ī cōſequētibus. Nō ergo copula nuptialis q̄ſi culpa uitanda:ſed quaſi neceſſitatis ſarcina declināda eſt. Lex.n.aſtringit uxorē ut ī laboribus & triſtitia filios generet:cōuerſio eius ad unū uirum ſit:ut ei ipſi domineſ. Ergo laboribus & doloribus ī generatione filioꝝ adiiciſ nupta:nō uidua.& dominatui uiri ſubdiſ copulata:nō uirgo. Et ī alio loco. Pretio īq̄t empti eſtis:nolite fieri ſerui hominū. Videtis q̄ euidēs cōiugalis ſit definitio ſeruitutis. Et poſt puſillū. Si igiſ bonū cōiugium:ſeruitus malū:q̄d ē quādo nequeant ſe iuicē ſanctificare:ſed pdere? Vniuerſa quæ nos de uirginitate ac nuptiis lato ſermone diffudimus:ille breui artauit cōpendio:ī paucis multa cōprehendēs. uirginitas ab eo p̄ſuaſio cōtinētiæ:nuptiæ remedia īcontinentiæ prædicant. Et ſignificāter a maioribus ad minora deſcēdēs: uirginibus brauiū ſupernæ uocationis oſtēdit: nuptas ne ī uia deficiāt:cōſolaſ. Alios laudat: alios nō deſpicit. Coniugiū ordeo: uirginitatē corpori Chriſti cōparat. Et puto multo minorē diſtantiā inter frumentum eſſe & ordeū: q̄ inter ordeū & corpus Chriſti. Deinde nuptias dicit:& q̄ſi neceſſitatis ſarcinam declinādam: & definitionē eſſe euidentiſſimæ ſeruitutis. Et multa alia:quæ ī tribus libellis de uirginibus latiſſime,pſecutus ē. Ex q̄bus uniuerſis perſpicuū ē:me nihil noui de uirginibus nuptiſq̄ dixiſſe:ſed maiorū ī oībus ſecutū eſſe ſententiā: tā huius uidelicet q̄ reliquoꝝ: qui de eccleſiaſticis dogmatibus diſputarūt. quoꝝ æmulari ex opto negligentiam:potius q̄ alioꝝ obſcurā diligentiam. Tumeant contra me mariti:quare dixeri. Oro te quale illud bonum eſt:quod orare prohibet? quod corpus Chriſti accipere non permittit? Quando impleo mariti officiū:non impleo cōtinentis. lubet idem apoſtolus in alio loco:ut ſemper oremus. ſi ſemper orādū eſt:nunq̄ ergo cōiugio ſeruiendum. Quoniam quotienſcunq̄ uxori debitum reddo:orare nō poſſum. Hoc quare dixerim:perſpicuum eſt:quia interpretabar illud apoſtoli dictum. Nolite fraudare inuicem:niſi forte ex conſenſu ad tempus:ut uacetis orationi. Paulus apoſtolus dicit:quando coimus cum uxoribus:nos orare

non posse. Si per coitum quod minus est impeditur: id est orare: quanto plus quod maius est: id est corpus Christi, phibet accipere? Petrus ad continentiā cohortat: ne impediāt orōnes nostræ. Quod hic quæso peccatū meū est? Quid cōmerui? Quid deliq? Si turbidæ & nebulosæ aquæ fluunt: nō ē aluei culpa: sed fontis. An iccirco arguor: q̄ de meo aduis sum adiicere: quale illud bonū ē: qđ corpus Christi accipere nō pmittit? Ad hoc breuiter respondebo. Quid ē maius: orare: an Christi corpus accipere? Vtiq; accipere corpus Christi. Si per coitū qđ minus ē impedit: multo magis qđ maius est. Diximus ī eodē uolumine panes ppositiōis ex lege nō potuisse comedere Dauid & socios eius: nisi se triduo mūdos a mulieribus respōdissent. non utiq; a meretricibus: qđ dānabatur a lege: sed ab uxoribus q̄bus licite iungebant. Populū quoq; quādo acceptarus erat legē in mōte Syna: tribus diebus iussum esse ab uxoribus abstineri. Scio romæ hāc esse cōsuetudinē: ut fideles, semper Christi corpus accipiant: qđ nec reprehēdo: nec ꝓbo. Vnusq; q̄ eni in suo sensu abundat. Sed ipsoq; cōscientiam cōuenio: q eodē die post coitū cōmunicāt: & iuxta persium noctē flumine purgāt. Quare ad martyres ire non audent? Quare non ingrediūtur ecclesias? An alius ī publico: alius in domo Christus ē? Quod in ecclesia nō licet: nec domi licet. Nihil deo clausum ē: & tenebræ quoq; lucent apud deum. Probet se unusq; q̄ & sic ad corpus Christi accedat: nō q̄ dilatæ cōmunionis unus dies: aut biduū sanctioré efficiat Christianū: ut quod hodie nō merui: cras uel perendie merear: Sed q̄ dum doleo me nō cōmunicasse corpori Christi: abstineam me pauli ſp ab uxoris āplexu: ut amori cōiugis amoré Christi præferā: durū ē: & nō ferē dū. Quis hoc sæculariū sustinere potest? Qui potest sustinere: sustineat. q nō potest: ipse uiderit. nobis cura ē nō qd unusq; q̄ possit: aut uelit: sed qd scripturæ præcipiāt: dicere. Illud quoq; ī cōmētariolis meis eiusdem apostoli carpit: ī q̄bus dixi: uerū ne q̄s putet ex eo qđ sequtur: ut uacetis orationi. Et iterū ad id ipsum reuertimini: apostolū uelle hoc: & nō ꝓpter maioré ruinā cōcedere: stati īsert: ne tentet uos Sathanas: ꝓpter icōtinentiā uestrā. Pulchra nimirū īdulgentia: & iterū reuertimini ad id ipsum: qđ erubescit suo uocare nomine: qđ tentationi præfert Sathanæ: qđ causam habet īcontinētiā. Laborāus quasi obscurū differere: cū exposuerit se ipse q̄ scripsit. Hoc aūt dico iuxta īdulgentiā: nō secūdū īperiū. Et mussitamus adhuc nuptias nō uocare īdulgentiā: sed præceptū: q̄si nō eodē mō secūda & tertia matrimonia cōcedāt: & reliq̄. Quid hic locutus sum: qđ apostolus non dixerit? Nimirum illud qđ erubescit suo uocere noie. Ego arbitror q̄do dicit ad id ipsum: & rē ipsam tacet: nō eū noiare palā coitū: sed uerecūde ostendere. An qđ sequtur: qđ tētationi præfert Sathanæ: qđ habet cām īcontinētiā? Nōne alio uerborū ordine id ipsum ē: ne tētet uos sathanas ꝓpter īcontinētiam uestrā? An q̄a dixi: & mussitamus adhuc nuptias nō uocare indulgentiā: sed præceptū? Quod si durū ē: iputet apostolo q̄ ait. Hoc aūt dico secūdū īdulgentiā: nō secūdū imperium: & nō mihi q̄ excepto præpostero ordine: nec sensum nec uerba mutaui. Transeamus ad reliq̄. epistolari eni breuitate festinat oratio. Dico īquit apostolus nuptis & uiduis: bonū ē eis si sic pmanserint: ut ego. Si aūt se nō continent: nubant. Melius ē eni nubere q̄ uri. Quod capitulū nos sic īterpretati sumus: postq̄ nuptis cōcesserat usum cōiugii: & ostēderat ipse qd uellet: qd ue cōcederet: transit ad nuptas & uiduas: & sui ꝓponit exēplum: & felices uocat: si sic pmanserint. si aūt se nō cōtinent: nubant: ld ipsum dicēs qđ supra. ꝓpter fornicationē aūt: & ne tentet uos sathanas ꝓpter īcontinentiā uestrā. Redditq; cām cur dixerit: si se non cōtinēt nubant. melius ē eni nubere q̄ uri. Ideo melius ē nubere: q̄a peius ē uri. Tolle ardorē libidinis: & nō dicet: q̄a melius ē nubere. Melius semp ad cōparationē deterioris respicit: nō ad simplicitatē incōparabilis per se boni: uelut si diceret. Melius ē unū oculū habere q̄ nullū. Et post paululū. cū apostrophā feciſſem: ad apostolum ituli. Si per se bonæ nuptiæ sunt: noli eas īcendio cōparare: sed dic simpliciter bonū est nubere. Suspecta est mihi bonitas eius rei: quā magnitudo alterius mali: malū esse īferius cogit. Ego aūt nō leuius malū: sed simplex per se bonū uolo. Vult apostolus īnuptas & uiduas absq; coitu pmanere: & ad exēplū sui ꝓuocat: & feliciores uocat: si sic permāserit. Si aūt se cōtinere nō possunt: & ardorē libidinis: nō tā cōtinētia uolunt q̄ fornicatione restinguere: melius est nubere q̄ uri. Ad qđ nos itulimus. Ideo melius est nubere: q̄a peius ē uri: nō nostrā sentētiā ꝓferēres: sed īterpretātes illud apostoli. melius est nubere q̄ uri. i. melius ē meritū ducere q̄ fornicari. Si uri uel fornicari bonū esse docueris: tūc bono melius ꝓferē. Si aūt uri malū ē: qđ malopræfert: nō est germanæ & puræ integritatis: nec eius beatitudinis quæ angelis cōparat. Si dixero melius ē uirginē esse q̄ nuptā: bono melius prætuli. Si aūt alterū gradū fecero: melius est nubere q̄ fornicari: ibi nō bono melius: sed malo bonū prætuli. Multa diuersitas ē iter id melius qđ nuptiis: & iter id qđ fornicationi anteponit. Obsecro te: qd in hac dissertione peccaui? Propositū mihi erat: nō ad meā uoluntatē scripturas trahere: sed id dicere qđ scripturas uelle intelligebā. Cōmētatoris officiū ē: nō qđ ipse uelit: sed qđ sentiat ille qué interpretat exponere. Alioqn si cōtraria dixerit: nō tā interpres eri q̄ aduersarius eius: qué nitit explanare. Certe ubicūq; scripturas nō interpretor: & libere de meo sensu loquor: arguat me q̄libet dux qd dixisse cōtra nuptias. Quod si nō repperit: q̄ qd uel austerū esse uidet: uel durū: id nō scriptoris auctoritati sed īterpretātis officio deputet. Illud uero ferre q̄s possit: quod in me reprehenditur: quare exponēs capitulū apostoli: ii quo de cōiugibus scripsit: tribulationē carnis habebunt huiusmodi dixeri: nos ignari rei: putabamus nuptias salté carnis habere lætitiam? Si aūt nubētibus & in carne tribulatio ē: in qua sola uidebantur habere delitias: quid erit reliquum ꝓpter quod nubant: cū & ī spiritu & in anima & in ipsa carne tribulatio sit? Quæ hæc condemnatio matrimonii ē: Si ifantū uagitus: filioq; mortes: diuortia: dāna domus: & cætera huiusmodi tribulationē diximus nuptiaq;? Dū adhuc uiueret sanctæ memoriæ Damasus: librū contra Heluidiū de beatæ Mariæ uirginitate perpetua scripsibus: ī quo necesse fuit nobis ad uirginitatis beatitudinē prædicādam: multa de molestiis dicere nuptiaq;. Num uir egregius & eruditus in scripturis: & uirgo ecclesiæ uirginis doctor aliquid in illo sermone reprehendit? In libro quoq; ad Eustochium: multo duriora de nuptiis diximus: & nemo super hac re læ-

ſus eſt. Amator quippe caſtitatis: præconium pudicitiæ ītenta aure captabat. Lege Tertullianum: lege Cypri
anum: lege Ambroſium: & cum illis me uel accuſa: uel libera. Inuentæ ſunt plautinæ familiæ & ſciolætan
tum ad detrahendū: q̄ in eo ſe doctos oſtentare uelint, ſi oīum dicta lacerent: & ī una atq; eadē cauſa & me
& aduerſarium id ē utrūq; reprehēdant: & cū e duobus alterū neceſſe ſit uincere: ambos uictos eſſe cōtēdāt:
Porro ubi de dygamis & trigamis diſſerentes dixīus: melius eſt licet alterū & tertiū unū uiq; noſſe: q̄ plurī
mos: id eſt tolerabilius ē uni homini ꝓſtit utam eſſe: q̄ plurimis: Nōne ſtatī cur hæc dixerimus ſubiecimus?
Siqdem & illa ī euangelio ſamaritana ſextum maritum habere ſe dicēs: arguīt a domino: q̄ non ſit uir eius.
Ego etiam nunc libera uoce ꝓclamo nō dānari in eccleſia digamiam īmo nec trigamiam: & ita licere quīn
to & ſexto & ultra: quo mō & ſecūdo marito nubere. ſed quo mō nō dānanť iſtæ nuptiæ: ita nec prædicanť.
ſolatia miſeriæ ſunt: nō laudes cōtinētiæ. Vnde & ī alio loco dixi, ubi unus maritus excediť nihil refert ſecū
dus an tertius ſit: qa deſinit eſſe monogamus. Oīa licēt: ſed nō oīa expediunt. Nō dāno bigamos: īmo nec tri
gamos: & ſi dici poteſt octogamos: habeat quælibet octauū maritū: & deſinat eſſe proſtituta. Veniam & ad
illum locū: ī quo arguor quare dixerī duntaxat iuxta hebraicā ueritatē in die ſecūdo nō additū ſicut in prīo
& tertio & reliqs: uidit deus qa bonū ē: ſtatiq; ſubieceri nobis intelligentiam dereliquī. Nō eſſe bonū dupli
cem numerū: q̄ ab uniōe diuidat: & præfiguret fœdera nuptiaq;. Vnde & ī arca Noe oīa aīmalia quæcunq;
bina īgrediunť īmunda ſunt: Impar numerus eſt mūdus. In hoc neſcio quid reprehēdať iteri de ſecūda die:
utrū qa ſcriptū eſt: & ſcriptū eſſe nō dixīus. An qa etiā ſi ſcriptū eſt: nos aliter ītellexīus: q̄ ſcripturæ ſimplici
tas patiť. Scriptū nō eſſe ī ſecūdo die: uidit deus qa bonū eſt: nō meū accipiāt teſtimoniū: ſed cūctoq; hebræ
orum: & alioq; īterpretū: Aqlæ uidelicet & Symmachi Thæodotionis. Si aūt ſcriptū nō eſt cum ī cæteris die
bus ſcriptū ſit aut reddāt aliā ꝓbabiliorem cām: q̄re nō ſcriptū ſit: aut ſi nō reppererīt: īgrati ſuſcipiant qď a
nobis dictū ē. Porro ſi ī arca Noe oīa animalia quæ bina īgrediūtur īmunda ſunt: & īpar numerus mundus
ē: & hoc ſcriptū eſſe nemo dubitat: q̄re ſcriptū ſit ediſſerāt. ſi aūt nō ediſſerunt qď a me expoſitū ē: uelint no
lint ſuſcipient: Aut ꝓfer meliores epulas & me cōuiua utere. Aut qualiacūq; noſtra cœnula cōtētus eſto: ſci
licet nūc enumerandū mihi eſt: q̄ eccleſiaſticorū de īpari numero diſputarūt: Clæmens Hyppolitus. Orige
nes: Dionyſius: Euſebius: Didymus, noſtrorūq; Tertullianus: Cyprianus: Victorinus: Lactantius: Hilarius.
Quorū Hilarius de ſeptenario: ld ē de īpari numero diſſerēs: quæ & quāta dixerit ad Fortunatū liber illius
teſtimonio ē. An forſitan Pythagorā & Architan tarentinū: & Scipionē ī ſexto de Republica de īpari nume
ro ꝓferā diſputātes? Et ſi hos audire noluerīt obtrectatores mei: grāmaticoq; ſcholas eis faciā cōclamare: nu
mero deus īpare gaudet. Grāde piaculū: euerſæ ſunt eccleſiæ: orbis audire nō poteſt: ſi mūdioré uirginitatē
dixīus eſſe q̄ nuptias: ſi parē numerū īpari ſubiecīus; & ueteris teſtaméti typos euangelicæ ueritati ꝓfeciſſe
mōſtrauimus. Cætera quæ ī libro noſtro reꝑhenſa ſunt: uel leuiora puto: uel ad eundē ſenſum ꝓtinētia. un
de ad ea reſpondere noluī: ne & libelli excederē magnitudinē: & tuo uideret īgenio diffidere: qué patronum
cauſæ meæ āte habui: q̄ rogaré. Igiť hoc extrema uoce ꝓteſtor: me nec dānaſſe nuptias nec dānare: reſpōdiſ
ſe aduerſario: nō meoq; iſidias formidaſſe. Virginitatē aūt ī cælū fero: nō qa habeo: ſed qa magis miror: qď
nō habeo. Ingenua & uerecūda cōfeſſio ē: quo ipſe careas: id ī aliis prædicare. Nūqd qa graui corpore terræ
hæreo: auium non miror uolatus? Nec columbam prædico: q̄

Radit iter liquidum: celeres neq; commonet alas?

Nullus ſe decipiat: nemo blādo adulatore ſe p̄cipitet. Pria eſt uirginitas a natiuitate: ſecūda uirginitas a ſecū
da natiuitate: nō ē meus ſermo. Antiq̄ ſentētia ē. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire: carni & ſpiritui. Ca
ro cōcupiſcit aduerſus ſpiritū: ſpiritus aūt aduerſus carnē. hæc ad iuicē ſibi aduerſanť: ut nō quæ uolumus:
facimus. Quādo aliqd tibi aſperū uideť ī noſtro opuſculo: nō ad mea uerba reſpicias: ſed ad ſcripturā unde
mea tracta ſunt uerba. Chriſtus uirgo: mater uirginis noſtri uirgo ꝑpetua mater & uirgo. Ieſus. n. clauſis in
greſſus ē hoſtiis: & in ſepulchro eius: qď nouū & in petra duriſſima fuerat exciſum: nec antea qs: nec poſtea
poſitus ē. Ortus cōcluſus eſt fons ſignatus: de quo fonte ille fluuius manat iuxta Iohel: q̄ irrigat torrentem:
uel funiū: uel ſpinaq; peccatoq;. funū qbus ante alligabanť: ſpinaq; quæ ſuffocabāt ſemētem patris famili
as. Hæc ē porta orientalis (ut ait Ezechiel) ſemp clauſa & lucida: & operiēs ī ſe: uel ex ſe ꝓferēs ſancta ſancto
rū: ꝑ quā ſol iuſtitiæ: & pontifex noſter ſecūdū ordinē Melchiſedech ingrediť & egrediť. Reſpondeant mi
hi: quo mō Ieſus īgreſſus ē clauſis hoſtiis: cū palpandas manus & latus cōſiderandū & oſſa carnēq; mōſtraue
rit: ne ueritas corporis phantaſma putareť: & ego reſpōdebo quo mō ſancta Maria ſit & mater & uirgo. Vir
go poſt partū: mater ante q̄ nupta. Igiť ut dicere cœperāus: chriſtus uirgo: uirgo Maria: utriuſq; ſexus uirgi
nitatis dedicauere principia. Apoſtoli uel uigines: uel poſt nuptias cōtinētes. Epi: p̄ſbyteri: diaconi: aut uirgi
nes eliguntur: aut uidui: aut certe poſt ſacerdotiū ī æternū pudici. Quid nobis ipſis illudimus & iraſcimur:
ſi ſudantibus nobis ſemp ad coitū p̄mia pudicitiæ denegenť? Volumus opipare comedere uxoq; adhærere
cōplexibus: ī numero uirginū & uiduarū regnare cū chriſto. Idē ergo habebit fames p̄miū & ingluuies: ſor
des & mūditiæ: ſaccus & ſericū. Lazarus recepit mala in uita ſua: & diues ille purpuratus: craſſus & nitidus:
fruitus eſt carnis bonis dū aduiueret. Sed diuerſa poſt morté tenēt loca. miſeriæ delitiis: & delitiæ miſeriis
commutantur. In noſtro arbitrio eſt: uel Lazarū ſequi: uel diuitem.

Beati Hieronymi p̄ſbyteri ad Domnionem epiſtola iuectiua cōtra Garrulū monachū detractoré ſuum:
qui cōtra louinianum ſcripta carpebat: quē monet ut ſcriptis agat: ſi audeat detractare: nō maledictis. xlviii.

Itteræ tuæ & amorem pariter ſonant & querelam. Amorem tuū quo ſedulo monēs etiā: quæ tuta
ſunt: in nobis pertimeſcis. querelam eoq; qui non amāt: & quærentes occaſionem in peccatis: garriūt
aduerſus fratrem ſuum: & contra filium matris ſuæ ponunt ſcandalum. Scribis eos: immo neſcio quem de

triuio:de cõpitis:de plateis circũforanũ monachũ:rumigerulũ:rabulũ:uafrũ tãtum ad detrahendum:q̃ per trabẽ oculi ſui feſtucã alterius nitat̃ eruere: cõcionari aduerſum me:& libros quos cõtra louinianum ſcripſi:canino dente rodere: lacerare:cõuellere. Hũc dialecticũ urbis ueſtræ & plautinæ familiæ columẽ non legiſſe quidem κατηγορυασ: id eſt prædicamenta Ariſtotelis: non περὶ ἑρμηνειασ: id eſt de interpretatione:non τοπυκα:ideſt locales ſedes argumentoꝝ:non ſaltem Ciceronis τομόυσ: id eſt partitiones: ſed per imperitorum circulos:mulierculaꝝ ſυλλογισμα:id eſt cõuiuia ſyllogiſmos texere:& quaſi ſophiſmata noſtra callida argumẽtatione diſſoluere. Stultus ego q̃ me putauerĩ hæc abſq̃ philoſophis ſcire non poſſe: q̃ meliorẽ ſtili partẽ meam legerĩ quæ deleret q̃ quæ ſcriberet. Fruſtra ergo Alexandri uerti commẽtarios: ne quiſquam me doctus magiſter εἰσαγωγην introduxit ad logicam:& ut humana contemnam ſine cauſa Gregoriũ Nazianzenum & Didymũ ĩ ſcripturis ſanctis cathetiſias: ideſt purgatores habui. nihil mihi ꝓfuit hebræorum eruditio: & ab adoleſcẽtia uſq̃ ad hanc ætatem quotidiana ĩ lege: ꝓphetis:euãgeliis:apoſtoliſq̃ meditatio. Inuentus eſt homo abſque præceptore perfectus πνευμα τοφορὸσ ἐνθρονοσ: ideſt ſpiritifer cathedralis:q̃ eloquẽtia Tulliũ:argumẽtis Ariſtotelẽ:prudẽtia Platonẽ:eruditiõe Ariſtarchũ:multitudie librorũ Calcẽterꝝ:Didymũ ſciẽtia ſcripturarꝝ:oéſq̃ ſui tẽporis uincat tractatores. Deniq̃ dicit̃ materiã poſcere:& ad carnẽ & ad deũ aliq̃d referẽs ĩ utrãq̃ partẽ:hoc ẽ & pro iuſtitia & cõtra iuſtitiam diſputare. liberatus eſt mũdus a periculo:& hæreditariæ uel cẽtũuirales cauſæ de barathro erutæ:q̃ hic forũ negligens ſe ad eccleſiam tranſtulit. Quis hoc uolẽte fuiſſet ĩnoxius? Quẽ criminoſum nõ huius ſeruaſſet oratio? Cũ cœpiſſet in digitis partiri cauſam:& ſyllogiſmoꝝ ſuorũ retia tẽdere. Nã ſi applauſiſſet pedẽ:ĩtẽdiſſet oculos:rugaſſet frõtẽ:iactaſſet manũ:uerba tornaſſet:tenebras ilico ãte oculos effudiſſet iudicibus. Nec mirũ ſi me & abſcentẽ etiã iã diu abſq̃ uſu latinæ linguæ ſemigræculũ:barbarũq̃ hõ latiniſſimus & facũdiſſimus ſupet:cũ præſentẽ louinianũ leſu bonæ q̃lẽ & q̃tũ uirũ:cuius nemo ſcripta itelligeret q̃ ſibi caneret tantum:& muſis eloquẽtiæ ſuæ mole oppreſſerit. Quæſo igit̃ pater cariſſime:ut moneas eũ:ne loq̃tur cõtra ꝓpoſitũ ſuũ:ne caſtitatẽ habitu pollicẽs uerbis deſtruat:ne uirgo uel cõtinẽs(ipſe enĩ uiderit q̃d eſſe ſe iactet)maritos uirginibus cõparet:& fruſtra aduerſus hominẽ diſertiſſimũ tãto tẽpore digladiatus ſit. Audio præterea eũ libenter uirginũ & uiduarũ cellulas circumire:& adducto ſupcilio de ſacris iter eas litteris philoſophari:q̃d in ſecreto: q̃d in cubiculo mulierculas docet. ut hoc ſciant eſſe uirgines:q̃d̃ maritas:ut floré ætatis nõ negligãt:ut comedãt & bibant:& balneas adeãt:mũditias apperãt:unguẽta nõ ſpernãt. An magis ieiunia & pudicitiã & illuuiem corporis. Vtiq̃ illa præcipit quæ plena uirturis ſunt. fateat̃ ergo publice q̃d̃ domi loq̃tur. Aut ſi & domi eadẽ docet quæ & publice:a puellarꝝ cõſortio ſeparãdus ẽ. Miror aũt nõ erubeſcere iuuenẽ & monachũ: ut ſibi uideat̃ diſertũ:cuius de ore ueneres fluunt. q̃ tãtæ ĩ ſermocinãdo elegãtiæ eſt:ut comico ſale ac lepore cõſperſus ſit:luſtrare nobiliũ domos:hærere ſaluationibus matronarꝝ:religionẽ noſtrã pugnã facere:& fidẽ Chriſti cõtẽtione torquere uerboꝝ:atq̃ inter hæc fratri ſuo detrahere. Vtiq̃ ſi errare me arbitratus ẽ(ĩ multis enĩ offendimus oẽs:& ſi q̃s in uerbo nõ peccat hic perfectus eſt uir) debuit uel arguere:uel ĩterrogare per litteras. q̃d̃ uir eruditus & nobilis facit Pãmachius:cui ego reſpõſum dedi:ut potui.& epiſtola longiore diſſerui:quo unũquodq̃ ſenſu dixerĩ. Imitatus ſaltẽ fuiſſet tuã uerecũdiã: q̃ ea loca: quæ ſcandalũ q̃buſdã face re uidebant̃: excerpta de uolumĩe per ordinẽ digeſſiſti:poſcens ut uel emẽdarem uel expõerẽ:& nõ tãtæ me putaſti demẽtiæ:ut in uno atq̃ eodẽ libro & ꝓ nuptiis:& cõtra nuptias ſcriberẽ. parcat ſibi:parcat mihi:parcat nomini Chriſtiano. Monachũ ſe eſſe nõ loquẽdo & diſcurſando:ſed tacẽdo & ſedẽdo nouerit. legat Hieremiã dicentẽ:Bonũ eſt uiro: cũ portauerit iugũ ab adoleſcentia ſua. Sedebit ſolus & tacebit:q̃a tulit ſuper ſe iugũ. Aut ſi certe ĩ oẽs ſcriptores cẽſoriã accepit uirgulã & iccirco ſe eruditũ putat:q̃a louinianũ ſolus intelligit:ẽ qppe ꝓuerbiũ. balbũ melius balbi uerba cognoſcere:oés cõſcriptores pellamus Attalo iudice. Ipſe quoq̃ louinianus cõuiua litteræ iuſtiſſimæ ꝓclamabit:q̃d̃ me dãnãt epiſcopi nõ eſt ratio:ſed cõſpiratio. Nolo mihi ille uel ille reſpõdeat. quoꝝ me auctoritas opprimere poteſt:docere nõ poteſt. Scribat cõtra me uir; cuius & ego linguã intelligo. quẽ cũ uicero:oés homies ſimul uicerĩ. ego eũ bene noui. Experto credite:quãtus In clypeũ aſſurgat:quo turbĩe torqueat haſtam. Fortis eſt:& in diſputãdo nodoſus:& tenax:& q̃ obliquo & acuminato pugnet capite. Sæpe de nocte uſq̃ ad ueſperã cõtra nos in plateis clamauit. habet lateris & athletarꝝ robur:& ualde corpulẽtus ẽ. uideat̃ mihi occulte mei dogmatis eſſe ſectator. Præterea nũq̃ erubeſcit. nec cõſiderat q̃d:ſed quãtũ dicat:& in tantã uenit opinionẽ eloquẽtiæ ut ſoleãt dicta eius curatorꝝ eſſe dictata. Quotiẽs me iſte ĩ circulis ſtomachari fecit: & adduxit ad colerã? Quotiens cõſpuit & cõſputus abſceſſit? Sed hæc uulgaria ſunt:& a quolibet de ſectatoribus meis poſſunt fieri:ad libros ꝓuoco. ad memoriã in poſteros trãſmittendã loq̃mur ſcriptis:ut de nobis tacitus lector iudicet. ut quõ ego diſcipulorꝝ gregem duco:ſic ex huius nomine Gnatõici uel Phormiõici uocentur. non eſt grande ĩ Dõnione garrire per angulos:& medicorũ tabernas:ac de mũdo ferre ſentẽtiam. hic bene dixit:ille male. Iſtæ ſcripturas nouit:ille delirat. iſte loq̃x:ille ifantiſſimus ẽ. Vt de oĩbus iudicet:cuius hoc iudicio meruit? Contra quẽlibet paſſim in triuiis ſtrepere:& cõgerere maledicta:nõ cria ſcurarũ ẽ.& paratoꝝ ſemper ad lites moueat manum:figat ſtilum:commoueat ſe:& q̃quid poteſt:ſcriptis oſtendat:det nobis occaſionem reſpondẽdi diſertitudini ſuæ. poſſum reſpõdere ſi ueli:poſſum genuinũ dẽtẽ læſus ĩfigere. Et nos didicius litteras:& nos ſæpe manũ ferulæ ſubtraximus. De nobis quoq̃ dici põt Fœnũ habet ĩ cornu:longe fuge. Sed magis uolumus eſſe diſcipuli eius q̃ ait. dorſum meũ poſui ad flagella:& faciẽ meam nõ auerti a cõfuſiõe ſputorũ. q̃ cũ malediceret̃:nõ remaledixit.& poſt alapas crucẽ:flagella:blaſphemias nouiſſime ꝓ crucifigentibus dẽpcatus eſt dicens:pater ignoſce eis. q̃d̃ enĩ faciũt:neſciunt.& ego ignoſco errori fratris. intelligo:quia diaboli arte deceptus eſt. Inter mulierculas ſciolus ſibi & eloquens uidebatur. poſtq̃ romã mea opuſcula peruenerũt:q̃ſi æmulũ exhorruit;

& de me quoq; captauit gloriam. Vt nullus esset in terris: q nō eius eloquētiæ displiceret: exceptis iis quorū potentiæ nō parcit: sed cedit, imo quos non honorat: sed metuit: uoluit scilicet homo peritissimus ut ueteranus miles uno rogatu gladii pcutere utrūq; & ostendere populis: q; qcqd ipse uellet: hoc scriptura sentiret. Dignet igit nobis sermonē suū mittere: & nō reprehendēdo: sed docēdo garrulitatē nostrā corrigere. Tunc intelliget aliā uim fori esse: aliā triclinii: nō æque iter fusa & calathos puellax: & inter eruditos uiros de diuinæ legis dogmatibus disputari. Nūc libere & ipudēter iactat in uulgus & pstrepit, dānauit nuptias: & inter uteros tumētes infantiū uagitus & lectulos maritorū: qd apostolus dixerit: tacet: ut me solū in iuidiā uocet. Cū aūt ad libros uenerit: & pedē pedi cōtulerit: & uel ꝓposuerit aliqd de scripturis: uel audierit ꝓponentem: tūc sudabit: tunc hærebit, pcul Epicurus: longe Aristippus, subulci non aderunt: fœta scropha nō grūniet.

Et nos tela pater ferrūq; haud debile dextra
Spargimus: & nostro sequit ae uulnere sanguis

Porro si nō uult scribere: & tantū maledictis agendū putat: audiat tot iteriacentibus terris: fluctibus: populis: salte & hoc clāoris mei, nō dāno nuptias: nō dāno cōiugiū. Et ut certius sentētiā meā teneat: uolo oēs qui ꝓpter nocturnos forsitan metus soli cubitare non possunt uxores ducere.

Argumentum.

h Ieronymi ad Marcellā cōtra Montani hæretici īsaniā: q ꝓmissionē sancti spiritus ī se dicebat esse cōpletam: ostēdēs nō ī eo tantū: sed in aliis eius dogma a catholica ecclesia discrepare. Quis aūt fuerit ipse Mōtanus: & quo tēpore hæresis suscitata sit: habes qnto historiæ ecclesiasticæ libro.

Beati Hieronymi ad Marcellā de fide nostra: & dogmate hæretico.

t Estimonia de Ioānis euāgelio cōgregata tibi qdā Mōtani sectator īgressit: ī qbus saluator noster se ad patrē iturū: missurūq; paraclytū pollicet. Quæ ī qd' ꝓmissa sint tēpus: & quo cōpleta sint tempore: apostolox acta testāt: decia die dixit post ascēsum domini: hoc é qnquagesima post resurrectionē spiritū sanctū delcēdisse: linguasq; credētiū esse diuisas: ita ut unusq; sq; oium gentiū sermone loqueret: quādo qdā adhuc pax credētiū eos musto ebrios esse asserebant. Et Petrus stās in medio apostolox: oisq; cōuētus ait. Viri iudæi: & oēs qui habitatis in Hierusalē: hoc uobis notū sit: & auribus pcipite uerba mea. Nō, n. sicut uos æstimatis ii ebrii sunt. nā est hora diei tertia. Sed hoc est qd' dictū est per ꝓphetā Ioel. In nouissimis diebus dicit dominus: effundā de spiritu meo ī oēm carnē: & ꝓphetabunt filii & filiæ eox: & iuuenes uisiones uidebunt: & seniores somnia somniabunt: & qdē in seruos meos & ancillas effundā de spiritu meo. Si igitur apostolus Petrus: super quē fundauit dominus ecclesiam & ꝓmissionē domini illo tēpore cōpletam memorauit: quo mō possumus nobis tēpus aliud uēdicare? Quod si uoluerint respōdere: & Philippi deinceps q̄ttuor filias ꝓphetasse: & ꝓphetā Agabū reperiri: & in diuisionibus spiritus iter apostolos & doctores ꝓphetas quoq; apostolo scribēte formatos: ipsumq; Paulū de futuris hæresibus multa & de fine sæculi ꝓphetasse: sciant a nobis nō tantū ꝓphetiā repelli: quæ domini passione é signata: q̄ eos nō recipi: q; cū scripturæ ueteris & nouæ auctoritate nō cōgruāt Primū ī fidei regula discrepamus. Nos patrē & filiū & spiritū sanctū in sua unūquēq; psona ponimus: licet subst̄atia copulemus. Illi Sabellii dogma sectātes trinitatē ī unius personæ angustiis cogūt. Nos secūdas nuptias nō tā appetimus q̄ cōcedimus: Paulo iubēte ut uiduæ adolescētulæ nubāt. Illi ī tātū scelerata iterū cōiugia: ut qcūq; hoc fecerit adulter habeat'. Nos unā q̄drageſimā secūdū traditionē apostolox toto āno nobis cōgruo ieiunamus. illi ī āno tres faciūt q̄drageſimas: q̄si tres passi sint saluatores. Nō quo & p totū annū excepto penthecoste ieiunare nō liceat: sed qd' aliud sit necessitate: aliud uoluntate munus offerri apud nos: apostolox locū episcopi tenēt: apud eos eps tertius é. Habent. n. primos de pepusa phrygiæ patriarchas, secūdos quos appellāt zenonos: atq; ita ī tertium. i. pene ultimū locum episcopi deuoluunt: q̄si ex īde ābitiosior religio fiat: si qd' apud nos primū é: apud illos nouissimū fit. Illi ad oē pene delictū ecclesiæ obserāt fores: nos quotidie legimus. Malo pœnitētiā peccatoris q̄ mortē: & nunqd qui cadit nō resurget dicit dominus: & cōuertimini ad me filii cōuertentes: & ego curabo contritiones uestras. Rigidi aūt sunt nō quo & ipsi peiora nō peccēt: sed qd' hoc iter nos & illos sit: qd' illi erubescāt cōfiteri peccata q̄si iniusti: nos dū pœnitētiā agimus facilius ueniā ꝓmeremur. Prætermitto scelerata mysteria quæ dicūtur de lactēte puero & uicturo martyre cōfarrata malo iniq̄ nō credere, sit falsum oē qd' sanguinis é. Aperta é conuincēda blasphemia dicētiū: deū primū uoluisse ī ueteri testamēto p Moysen & ꝓphetas saluare mūdum. Sed qa nō potuit explere: corpus sumpsisse de uirgine: & ī Christo sub specie filii prædicantē mortē obisse ꝓ nobis: & qa p duos gradus mūdū saluare nequerit: ad extremū p spiritū sanctū ī Mōtanū Priscā & Maximillam īsanas fœminas descēdisse: & plenitudinē quā Paulus nō habuerat dicēs ex pte cognoscimus: & ex pte ꝓphetamus: & nūc uidemus p speculū ī enygmate absciſum: & semiuirū habuisse Mōtanū. Hæc sunt quæ cōargutione nō īdigēt: pfidiā eox expositisse supasse est. necesse est ut singula deliramēta quæ ꝓferūt: breuior epistolæ sermo subuertat: cū & tu ipsas scripturas apprime tenēs nō tā ad eox mota sis quæstiones q̄ qd sentirem a me uolueris scisciari.

Argumentum.

b Eati Hieronymi ad Oceanū detestātis tāq̄ hæreticos eos: q putāt post baptismū priora obstare coniugia: & ꝓpterea bigamiā taliū ordinationi obstare. Vbi expōit capitulū illud apostoli Vnius uxoris uirū. Deīde laudē efficaciāq; baptismi exēplis effert atq; sententiis. & postremo reliq̄ quoq; capitula quæ in episcopo req̄rit ꝓsequt'. Aduerte tamē qd' priori sentētiæ de bigamia refragat' Augustius & Ambrosius: quorum sententia comprobatur in decretis. xxvi. dis. c. Acutius cum sequentibus.

Beati Hieronymi ad Oceanum de unius uxoris uiro. Epistola. xlviiii.

Vnq̄ fili Oceane fore putabā: ut indulgentia pricipis calūniā sustineret reox: & de carceribus exeū

tes:poſt ſordes ac ueſtigia cathenarū:dolerēt alios relaxatos.In euāgelio audit iuidus ſalutis alienæ:amice: ſi ego bonus ſū: q̄re oculus tuus neq̄ é? Cōcluſit deus oīa ſub peccato:ut oībus miſereat.ubi abūdauit peccatū ſupabūdauit & gratia. Cæſa ſunt ægypti priogenita:& ne iumentū qdē Iſraheliticū in ægypto derelictū é. Et cōſurgit mihi chaina hæreſis. Atq; oli emortua uipera cōtritū caput leuat.quæ nō ex pte ut āte cō ueuerat: ſed totū Chriſti ſubruit ſacramentū. Dicit.n.eſſe aliq̄ peccata:quæ Chriſtus nō poſſit purgare ſanguine ſuo. & tā ꝓfundas ſcælerꝫ priſtinorꝫ ihærere corporibus atq; animis cicatrices:ut medicina illius attenuari non queat. Quid aliud agit: niſi ut Chriſtus fruſtra mortuus ſit? Fruſtra aūt mortuus é: ſi aliquos uiuificare nō poteſt. Mētit Ioannes Baptiſta:& digito Chriſtū & uoce demōſtrās:ecce agnus dei:ecce q tollit peccata mūdi: ſi ſunt adhuc ī ſæculo:quorꝫ Chriſtus peccata nō tulerit. Aut.n.oſtēdendi ſunt nō eſſe de mundo:quos Chriſti ignoret īdulgētia. Aut ſi de mūdo ſunt: eligendū e duobus alterū. liberati a peccatis:Chriſti potētiā ꝓbāt.nō liberati: q̄ſi adhuc rei ībecillitatē demōſtrāt. ſed abſit hoc de oīpotēte credere:q; ī aliquo īpotēs ſit.oīa quæ pater facit:& filius facit ſimiliter. Infirmitas filii redūdat ad patrē. Cūcta ouiculæ mēbra portata ſunt. rotæ apoſtoli epiſtolæ Chriſti gratiā īſonāt. Et ne paꝫ uidereť ſimplex gratiæ nūcupato:gratia inqt uobis & pax multiplicet.multiplicatio ꝓmittit: & a nobis paucitas affirmat. quorꝫ ſunt iſta noſti ꝓblemata. Carterius hiſpaniæ epiſcopus hō & ætate uetus & ſacerdotio:unā āte q̄ baptizaret:alterā poſt lauacrū:priore mortua duxit uxorē.& arbitraris eū cōtra apoſtoli feciſſe ſentētiā. q ī catalogo uirtutū: epiſcopū unius uxoris uirū ꝓceperit ordinādū. Miror aūt te unū ꝓtraxiſſe ī mediū cū oīs mūdus his ordinationibus plenus ſit. Nō dico de ꝓſbyteris:nō de īferiori gradu. Ad epiſcopos uenio quos ſi ſingillatī uoluero nominare:tātus numerus cō gregabit:ut Ariminēſis ſynodi multitudo ſupereť. Sed īdecens é ſic unū tueri:ut plures accuſare uidearis & quē ratione nō poſſis:ſocietate peccātiū defendas. Suſtinui Romæ a uiro eloquētiſſimo cornutū ſutdicit ſyllogiſmū:ut quocūq; me uertere ſtrictius retinerer. Vxorē īqt ducere peccatū é:an nō? Ego ſiplex:& q īſidias uitare neſcirē:dixi nō eſſe peccatū. Rurſum aliud ꝓpoſuit.ī baptiſmate bona opa dimmittūť:an mala? Et in hoc idē ſimpliciter reſpōdi peccata dimitti. Cū me ſecuꝫ putarē:cœperūt mihi hinc īde cornua īcreſcere: & abſcōditæ prius acies dilatari. Si īqt uxorē ducere nō é peccatū:baptiſmū aūt peccata dimittit:qcqd non dimittit:reſeruat:ilico mihi q̄ſi a fortiſſimo pugili pcuſſus eſſem:āte oculos caligo obuerſari cœpit. Stariq; recordatus Chryſippi ſophiſmatis:ſi mētiris:& quæ ueꝫ dicis mētiris: & ī me reuerſus cōuerti ī aduerſariū ꝓpōis ſtrophā. Quæſo inq̄ te:ut reſpōdeas. Baptiſmus hōem facit nouū:an nō? Vix dedit qd' nouum faceret. gradati intuli:ex toto nouū facit:an ex pte? Reſpondit ex toto. Deiceps īterrogaui:nihil ergo ueteris hōis in baptiſmate reſeruat. Mouit caput. cœpi ꝓtinus texere. Si baptiſmus nouū hōiem facit:& ex toto nouū creat:nihilq; ī eo ueteris hōis reſeruat:nō pōt nouo īputari:qd' ī ueteri quōdā fuit. Primū ſpinoſulus noſter obmutuit: poſtea uero Piſoniano uitio cū loq neſciret:tacere nō potuit. Sudare tamē frōs:pallere genæ:treme re labia:hærere lingua:ſaliua ſiccari:& plus timore q̄ ætate cōtrahi. erupit aliq̄do. Nonne legiſti ab apoſtolo unius uxoris uiꝫ aſſumi ī ſacerdotiū? & rē nō tēpora definiri? qa me ſyllogiſmis ꝓuocauerat:& uidebā tēde re hōiem ad īterrogatiūculas tortuoſas:ſua cōtra illū tela iaciebā. Baptizatos inq̄ apoſtolus elegit ī epiſcopatū:an cathecuminos? Reſpōdere nolebat. Ego tū id ipſum īgerere:& ſecūdo ac tertio ſciſcitari cœpi. Niobam putares:quæ nimio fletu ī lapidē uerſa é. uerto me ad auditores:nihil itereſt o boni iudices aduerſariū urgiantē:an dormiētē ligē:niſi q; facilius é qeſcēti q̄ reluctāti uīcula īnectere. Si apoſtolus nō cathecuminos in cleꝫ elegit:ſed fideles. fidelis aūt é q epīs ordinat:uitia cathecumini nō īputabūť fideli. Torquebā iſtiuſmodi ſpicula:& uibrātes haſtas ī lethargicū dirigebā. Oſcitabat tātū:& q̄ſi p mētis crapulā ructās & nauſeās euomebat. Apoſtolus dixit Paulus hæc docuit. Proferūť ergo apoſtoli epiſtolæ una ad Timotheū: altera ad Titū. In pria ſcriptū erat. ſi qs epiſcopatū deſiderat:bonū opus deſiderat. Oportet ergo epm irrepheníbilē eſſe: unius uxoris uiꝫ ſobriū prudētē ornatū hoſpitalē doctorē:nō uinolētū:nō pcuſſorē:ſed modeſtū:nō litigioſum:nō auarū:domū ſuā bene regētē: filios habentē ſubditos cū oī caſtitate. Si qs aūt domui ſuæ preeſſe neſcit:quo mō eccleſiæ dei diligentiā adhibebit? Nō neophitū:ne ī ſupbiā elatus ī iudiciū īcidat diaboli. Oportet aūt eū & teſtimoniū habere bonū:ab his q foris ſunt:ut nō ī obprobriū īcidat & laqueū diaboli. Ad Titū ſtati ī principio hæc mādata ponūť. Huius rei gratia reliq te certe:ut ea quæ deerāt corrigas:& cōſtituas p ciuitates ꝓſbyteros ſicut ego tibi diſpoſui. Si qs é ſine crimine unius uxoris uir:filios habēs fideles: nō ī accuſatiōe luxuriæ:aut nō ſubditos. Oportet ergo epm eſſe ſine crimine tanq̄ dei diſpēſatorē:nō ꝓteruū:nō iracūdū:nō uinolentū:nō pcuſſorē:nō turpis lucri cupidū:ſed hoſpitalē beniuolū prudentē iuſtū ſanctū cōtinētē obtinentē eū:q ſecūdū doctrinā é:fidelē ſermonē:ut poſſit exhortari ī doctrina ſana:& cōtradicētes reuicere. In utraq; epiſtola:ſiue epī:ſiue ꝓſbyteri(q̄q̄ apud ueteres iidē epī & ꝓſbyteri fuerint: qa illud nomē dignitatis eſt:hoc ætatis)iubent monogami ī cleꝫ eligi. Certe de baptizatis apoſtoli ſermone eſſe nemo dubitat. Si ergo oīa quæ in ordinatōe quærunť epiſcopi:nō præiudicāt ordinādo:licet ea āte baptiſma nō habuerit: Quæriť enī qd ſit:& non qd fuerit. q̄re ſolū nomē uxoris impediat. Quod ſolū peccatū non fuit. dicis quia peccatū nō fuit:iccirco nō é dimiſſū ī baptiſmate. rē nouā audio. qa peccatū non fuit:ī peccatū reputabit. oīa ſcorta & publicæ colluuiōis ſordes:ipietas ī deum:parricidium & iceſtus in parentes:atq; in extraordinarias uoluptates utriuſq; ſexus mutata natura chriſti fonte purgant. Vxoris ihærebūt maculæ:& lupanaria thalamis ꝓferent. Ego nō tibi īputo meretricū exercitus:exoletorꝫ greges:effuſionem ſanguinis:& inſtar ſuis:in omni cœno libidinū uolutabra:& tu mihi olim emortuam de ſepulchro uxorculam protrahis:quam ideo accepi ne facerem quod feciſti. Audiant ethnici meſſes eccleſiæ: de qbus quotidie horrea noſtra complent. Audiant cathecumini:qui ſunt fidei candidati:ne uxores ducant ante baptiſma:ne honeſta iungant matrimonia;ſed ſcottorꝫ & atticorꝫ ritu:ac de republica Platōis ꝓmiſcuas uxores:cōmūes liberos habeāt. īmo caueāt

qualecūq; uocabulū cōiugis:ne postq̄ in Christo crediderint:noceat eis: q; aliquādo nō cōcubinas nec meretrices:sed uxores habuerint.Recolat unusq;sq; cōscientiā suā:& totius uulnera plāgat ætatis. Cūq; uerę iudicē prioręse exhibuerit delictoręaudiat increpantē Iesum.Hypocrita eiice primū trabē de oculo tuo:& tūc uidebis eiicere festucā de oculo fratris tui,uere Scribaę & Pharisæoę similes:culicē liquātes & camelū glutientes.decimamus mentā & anethū:& dei iudiciū prætermittimus.Quid simile uxor & scortū?Imputat infelicitas cōiugis mortuæ:libido meretritia coronat.Ille si prior uxor uiueret:aliā cōiugē nō haberet : tu ut passim caninas nuptias iūgeres:qd potes excusare?Forsitan timuisse te dicas:nisi matrimoniū copulasses:non posses aliquādo clericus ordinari.Ille in uxore optauit liberos:tu in meretrice sobolē pdidisti. Illū naturæ & benedictiōi domini seruiētē Crescite & multiplicamini:& replete terrā:cubiculoę secreta texerūt : te sudantem ad coitū publica facies execrata est.Ille qđ licebat uerecūdo pudore cælauit:tu qđ nō licebat īpudenter omniū oculis īgessisti.Illi scriptū est honorabiles nuptiæ:& cubile īmaculatū:tibi legit.Fornicatores autē & adulteros pdet deus:& q corrūpit tēplū dei:corrūpet illū deus Oīa inqt nobis in baptismate cōdonata sunt crimina:nec post īdulgētiā iudicis est metuēda seueritas:dicēte apostolo:& hoc qdē fuistis,sed abluti estis: sed sanctificati estis in noīe domini Iesu Christi:& in spiritu dei nostri:oīa peccata donata sunt. bene & fideliter cōdonata.Sed quæro quo modo tuæ sordes lotæ sint:& meæ mūditiæ sordidatæ. Nō dico ais tuas sordidatas: sed in eodē statu māsisse quo fuerāt.si enim sordes fuissent:lotæ utiq; fuissent ut meæ.Rogo quæ est ista tergiuersatio?Et acumen oī pistillo retūsius?Quia nō est peccatū:peccatū est.qa nō est sordidū:sordidū est . nō dimisit dominus quia nō habuit:qd dimitteret.& quia nō dimisit:iccirco manet:qđ dimissum nō fuit.Quā tam uim habeat baptisma:& aquæ in Christo sanctificatæ gratia paululū post docebo. Interim iuxta uulgare ꝓuerbiū:malæ arboris nodo malus cuneus reqrēdus est.Hoc qđ dicit unius uxoris uirū potest aliter disseri.Ex iudæis erat apostolus. Prima Christi ecclesia de Israhel reliqis cōgregabat.Sciebat lege cōcessum: & exēplo patriarchaę ac Moysi familiare populo nouerat īmultis uxoribus liberos spargere,Ipsis quoq; facer dotibus huius licētiæ patebat arbitriū.Præcepit ergo:ne eandē licentiā ecclesiæ sibi uēdicēt sacerdotes:ne bina pariter & terna cōiugia sortiant:sed singulas uno tēpore uxores habeāt:ne cōtētiosum clames esse qđ diximus.Accipe & aliā explanationē:ne tibi soli liceat:nō uoluntatē legi:sed legē iungere uolūtati.Quidā coactæ iterptant uxores pro ecclesiis:uiros pro episcopis debere accipi.Et hoc in Nicena quoq; Synodo a patribus esse decretū:ne de alia ad aliā ecclesiā episcopus trāsferat: ne uirginali paupculæ societate cōtępta:ditioris adulteræ quærat amplexus:ut quo mō culpa & filioę uitiū in logismis:id est in cogitationibus accipiat: domusq; dispēsatio ad aīam referat & corpus:ita & uxores pōtificū dici ecclesias.De qbus in Esaia scriptū ē. Mulieres ꝓperātes de spectaculo uenite,nō est.n.populus habēs itelligētiā.Et rursum,mulieres diuites surgite:& audite uocē meā.Et in ꝓuerbiis:Mulierē fortē qs iueniet?Honorabilior est pciosis lapidibus: q talis ē, Cōfidit in ea cor uiri sui.Et in eodē uolumine.Sapiētes mulieres ædificauerūt domū ; īsipiēs autē destruxit manibus.Nec hoc inquiūt episcopis uideat idignū:cū de deo quoq; scriptū sit.Sicut despicit uxor uirū suū: sic despexit me domus Israhel.Et in Apostolo.despōdi.n.uos uni uiro:uirginē castā exhibere Xpo . Mulierē autē id est γινεκα : iuxta Græci sermonis ambiguitatē: in his oībus testimoniis uxorē potius itelligi. Violēta est ingens:& satis dura etiā hæc iterptatio. Redde igit scripturæ simplicitatē suā:ne tuis cōtra te legibus dimicemus.Quærā & aliud.Si qs & ante baptismū habuerit cōcubinā : & illa mortua baptizatus uxorē duxerit:utrū clericus fieri debeat an nō.Respōdebis posse fieri qa cōcubinā habuerit:nō uxorē.Cōiugales ergo tabulæ & iura dotalia nō coitus:ab apostolo cōdēnat.Multos uidemus ob nimiā paupratē:uxoręsarcina declinare:& ancillas suas habere ꝓ uxoribus:susceptosq; ex his liberos colere ut ꝓprios. Si forte ditati ab impatore stolā illi meruerint:cōfestim apostolo colla submittēt:& inuiti iter uxores eas recipe cogent.Sin autē principale rescriptū eadē tenuitas iperrare nō qeuerit:cū romanis legibus scita ecclesiæ mutabunt. Vide ne hoc qđ dicit unius uxoris uirū:unius mulieris possit itelligi: ut ad coitum magis referat q̄ ad dotales tabulas. Hæc uniuersa ꝓferimus:nō quo ueræ & simplici itelligētiæ resistamus:sed ut doceamus te scripturas sāctas sic itelligere:ut scriptæ sunt.nec euacuare baptismū saluatoris:& totū patibuli sacramētū irritū facere.Reddamus qđ paulo ante,ꝓmisimus:& de schola rhetoręaqrū laudes:& baptismū pdicemus.Rudis mūdus:nec dū sole rutilāte:nec pallēte luna:nec astris micātibus incōpositā & iuisibilē materiē abyssoę magnitudine: & deformibus tenebris opprimebat.Solus sps dei in aurigæ modū sup aqs ferebat:& nascentē mundū in figura baptismi parturiebat.Inter cælū & terrā mediū extruit firmamētū.Et iuxta hebraici sermonis στερεωμα λογιαν cælū.i,samain ex aqs sortit uocabulū.& aquæ q̄ sup cælos sūt in laudes dei sepant. Vnde & in Ezechiele,crystallū sup cherubin uidet extēsum.i.cōpactæ & densiores aquæ.Primū de aqs q; uiuat:egredit. & pennatos fideles de terra ad cælū leuat.Fabricat hō de limo.& itra manus dei aquaę sacraméta uersant.Plātat paradisus in Eden:& unus fons in qttuor prīcipia diuidit.q postea egrediēs de tēplo:& cōtra solis ortum uadēs:amaras aquas mortualisq; uiuificat.peccat mūdus:& sine aquaę diluuio nō purgat.Statimq; columba spiritus sancti expulso alite teterrimo:ita ad Noe quasi ad Christū in Iordane deuolat:& ramo refectionis ac luminis pacē orbi annúciat.Pharao cū exercitu suo nolēs populū dei exire de ægypto:ī typo baptismatis suffocat.Et in psalmis de iterfectiōe illius scribit.Tu cōfirmasti in uirtute tua mare:tu cōfregisti capita draconū ī aqs: tu cōfregisti capita draconis magni. Vnde & reguli & scorpiones arētia quæq; sectant. Et postq̄ ad aqs uenerint:hydropas & lymphaticos faciūt.Myrra mutat sacraméto crucis:&.lxx.palmæ apostoloę dulcoratis legis gurgitibus irrigant.Abrahā & Isaac puteos fodiūt:& repugnāt allophyli,i.Alienigenæ. Et Berśabeæ ciuitas iuraméti regnúq; Salomonis nomē sumit a fontibus.Rebecca iuenit ad puteū. Rachel ꝓpter aqs supplātatoris osculo salutat . Moyses filias sacerdotis Madian aperto puteo ab iniuria uindicat. p̄cursor

domini in aqs fontiũ iuxta Salim:qđ ĩterp̃tat pax siue p̃fectio christo populũ parat.Ipse saluator post baptis ma:& sanctificatas suo lauacro Iordanis aquas regnũ cælorũ ĩcipit p̃dicare.Primũ signũ ex aquis facit. Sama ritana uocat ad puteũ:sitiẽs iuitat ad potũ.Nicodemo dicit occulte .nisi qs renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto:nõ itrare eũ in regna cælorũ:qa ab aqs cœperat;siniuit in aqs.Latus christi pcutit lancea: & baptismi atq; martyrii pariter sacramẽta fundunt.post resurrectionẽ mittit apostolos ad gẽtes:p̃cipit eis ut baptizent eas in mysterio trinitatis.pœnitet facti populũ iudæorũ:& statim a Petro ad baptisma mittit. Ante q̃ partu riat parit Syon:& nascit gẽs simul.Paulus psecutor ecclesiæ:& lupus rapax Beniamin Ananiæ:oui subm̃ittit caput:nec ante recupat aspectũ q̃ curet baptismo cæcitatẽ. Eunuchus Candacis Reginæ æthiopũ lectione ꝓphetica christi baptismati p̃parat:mutat cõtra naturã æthiops pellẽ suã:& pardus uarietates suas.Qui Ioã nis accepant baptisma:qa spiritũ sanctũ nesciebãt:itez; baptizant:ne qs putaret ex gẽtibus ac iudæis : aq̃s si ne spiritu sancto ad saluté posse sufficere. Vox domini sup aquas:dominus sup aq̃s multas:dominus diluuiũ inhabitare facit,dẽtes eius sicut grex detonsaꝝ:q̃ ascenderũt de lauacro:oẽs gemellos habẽtes fœtus: & ĩfœ cunda nõ est in eis.Si nõ est infœcũda nec sterilis:oẽs habẽt ubera lacte rorãtia quæ cũ apostolo possũt dice re:filioli mei quos itez; parturio:donec christus formet in uobis:& lac uobis potũ dedi nõ escã.Michæas de baptismi gratia uaticinet.Ipse auertet:& miserebit nostri:demerget iniq̃tates nostras:& p̃iciet in profundũ maris oĩa peccata nostra.Quo mõ in lauacro oĩa peccata mergũt:si una uox supnatat? Beati quoꝝ remissæ sunt iniq̃tates:& quoꝝ tecta sũt peccata.Beatus uir cui nõ ĩputabit dominus peccatũ.Arbitror q; possumus & nos huic aliq̃d cãtico iũgere.Beatus cui nõ ĩputabit dominus uxorẽ . Audiamus & Ezechielem filiũ hoĩs quomõ de eius uirtute p̃nũciet; qui hoĩs futurus est filius.Assumã uos de gentibus: & aspergã sup uos aquã mundã:& mũdabimini ab oĩbus ĩmũditiis uestris:& dabo uobis cor nouũ:& spiritũ nouũ . ab oĩbus inquit mũdabo uos sordibus.In oĩbus nihil p̃termittit.Si sordes emundant:quãto magis mũditiæ nõ coinq̃nant? dabo uobis cor nouũ & spiritũ nouũ.In Christo.n.Iesu neq; circũcisio aliq̃d ualet:neq; p̃putiũ:sed noua na tura.unde cãtamus canticũ nouũ.& uetere hoĩe deposito:nõ ambulamus in uetustate lr̃æ: sed ĩ nouitate spi ritus.Hic est calculus nouus:cui nouũ nomẽ scribet:qđ nemo scit legere nisi q illud accepit. Quotquot.n. baptizati sumus in Christo Iesu:in morte illius baptizati sumus.Cõsepulti.n.sumus p baptismũ in morte.ut quõ surrexit Christus a mortuis p gloriã p̃is;ita & nos in nouitate uitæ ambulemus.Totiẽs nouitatem legi mus:& tam maculosum nomẽ uxoris nõ põt ulla nouitate deleri.Cõsepulti sumus Christo in baptismate:& resurreximus p fidẽ operatiõis dei:q; suscitauit eũ a mortuis.Cũq; essemus mortui in delictis & ĩ p̃putio car nis nostræ:cõuiuificauit nos cũ illo:donãs oĩa delicta:delens qđ aduersum nos erat chyrographum decreti: qđ erat cõtrariũ nobis:& ipsum tulit e medio:affigẽs illud cruci.Oĩa nostra cũ Christo mortua sunt: uniuer sa chyrographi ueteris peccata deleta sunt;solũ nomẽ uiuit uxoris.Dies mihi deficiẽt;si cũcta quæ ad potẽ tiã baptismi ptinẽt:de scripturis sanctis uoluero digerere:& natiuitatis secũdæ:ĩmo in Christo primæ pone re sacramẽta.Ante q̃ dictãdi finẽ faciã(lã.n.ĩtelligo mẽsurã me excedere epistolæ)uolo supiora capitula:in q̃ bus futuri episcopi uita describit:cursim exponere,ut apostolũ nõ in unius uxoris elogio;sed in oĩbus q̃ p̃ci pit:doctorẽ gentiũ suscipiamus.Simul obsecro:ne quis me in suggillationẽ istius tẽporis sacerdotiũ scripsis se quæ scripsi existimet;sed in ecclesiæ utilitatẽ. Vt.n.oratores & philosophi describẽtes qualẽ uelint esse p̃fe ctũ oratorẽ & philosophũ:nõ faciũt iniuriã Demostheni & Platoni;sed res ipsas absq; p̃fonis definiũt : Sic in descriptiõe episcopi & in eoꝝ expositiõe quæ scripta sunt:q̃si speculũ sacerdotii ꝓponit. Iam in potestate & in cõscientia singuloꝝ est;q̃les se ibi aspiciant,ut uel dolere ad deformitatẽ;uel gaudere ad pulchritudinẽ pos sint.Si qs episcopatũ desiderat:bonũ opus desiderat.Opus:nõ dignitatẽ:nõ delitias. opus per qđ humilitate decrescat:nõ itumescat fastigio.Oportet ergo episcopũ irrep̃hẽsibilẽ esse.idipsum quoq; ad Titũ . si qs ẽ sine crimine;oẽs uirtutes in uno sermone cõprehẽdit:& pene rẽ cõtra naturã exigit.Si.n.omne peccatũ etiã ĩ ocio so uerbo rep̃hẽsione dignũ est:qs est ille q̃ absq; peccato.i.sine rep̃hensiõe uersat ĩ mũdo?Sed futurus pastor ecclesiæ talis eligit;ad cuius cõparationẽ recte grex cæteri noĩentur.Definiũt rhetores oratorẽ q̃ sit uir bo nus:dicẽdi peritus.Ante uita:sic lingua irrep̃hẽsibilis quærit.ut doctus merito suscipiat, perdit.n.auctorita tem dicẽdi:cuius sermo ope destruit. Vnius uxoris uirũ.de hoc supra diximus.Nũc autẽ admonemus : ut si unius uxoris uir etiã ante baptismũ quærit:cætera quoq; quæ p̃cepta sũt:ante baptismũ req̃ramus. Neq;.n. cõpetit uniuersa post baptismũ;& unũ hoc mãdatũ ĩtelligere ante baptismũ.Sobriũ siue uigilãtẽ νηφαλίου qppe utrũq; significat:prudentẽ:ornatũ:hospitalẽ:doctorẽ.Sacerdotes q̃ ministrãt in tẽplo dei: ꝓhibent ui nũ & sicerã bibere:ne in crapula & ebrietate aggrauent corda eoꝝ : & ut sensus officiũ exhibens deo uigeat semp;& tenuis sit.Quod aũt ĩfert prudẽtẽ:excludit eos q̃ sub noĩe simplicitatis excusant stultitiã sacerdotũ. Nisi.n.cerebrũ sanũ fuerit:oĩa mẽbra in uitio erunt. Ornatũ quoq; ἐπιτάσιον,i.intẽsio est prioris uerbi.i.ir rep̃hẽsibilis q̃ uitia nõ hẽt:irrep̃hẽsibilis appellat.q̃ uirtutibus pollet:ornatus ẽ.Possumus & aliud ĩtelligere ex hoc uerbo iuxta illud Tullii.Caput est artis docere qđ facias.Sunt.n.qdã ignorãtes mẽsurã suã:& tãtæ sto liditatis ac uecordiæ:ut & ĩ motu & in ĩcessu & ĩ habitu & ĩ sermone cõi risum se expectãtibus tribuãt.& q̃si ĩtelligẽtes qđ sit ornatus;comunt se uestibus & mũditiis corporis:& lautioris mẽsæ epulas parant:cũ omnis istiusmodi ornatus & cultus sordibus fœdior sit.Quod aũt doctrĩa a sacerdotibus expetat:& ueteris p̃cepta sũt legis:& ad Titũ plenius scribit.Innocẽs.n.& absq; sermone cõuersatio;quãtũ exẽplo ꝓdest:tantũ silentio nocet.Nã & latratu canũ baculoq; pastoris lupoꝝ rabies deterrẽda est.nõ uinolentũ;nõ percussorẽ. uirtuti bus uitia opposuit . Didicimus quales esse debeamus : discamus quales non esse debeant sacerdotes . uino lentia scurronum est & comessatorum;uenterq; mero æstuans;cito despumat in libidines . in uino luxuria; in luxuria uoluptas;in uoluptate ĩpudicitia est.Qui luxuriat uiuẽs mortuus est,ergo q̃ inebriat & mortuus

& ſepultus eſt. Noe ad unius horæ ebrietatē nudat femora ſua: quæ p ſexcētum annos ſobrietate cōtexerat. Loth p temulentiā neſciēs libidini miſcet inceſtū: & quē Sodoma nō uicerat uina uicerūt. Percuſſorē autem epiſcopū ille cōdēnat: q dorſum poſuit ad flagella. & maledictus nō remaledixit: ſed modeſtū. Duobus malis unū oppoſuit bonū: ut temulētia & ira modeſtia refrenē. nō litigioſum: nō auaꝝ. nihil enim ipudētius arrogātia ruſticoꝝ: q garrulitatē auctoritatē putāt: & parati ſemp ad lites in ſubiectū ſibi gregē tumidis ſermonibus tonāt. Auaritiā in ſacerdote uitandā & Samuel docet: nihil corā populo eripuiſſe ſe cuiq̄ ꝓbās: & apoſtoloꝝ pauptas: q refrigeria ſumptuū a fratribus accipiebāt: & præter uictū atq̄ ueſtitū nihil ſe aliud nec habere: nec uelle gloriabant. Quā ad Timotheū auaritiā: ad Titū turpis lucri cupiditatē aptiſſime notat. Domū ſuā bene regentē: nō ut opes augeat: nō ut regias paret epulas: nō ut cælatas patinas ſtruat: & phaſides aues lētis uaporibus coquat: q ad oſſa ꝓueniāt: & ſupficiē carnis nō diſſoluant artifici tēperamēto: Sed ut qđ populo p̄cepturus eſt: prius a domeſticis exigat: filios habētem ſubditos cū omni caſtitate. ne ſcilicet imitentur filios Heli: q in ueſtibulo tēpli cū mulieribus dormiebāt: & religionē p̄dā putātes: qcq̄d optimū ī hoſtiis erat: in ſuas delitias cōuertebant. Non Neophitū: ne in ſuperbiā elatus in iudiciū incidat diaboli. Mirari ſatis non queo: quæ hoīum tanta ſit cæcitas: de uxoribus ante baptiſmū diſputare: & rē in baptiſmate mortuā: immo cū Chriſto uiuificatā in calūniā trahere: cū tam apertū: euidēſq̄ præceptū nemo cuſtodiat. heri cathecumi-nus: hodie pōtifex. heri in amphiteatro: hodie in eccleſia. ueſpe in circo: mane ī altari. dudū fautor hiſtrionū: nūc uirginū cōſecrator. Num ignorabat apoſtolus tergiuerſatiōes noſtras: & argumētoꝝ ineptias neſciebat: q dixit unius uxoris uirū: ipſe mādauit irreprehenſibilē ſobriū prudentē ornatū hoſpitalē doctorē modeſtū: nō uinolentū: nō percuſſorē: nō auarum: nō neophitū. Ad hæc oīa claudimus oculos: ſolas uidemus uxores. Quod auté ait ne in ſupbiā elatus ĩcidat in iudiciū diaboli: qs nō exēplo ueꝝ ꝓbet? Ignorat mométaneus ſacerdos humilitatē & māſuetudiné ruſticoꝝ. Ignorat blāditias chriſtianas: neſcit ſe ipſum cōtēnere. de dignitate trāſferē ad dignitatē. nō ieiunauit: nō fleuit: nō mores ſuos ſæpe reprehēdit: & aſſidua meditatiōe correxit: nō ſubſtātiā paupibus erogauit. De cathedra quodāmodo ducit ad cathedrā. ī. de ſupbia ad ſupbiā. Iudiciū autē & ruina diaboli: nulli dubiū quin arrogātia ſit. Incidūt in eā qui in puncto horæ: nec dum diſcipuli iam magiſtri ſunt. Oportet aūt eū & teſtimoniū habere bonū ab his q foris ſunt. quale principiū: talis & clauſula. Qui irreprehēſibilis eſt: nō ſolū a domeſticis: ſed ab alienis cōſono ore laudat. Alieni & extra eccleſiā ſūt Iudæi: hæretici: atq̄ gētiles. Talis ergo ſit pōtifex chriſti: ut q religioni detrahūt: uitæ eius detrahere non audeāt. At nūc pleroſq̄ cernimus: uel fauorē populi in aurigaꝝ modū precio redimere: uel tanto oīum hoīum odio uiuere: ut nō extorqueāt pecunia: qđ minime ĩpetrāt geſtibus. Hic fili Oceane ſolicito timore ꝓquire. hæc magiſtri eccleſiæ cuſtodire debebāt. hos ī ſacerdotibus eligēdis canones obſeruare: nō iuxta ꝓpria odia & priuatas ſimultates: carpentēq̄ ſemp auctorē ſuū inuidiā legē chriſti ĩterpretari. Vide q̄tum ſit teſtimoniū huius: qué arguūt mariti: cui præter uinculū cōiugale: & hoc ante baptiſmū: nihil aliud ab æmulis obiici poteſt. Qui præcipit nō mœcchandū: ipſe dixit & nō occides. Si nō mœcchamur: ſed occidimus: tranſgreſſores legis ſumus. q tātā legē ſeruauerit: & offenderit in uno: fit oīum reus. Itaq̄ cū oppoſuerint nobis uxorē ante baptiſmum: nos ab eis oīa quæ poſt baptiſmū p̄cepta ſunt requiramus. prætereūt qđ non licet: & obiiciunt quod cōceſſum eſt.

Hieronymi ad Alipiū & Auguſtinū epos eoꝝ opa atq̄ auxilio hæreſim cæleſtinā extinctā gratulātis: & excuſantis q̄re cōtra libros Aniani pſeudo diaconi reſcribere diſtuliſſet. Epiſtola. L.

Ominis uere ſāctis atq̄ omni affectiōe ac iure uenerēdis Alipio & Auguſtino epiſcopis Hieronymus
d in Chriſto ſalutē. Sāctus Innocētius p̄ſbyter q huius ſermōis eſt portitor: anno p̄terito q̄ſi nequaq̄ ī africā reuerſurus: mea ad dignationē ueſtrā ſcripta nō ſumpſit. Tamen deo gratias agimus: q̄ ita euenit: ut noſtrū ſilentiū ueſtris epiſtolis uinceretis. Mihi enī oīs occaſio gratiſſima eſt: p quā ſcribo ueſtræ reuerētiæ. teſtē inuocās deū: q̄ ſi poſſet fieri aſſumptis alis colūbæ ueſtris amplexibus iplicarer. Semp qdē p meritо uirtutū ueſtraꝝ: ſed nūc maxime q̄a coopatoribus & auctoribus uobis hæreſis cæleſtina iugulata ē: quæ ita ĩfecit corda multoꝝ: ut cū ſupatos dānatoſq̄ eſſe ſe ſentiāt: tamē uenena mentiū nō omittant. & qđ ſolū poſſunt nos oderint: p quos putāt ſe libertatē docēdæ hæreſeos ꝓdidiſſe. Quod auté quæritis utrū reſcripſerim cōtra libros Aniani pſeudo diaconi celebēſis: q copioſiſſime paſcit: ut alienæ blaſphemiæ uerba friuola ſūmiſtret: ſciatis me ipſos libros in ſchedulis miſſos a ſancto fratre noſtro Euſebio p̄ſbytero ſuſcepiſſe: non ante multū tēporis. & exinde uel ĩgruentibus morbis: uel dormitiōe ſanctæ & uenerabilis filiæ ueſtræ Euſtochii ita doluiſſe: ut ꝓpemodū cōtēnēdos putarē. In eodē. n. luto hæſitat: & exceptis uerbis tinnulis atq̄ emēdicatis nihil aliud loqt̄. Tamē multū egimus: ut dū epiſtolæ meæ reſpondere conat̄: aptius ſe ꝓderet: & blaſphemias ſuas oībus patefaceret. Quicqd. n. in illa miſerabili ſynodo dioſpolitana dixiſſe ſe denegat: in hoc ope cōfitet̄. nec grāde eſt ineptiſſimis neniis reſpōdere. Si auté dominus uitā tribuerit: & notarioꝝ habuerimus copiā: paucis lucubratiūculis reſpōdebimus: nō ut cōuincamus hæreſim emortuā: ſed ut imperitiā atq̄ blaſphemiā eius noſtris tēporibus cōfutemus. Meliuſq̄ hoc faceret ſanctitas ueſtra: ne cōpellamur cōtra hæreticū noſtra laudare. Sancti filii cōes Albina Piniamus & Melania plurimū uos ſalutāt. Has litterulas de ſancta Bethleem ſancto p̄ſbytero Innocētio dedi pferēdas. Neptis ueſtra Paula miſerabiliter p̄cat̄: ut memores eius ſitis: & multū uos ſalutat. Incolumes uos & memores mei domini noſtri leſu Chriſti tueat̄ clæmētia domini uere ſancti atq̄ oīum affectione uenerabiles patres.

Eiuſdē ad Auguſtīo de zelo fidei cōtra hæreticos gratulatoria & de odio & de pſecutiōe eorūdē. Epi. LI.

Omino ſancto ac beatiſſimo papæ Auguſtino Hieronymus. Omni quidem tempore beatitudinem
d tuam eo quo decet honore ueneratus ſum: & habitantem in te dilexi dominum ſaluatorem: & nunc

ſi fieri poteſt cumulo aliq̄d addimus:& plena cōplemus:ut abſq̄ tui noīs mentione ne unā quidē horā p̄teri re patiamur:q cōtra flantes uentos ardore fidei p̄ſtitiſti:maluiſtiq̄ q̄tū in te fuit ſolus liberari de ſodomis: q̄ cū pereūtibus cōmorari. Scit q̄d dicā prudētia tua. Macte uirtute in orbe celebraris. catholici te cōditoꝝ antiquæ rurſum fidei ueneranť:atq̄ ſuſpiciūt.& q̄d' ſignū maioris gloriæ eſt:oēs hæretici deteſtanť.& me pari p̄ſequunť odio:ut quos gladiis nequeāt uoto iterficiāt. In columen & mei memorem te Chriſti domini clæmētia tueať domine uenerāde & beatiſſime papa.

Ad eundē eiuſdē de hæreticoꝝ perfidia:& ut opinor de origenianis loquiť:quoꝝ hyeroſolima per Ioānē epiſcopū impium dogma decꝫiderat. Epiſtola. LII.

Viti utroq̄ claudicāt pede:& ne fractis q̄dē ceruicibus ꝫclinanť. habētes effectū erroris priſtini:cum
m prædicādi eandē nō habeāt libertatē. Sancti fratres q cū noſtra ſunt paruitate præcipue ſanctæ ac uenerabiles filiæ tuæ ſimpliciter te ſalutāt. Fratres tuos dominū meum Alipiū & dominū meum Euodium ut meo noīe ſalutes:precor coronā tuam. Capta Hieruſalem teneť a Nabuchodonoſor:nec Hieremiæ uult audire cōſilia. quin potius ægyptū deſiderat ut moriať in taphnes:& ibi ſeruitute pereat ſempiterna.

Actenus de hæreticis eorūq̄ dogmatibus & apologiaꝝ cōtra eoꝝ calumnias ſcripta ſunt præmiſſa.
h Nūc incipit quartus tractatus primæ partis principalis:& primo de origine aīæ quæſtio p̄termittiť: quæ ad fidē p̄tinet:& ex Origenis errorē deſcēdit.

Beati Hieronymi ad Marcellinū & Anapſychiā de origine aīæ catholicoꝝ atq̄ hæreticorum ſententias referentis. Epiſtola. LIII.

Ominis uere ſanctis atq̄ oī officioꝝ caritate uenerandis filius Marcellino & Anapſychiæ Hieronymus in chriſto ſaluté. Tandē ex Africa ueſtræ lr̄as unanimitatis accepi:& nō me pœnitet ſpudentiæ:
d qua tacētibus uobis epiſtolas meas frequēter ingeſſi:ut reſcriptū mererer: & uos eſſe ſoſpites nō aliis nunciātibus:ſed ueſtro potiſſimū ſermone cognoſcerē. Sup aīæ ſtatu memini ueſtræ quæſtiūculæ:imo maxime eccleſiaſticæ quæſtiōis: Vtrū lapſa de cælo ſit:ut Pythagoras philoſophus: oēſq̄ Platonici & Origenes putāt aīa. An a propria dei ſubſtantia:ut Stoici Manichæus & Hiſpaniæ priſcilliani hæreſes ſuſpicanť. An in theſauro habeanť dei olim cōditæ:ut q̄dā eccleſiaſtici ſtulta p̄ſuaſione cōfidunt. An quotidie a deo fiant: & mittanť in corpora:ſecūdū illud quod in euāgelio ſcriptū eſt. Pater meus uſq̄ modo opať:& ego operor. An certe ex traduce:ut Tertullianus Apollinaris & maxima pars occidentaliū autumāt:ut quo modo corpus ex corpore:ſic anima naſcať ex aīa:& ſimili cū brutis animātibus cōditiōe ſubſiſtāt. Sup quo q̄d mihi uideať in opuſculis cōtra Ruffinū ſcripſiſſe me nouit:aduerſus eū libellū:quē ſanctæ memoriæ Anaſtaſio epiſcopo romanæ eccleſiæ edidit:in quo lubrica & ſubdola:imo ſtulta cōfeſſione:dum auditoꝝ ſimplicitati illudere nitiť ſuæ fidei:imo p̄fidiæ illuſit:quos libros reor ſanctū parentē ueſtrū habere Oceanū. olim enim editi ſunt multis Ruffini libris aduerſus calūnias reſpōdentes. Certe habes ibi uirū ſanctū & eruditū Auguſtinū epiſcopum:q uiua ut aiunt uoce docere te poterit:& ſuā imo per ſe noſtrā explicare ſniam:& Ezechielis uolumen olim aggredi uolui:& ſponſionē creberrimā ſtudioſis lectoribus reddere:ſed in ipſo dictādi exordio:ita animus meus occidentaliū ꝓpuintiaꝝ:& maxime urbis romanæ uaſtatione cōfuſus eſt:ut iuxta uulgare prouerbiū:propriū quoq̄ ignorare uocabulū:diuq̄ tacui ſciēs tēpus eſſe lachrymaꝝ. Hoc autē anno cū tres explicaſſem libros:ſubitus ipetus barbaroꝝ:de q̄bus tuus dicit Virgilius. Lateq̄ uagātes Barchæi: & ſancta ſcriptura de Iſmahel cōtra faciē oīum fratꝝ ſuoꝝ habitabit:ſic ægypti limitē:paleſtiæ:phœnicis: Syriæ p̄curris inſtar torrētis cūcta ſecum trahēs:ut uix manus eoꝝ miſericordia chriſti potuerimus euadere. Quod ſi iuxta inclytū oratorē ſilēt inter arma leges:quāto magis ſtudia ſcripturaꝝ:quæ & librorꝝ multitudine & ſilentio:ac librarioꝝ ſedulitate quodq̄ ꝓpriū eſt ſecuritate & ocio dictātiū idigēt? Duos itaq̄ libros miſi ſanctæ filiæ meæ Fabiolæ:quoꝝ exēpla ſi uolueris:ab ipſa poteris mutuari. Pro anguſtia quippe temporis alios deſcribere nō potui:quos cū legeris & ueſtibula uideris:facilis coniectura erit:qualis ipſa ſit futura domus. Sed credo in dei miſericordia:q nos audiuit in difficillimo principio ſupradicti opis:q ipſe adiuuet & in penultimis ꝓphetæ partibus in q̄bus Gog & Magog bella narranť:& in extremis in q̄bus ſacratiſſimi & inexplicabilis tēpli ædificatio:uarietas mēſuraq̄ deſcribiť. Sanctus frater noſter Oceanus:cui uos cupitis cōmendari: tātus & talis eſt:& ſic eruditus in lege domini:ut abſq̄ noſtro rogatu iſtruere uos poſſit. & noſtrā ſup cūctis quæſtionibus ſcripturaꝝ pro modulo cōis ingenii explicare ſniam. Incolumes uos & prolixa ætate florentes: chriſtus deus noſter tueať oīpotēs domini uere ſancti.

Beati Auguſtini hipponiēſis ep̄i ad Hieronymū de origine aīæ:ubi ſciſcitať ab illo:ſi illa ſnia ſequenda ſit: qd' naſcētibus ſingulis aīæ de nouo creatæ infundanť:quo mō ſit ſatiſfaciendū quærēti:ubi contraxerit aīa reatū:quo trahať in cōdēnationē:niſi p ſacramētū baptiſmi illi gratia xp̄i ſubuenerit. Epiſtola. LIIII.

Eū noſtrū q nos uocauit i ſuū regnū & gloriā:& rogaui:& rogo:ut hoc q̄d' ad te ſcribo ſancte frater
d Hieronyme:cōſulēs te de his q̄ neſcio fructuoſum eē nobis uelit. Quanq̄.n. te multo q̄ ego ſum ætate maiorē:tamē etiā ipſe iā ſenex cōſulo. Sed ad diſcendū q̄d' opus eſt:nulla mihi ætas ſera uideri pōt. quia & ſi ſenes magis decet docere q̄ diſcere:magis tamen diſcere q̄ q̄d doceāt ignorare. Nihil equidē moleſtius fero in omnibus anguſtiis meis:quaꝫ patior in difficillimis quæſtionibus q̄ in tam longinquo tuæ caritatis abſentiā. ut uix poſſim meas dare uel recipe lr̄as tuas:p iterualla nō dieꝝ:nō mēſiū:ſed aliquot annoꝝ: cū ſi fieri poſſet:quotidie te p̄ſentē habere uellē:cū quo loquerer quicq̄d uellē. Nec ideo tamē nō debui facere q̄d' potui:ſi nō potui totū q̄d' uolui. Ecce uenit ad me iuuenis religioſus:catholica pace frater:ætate filius: honoꝝ cōpreſbyter noſter Oroſius uigil ingenio:paratus eloqo:flagrās ſtudio:utile uas i domo domini eē deſiderās:ad refellēdas falſas p̄nitioſaſq̄ doctrinas:q aīos hiſpanoꝝ multo, ifelicius q̄ corpa barbaricis gladiis

trucidarunt. Nam inde ad nos usq; ab oceani littore properauit, fama excitus: q; a me posset de his quæ scire iii
uellet: quicq; uellet audire. Neq; nullū cepit aduētus sui fructū primo ne de me multū famæ crederet: deinde docui hoiem qđ potui, qđ autem nō potui: unde discere posset admonui: atq; ut ad te iret hortatus sum. Qua in re cōsiliū uel p̄ceptū meū cū libenter & obediēter accipet: rogaui eū: ut abs te ueniēs per nos ad propria remearet. Quā eius pollicitationē tenēs occasionē mihi credidi a domino esse cōcessam: qua tibi scriberem de his quæ p te scire cupio. Quærebā enim quē ad te mitterē: nec mihi facile occurrebat idoneus & fide agēdi & alacritate obediēdi & exercitatiōe peregrinādi. Vbi ergo istū iuuenē exptus sum: eū ipsum esse qualē a domino petebā: dubitare nō potui. Accipe igit̄ quæ mihi peto apiri: ac differere nō graueris. Quæstio de aīa multos mouet: in q̄bus & me esse cōfiteor. Nā qd de aīa firmissime teneā: nō tacebo. deinde subiungā: qd mihi adhuc expediri uelim. Aīa hoīs īmortalis est secundū quendā modū suum. Nō enim omni modo sicut deus: de quo dictū est, quia solus habeat īmortalitatē. Nā de aīæ mortibus sancta scriptura multa cōmemorat. Vnde est illud, Sine mortuos sepelire mortuos suos. Sed qđ ita moriť alienata a uita dei: ut tamē in natura sua uiuere nō oīno desistat: ita mortalis ex aliq̄ causa iueniť: ut etiā īmortalis nō sine ratione dicať. Nō est .n. pars dei aīa. Si .n. hoc esset: oī modo icōmutabilis atq; icorruptibilis esset. Quod si esset: nec deficeret ī deterius: nec p̄ficeret in melius: nec aliqd in semetipsa uel incipet habere qđ nō habebat: uel desineret habere qđ habebat: quantū ad eius ipsius affectiōes ptinet. Quā uero aliter se habeat: nō opus est extrīsecus testimonio: quisq; seipsum aduertit: agnoscit. Frustra autē dicit̄ ab eis: q; aīam dei partē esse uolūt: hāc eius labem ac turpitudinē: quā uidemus in nequissimis hoībus, hāc denicq; īfirmitatē & ægritudinē: quā sentimus in oībus hoībus: nō ex ipsa illi esse: sed ex corpore: qd ītereſt unde ægroter. quæ si esset incōmutabilis: aliquo mō unde libet ægrotare nō posset. Nā qđ uere incōmutabile & icorruptibile est: nullius rei accessū commutari uel corrūpi potest. Alioqn nō achillea tantū: sicut fabulæ ferunt: sed oīs caro esset inuulnerabilis: si nullus ei casus accidisset. Nō est itaq; natura incōmutabilis: quæ aliquo modo: aliq̄ causa: aliq̄ parte mutabilis est. Deum autē nefas est nisi uere sumeq; incōmutabilē credere. Nō est igit̄ aīa pars dei. Incorporeā quoq; esse aīam & si difficile tardioribus p̄suaderi pōt: mihi tamē p̄suasum esse fateor. Sed ne uerbi cōtrouersiā uel supfluo faciam uel merito patiar: quoniā cū de re cōstat: nō est opus certare de noīe: si corpus est: oīs substantia uel essentia: uel si qd aptius nuncupať id qđ aliquo modo est in se ipso: corpus est aīa. Ité si eā solā incorporeā placet appellare naturā: quæ summæ incōmutabilis: & ubiq; tota est: corpus est aīa: quoniā tale aliqd ipsa nō est. Porro si corpus nō est: nisi qđ per loci spatiū aliq̄ longitudine latitudine & altitudine ita sistit̄ uel mouet̄: ut maiore sui parte maiorē locū occupet: & breuiore breuiorē: minusq; sit in parte q̄ in toto: nō est corpus aīa. Per totū quippe corpus qđ animat: nō locali diffusione: sed q̄dā uitali ītentione porrigit̄. Nā per oēs eius particulas tota simul adest: nec minor in minoribus est: in maioribus maior, sed alicubi intēsius: alicubi remissius. & in oībus tota: & in singulis tota est. Neq; .n. aliter qđ in corpore etiā nō toto sentit: tamē tota sentit. Nā cū exiguo puncto in carne uiua aliqd tangit̄: q̄uis locus ille nō solū totius corporis nō sit: sed uix in corpore uideatur: aīam tamē totā nō latet. Neq; id qđ sentit̄: per corporis cūcta discurrit, sed ibi tantū sentit̄: ubi fit. Vnde ergo ad totā mox puenit: qđ nō in toto fit: nisi quia & ibi tota est ubi fit. Nec ut tota ibi sit cætera deserit. Viuunt enim & illa ea præsente: ubi nihil tale factū est. Quod si fieret: & utrūq; simul fieret: simul utrūq; totā pariter nō lateret: pro inde & in oībus simul: & in singulis particulis corporis sui tota simul esse nō posset: si per illas ita diffunderet̄: ut uidemus corpora diffusa p spatia locoꝝ minoribus suis partibus minora occupare: & ampliorib⁹ ampliora. Qua ꝓpter si corpus aīa esse dicēda est: nō est certe corpus quale terrenū est: nec quale humidū: aut aereū: aut æthereū. Oīa qppe talia maiora sunt in maioribus locis: & minora in minoribus: & nihil eoꝝ in aliq̄ sui parte totū adest sed ut sunt partes locoꝝ: ita occupant̄ partibus corpoꝝ. Vnde ītelligit̄ aīa: siue corpus siue īcorporea dicēda sit propriā quandā habere naturā: oībus his mūdanæ molis elemētis excellētiore substātiæ creatā: quæ ueraciter nō possit in aliq̄ phantasia corporaliū imaginū: q̄s per carnis sensus p̄cipimus cogitari: sed mēte itelligi: uitaq; sentiri. Neq; hoc pinde loquor: ut te quæ tibi nota sunt doceā: sed ut aperiā qd firmissime teneā: ne me quisq̄ cū ad ea uenero quæ reqro nihil de aīa uel sciētia uel fide tenere arbitret̄. Certus etiā sum animā nulla dei culpa: nulla dei necessitate uel sua: sed ꝓpria uoluntate in peccatū esse collapsam: nec liberari posse de corpore mortis huius suæ uolūtatis uirtute tanq̄ sibi ad hoc sufficiēte: uel ipsius corporis morte: sed gratia dei p Iesum christū dominū nostrū. Nec oīno esse animā ullā in genere humano: cui nō sit necessarius ad liberationē dei & hoīum mediator hō Iesus christus. Quæcūq; aūt sine gratia mediatoris & sacramēto eius in q̄libet corporis ætate de corpore exierit: & in pœnā futurā: & ultimo iudicio receptura corpus ad pœnā. Si autē post generationē humanā: quæ facta est ex Adā: regenerať in Christo ad eius ptinēs societatē: & requiē post mortē corporis habitura: & corpus ad gloriā receptura. Hæc sunt quæ de aīa firmissime teneo. nūc accipe obsecro qd requirā: & noli me spernere: si te nō spernat qui pro nobis dignatus est sperni. Quæro ubi aīa cōtraxerit reatū: quo retrahať in cōdemnationē: etiam infantibus morte præuētis: si ei per sacramentū: quo etiā paruuli baptizant̄: Christi gratia nō subuenerit. Nō enim es ex illis qui modo noua quædā garrire cœperūt: dicētes nullū reatum ex Adam esse tractū, qui p baptismū in īfante soluať. Quod te sapere si sciré: imo nisi te id nō sapere scirem: nequaq̄ hæc abs te quærerē: aut quærēdum putarē, sed qa tenemus de hac re sniam tuā cōcinnēté catholicæ fundatissime fidei: qa & louiniani uaniloquia redargues adhibuisti testimoniū ex libro Iob. Nemo mundus in conspectu tuo: nec infans cuius est diei unius uita sup terram: dei de adiunxisti: tenemurq; rei in similitudinem p̄uaricationis Adæ: & liber tuus in Ionam prophetam satis hæc insignitur: dilucideq; declarat: ubi ieiunare paruulos propter ipsum originale peccatum; merito coactos esse dixisti nō inconuenienter abs te quæro: hunc reatum anima ubi contraxit?

Vnde oporteat eam etiã in illa ætate p ſacramẽtũ chriſtianæ gratiæ liberari. Ego quidẽ anre aliquot annos: cum libros quoſdã ſcriberẽ de libero arbitrio: qui in multoꝝ manus exierũt: & habent a plurimis quattuor opiniones de aĩæ ĩcarnatiõe. Vtrũ ex illa una quæ primo homini data eſt cæteræ ꝓpagent. An ſingulis quibuſq; nouæ etiã modo fiãt: An alicubi iã exiſtẽtes: uel mittant diuinitus: uel ſponte labant in corpora: ita putaui eſſe tractãdas: ut q̃libet eaꝝ uera eſſet nõ ipediret ĩtentionẽ meã: qua tũc aduerſus eos quãtis poterã uiribus agebã: q̃ naturã mali ſuo principio p̃ditã aduerſus deũ conant ĩducere. i. cõtra Manichæos. Nã de priſcillianiſtis adhuc nihil audierã: q̃ nõ multũ ab iſtis diſſimiles blaſphemias fabulant. Ideo quintã opinionẽ non addidi: quã in tua epiſtola iter cæteras cõmemoraſti: ne aliquã p̃terires: ubi de hac quæſtiõe iterrogãti reſcripſiſti religioſæ memoriæ uiro: nobiſq; in chriſti caritate gratiſſimo Marcellino q̃ aĩa nõ ſit pars dei. Primo quia nõ de ĩcarnatiõe eius: ſed de natura quærit: cũ hoc quærit. Deide quia hic hoc ſentiũt illi contra quos agebã; & id maxime agebã: ut creatoris ĩculpabilẽ inuiolabilẽq; naturã a creaturæ uitiis & labe ſecerneret: cũ illi a ſubſtãtia mali: cui propriũ principiũ: principeſq; tribuũt ipſam boni dei ſubſtantiã ex parte quæ capta eſt corruptã & oppreſſam ad peccãdi neceſſitatẽ perductã eſſe cõtendũt. Hoc itaq; excepto hæreticæ opinionis errore ex quattuor reliqs opinionibus: quæna ſit eligẽda ſcire deſidero. Quæcũq; n. eligẽda eſt: abſit ut ipugnet hanc fidẽ: de qua certi ſumus: omni aĩæ etiã paruuli ĩfantis neceſſariã eſſe liberationẽ ex obligatiõe peccati: eãq; nullã eſſe niſi per leſum xp̃m & hũc crucifixũ. Proĩde ne lõgũ faciamus: hoc certe ſentis: q̃ ſingulas aĩas ſingulis naſcẽtibus etiã modo deus faciat. Cui ſniæ ne obiiciat q̃ oẽs creaturas ſexto die confirmauerit deus: & ſeptimo reqeuerit adhibes teſtimoniũ ex euãgelio. Pater meus uſq; nũc opat: & ego opor. Sic enim ad Marcellinũ ſcripſiſti: i q̃ epiſtola etiã mei cõmemorationẽ beniuolẽtiſſime facere dignatus es: qd̃ hic me haberet in Africa: q̃ ei ipſam facilius explicare poſſem ſniam. Quod ſi potuiſſem: uon ille hoc abs te tã longe poſito inqreret: ſi tamẽ id tibi ex africa ſcripſit. Nã quãdo ſcripſerit neſcio: tãtũ ſcio q̃ de hoc bene cognouerit cunctationẽ meã: unde me ĩcõſulto facere uoluit. Quanq̃ ſi cõſuleret etiã magis hortarer: & gr̃as agerem: q̃ nobis cõferre oĩbus poſſet: niſi tu breuiter reſcribere q̃ reſpondere maluiſſes. Credo ne ſupfluo laborares ubi ego eſſem: quẽ putabas id optime ſcire qd̃ ille quæſierat. ecce uolo ut illa ſnĩa etiã mea ſit: ſed nõdũ eſſe cõfirmo. Miſiſti ad me diſcipulos: ut ea doceã: quæ nõdũ ipſe didici. Doce ergo qd̃ doceã. nã ut doceã multi a me flagitãt: eiſq; me ſicut alia multa & hoc ignorare cõfiteor. Et fortaſſe q̃is in os meũ uerecũdent: tamẽ apud ſe dicũt: Tu es magiſter in Iſrahel: & hæc ignoras? Quod qdẽ dominus ei dixit: q̃ erat unus illoꝝ: quos delectabat uocari rabbi. unde etiã ad uerũ magiſtrũ nocte uenerat: qa fortaſſis erubeſcebat diſcere: q̃ docere cõſueuerat. me aũt potius magiſtrũ audire: q̃ uelut magiſtrũ delectat audiri. Recolo. n. qd dixerit eis: quos p̃ cæteris elegit. Vos autẽ inqt nolite uocari ab hoĩbus rabbi. Vnus. n. eſt magiſter ueſter Xp̃s leſus. Nec alius docuit Moyſem p iethro: nec alius Corneliũ etiã per priorẽ Petrũ: nec alius Petrũ etiã per poſterioré Paulũ. A quocũq; uerũ dicit: illo donãte dicit: q̃ eſt ipſa ueritas. Quid ſi ideo adhuc iſta neſcimus? & ea neq; orando neq; legẽdo neq; cogitãdo & ratiocinãdo ĩuenire potuimus: ut pbemus nõ ſolũ ĩdoctos quãta caritate doceamus: ueꝝ a doctis etiã quãta humilitate diſcamus? Doce ergo quæſo qd̃ doceã: doce qd̃ teneã & dic mihi: ſi aĩæ ſigillatim in ſingulis naſcẽtibus fiũt. ubi in paruulis peccẽt: ut idigeãt in ſacramẽto Chriſti remiſſiõe peccati peccãtes in Adã: ex quo caro eſt ꝓpagata peccati. Aut ſi nõ peccãt: q̃ iuſtitia creatoris ita peccato obligãt alieno: cũ exinde ꝓpagatis mẽbris mortalibus iſerunt: ut eas niſi p eccleſiã ſubuentũ fuerit: dãnatio cõſequatur. cũ in earũ poteſtate nõ ſit: ut eis poſſit baptiſmi gratia ſubueniri. Tot igit aĩaꝝ milia: quæ in mortibus paruuloꝝ ſine ĩdulgẽtia chriſtiani ſacramẽti de corporibus exeũt: qua ætate damnant: ſi nouæ creatæ nullo ſuo præcedẽte peccato: ſed uolũtate creatoris ſingulæ ſingulis naſcẽtibus adhæſerũt. qbus eas aĩmãdis ille creauit & dedit: q̃ utiq; nouerat: q̃ unaquæq; eaꝝ nulla ſua culpa ſine baptiſmo Chriſti de corpore fuerat exitura? Quoniã igit neq; de deo poſſumus dicere: q̃ uel cogat aĩas peccatrices fieri uel puniat ĩnocẽtes: neq; negare fas nobis eſt eas quæ ſine Chriſti ſacramẽto de corporibus exierint: etiã paruuloꝝ nõ niſi in dãnationẽ trahi: Obſecro te quõ hæc opinio defendit: q̃ credunt aĩæ nõ ex illa una primi hoĩs fieri oẽs: ſed ſicut illa una unitas ſingulis ſingulæ. Ea uero quæ dicũt alia: cõtra hãc opinionẽ facile me puto poſſe refellere. ſicuti eſt illud: quo eã ſibi quidã uidẽt urgere: quõ cõſumauerit deus oĩa opera ſua ſexto die: & ſeptimo reqeuerit: ſi nouas adhuc aĩas creat. Quibus ſi dixerimus: q̃ ex euãgelio in ſupradicta epiſtola poſuiſti. Pater meus uſq; modo opat. Reſpondẽt operat. dictũ eſt iſtitutas adminiſtrãdo: nõ nouas iſtituẽdo naturas. ne ſcripturæ geneſeos cõtradicat: ubi aptiſſime legit cõſumaſſe deũ oĩa opera ſua. Nã q̃ eũ ſcriptũ eſt reqeuiſſe: utiq; a creãdis nouis creaturis itelligendũ eſt: nõ a gubernãdis. qa tũc ea quæ nõ erant fecit: a qbus faciendis reqeuit. qa cõſumauerat oĩa: q̃ ante q̃ eſſent: uidit eſſe faciẽda. ut deiceps nõ ea q̃ nõ erãt: ſed ex his quæ iã erãt crearet: & faceret qcqd faceret. Ita utrũq; ueꝝ eſſe mõſtrat: & qd̃ dictũ eſt reqeuit ab opibus ſuis: & qd̃ dictũ eſt uſq; núc opat: quoniã Geneſi nõ põt euãgeliũ eſſe cõtrariũ. Veꝝ his q̃ hoc ideo dicũt: ne credat mõ deus: ſicut illã unã: nouas aĩas q̃ nõ erãt: facere: ſed ex illa una q̃ iã erat: eas creare: uel ex fonte aliquo ſiue theſauro quodã quẽ tũc fecit: eas mittere facile reſpõdet: etiã illis ſex diebus multa deũ creaſſe ex his naturis quas iam creauerat. ſicut ex aquis alites & piſces. ex terra autem arbores: fœnum: animalia. ſed quod ea quæ nõ erant tunc fecerit manifeſtum eſt. nulla enim erat auis: nullus piſcis: nulla arbor: nullum animal: & bene intelligitur ab his creatis requieuiſſe quæ non erant: & creata ſunt ideſt ceſſaſſe ne ultra quæ non erant crearentur. Sed nũc quod dicitur animas neſcio quo fonte iam exiſtentes mittere: nec de ſe ipſo tanquam ſuas particulas irrorare: nec de una illa originaliter trahere: nec pro delictis ante carnem commiſſis carneis uinculis cõpedire: ſed nouas creare ſingulas ſingulis ſuam cuiq; naſcenti: non aliquid facere dicitur: quod ante non fecerit. Iam enim ſexto die fecerat hominem ad imaginem ſuam: quod utiq; ſecundũ animam rationalẽ feciſſe itelligit.

Hoc & nũc facit: nõ instituẽdo qđ nõ erat: sed multiplicãdo qđ erat. Vnde & illud uerum est: q̃ a rebus quæ nõ erãt instituẽdis requieuit: & hoc uerũ est: qđ nõ solũ gubernãdo quæ fecit: uerũ etiã aliud: nõ qđ nõdum: sed qđ iam creauerat numerosius creãdo usq; nũc opat. Vel sic igit uel alio modo quolibet eximus ab eo qđ nobis obiicit de reqe dei ab opibus suis: ne ꝓpterea nõ credamus nũc usq; fieri aĩas nouas: nõ ex illa una: sed sicut illã unã. Nã qđ dicit q̃re facit aĩas eis quos nouit cito morituros: possumus respõdere parentũ hinc peccata: uel cõuinci uel flagellari: possumus etiã recte illius moderatiõi relinquere: quẽ scimus oĩbus tẽporaliter trãseuntibus rebus: ubi sunt etiã aĩaliũ ortus: & obitus cursum ornatissimũ atq; ordinatissimũ dare: sed nos ista sentire nõ posse: quæ si sentiremus delectatiõe ineffabili mulceremur. Nõ. n. frustra ꝑ ꝓphetã: q̃ hæc diuinitus ĩspirata didicerat: dictũ est de deo q̃ ꝓfert numerose sæculũ. unde musica .i. sciẽtia sensus ue bene modulãdi ad admonitionẽ magnæ rei etiã mortalibus rõnales habẽtibus aĩas dei largitate concessa est. Vnde si homo faciẽdi artifex carminis: nouit q̃s qbus moras uocibus tribuat: ut illud qđ canit decedẽtibus ac succedẽtibus sonis pulcherrime currat & trãseat: q̃to magis deus cuius sapiẽtia per quã fecit oĩa lõge oĩbus artibus ꝑferẽda est: nulla in naturis nascẽtibus & occidẽtibus tẽpoꝝ spatia: quæ tanq̃ syllabæ ac uerba ad particulas sæculi huius ꝓtinẽt in hoc labẽtiũ reꝝ tanq̃ mirabili cantico: uel breuius: uel ꝓductius q̃ modulatio ꝓcognita & ꝑfinita deposcit ꝓterire ꝓmittit? Hoc cũ etiã de arboris folio dixerim: & de nostroꝝ numero capillorũ: q̃to magis de hoĩs ortu & occasu: cuius uita tẽporalis breuius ꝓductiusue nõ tendit: q̃ deus dispositor tẽporũ nouit uniuersitatis moderamini cõsonare? Id etiã qđ aiunt: omne qđ in tẽpore cœpit esse: immortale esse nõ posse: qa oĩa orta occidũt: & aucta senescũt: ut eo modo credi cogãt aĩum humanũ: ideo esse ĩmortale: qđ ante oĩa tẽpora sit creatus nõ mouet fidẽ nostrã. Vt enim alia taceã cœpit esse ĩ tpe ĩmortalitatis carnis xpi: quæ tamẽ iam nõ moritur: & mors ei ultra nõ dominabit. Illud uero qđ in libro aduersus Ruffinum posuisti quoſdã huic ſniæ calũniari: qđ deũ dare aĩas adulterinis cõceptibus uideat indignum: Vnde conant astruere meritis gestæ ante carnẽ uitæ aĩas q̃si ad ergastula huiuscemodi iusta posse ꝓduci: nõ me mouet multa cogitantem qbus hæc possit calũnia refutari: & q̃ ipse respõdisti nõ esse uitiũ semẽtis in tritico: qđ furto dicitur esse sublatũ: Sed in eo qui frumẽta furatus est: nec iccirco terrã nõ debuisse gremio suo semina cõfouere: qa sator ĩmũda proiiceret ea manu: elegãtissima similitudo est. Quã & ante q̃ legerẽ nulla mihi obiectio ista de adulterinis fœtibus in hac quæstiõe faciebat angustias generaliter intuẽti multa bona deũ facere: etiã de nostris malis nostrisq; peccatis. Animalis autẽ cuiuscũq; creatio habeat piũ prudentẽq; cõsideratorẽ ineffabilẽ laudẽ creatori excitat: q̃to magis creatio nõ cuiuslibet aĩalis: sed hoĩs? Si aũt causa creãdi quæritur nulla citius & melius respõdet: nisi qa oĩs creatura dei est bona: & quid dignius: q̃ ut bona faciat bonus deus: quæ nemo põt facere: nisi deus? Hæc & alia quæ possum sicut possum: dico aduersus eos q̃ hanc opinionẽ: qua creduntur aĩæ: sicut illa una singularis fieri labefactare conant. Sed cũ ad pœnas uentũ est paruuloꝝ magnis ꝓmihi crede coartor angustiis: nec qd respõdeã prorsus iuenio. Nõ solũ eas pœnas dico q̃s habet post hanc uitã illa dãnatio quo necesse est trahant: si de corpore exierint sine christianæ gratiæ sacramẽto: sed eas ipsas quæ ĩ hac uita dolẽtibus nobis uersant ante oculos: quas enumerare si uelim prius tẽpus q̃ exẽpla deficiẽt. Lãguescunt ægritudinibus: torquent doloribus: fame & siti cruciant: debilitant mẽbris: priuant sensibus: uexant ab immũdis ſpiritibus. Demõstrandũ est itaq; quõ ista sine ulla sua mala causa iuste patiant. Nõ. n. dici fas est: aut ista ignoratẽ deo fieri: aut eũ nõ posse resistere faciẽtibus: aut iniuste ista uel facere uel ꝓmittere. Nunqdnam sicut illa aĩalia irrationabilia recte dicimus in usus dari naturis excellẽtioribus & si uitiosis sicut aptissime in euãgelio uidemus: porcos ad usum desideratũ cõcessos esse dæmonibus: hæc & de hoĩe recte possumus dicere? Animal est. n: sed rationale: & si mortale. Aĩa est rõnalis in illis mẽbris: quæ tãtis afflictionibus pœnas luit. Deus bonus est: deus iustus est: deus oĩpotẽs est. hoc dubitare oĩno demẽtis est. Tantoꝝ ergo maloꝝ q̃ fiunt in paruulis: causa iusta dicat. Nẽpe cũ maiores ista patiant: solemus dicere: Aut sicut in Iob merita examinari: aut sicut in Herode peccata puniri. & de qbusdã exẽplis quæ deus manifesta esse uoluit: alia quæ obscura sunt: hoĩem cõiectare cõcedit. sed hoc in maioribus. De paruulis aũt qd respõdeã edisserẽ: si pœnis tãtis nulla in eis fũt puniẽda peccata. Nã utiq; nulla est in illis ætatibus examinãda iustitia. De ingenioꝝ uero diuersitate qd dicã? Quæ qdẽ in paruulis latet: sed ab ipsis exordiis naturalibus ductũ apparet in grãdibus. quorum nõnulli tã tardi & obliuiosi sunt: ut ne prima qdẽ discere lfaꝝ elemẽta potuerint. Quidã uero tãtæ fũt fatuitatis: ut nõ multũ a peccatoribus differãt. quos Moriões uulgo uocãt. Respõdet forte corpa hoc faciunt. sed nunqd secũdũ hãc sniam: quã defendi uoluimus: aĩa sibi corpus elegit: & in eligẽdo cum falleret: errauit? Aut cũ in corpus cogeret itrare necessitate nascẽdi alia corpora ꝓoccupãtibus aĩaꝝ turbis: ipsa aliud nõ iuenit? & sicut in spectaculo aliquo locũ: ita carnẽ nõ quã uoluit: sed quam ualuit occupauit? Nunqd hic & talia possumus dicere: uel sentire debemus? Doce igit qd sentire: qd dicere debeamus: ut cõstet nobis ratio nouarũ aĩaꝝ singulis corpibus sigillatiq; factaꝝ. Ego qdẽ nõ de ingeniis: sed salte de pœnis paruuloꝝ cs ĩ hac uita patiunt: dixi aliqd in libris illis de libero arbitrio: q̃ q̃le sit: & cur mihi in ista quã habemus ĩ manibus quæstione nõ sufficiat: itimabo: & eum ipsum de tertio libro locum excerptũ his lfis inseram. Nam ita se habet. De cruciatibus autem corporis quibus affligunt paruuli: quorũ per ætatẽ nulla peccata sunt: si animæ quibus animant non prius q̃ ipsi homines esse cœperunt: maior querela & quasi misericors deprom solet: cũ dicit quid mali fecerũt: ut ista paterent? Quasi possit esse inocẽtiæ meritum ante q̃ quisq̃ nocere aliqd possit. Cum autẽ boni aliquid operat deus: in emẽdatiõe maiorũ cũ paruulorũ suorum qui eis cari sunt: doloribus ac mortibus flagellant: cur ista nõ fiant: quãdo cũ trãsierint pro nõ factis erũt: in quibus facta sunt? propter quos autem facta sunt: aut meliores erunt: si temporalibus incommodis emendati: rectius elegerint uiuere. aut excusationem in futuri iudicii supplicio non habebunt: si uitæ huius angoribus ad æternam

uitam defideriũ cõuertere noluerint? Quis autẽ nouit qd paruulis: de quoꝝ cruciatibus duritia maioꝝ cõ-
tundit: aut exercet fides: aut misericordia ꝓbat: quis inquã ergo nouit qd ipsis in secreto iudicioꝝ suoꝝ bo
næ cõpẽsatiõis reseruet deus? Quoniã q̃q̃ nihil recte fecerint: tamẽ nec peccãtes aliqd ista ꝓpessi sunt. Nõ. n.
frustra etiã infantes illos: q cũ dominus noster iesus christus necãdus ab Herode quæreret: occisi sunt: in ho
nore martyꝝ receptos cõmẽdat ecclesia. Hæc tũc dixi: cũ hãc ipsam de q̃ nũc agit uellẽ cõmunire sniam. Si-
cut. n. pauloãte cõmemorauí quæcũq; illaꝝ de animæ incarnatiõe quattuor opinionũ uera esset: inculpatã
substantiã creatoris: & a nostroꝝ peccatoꝝ societate remotissimã nitebat ostẽdere. Et ideo quæcũq; illarũ
ueritate posset cõuinci & repudiari: ad curã intẽtionis meæ: quã tunc habebã: nõ ptinebat. quãdoquidẽ cun-
ctis diligẽtiori disputatiõe discussis: quæcũq; illaꝝ recte uinceret cæteras: me securissimo fieret: quãdo etiã
secundũ oẽs id qd' agebã: inuictũ pstere demõstrabã. Nũc uero unã uolo si possum ratione recta eligere ex
oĩbus. & ꝓpterea huius ipsius de qua nũc agimus defensiõnẽ: in his quæ commemoraui de illo libro uerbis
meis attẽtius ituẽs: ualidã firmãq; nõ uideo. nã uelut firmamentũ eius illud est qd' ibi dixi. Quis autẽ nouit
q; paruulis: de quoꝝ cruciatibus duritia maioꝝ cõtundit: aut exercet fides: aut misericordia ꝓbatur. Quis
inq̃ ergo nouit: qd ipsis paruulis in secreto iudicioꝝ suoꝝ bonæ cõpẽsatiõis reseruet deus? Quoniã q̃q̃ nihil
recte fecerint: tamẽ ne peccãtes aliqd ista ꝓpessi sunt. Sed hoc nõ ĩmerito dici uideo de his qui uel pro christi
noĩe ac uera religione tale aliqd etiã nesciẽtes patiunt: uel sacramẽto christi iam ĩbuti sunt: quia sine societa-
te iam unius mediatoris liberari a dãnatiõe nõ possunt: ut possit eis etiã pro illis malis quæ hic in diuersis af-
flictionibus ptulerũt cõpensatio illa pstari. Nũc autẽ cũ ista quæstio nõ possit absolui nisi etiã de his respon-
deat: qui post grauissimos cruciatus sine sacramẽto christianæ societatis expirãt: quæ circa eos cõpẽsatio co-
gitãda est: qbus insup & dãnatio præparata est? Nã & de baptismo paruuloꝝ in eodẽ libro nõ quidẽ sufficiẽ
ter: sed quantũ illi opi satis esse uidebat utrũq; respõdi: q; etiã nesciẽtibus & fidẽ suã nondũ habẽtibus ꝓdest:
nõ tamen de dãnatione eoꝝ paruuloꝝ q sine illo ex hac uita emigrant: tũc aliqd dicẽdũ putaui: quia nõ qd'
nunc agit agebat: sed ut omittamus & cõtemnamus ea quæ breui tẽpore patiunt: nec trãsacta reuocantur:
nunqd similiter cõtẽnere possumus: q; per unũ hominẽ mors: & p unũ hoĩem resurrectio mortuoꝝ? Sicut
enim in Adã oẽs moriunt: sic & in christo oẽs uiuificabunt. Per hãc. n. apostolicã doctrinã diuinã claramq;
snĩam satis euidẽter elucet: neminẽ ire in mortẽ nisi p Adam: neminẽ ire in uitã æternã: nisi per christũ. Hoc
est quippe oẽs & oẽs: quia sicut oẽs hoĩes per primã: hoc est per carnalẽ generationẽ ptinent ad Adam: sic oẽs
hoĩes ad secundã. i. spiritalẽ regenerationẽ ueniũt: qcunq; ad christũ pueniũt. Ideo ergo dictũ est: & hic oẽs:
& ibi oẽs. qa sicut oẽs qui moriunt: nõ nisi in Adã moriunt: ita oẽs qui uiuificabunt: nõ nisi in christo uiui-
ficabunt. Ac p hoc q̃sq̃s nobis dixerit quenq̃ in resurrectiõe mortuoꝝ uiuificari posse: nisi in christo tanq̃
pestis cõmunis fidei detestãdus est. Itẽ quisq̃s dixerit q; in christo uiuificabunt etiã paruuli: q sine sacramẽti
eius participatiõe de uita exeunt: hic ꝓfecto & cõtra apostolicã ꝑdicationẽ uenit: & totã cõdemnat ecclesiã:
ubi ꝓpterea cũ baptizandis paruulis festinat & currit: qa sine dubio creditur aliter eos in christo uiuificari
oĩno nõ posse. Qui autẽ nõ uiuificat in Xp̃o: restat ut in eadẽ dãnatione maneat: de qua dicit apostolus: per
unius delictũ in oẽs hoĩes ad condẽnationẽ: cui delicto obnoxios paruulos nasci: & oĩs credit ecclesia: & ipse
iam cõtra louinianũ disputãs: & exponẽs ionã prophetã: sicut paulo ante cõmemorauí: fide ueracissima defi-
niuisti. Credo & in aliis locis opusculoꝝ tuoꝝ: quæ uel nõ legi: uel in præsentia nõ recordor. Huius igit dã-
nationis in paruulos causam reqro: quia neq; aiarum: si nouæ fiũt singulis singulæ: uideo esse ullũ in illa æta
te peccatũ: nec a deo dãnari aliq̃ credo: quã uidet nullũ habere peccatũ. An forte dicendũ est in paruulo car-
nem solã esse peccati? Nouã uero illi aiam fieri qua secundũ dei ꝑcepta uiuẽte: in adiutorio gratiæ dei: & ipse
carni edomitæ ac subiectæ possit ĩcorruptionis meritũ cõparari. Sed quia in paruulo aĩa nõdũ id agere põt:
nisi christi accesserit sacramẽtũ: p hanc gratiã carni eius acqrit: qd' illius moribus nõdũ potuit. Si autẽ sine
illo sacramẽto aĩa paruuli exierit: ipsa quidẽ in æterna uita erit: unde eam nullũ peccatũ potuit separare. ca-
ro uero eius nõ resurget in Xp̃o: nõ ꝑcepto ante mortẽ illius sacramẽto. Hãc opinionẽ nunq̃ audiui: nunq̃ le
gi: sed plane audiui & credidi ꝓpter qd' locutus sum: & quia ueniet hora quãdo oẽs qui in monumẽtis sunt:
audiẽt uocẽ eius: & ꝓcedẽt qui bona fecerũt in resurrectionẽ uitæ. Ipsa est de qua dicit: & p unum hoĩem re
surrectio mortuoꝝ: ipsa est qua in christo oẽs uiuificabunt. Qui autẽ male egerũt in resurrectionẽ iudicii.
Quid hic ergo de illis ĩfantibus ĩtelligẽdũ est: q prius q̃ possent agere uel bene uel male sine baptismo corpo
re exuti sunt. Nihil hic de talibus dictũ est. Sed si caro eoꝝ ideo nõ resurget: qa nec boni aliquid fecerũt: nec
mali: nec illoꝝ resurrectura est: q ꝑcepta baptismi gratia in illa ætate defuncti sunt: in qua nihil bene uel ma
le agere potuerũt. Si autẽ illi ĩter eos resurgẽt. i. ĩter eos q bene egerũt: inter quos & illi resurrecturi sunt: nisi
ĩter eos q male egerũt: ne aliq̃s humanas aĩas credamus corpora sua nõ recepturas: siue ĩ resurrectionẽ uitæ:
siue in resurrectionẽ iudicii. Quæ snĩa prius q̃ refellat: ipsa nouitate iam displicet. Deide qs ferat: si credant
se illi qui ad baptismũ cũ suis paruulis currũt: ꝓpter carnes eoꝝ: nõ propter aĩas currere? Beatus qdẽ Cypria
nus nõ aliquod decretũ cõdens nouũ: sed ecclesiæ fidẽ firmissimã seruãs: ad corrigẽdũ eos qui putabant an-
te octauũ diẽ natiuitatis nõ esse paruulũ baptizandũ: non carnẽ sed aĩam dixit esse ꝑdendã. & mox natũ rite
baptizari posse: cũ suis qbusdã coepiscopis cẽsuit. Sed cõtra Cypriani aliquã opinionẽ: ubi qd' uidendũ fuit:
fortasse nõ uidit: sentiat quisq; qd' libet. tantũ cõtra apostolicã manifestissimã fidẽ nemo sentiat: q ex unius
delicto oẽs hoĩes in cõdemnationẽ duci ꝑdicat. ex qua cõdẽnatiõe non liberat nisi gratia dei per iesum Xp̃m
dominũ nostrũ. In quo uno oẽs uiuificant: quicunq; uiuificant. cõtra ecclesiæ suæ fundatissimum more: ne
mo sentiat: ubi ad baptismũ si ꝓpter sola paruulorũ corpora currerẽt: baptizandi afferent & mortui. Quæ
cum ita sint: quærẽda causa est atq; reddẽda: q̃re damnent aĩæ: quæ nouæ creant singulis qbusq; nascẽtibus:

ſi præter Chriſti ſacramẽtum paruuli moriant. Dánari.n.eas ſi ſic de corpore exierĩt:& ſancta ſcriptura & ſã
ctat:ſtis é eccleſia,unde & illa de aĩaꝝ nouaꝝ creatiõe ſentẽtia ſi hãc fidẽ fundatiſſimã non oppugnat ſit &
mea:ſi oppugnat nõ ſit & tua.Nolo mihi dicat ꝑpter hãc ſentẽtiã debere accipi:qꝫ ſcriptũ eſt.Qui finxit ſpi-
ritũ hõis ĩ ipſo:& q finxit ſigillati corda eoꝝ.Aliqd fortiſſimũ atqꝫ iuictiſſimũ requrendũ é:qd nos nõ cogat
deũ credere ullaꝝ aĩaꝝ ſine culpa aliq̃ dánatorẽ.Nã uel tantundẽ ualet:uel plus é forſitã creare q̃ fingere.&
tamẽ ſcriptũ eſt Cor mundũ crea ĩ me deus.Nec ideo putari põt aĩa hoc loco optare ſe fieri prius q̃ aliqd eẽt.
Sicut ergo iã exiſtẽs creat inouatiõe iuſtitiæ:ſic iã exiſtẽs fingit cõformatiõe doctrinæ.nec illud qd ĩ Eccle
ſiaſte ſcriptũ é:& tũc cõuertet ĩ terrã puluis ſicut fuit:& ſpiritus reuertet ad dominũ: q dedit illũ: iſtã confir
mat ſententiã:quã uolumus eſſe noſtrã.Plus.n. hic ſuffragat eis:q ex una putant oẽs eſſe aĩas.Nã ſicut con
uertit inquꝫ puluis ĩ terrã ſicut fuit:& tamẽ caro de q̃ hoc dictũ é:ad hoiem nõ reuertit:ex quo ꝑpagata é:
ſed ad terrã:unde primus hõ factus eſt:Sic & ſpiritus ex illius unius ſpiritu ꝑpagatus:nõ tamẽ ad eũ reuerti-
tur:ſed ad dominũ:a quo illi datus é.Verũ qa hoc teſtimoniũ ita ꝑ iſtis ſonat:ut nõ oĩ mõ huic opinioni quã
defẽdi uolo uideat eſſe cõtrariũ:admonẽdã tantũ credidi prudẽtiã tuã:ne talibus teſtimoniis ex his águſtiis
me coneris eruere.Nã licet nemo faciat optãdo:ut uerũ ſit qd ueꝝ nõ é:tamen ſi fieri poſſet optarẽ:ut hæc
ſentẽtia uera eſſet:ſicut opto.ut ſi uera é:abs te ſtiqdiſſime atqꝫ iuictiſſime defendat.Hæc aũt difficultas etiã
illos ſequtur:q iã exiſtẽtes alibi aĩas & ab initio diuinoꝝ opum ꝓparatas:a deo mitti opinãtur in corpora.Nã
& ab his hoc idẽ quærit:ſi aĩæ inculpatæ obediẽter ueniunt quo mittunt:cur ĩ paruulis ſi nõ baptizati uitã
iſtã finierit puniunt?Eadẽ prorſus ĩ utraqꝫ ſentẽtia difficultas é.Illi ſibi uidẽt de hac facilius exire quæſtiõe:
q aĩas aſſeuerãt ꝑ meritis uitæ prioris ſingulas ſingulis corporibus ĩplicari.Hoc enĩ putãt eſſe ĩ Adam:mori
in carne ſcilicet:quæ ꝑpagata eſt ex Adã ſupplicia pẽdere:a quo reatu inquꝫ gratia Chriſti liberat puſillos
cũ magnis.Hoc qdẽ recte:ueraciter:optiequꝫ:qd gratia Chriſti liberat a reatu peccatoꝝ puſillos cũ magnis.
Sed ĩ alia ſuperiore uita peccare aĩas:& ĩde præcipitari ĩ carceres carneos nõ credo:nõ acqeſco:nõ conſentio.
Prio quoniã neſcio per quos circuitus fieri id aiũt iſti ut poſt neſcio quãta uolũina ſæculorũ itꝝ ad iſtã ſarc-
inã corruptibilẽ carnis & ſupplitia pendẽda redeũdũ ſit:q̃ opinione qd horribilius cogitari poſſit ignoro.
Deĩde qs tandẽ iuſtus defunctus é:de quo nõ ſi iſti uera dicũt:ſoliciti eſſe debeamus:ne ĩ ſinu Abrahæ pec-
cans ĩ flãmas illius diuitis deiiciat?Cur.n.nõ & poſt hoc corpus peccari poſſit:ſi & ante potuit?Poſtremo lõ-
ge aliud é ĩ Adã peccaſſe.Vnde dicit apoſtolus In quo oẽs peccauerũt:& aliud é extra Adã neſcio ubi peccaſ-
ſe:& ideo in Adã ideſt ĩ carnẽ:quæ ex Adã ꝑpagata eſt:tanq̃ ĩ carcerẽ trudi.illã uero opinionẽ q ex una fiant
oẽs animæ:nec diſcutere uolo niſi neceſſe ſit.Atqꝫ utinã iſta de qua nũc agimus:ſi uera é: ſic abs te defendat:
ut hoc neceſſe iã nõ ſit.Quãuis aũt deſiderẽ:rogẽ:uotis ardẽtibus exoptẽ:& expectẽ: ut per te mihi domius
huius rei auferat ignorantiã;tamẽ ſi qd abſit minime meruero:patientiã mihi petã a domino deo noſtro:in
quẽ ſic credimus:ut aliq̃ nobis nõ aperiri etiã a pulſantibus nullo mõ aduerſus eũ murmurare debeãus. Me
minerimus ipſis apoſtolis dictũ.Multa habeo uobis dicere:ſed nõ poteſtis illa portare mõ. In his q̃tũ ad me
attinet etiã hoc deputẽ.Nec q hoc ſciã me indigner idignũ:ne hoc ipſo etiã cõuincar idignior.Multa enĩ alia
ſimiliter neſcio:quæ cõmemorare uel numerare nõ poſſum:& hoc tolerabiliter ignorarẽ:niſi metuerem ne
aliqua iſtaꝝ opinionũ cõtra illud qd firmiſſima fide retinemus ĩcautis obreperet mẽtibus:ſed ante q̃ ſciam
quænã eaꝝ potius eligẽda ſit:hoc me nõ temere ſentire ꝓfiteor eã:quæ uera eſt nõ aduerſari robuſtiſſimæ
ac fundatiſſimæ fidei:q̃ chriſti eccleſia:nec paruulos hoies recentiſſime natos a dánatione credit:niſi p grati-
am nominis chriſti:quã ĩ ſuis ſacramẽtis commendauit poſſe liberari.

Dialogus ab ĩcerto auctore:ex uariis ſcriptis & epiſtolis ſanctoꝝ Auguſtini atqꝫ Hierõymi excerptus atqꝫ
collectus.In quo de origine animæ:& unde culpã cõtraxerit diſputat.In cuius ꝓpoſitione diuerſæ catholicoꝝ
atqꝫ hæreticoꝝ de ea quæſtione ſententiæ referũtur

Epiſtola.l v.

c Vm apud uos cæleſtis eloquẽtia puriſſimi fontis & litteraꝝ oĩum fluenta redũdent:ac ſolida ſecun-
dũ uerticẽ ſanitas ueſtra cũcta firmo ſtatu mẽbra cõtineat:miror ſtupore mẽtis attonitus:cur ſtilli-
cidiũ iſulani riuuli dignemini haurire:nitores corporis infirma medẽtes.Magis ergo quæ de græco-
rum mutuaui fontibus ſitientibus ꝓferã:atqꝫ latinoꝝ latices limpidiſſimos ad ueſtri cordis ſecreta ꝓducã.
Origenes igit q nullũ ꝓprie de aĩa edidit librũ;ĩ catalogo eccleſiaſticæ ꝓdicatiõis aniæ faciẽs mẽtionẽ: hæc
dicit.de aĩa uero utꝝ ex ſeminis traduce ducat: ita ut ratio ipſius uel ſubſtãtia iſerta ipſius corporis ſemini-
bus habeat:an uero aliud habeat initiũ:ſi genita é:aut nõ genita:uel certe ſi extrinſecus corpori ĩdit:nec ne:
nõ ſatis manifeſta ꝓdicatiõe diſtiguit.Itẽ ĩ libro quẽ de epiſtola apoſtoli ad Titũ ſcripſit.Si qs ait rõnem hu-
manæ aniæ reqrat:cũ de ea neqꝫ ex ſeminis traduce ducat:neqꝫ qd honorabilior & antiqor corpoꝝ cõpage
ſit tradiderit eccleſiaſtica regula:ꝓpter qd multi nec cõprehẽdere potuerunt aliter ſentiri oportere de aniæ
rõne:ſed & q aliter ſentire uel diſſerere uiſi ſunt:a nõnullis ĩ ſuſpitiõe habẽt:uelut noui aliqd ĩtroducentes.
Fatẽt aũt idẽ ipſe Origenes ĩ ꝓfatis opuſculis:ſed & Euſebius Cæſariẽſis:& Páphilus martyr:Baſilius quoqꝫ
& Gregorius:Dichanuſqꝫ & Ruffinus:ſimiliter ĩ ſuis unius ſubſtãtiæ oẽs eſſe aĩas:& ĩmortales & rõnabiles
liberi arbitrii ac uolũtatis:iudicãdas quoqꝫ eſſe ꝓ iis quæ ĩ hac uita geſſerũt:eſſe tamẽ eas factas a deo q uni
uerſa creauit & cõdidit. Quãdo aũt factæ ſint oli ſimul:aut tũc ꝓ ſingulos naſcẽtiũ: qd piculi eſſe aiũt:alte-
rum e duobus opiari?Athanaſius Hilarius & Ambroſius præparatis iã ĩ uẽtre mulieꝝ: deformatiſqꝫ corpo-
ribus:tũc ad præſens creari aĩas:& ĩſeri deformato iã corpori criminant.lã uero illi q ex traduce aĩas uenire
confirmãt:& ſimul corporali eas ſemine ſeminari:ſi qdẽ ut qd ipſoꝝ ãffirmare ſolẽt:nõ aliud dicũt eſſe ani-
mam q̃ inſufflationem ſpiritus dei:illam ſcilicet quam initio facturæ mundi deus ĩſufflaſſe dicit in Adam:de

quid sit Aia

ipſa dei eſſe eam ſubſtantia profitẽtes. Quo modo non iſti uidebuntur quodam modo hæc præter ſcripturæ regulã & rõem pietatis aſſerere: qđ ſubſtãtia dei eſt quæ peccat? Si aĩa quæ de ſubſtantia dei eſt peccat: inſuper etiã q̃ & pœnis ſubdẽda ſit pro peccato. Sed & illud ſe qđ per abſurdũ ẽ incurrere nõ uidẽt: qa neceſſe eſt eã ſimul cũ corpore mori: & eſſe mortalẽ: ſi ſimul cũ corpore: uel ſeminata uel formata uel nata ẽ. Tũ dede illi. i. Apollonius: Tertullianus: Pompeius Arnobius: Lactantius: atq̃ Apollinaris: q̃ unam q̃dem ex nullis ſubſtãtiis a deo factã eſſe dicũt aĩam. i. illã quæ prĩa facta eſt ĩ Adam: & ex Adã oĩum hoĩum aĩas exiſtere: & ſecũdũ corporalẽ ſine dubio ſucceſſionẽ traducẽ quoq̃ fieri aĩaꝝ: etiã ipſi q̃ aliud oſtẽdũt: niſi aĩas eſſe mortales. Si. n. ſicut aĩalia cætera ex ſolo ſemĩe oriũt: ita etiã de hoĩnibus ſentimus: ut cũ corpore ſimul ĩ eodem ſemine etiã aĩa defendat: q̃d dicĩus de his q̃ impfecti adhuc & de uẽtre abſorſi ſunt? & q̃ nonnũq̃ etiã ante q̃ maſculoꝝ naturaliũ receptaculi ſemina ſint ſuſcepta depereũt? In q̃bus ſine dubio inueniẽ q̃ ſimul etiã illæ quæ naturali rõe ſeminibus ĩſertæ erant aĩæ: extinctæ ſint pariter & corruptæ? Siue ergo ex ĩſufflatiõe domini ſunt: ſiue ab una quæ prĩa facta eſt: neceſſariũ eſt ſimul ut cũ corporibus corrũpant: ſic eandem corporalibus etiã originẽ ſumũt ſecũdũ ipſoꝝ rationẽ. Aut enĩ nihil oĩno ex rationabili: atq̃ immortali aĩa participauit illud: qđ adhuc ĩ uẽtre correptũ ẽ. Et repulſa ẽ illa ratio quæ affirmat: eã in ſeminis traduce ſimul cũ corporibus ſeminatã. aut ſi participat: neceſſitas ĩminet cõfiteri mortalẽ eſſe animã: qđ fides noſtra utiq̃ nõ recipit domino declarãte defunctoꝝ aĩas & colloqum apud ĩferos habuiſſe: & Lazari ſcilicet in beatorũ ſedibus ouãtem: & diuitis flagrãtem ĩ incendiis. Eſſe náq̃ aĩas ĩmortales: nõ tantũ diuini ſed & philoſophorum pleni ſunt libri. Quod taliter eſſe Theobrotus Ambratiota ĩ Platonis libro Socrate diſputãte didicerat. q̃ homicida ſibi eſſe nõ timuit. ac ſe altiſſimo præcipitauit muro: dũ & nullũ poſt mortẽ autumat reſtare iudicium: & ſine diſcrimĩe aliquo meritoꝝ: oẽs aĩas poſt corpora æqualiter ferri arbitrat ad cælũ. qđ adeo ꝓ uero tenuerũt. & ſic illos oẽs ſæculi ſapiẽtes: una nebula huius erroris ĩuoluit: ut & ipſe tã laudabilis ut putant doctor homicidæ ipſum ſe priuatĩ: ne publice occideret: occiderit. Sic quoq̃ Cato lecto ĩ nocte ad lucernas Platonis libro q̃ ĩmortalitatẽ aĩæ docet: ſtricto gladio: reuelatũ manu pectus ſemel iterũq̃ ꝓcuſſit. Redeãs ad illas ꝓterea ſanctoꝝ nobiliſſimas diſputatiões: nõ in academiæ nemoroſæ obſcuris tectas umbraculis: ſed cæleſti illuſtratas ex lumĩe. Beatus itaq̃ Hieronymus tã ſanctũ Victorinũ martyrẽ: q̃ pleroſq̃ catholicos ſecutus: ſe potius fieri: q̃ ꝓpagari aĩas: ſecũdũ illud qđ ĩ euangelio ſcriptũ ẽ; Pater meus quotidie operat: & ego operor: credere ſignificauit. Sanctus quoq̃ Auguſtinus hãc opinionẽ ĩ octo admodum uoluminibus uerbis tueri cernit. Sed cũ origĩale peccatũ pœnaſq̃ paruuloꝝ: q̃ ſine baptiſmate moriũt: declarat nitit: a deo facta in Adã: & ex ipſa oĩum hoĩum aĩas exiſtere: tam ſuis argumentis: q̃ ſcripturaꝝ teſtimõiis ut ẽ illud aĩæ quæ ingreſſæ ſunt cũ Iacob ægyptũ: & egreſſæ de femore illius: amplecti ꝓpenſius cõperit. Huius aſſertionibus beatus Gaudioſus epiſcopus aĩaꝝ & corpoꝝ prõptiſſimus medicus: noſtriſq̃ tẽporibus unus martyr: cũ nobiſcũ colloqum familiariter habuiſſet: ꝓ totã oratiõis ſuæ ſerie euidentiſſimis approbatiõibus uſus ẽ. At uero ſanctus Ambroſius quẽ iã ſuperius ĩter uiros apoſtolicos memorauĩus ĩhoneſtũ inqt puto aĩas cũ corporibus generari: ut aĩa naſcat ex aĩa. qđ nec aĩæ ipſi cõpetit: aut ſi certe ſingulæ cæleſti poteſtate factæ ſunt: & ex ipſis cæteræ natæ ſunt: põt ex una Adæ aĩa credibile uideri cæteras naſci, ſed nõ cõuẽit: qa ſoli deo hoc poſſibile fuit: ut ſimplex generaret: nec cæteris cõcederet qđ tã myſticũ ẽ ĩ cauſa Saluatoris: ut nõ ſolũ a ſolis gẽtilibus uel Iudæis: ueꝝ etiã ab ipſis q̃ Chriſtianos ſe dicũt ĩcredibile putet. Photiniãi. n. hãc fidẽ ſpernũt: non credũt deũ generaſſe. Ná ſi eo tẽpore igit quo ſeminat corpus & aĩa: coſtã ſublatã legimus: nõ tamẽ aĩam natam ex aĩa. Sed ſi coſta ſecũ habuit aĩam: iã nõ nata ẽ: ſi detracta ĩ partẽ. Sed nec hoc ſcriptũ ẽ. Propheta. n. Zacharias ĩter cætera: q̃ plaſmas ĩquit aniam hoĩs ĩ eũ. Nec Eſaias ab his diſſentiẽs ait, Sic dicit dominus deus q̃ fecit te: & finxit te ĩ utero. Sic ergo ĩ utero fingit: iã formato corpori tribuit. Cũ enĩ oĩa mẽbra iplet corporis: figurata dicit ĩ corpore. ut ſicut aq̃ cũ ſit ſine effigie: miſſa tamẽ ĩ uas figurata uidet: ita & aĩa cũ ſit natura ĩcorporea & ſimplex: formam in corpore ſingula mẽbra uiuificãs. qđ q̃dẽ Moyſes manifeſtius tradidit dicens. Si qs percuſſerit mulierẽ ĩ utero habẽtẽ & abortiuerit: ſi formatũ fuerit: det aĩam ꝓ aĩa. Si aũt ĩformatum fuerit mulctet pecunia. ut ꝓbaret nõ ieſſe aĩam ãte quã formã. Itaq̃ ſi iã forma corpori dat: nõ ĩ cõceptu corporis naſcit cũ ſemine deriuata. nã ſi cũ ſemĩe: & aĩa exiſtit ex aĩa: multæ aĩæ quotidie poreũt: cũ ſemẽ fluxu quodã nõ ꝓfecit natiuitati. Sed ſi prius reſpiciãus: uidebimus q̃d ſeq̃ debeãus. Cõtemplemur facturam Adæ. In Adã. n. exemplũ datũ ẽ ut ex eo itelligat: qa iã formatũ corpus accepit aĩam. Ná potuerat deus aĩam limo terræ admiſcere: & ſic formare corpus. Sed ratio ĩfirmat qa primũ oportebat domũ cõpaginari: & ſic habitatorẽ ĩduci. aĩa certe qa ſpiritus eſt: ĩ ſicco habitare nõ põt. ideo in ſanguine fert. Cũ ergo corporis linia mẽta cõpacta nõ fuerit: ubi erit aĩa? An foras uagat quãdiu imitat? Cũ ratio tradat ſic dari eã: ut aĩa ĩ corpus nõ ocioſa uaget. Sed ex quo detur: dicãt q̃ aliud putãt ex mare: an ex fœmĩa? Nõ cõuenit: qa aliud in exemplo eſt, ꝓponũt. n. ex uiro cũ coſta datã & aĩam: qđ multis rationibus ĩfirmari docuimus. Vnde forte uideat dari ex fœmina: maxime ꝓpter Saluatorẽ: quẽ ſcimus ſine cõplexu carnis de ſpiritu ſancto natũ ex fœmina: qđ ſi arbitrant plus dãt fœminis. Auctoritatẽ. n. uiri mutãt in fœminã. Cũ. n. tã corporis q̃ animæ originẽ ex uiro dicãt: cõuertũt ſe: ut id qđ potius eſt ex muliere dicãt. i. animã: qđ uero minus ex maſculo. i. corpus. Cum manifeſtũ ſit ordinẽ exempli a deo traditũ immutari nõ poſſe. q̃ ergo animas ex una ꝓpagari aſſerũt: & non in corpora iuxta exemplũ primi hominis a deo quotidie fieri: anathema ſint. AVGVSTI. Sancte frater Hieronyme cõſulẽs te de his quæ neſcio: oro deum ut fructuoſum eſſe nobis uelit. Quãq̃ enim te multo q̃ ego ſim ætate maiorem: tamen etiam ipſe iam ſenex conſulo. Sed ad diſcendum quod opus eſt: nulla mihi ætas ſera uideri põt: quia & ſi ſenes magis decet docere q̃ diſcere: magis tamẽ diſcere: q̃ quid doceãt ignorare. HIERO. Beate papa Auguſtine in ſcripturaꝝ ſi placet campo ſine noſtro inuicem dolore laudamus. Noli igitur

annorum exiſtimare nos numero:nec ſapiẽtiam canis reputes:ſed canos ſapiẽtia ſcriptura teſtãte:cani homi
nis prudẽtia eius.Noli inq̃ fidem penſare temporibus:nec me iccirco meliorem putes:q̃ prior in chriſti exer
citu cœperi militare.AVG.Accipe igit̃:& quæ mihi peto aperire:atq̃ differere nõ graueris.Quæſtio de aĩa
multos mouet:i q̃bus & me eſſe cõfiteor.nã qd de aĩa firmiſſime teneã nõ tacebo.HIERO.Metiris nos uir
tutibus tuis:& paruos magnus extollis:ultimãq̃ partẽ cõuiuii occupas:ut patriſſamiliæ iudicio proueharis.
Sed uelle fateor:ſed eniti p̃fero:magiſtrũ renuẽs:comitẽ ſpõdeo.petẽti dat̃:pulſanti aperiẽt̃:quærẽs inuenit:
diſcamus ĩ terra:quoꝝ nobis ſciẽtia p̃ſeueret in cælo.AVGV.Certus etiam ſum aĩam nulla dei culpa:nulla
menta cæleſtia:ut circunciſionem ſpiritalē in ſpiritale natiuitatē quæramus:& in ipſis fidei noſtræ cunabulis:quo tēpore circūciſio celebraſ:primos uagitus ſacratæ repetamus infantiæ:& abrenūciatōnē illā q̄ ꝓputiis denudamur: āte oculos collocemus,quoniā ſicut q carnaliter naſcebanſ ī mūdo:carnaliter circūcidebāſ in lege.Ita q nūc ad cælorū regna generāſ ex uerbo: per uerbū circūcidūſ a mūdo.Sic nāq; dicimus abrenūciare nos mūdo & pōpis eius:quoniā q̄cq̄d ē in mūdo cōcupiſcētia carnis ē:& cōcupiſcētia oculorū ē:& abnutio ſæculi quæ nō ē a patre. illa ergo ꝓmiſſio & circunciſio ē:quā non patimur ut ſerui:ſed exibemus ut liberi.Nec poſtq̄ nati fuerimus:celebramus.ſed ut renaſcāſ offerimus.oīq; ī ꝓcinctu baptiſmatis īdumēto nudati:ſola ſanctoꝝ oculis cōtritione ueſtimur:nec ad ſpeciem naturā noſtram:arſura filiorum ueſte uelamus:qa ī euangelio arbor foliis exuberās:cū i ea fructus nō eſſet repertus exaruit,ſed cūcta carnis repudiata natura:ſexus īmemores:nil ueremur:nec cū prīo illo terreno homine:Adā ubi es:deū fugiētes audīus.Præputia itaq; Adā trāſgreſſoris acq̄rere:per ſubiectionē cæleſtis obediētiæ reſpuētes:naturā circūcidimus uitioꝝ:& per unā corporalis mēbri formā:oēs exercentes ī ꝓputiū ſenſus ꝓſequmur:ac trūcamus.nō.n.naturā: ſed naturæ ſupflua reſecāus.ſcientes quoniā q̄cq̄d āplius ē:a malo ē.ſic domini dignatiōe cōſequmur: ut nos qui ſecūdū carnē ꝓputiū dicimur.i.uelut ignorātia q̄dā naturaliter obtecti:tamē reuelata facie gloriā domini ſpeculemur cū illi q ſecūdū carnē circūciſio dicūſ:tamē ne ī legē ītroſpiciāt: obtētis præ facie obcæcentē aulæis Euacuata ē itaq; circūciſionis figura corporeæ:& ī uim nominis eius tota trāſcendit:quando etiā ſic præputiū circūciſio reputaſ.qđ tunc euenit.ſi aut poſt uerbū domini naturæ huius corruptæ acqeſcimus blādimētis:& denuo ícentiua ſeqmur uitioꝝ.Aut etiā nō icircūciſi ī carne eā ipſam naturā cū ſuis ꝓſequentes:uerbū domini dū nō cuſtodīus:obterimus.Porro hæc an ita ſe habeāt:& fidei patrē:& circūciſionis īterrogemus auctorē.quoniā ab ipſo utraq; hæc:& quæ ad mētem:& quæ ad corpus ptinēt:,pceſſerunt.ipſe nobis reſpondebit ex geſtis:utrū ne illum de iudaica circūciſione:an uero de noſtra hac quam dicimus commē darit.ac primū audit a domīo.Exi de terra tua & de cognatōe tua.ſub hoc uerbo iuxta carnē in ꝓputio cōſtitutus:a parētibus ſe circūcidit:& patriā:naturāq; oēm q̄ per affectū tenebaſ:abrūpēs uerbū domini ſequitur peregrinus.Hinc deīde ex cōiuge ſterili & ánoſa.i.& cōtra uitiū naturæ:& cōtra cōditionē deficientis ætatis poſteritatis ꝓmittiſ multitudo:nō cōſiderat corpus ſuū emortuū cū iā fere cētum eſſet annorū:& emortuā uulā Saræ cōiugis:cui deīnēs iuſtificationē credēdo ꝓmereſ.Prius ergo q̄ ī carne circūcidaſ:eligiſ.Prius.n. ſcriptū ē.Credidit Abrahā deo:& reputatū ē illi ad iuſtitiā.Iubet igiſ deus.Circūcideſ oē maſculinū ueſtrū: & circūcidemini carne ꝓputii ueſtri.Addidit & ſignificantiā huius rei:ne eſſet obſcura.Ait.n.Et erit in ſignū teſtaméti ītер me & uos:ſignū ad oculos ptinet.uidelicet ut eoꝝ eſſet agnitio:q non putarēt eū mūdialē naturā per uerbū domini reſpuiſſe.ac ſi q eſſent illi:q Abrahæ fidē uirtutē operationis ignorarēt:p ſignum uelut p imaginē aliq̄ cōparatione depictā qđ uerū eſſet agnoſcerent.Deīde & ꝓpheta īfideli populo:q deū ex eo q̄ uideri nō poteſt nollet credere:ſignū uiſibile ꝓmittit dicendo,Dabit uobis deus ueſter ipſe ſignū.Ecce uirgo ī utero cōcipiet:& pariet filiū: & uocabiſ nomē eius Emanuel.Et ipſi Iudæi cū dnūm iā ī carne cōſpiceret:& fidē eius uirtutibus denegarent:ſignū poſtulāt de cælo nempe ut crederēt:ſi uiderēt.Deus ergo pro tēpore:cū Abrahæ poſteritas paribus ſi poſſet ueſtigiis īgredi in fidē electiōis ſuæ:notā in ſigno hoc uoluit eſſe:nō iuſtitiam,ut q mūdialē naturā aíæ reſpuiſſet:ei circūciſio carnalis appareret ī corpore,ac uelut p hoc qđ uideſ:poſſet ītelligi.Sic multa quæ a ꝓphetis populo denūciabanſ:ab ipſis prius a q̄bus p̄conabanſ:effecta ſunt,Nudos ī captiuitatē filios Iſrahel eſſe ducendos:p ꝓphetā iratus dominus minabaſ.certe dictum iam ad partiū oīum intelligentiā poterat ītrare.Vadit tamē nudus ipſe ꝓpheta p populos:& ī ſe qđ aliis uaticinabatur oſtendit.Videt uulgus:nō audit.Et ī Eſaiæ corpore:quæ ſibi erāt uentura cognoſcūt. Fit ſignum de uate:& in libro adhuc populo amaritudiné ſentit ꝓpheta captiui.Sic abrahā deſignat ī carne:qđ exercebat ī mēte:& p nomē mēbri uelut uirtutē circūciſionis ítelligit:nō per hoc ſignū exprimēs carnis:ſed ſignū fidei.deīde poſt illā carnis circūciſionē ſuæ:ſi erat plenitudo iuſtitiæ:q̄re maiora adhuc ī Abrahā fidei experimēta quærebat?Cur ī patrio poſtmodū tētaſ affectu: ſi iā ī illa circūciſiōe benedictiōis ſūma tenebaſ?Sed quoniā nō illa uirtus:ſed ſignū iubebaſ eſſe uirtutis:quæriſ a ſingulari uiro:Vtrū ne q iā & patriæ & cognatiōi renūciaſſet:& circūcidi ſe paſſus ēet:nū parceret & filio.Quē ubi ad uictimā nō triſtis exhibuit:p digna pignoris ipietate fit carnali pietate ſublimior.Lucraſ orbitatē:dū parricidiū meditaſ, & cū unico nō parcit in terris:ſtellas p filiis ánumerare iubeſ ī cælis.carnaliſq; deſpector naturæ ī natura ſiderū collocaſ. & humani cōtēptor ſeminis:pr̄ uocaſ aſtroꝝ.Sic fidelis nō filio:ſed p̄cepto: dū mandatū domini religionē ducit eſſe nō crimē: dū offerre filiū deo ſacrificiū iudicat eſſe nō parricidiū: pene meruit p̄uidere:q̄ deus ad tentationē ꝓbādæ mentis parricidiū uoluit offerri:ſed noluit īplere.Ab hac ueritate forma iudaicæ circūciſionis amiſſa ē:hæc nōis erat figura nō mēbri.ſic naturā noſtrā deus uoluit denudari:ut nō ī nobis aut cupiditas arderet:aut ābitio ſudaret:aut affectus carneus p̄mineret:ſed ab oībus p̄putiis dei amor & p̄ſentiū cōtemptus exueret.Dixit q̄dā ſatyrus gētiū poeta.Probitas laudaſ & alget.Teſtimoniū hoc ueꝝ ē. nullus eā ſtipat populus:nulla multitudo ābit:hō nullus āplectiſ:& ī mūdo iſto uelut ī nouercali domo horret:etiā neceſſariis deopta q̄diu nō ueſtē ſuæ habuit dignitatis.Age ſi uideſ:totū tramitē ueritatis p patriarchaꝝ geſta uelut p uiua ueſtigia decurramus.ut circūciſionē quæ ſanctificat demōſtremus.Trāſeo Iſaac peregrinātē: qđ ipſum in circūciſionis forma cōſiſtit.Rebeccāq; ꝓpter phyliſtinorū inſidias ſororē de uxore dicentē.Quod æque q̄ magni ſacraméti ſit:tibi exiſtimādū relinquo.Taceo Iacob p duas annoꝝ hebdomadas matres.xii.tribuum ſeruitute mercantē.Omitto eius filios:quos p patriā benedictiōem & ſanctitatē naturalis quædā neceſſitas continebat.Ad Iob ueniāī aliam generationis lineam de Iſaac germina iam ꝓlapſum:nec ītер.xii.Iacob filios hæreditatum per Eſau genitum primitiuæ benedictionis extorrē primogeniti dignitatibus expoliatum:

inter Edon princeps q deo placerēt iuentū. Hic tamē an circūcisionē naturalē æquanimiter possit ferre tē i 12
tatur. Fit paup ex diuite. Sed hoc etiā sæculi hoīnes cōtēnere nouerūt. Tot orbitatibus uulnerat: quot succes
siōibus gloriabat. Exclamet forti uoce: nudus cēsu: nudus & filiis: nudū se exisse de utero matris suæ: nudū
etiā iturū sub terras: dominū dedisse: dnūm abstulisse. O uirū naturā sæculi respuētem. nō se lachrymis: non
se gemitibus: nō se etiā tenebris tradidisse. sed potius detrimēto meritoꝝ doloꝝ victor: & si egēus affectu
fit fortior cū ifirmatur: & ī ualle lachrymaꝝ turrī occupat gloriarū. Vbi es isolēs nimiū carnis Iudæa? Cōfer
cū hoc uiro pedē: cōtēde: & gloria attollere maioꝝ supba uirtutibus. latusq; tuū benedictis nobiliū patriar
chaꝝ circūcinge nōibus: ut te iustificationū uetus illa uirtus & auoꝝ splēdor appareat. Iob te aduersum p
cedit ī mediū: sanguinis auctor es nō erubescēs: nec per Esau iconcessam benedictiōis sortē trāsfusione mē
titus. nā illa nec pdesse nouīus: nec obesse dicēte domino. Aīa pris & aīa filii mea ē. Aīa quæ peccauerit: ipsa
morietur. Ac pīde ei spes ē: q ī his uīcat te oībus: & pcedit plus sibi de uirtute uēdicās ppria: quo mius ex glo
ria pmittit aliena. Deniq; expoliatus bonis oībus nil reqrit. Tu ægyptū ī heremo post māna delitiosa suspi
ras. Illū ab spe in deo posita tot maloꝝ tētamēta nō auocāt. te ad eā spē bonoꝝ oīum blādimēta nō puocāt.
Ille manū domini sentiēs benedicit ī uulnere. Tu uirtutibus de Pharaonis iugo exuta: nō subiaces. Huic illi
& pro circūcisis ueniā postulare cōcedit: tibi uelut īcircūcisæ Amorreus pater & mater īgerit esse Ethea: ut
manifeste liqueat: & illum per uirtutes opum nō p obseruātiā circūcisiōis benedictionē sibi restaurasse: quā
pauus amisit: & te p iactātiā circūcisiōis uirtutes negligētē eā benedictionē quā Iacob sola subtilitate acq
sierat: pdidisse. Quid. n. sibi iudæoꝝ arrogātia nō usurpet. Iob ista q deo placuit: quō gētis nō ē meæ? Et cir
cūcisus forte: quoniā de Esau circūcisio hucusq; generat. Nec māus leues ī hoc nō circūcisio fuerat pdica
ta: sed uirtus. nec an sine pputio uixerit: sit quærēdū: sed q nihil labiis suis peccauerit sit tenēdū. Ad alie
nigenas ad quos puocāt: ueniamus. quoniā nullā nobis arborē exēplorū ager diuinoꝝ oī ligno feracium
plārioꝝ: nec ī eo germia de uimine: sed de fruge cēsent. Ostēdamus ī israhel gloriā peregrinam: & bene
dictiōis germē in ligno fluxisse nō suo dicimus Ruth: quo magis cōfundāt ī fœmina. Promittit p pphe
tas de radice Iesse uirga p nostra salute pditura. nunq̄ flos cōdescenderet: q uel solus utiq; pleni agri odore
flagraret præ consortibus: nisi eū odore unguētorū sup oīa aromata lætitiæ oleo pater unxisset. Hic tamen
Iesse auiā nō Israheliticā habuit: sed Moabitā. Cui tātū pegrinæ cōcedit: q̄tū nulla de patriarchaꝝ germie
pmeret: ut suo utero destinatæ benedictiōis semē accipiat: & Israheli nō Israhelita parturiat dignitatē: cor
nuq; populi sui: ī alterius populi benedictiōibo aliēa sustollat. Vnde istud oro pmeruit? Credo qa dicit socrui
suæ. populus tuus populus meus ē: & deus tuus deus meus ē. O uirtutē uiris etiā pferēdā. Abrahæ fidē īcircū
cisæ gētis mulier imitat. q̄ uirilis circūcisio dereliqt: & p aliēa uestigia meritū iustificatiōis īgredit. a qbo ma
ior cæca hæreditas deuiauit. Dnōs suos Moabita contēnit: cū Israhel cōtēnit alienos. Illā ī unū deū suoꝝ iā
oblita cōiurat: & tu post multitudinē fornicaris idoloꝝ. hīc eligit a dnō. hinc fit Israhelita mēte nō genere:
fide nō sanguīe: uirtute nō tribu. hīc usq; a deo benedicit: ut pphetaꝝ tuoꝝ mater uocet & regū. licet pror
sus dicere clarius regnū cæloꝝ uī pati: & a uī facientibus iuadi: diripi: possideri. Nec iustificationē gētis ē: sed
uitæ. quādo nō circūcisi p frugē pbitatis aulā sānctificatiōis ītroeūt. & circūcisi ī eadē aula geniti: p pudēda
gestoꝝ sceptꝝ sanctificatiōis amittūt. Sed rursū ad benedictū uelut. xii. tribuū sanguinē: redeāus. ut in eo iā
tūc præcedēs ecclesiastici mysterii ueritatis ūbra pbet. Lōgū ē singuloꝝ formas enūerare sanctoꝝ: eorūq;
gesta ruis filia dilectissima enarrare uirtutibus. qd sit: q Ioseph de domo ægyptii regis uestē piecta nudus
ausugerit. Quid sit: q hic populus mare trāsierit: & Pharaonis nō trāsiit exercitus: & species labētis naturæ
sub hominū psona mutat. Quid ē: q ipsū mare euadētibus ægyptū Iacob filiis occurrat. Tibi hæc cuncta
examiāda & iuxta tuā uitā & iuxta ecclesiæ mysteria dereliquo. ut ī his ueritate circūcisiōis arcana: quā ī Aa
rō aspicies: uacuatā formā signi iudaici nō mireris. Igit quoniā strictī uniuersa dicēda sunt: ne in lōgū sermo
pcedat: seges milii oīs israhelitæ gētis ē iuadēda: & ī ea ipsius circūcisiōis uētilādus effectus. Iesus naue popu
los hæreditaturus ī terris: prius illa oīa uelut diuīæ plebis circūcidere iubet ex aīa: q̄si uero nō tota heremus
p uarias peccaminū plagas circūcisæ gētis ossibus albicaret. Quid ergo iubebat hoc fieri: qd peccati meritū
nō sanabat? Dicit dnūs: fac tibi cultellos petrinos nimis acutos. Quid ē: q tātope cauet: ne habeāt obtusi? Ni
mis ait acutos: ut uidelicet nō q particulā aliquā corpusculi sui sensu doloris abscidant: sed multa lima atq;
usu cotis assiduo tenui acie mortiferos: sensus mētis subtiliter discriminēt. Circūcidit ergo ni fallor in illis
ægypti desideriū: murmurationē: cōtūaciā: idoloꝝ fornicationē: cōsuetudinē peccandi: p qbus irā dni eoꝝ
sensere maiores. Et illis etiā sine dubio circūcidit metū positorū āte faciē plioꝝ. Nā iā āte q̄ terras pmissas
sibi: Iesu illas speculāte uidisset: gigātes ibi esse fortissimos q̄rebāt: cū qbus manus cōserere formidarēt. Cir
cūcidit & oculos: ne alienigenaꝝ cōiugia cōtra licitū cōcupiscāt: aliudq; ī illis regiōibus uelit possidere q̄ter
ras. Nō. n. si nō circūcidāt: sed si hæc negligāt: p irā dni moriunt. quoniā illud signū ē benedicti: nō meritum
benedicēdi. sed pleni sunt oēs libri: plena exēploꝝ uetustas: q nō pfectiōe nescio cuius mēbri: sed naturæ no
stræ circūcisiōe dnūs delectat: ī q̄ secū etiā ille maior oīum pphetaꝝ Ioānes circūcidat. nō uestīt mollibus:
nō exq̄sitis ad gulā dapibus saginat. sed ī hoc mūdo pene sine mūdo ē: cūcta desiderioꝝ deserēs curā mun
dialē. setosa durū uiꝝ horridāt tegmia nō decorant. humifero esu: melleo tenuiter sudore saturat. quæ alia
circūcisio præstātior debebit inqri? Deniq; hic nō agnū illū: qué ī ūbra ueritatis soliti erāt iudæi habere p
pascha: p quē mūdi peccata nō poterāt aboleri: sed illū uerū agnū: cuius oīs esset mortalitas cruore saluanda:
relictis. xc. & nouē ouibus gestari pastoris ueri humeris primus agnouit: dicendo. ecce agnus dei: ecce qui tol
lit peccata mundi. Illud etiam in eo mirandum ē: heremum elegit: domini prædicaturus aduentum. non in
templis: non loquitur in plateis multitudinem pfecturus horrescit: & cur uox ē clamātis: si declinatur audi

tor? Opus est utiq; multitudo doctori. Et quæ erit in heremo multitudo? Sine dubio nulla. Et qd faciet propheta? q uox é & uox clamãtis. Elegit ni fallor locũ: ubi eũ nullus audiat: sed ad quẽ populos de naturæ corruptæ cõuersatiõe reducat, ut ĩ ꝓpheta nouã uitã uidẽtes diuinã mirari discãt: seq; oĩbus uitiis circũcisos eẽ patiãt. Locus ergo ipse forma doctrinæ é: & ipsa p̃dicatio solitudo é uirtutũ. Operat habitatio: dũ urbiũ frequẽtiã solicitus relinqt auditor: & heremũ a cõtagione mũdi uelut atheatro hoc uoluptatũ auulsus ĩgredit. Prohibet deniq; ne Abrahã patre glorieť: uidelicet q; eius uestigia nõ sequãť. Certe si ad circũcisionẽ illam iudaicã ueniãus: circũcidamur: ut Abrahã fuit circũcisus. Si ad sanguinẽ: cur filii Abrahæ nõ dicãtur esse q filii fũt, sed fidei pater nõ põt esse nisi credẽtiũ. & filii nõ de signo circũcisionis: sed de operis similitudĩe recognoscũť. His ergo cũ ĩhibebanť: ne se Abrahã parẽte iactitarẽt: illud ostẽdebať: nõ qa signũ fidei illius: sed qa signũ patriũ nõ haberẽt. Tũc aũt rite filii Abrahæ sunt dicẽdi: si ad formã parẽtis nõ facie: sed uita respõdeant. Si ad uerbũ domini nec patria diligať: & filius possit occidi: cũ ipse etiã totus hõ illa q ꝓ nobis mortuus é: patri iubeat caritate cõmori. Sic Simeon senex: nũc dimittis ait domine seruũ tuũ ĩ pace: Quia uiderunt oculi mei salutare tuũ. Forma ẽ utiq; q; q Christũ uidet: tiã sit sæculo moriturus. & hæc é circũcisio nõ adhuc sub tabernaculo significatiõis adũbrata: sed p̃figuratiõe ueritatis occulta: etiã ĩ lucẽ facis imagine expoliata ꝓcedẽs: quã Abrahã prior mysterioꝝ pene oĩum iniitiator ostẽderat: cũ post uerbũ dnĩ locũ sibi a filiis Heth: nõ ubi uiueret: sed ubi morereť acqrit. Magi quoq; adorato dnõ: ne cui gẽti ut docuimus: p̃putiũ corporale fraudi esset ad gloriã: suis se affectibus circũcidere cũ thesauris suis. i. secretis mẽtiũ patefactis: aĩoꝝ motus mactauere ꝓ munere. eosq; morbos p quos aliq̃d aut cupimus aut metuĩus aut dolemus: uelut ante pietatis arã & misericordiæ altare foderũt. ut uel ĩ auro auaritia: uel ĩ thure idolatria: uel ĩ myrrha fieret dnõ subiecta mortalitas: a quo eius utiq; erat captiua ducẽda captiuitas: & ĩ hãc petrã & sacræ pecuniæ cupiditas: & ꝓfana erroꝝ superstitio: & amara mortalitatis cõditio uelut illiſæ moreréť. lãpridẽ Babyloni psalmista p̃cinẽte: beatus q tenebit & allidet paruulos suos ad petrã. Sub his ergo magoꝝ & nõibus & oblatiõibus oĩmode ille diuinoꝝ ĩterpollator exuiť: quoniã deus erat ĩ Christo mũdũ reconciliãs sibi. Quis. n. iã aut aurũ sibi audeat possidere: si dnĩ est? aut idolis thura cõcremare: si Christi sint? aut mortuũ nisi mortuus sepelire: si myrrha iã uiui est? Deniq; & a diabolo uelut triũ alea tesseraꝝ dominus ipse tẽtať. Nã & cõtinẽtia ĩ fame: & religio in adorãdo: & uita ĩ p̃cipitio piclitať. Sed facile cũcta supauit. qa pater & rex bonorũ oĩum thesaurorũ: & sacerdos repositorũ ante sæcula mysteriorũ: & resurrectio destinatus fuit mortuorũ. Magi tamẽ ex illo uetera uitæ reliquere uestigia: nouũ iter ĩgressi: uacui sarcinis nõ uacui benedictiõe cãtauerũt. Reuertere aĩa mea ĩ requiẽ tuã: qa dominus benefecit tibi. nec ille ad quẽ dnũs ĩgressus é: nõ oĩ dicit p̃putio circũcisus uitiorũ, nã & dimidiũ ex substantia sua dat egẽis. & si cui qd fraudauit: reddit ĩ q̃druplũ. Ille utiq; q dnũm non poterat uidere: dũ diues esset: nisi postq̃ de terra ĩ q̃ cor ipsius uidebať esse: cũ thesauro sycomorũ q̃ dnũs esset transiturus ascendit. Tũc uelut de cognata necessitate a crucifigendo cõspectus ĩ arbore cognoscit; & filius dicitur Abrahæ. Cur dicit? Si erat: testimonio nõ egebat. Sed quoniã nõ oẽs erãt filii Abrahæ: q esse credebant: hic de ope agnoscit filius: nõ de gẽte. & uirtute. nõ de sanguine. Hæc circũcisiones sunt notæ de circũcisionis effectu. lã ne uides filia: iã ne cõsideras totã circũcisionẽ p operũ formã: uelut p quædã mẽbrorũ liniamẽta deductã? & p actuũ diuersitatẽ q̃si colorũ uarietate depictã? ĩ unũ tamẽ iustificatiõis apicẽ uirtutũ gradibus ipletã? Cernis aliũ patriã reliquẽtẽ: nec de parricidio dubitãtẽ. aliũ tãti census naufragiũ nõ curãtẽ: nec ĩ orbitatibus lachrymãtẽ: imo q ĩ putredĩe corporis sui de peccato potius cõiugis q̃ suo uulnere suspirãtẽ. Illã populos suos deosq; deserẽtẽ: nec ĩ alienã gẽtẽ iopẽ uirilis auxilii metuẽtẽ. Hũc repromissiõis ĩgressũ terras: cultellosq; aĩorũ nõ ĩ ense ponẽtẽ: sed de caute faciẽtẽ. ut ex se hẽat petrinus: qd' ferreus acqrit aliũde. Aliũ in solitudĩe uiã dnĩ p̃parãtẽ: & rectas sẽitas ĩ heremo faciẽtẽ. Aliũ porro dimitti de sæculo depcãtẽ & pacẽ dnĩ malle q̃ mũdi. hos uero suis affectibus spoliatos ĩ auro thure & myrrha cõuersationũ itinere mutato: q per Herodẽ uenerãt: p angelũ redeũtes. Istũ etiã nũc aceruos fraudũ curã fœnoris remouẽtẽ: & Abrahæ filiũ nõ naturæ beneficio: sed gestorũ suffragio nũcupatũ: ut euidẽter appareŕt oẽm mũdi naturã p singuloꝝ opationes fuisse dimissam. Sed quoniã nuptialis cõuiuii fine pene uinũ: qd' p patriarchas ministrabať: expẽdimus: & nouũ cœpimus aquarũ cõuersiõe libare: de nouis quoq; utribus aliq̃ ꝓferãus. ut q̃le sit qd' receperũt: de eo qd' ipsi redolẽt: æstimẽus. Feruet qdẽ uniformiter p oĩum apostolorũ mẽtes: plenis musto pectoribus: & mẽsurã corporeã mũdatio spiritalis excedẽs: ebrietatẽ nõ cælat glorioſam. Nobis tamẽ ab illo ẽ icipiẽdum a quo hauriẽdi sitis ẽ ĩchoata ut ex desiderii magnitudĩe: sacræ ĩfusiõis plenitudinẽ doceãus ex uino siti parilẽ sociorũ: nõ auara diuinæ sobrietatis ꝓpinatiõe ꝓpinatã. Ecce inclytã sodalitatẽ. Augustũ caput Petrus extulit: noui signifer testamẽti: & ĩ creatiõe primitiuus. Alius qd' sine dubitatiõe loquor: Abrahã. nescio an maior. Certe qd' sentio: nõ secũdus. Illi generatio larga ꝓmittit', huic generatio pascẽda cõmittit'. Ab illo iustificãda ꝓcedũt. ĩ hoc iustificata fũdãť. ita qd' ille spat: hic accipit. Illi dicit': faciẽ te ĩ gẽtẽ magnã. huic dicit': ĩsa ciã te piscatorẽ hoium. Illi dicit': ĩ semine tuo benedicẽť patriæ gẽtiũ. huic dicit': iudicabis duodeci tribus Israhel. Illi dicit' ĩ stellis erit nomẽ tuũ. huic dicit': tibi dabo claues regni cælorũ. Ac p hoc ille fœcunditate seminis benedicti ipleť. hic ãte semẽ ipsum euãgelizaturus assistit'. Abrahæ ꝓ filiis claritas monstratur astrorum. sed Petro tradũtur regna cælorũ. uidelicet ut in eo sine Petro nec filii Abrahæ possint ĩtrare. Hic ergo: nõ quo circũcisus sit iuxta gẽtẽ suã apud dominũ gloriať: sed dicit. Ecce nos reliqmus oĩa: & secuti sumus te: qd erit nobis? Quæ sũt ista oĩa apud eũ: q præter ĩstrumẽtũ artis piscatoriæ nihil habeat? Oĩa ĩquit: utiq; quæ ad cõcupiscẽtias mundus ĩgerit: quæ præputia possunt dici; si cõgregant' ad lenocinia peccati, quæ uehementius præcidenda succrescunt: si quo cum prouentu mẽtitæ felicitatis adulantur: interioremq; illam mentis nostræ naturam circunuestire nituntur, ut maioribus tenebris ipsum, etiam quod nobis ꝓ lumine

datum eſt:tenebreſcat.Oía inqt apoſtolus reliqmus: & ſecuti ſumus te. In fidē ueteris exēpli: nepotū uirtus tā ſera:q̄ mira:p diſcipulū primogenitū nouæ iuſtificatiōis aſpirat:& obſoleſcētibus iā pene imaginibus ueritatis Abrahā reformaſ̄ i Petro.oía reliqſſe teſtaſ̄.nō i alto fluctuat:artis cura nō geriſ̄:nec ſocrus ægra ſine dnō uiſitaſ̄.Oís ſingularis uiri affectus ī Chriſto é.hūc ſequiſ̄ ſubſtātiæ cōtēptor:ſtudii negligēs:affinitatis oblitus:& id qđ Abrahæ ut faceret ſperatū eſt:hic iā feciſſe nō cælat.uidelicet ut ſimili circūciſiōe; ſicut uirtutis hæres eſt:fiat hæres & gloriæ.Oía inqt reliqmus:& ſecuti ſumus te.qđ erit nobis? Hoc eſt dicere.totis uitæ prioris uitiis deſecatis:ī forma utris ī pruina iacētis:dū te ſequor.exarui.nihilq̄ ī hoc mūdo p̄ter te: quo ſpleri cuperē:elegi.cuius nō fruſtra huiuſmodi ſiccitas ſancti ſpiritus ubertate penſaſ̄.p quā ebrietatem nouæ gratiæ ī ſe apoſtolus ipſe:dū linguis ifideliū ifamaſ̄:agnouit.Sed & cæteri apoſtoli eiuſdē muſti ſpūauere feruore:& unius botrionis ſupfluēti maduere uidemia:q̄ tamē ī odorē eius nectaris ad beati Petri ſimilitudinē cucurrerūt.Aſpice illos geminū ſidus ī terris:nec icaſſum tonitrui filios nūcupatos:cymbā:linū:patrēq̄ deſerentes:nec uictus ſolicitudine dubitātes:nec officii uſibus ihærētes:nec poteſtatē patriā reuerētes ſumptu:negocio:affectione caſtratos.Quid aliud utiq̄ q̄ natura ſæculi circūciſos ueſte:fluctu arida: manu ære ſicca:corde pietate nō molli:nudo etiā de nauali parata ueſtigio. Credo ad eā formā: iā tūc & Moyſi ut pedū ſolueret uincula:præceptū eſt:q̄ ſpecioſi pedes euāgelizātiū pacē? Et ideo nō ſunt ueſtēda: quæ pulchra ſunt ī cōſpectu dnī.nec mortuis ueſtiēda quæ uita diligit.Hūc rurſus reſpicit de thelonæo publicanū q̄ſtū dānātē:cōſuetudinē reſpuētē.& noūeactus fidei noīe:ut ab oībus oīno:nō pars corporis:ſed natura prorſus iniquæ cōſuetudinis circūciſa moſtreſ̄.Totū diceres nouæ uocatiōis exāmē:niſi ī ſimilibus cōueniret:& eandē uirtutē haberet diuerſitas pſonarū.naturāq̄ mundialē multitudo licet hoīum:uno tamē cōtēptu rerūuelut falce ſuccideret.Et quādo ſatis abūdeq̄ exēpla & uetera ptulimus: & nouorū: mētiſq̄ curſum ne uelut cæca nocte ad ignorātiæ ſcopulos deueniret:ſanctorū imaginibus q̄ſi p ſermonē cæli notādis ſideribus inſtruxius.nūc ex obſecuro noctis egreſſi:non ſolū diē & ſolē:ſed ipius ſolis & lumis lumē:ſub quo errari non pōt:cōtēplemur.Illorū.n.quærit ipſa multitudo iudiciū:& ī copia formarū neceſſe eſt ut euēiat. Subinde ſimilitudo flāmarū & ſæpe nautis cōfuſe attonitis p pauorē:ut lucifer ueſperū:& ueſper luciferū mētiaſ̄: ſolis ſine ſocietate parili ſola eſt claritudo mirāda: cū dubia etiā ſub nubilo a ſimilitudine ſit uēdicata ſi paruit. Ac per hoc etiā nū dnūs quoniā carnē ſumpſit:& hō eſſe dignatus ē:aliqd tale fecerit req̄ramus.ut uelut ſolē ſub nubilo: ita ſub ſpecie corporali etiā id qđ radiauerit admiremur.aliūq̄ potius opponāus:q̄ ipſum alii unde ſumpſiſſe credāus.Quē aūt aliū p fide humana diuinaq̄ ī hoc ſæculi pelago:nūq̄ ſine metu naufragii nauigātes:ad dirigēdū ueritatis ſequemur:q̄ illū q diſcluſa penitus parilitate ſui ſolus etiā cū p nobis in nr̄a carne obſcuraſ̄:īmēſus ē? Qui nec ī hoīe pōt cælari:dū mortalitatis naturā ſubſtātia diuinitatis exupat.qui nō elemētū:ſed uirtus elemētorū ē:ī quo tenemus initiū & cōſumationē & medietatē oīum:per quē ſolum ſolis & āni curſus ſunt:& ſtellarū diſpoſitiōes:mēſiū quoq̄.mutatiōes:quoniā ī ipſo uetera trāſierūt:& facta ſunt oía noua.Et cū magorū iter eius ſtella duxerit:qd mirū erit:ſi nos quoq̄ geſtorū eius claritas uelut ipſo theſauro uniuerſo fulgoris iſtruxerit? Atq̄ utinā ad certā datōem tāti ſplēdoris & lumis noſtrorū oculorū auertaſ̄ ifirmitas.ut ille ſe ſubtraheret:& negaret inqs.nō:ſed palā oībus cæleſtis ſplendor appareret.Modo ad eū ſequax mēs amica uolūtate cōuertaſ̄:ī ſolo iuēiet plenitudinē:quā guttatī p ſingulos colligebat.Octauo die circūcidiſ̄:& Ioſeph hæreditate:& matre utiq̄ q̄ſi hō q̄ pmiſſus fuerat ipſi Abrahæ:cū de circūciſiōe doceres̄:dicēte dnō.Et erit teſtamētū meū ī carne ueſtra ī teſtamēto æterno.Dei teſtamētū in noſtra carne eſſe:dnō ī noſtra carne dignāte:qs dubitaſ̄? Illudq̄ teſtamētū æternū uideri qđ citharis & pſalteriis pſallere tur.cuius rei q̄ plixa ē diſputatio:& neceſſaria uideſ̄ eſſe tranſcurſio:ne p ramorū copiā robur ipm ppoſitæ materiæ dereliquēs ícaſtigata erret effuſio:p̄ſertī cū mihi difficilius ſit naturā eius iplere q̄ q̄rere:& ſatis ſuperfluū icurrētibus bractheis laborare:q̄q̄ ipſam materiā gracile nō ſuſtētet īgeniū.& neceſſariū pene ſit:ut & diſputatiōibus aliq̄bus circūcidamur:dū de circūciſiōe tractāus:quādo nobis ad excuſandā etiā iperitiā noſtrā opportunitatē materiæ ipſius p̄ſtet auctoritas.Igiſ̄ ad ppoſitū redeūtes iterrogemus ipm hoīem ſuū. nā de dnō loquebamur.Ipſe q erat ī hoīe circūciſio:cū iā ſecūdū legē circūciſus haberet: clamat ut euāgeliſta teſtaſ̄.Vulpes foueas hēnt:& uolucres cæli nidos ubi req̄ſcāt.filius aūt hoīs nō hēt ubi caput ſuū reclinet.Rogo hic ubi ſub Cyrino cēſus iueſtigatio? ubi edictū Cæſaris? ubi neceſſitas pfitēdi? ubi Ioſeph ipſa profeſſio? Noua ratio illic hēt nihil:qđ deſcriptor iueniat,& uere.Nulla.n.dnūm ſæculo mācipata delectāt.nec ſibi uſurpat qcq̄d uel Cæſari uel mūdo uoluit eē captiuū:docēs nullū duobus dnīs poſſe ſeruire. Circūcidi tur ergo hæreditate Ioſeph & Maria:nihilq̄ ſibi de mūdialibus uēdicat ſub tributo.q utiq̄ eis dixerat:Neſcitis qa oportet me ī paternis meis eſſe:ſcilicet ī tēplo nō ī ſæculo:ī ſacrificioꝝ myſterio nō ī malignātium cōcilio:ī paternis utiq̄ ſpiritalibus.nā patrē ī carnalibus nō hēbat.Deniq̄ de eo tēplo & oues abegit & boues;& mēſas nūmulariorū euertit: ſic tēplū etiā ipſum qđ figura ē corporis ſui:carnali cōcupiſcētia circūcidit:ut ītelligeret hō hæc ſibi ī ſua mente eē faciēda.nec ſane ſuis parcit effectibus.nā eū gladiū quo alios circūcidebat docēdo:ſi qs amauerit patrē & matrē ſupra me:nō ē me dignus:ſua cōuertit ī uiſcera:& ſibi ipſi ſacrificit:q̄ credētibus ē facturus:cū dicit:Quæ ē mater mea:& q ſunt fratres mei? O myſteriū:matrē Mariā ſibi dnūs abiurat:cū extra uerbi eēt audiētiā cōſtituta: eo potiſſimū tp̄re quo uerbū p̄dicareſ̄ a uerbo:& ipſum ſe miniſtrādū diſcipulis miniſtraret,qđ aptius poſtmodū ī illa unguēti effuſiōe patefecit:dicēdo:Me aūt nō ſemper habebitis.Iraſciſ̄ ergo cum eum magiſtrū uitæ docēda non eligat:q eam matrem per uirginē parturiendi elegit,& cur ad eum quem extraneiſetiā tam facile interpellare poſſent:mater nollet intrare? nam fratres necdum credebant in ipſo. Quis hic erit rogo;qui excuſationē preferat aut gratiæ aut amori? ſi & Mariam merito nulla uincit;& Chriſtū dnūm noſtrum nemo ſupat pietate? Illa.n; mater negaſ̄ a filio:ut uera illa

circuncisio doceatur.quoniam magister & parens uitæ debuit uiuere:quod docebat esse uiuendum.Hic est ille gladius femoralis:quo leuitæ suos ꝓpinquos & ꝓximos occiderũt:quo etiã dnũs ipse a patre iubet occi-gi:quẽ oẽs capiũt q seipsos castrauerũt ꝓpter regnũ cælorũ : quẽ gladiũ dnũs mittit ĩ terras. ut filiũ separa-ret a patre:filiã a matre sua:nurũ a socru sua:hoc gladio etiã beatus Paulus ecclesiã circũcidit dicẽs.Reliquũ est:ut q habẽt uxores:tãq̃ nõ habẽtes sint:& q emũt:tanq̃ nõ possidẽtes sint:& q utunt hoc mũdo:tãq̃ non utant.hic totius iustitiæ uirtus:hic ratio ẽ circũcisa oĩ carne.i.parentũ:fratrũ:cognationũ: affinitatũ: nullũ ãplius amare q̃ dnũm:ut ad crucis imaginẽ dei uerbo:nõ ad aliquos mũdi actus:moneamur affixi matrẽ cõ mẽdare discipulo.Res loqt ipsa : cur ps corporis ꝑ quã ludæus se autumat iustificari desectiõi adiudicata ui deat.adeo ut difficilius fuerit modũ adhibuisse sermoni:q̃ argumẽta reqsisse:& hãc uerã esse circũcisionẽ: si abrenũcĩates mũdo:ex quo iuxta carnẽ nostra natura ẽ:& parẽtibus:& quæ fidei scãdalũ faciũt circũcisis: oculo etiã & manu: nudi & soli debiles etiã si fieri põt dnũm sectemur.Cãtates uere:quoniam pater meus & mater mea dereliquerũt me:ut a dnõ mereamur assumi:& corporea denudati natura: spiritaliũ indumentis actuũ glorioſius uestiamur sciẽtes quoniã qđ de carne nascit:caro ẽ.& qđ de spiritu:spiritus ẽ.dicẽte apostolo.Et si cognouimus Xp̃m secũdũ carnẽ.uerũ iã nũc nõ nouimus ĩ quo nobis mũdus crucifixus ẽ:& nos mũdo.ut p̃putiis quæ sunt ĩ supficie cõuersatiõis absciſſis:nudũ illud & solũ nostræ generatiõis secretũ:qđ sup-fluis tegebat appeat.Si.n.fœnũ qđ hodie ẽ & cras ĩ clibanũ mittit:deus sic uestit:q̃to magis nos:si fide modi cos nõ esse p̃uiderit?Cultello itaq; petrio corporis nostri circũcidẽda ẽ natura.Petra aũt Xp̃us ẽ.cuius cultel lus amor ẽ:quo crescẽte ĩ nobis:sæculi desideria decrescẽt.Quẽ q amauerit:dicit patri:nõ noui te.naturáq; circũcidẽs suã:nec ut patrẽ sepeliat mortuũ sepabit a Xp̃o.expoliatus uetere hoĩm cũ actibus suis: qđ p̃putium ẽ:alius naturã suã uidebit esse substãtiæ.i.ut sicut prius hõ terrenus a terra : ita secũdus cælestis ĩcipiat esse ex cælo.Nec dicat iã cuius circũcisa ẽ natura patrẽ præter eũ q ĩ cælis ẽ:se habere:sed præcepto dnĩ luci do illumĩatis oculis sedere ad dextrã uirtutis filiũ hoĩs agnoscat.Obterendæ sunt oẽs animi uoluptates: reli-quẽda studia delectationũ.quoniã hic circũcisiõis ẽ ueritas:nõ figura.Nitendũ ĩ sũma:ut cũctis naturalibus amputatis:cõuersatio nostra tẽdat ad cælũ.ubi Xp̃us ẽ ad dexterã dei. Quod ita uerũ erit:si ludi:si iocus:si cõuiuiũ:si sermo pene familiariũ deseraẽ:& tamẽ q circũcidũt arescũt:ut nõ nos mũdo:q uitæ imagines su-mus:sed mũdus nobis mortuus esse credat:nec glutinari eoꝝ aliq̃ quæ circũcisa sunt:inimici arte sinãt: sed clamemus:sedit sanguis circũcisiõis:ut cũ ĩ nobis uitæ calculus cœpit operari: ĩ quo noĩe nouũ solus nouit ille q accepit:nõ timeamus ĩ loco reuelatiõis occidi.qnĩmo & iputãtes aliq̃ nostro dnõ ꝑ amorẽ.Nã & opera rius ibi bẽignus admittit:ut supius ĩ beato Petro nouæ gratiæ susceptore didicius:tota credulitatis nostræ harmoĩa:itortis uehemẽtius p̃ artẽ fidibus:resultẽus.ꝓpter uerba labioꝝ tuoꝝ dnẽ ego custodiui uias tuas. An ne ẽ aliqd tã duꝝ:tã ferreũ:q̃ repugnare naturæ?Et cũ oĩa ĩ mũdo p̃ deũ nobis sint facta:ipsos nos uelut nõ nostra circũstẽt repellere:nõ uidere? mũdũq; ipsum nobis se cũ oĩbus diuitiis & pulchritudĩbus suis in-gerentẽ: manu q̃dã repudiare uirtutis? Obseratiſq; oĩbus sensibus:q bus ad aĩam substãtia uitalis accedit:pe-ne ad imaginẽ obrigescere mortuoꝝ?Nõ uisu:nõ auditu:nõ odore:nõ tactu:nõ sapori capi?Et ĩ natura cor-poris naturã corporeã nõ habere?Hoiemq; se q hõ sit: obliuiſci?Eũ tamẽ hoc ipso q ãbiat:nõ teneri:qa uere q hõ sit teneat:& eo magis agnouerit.Tũ q̃ durũ ẽ præsentia sibi abdicare:dũ uiuit?Et futura sperare post ui tã?Et natura corporis hoc ut dixius:nisi circũcisa:nõ patit:facileq; se gestit iactare ĩ suis:sibi cernẽs terras:si bi maria:sibi uidẽs solẽ & uniuersa astra seruire:& quãdo se fraudari a terrestribus patiet:cũ dnĩnet & cælo? Tãtoꝝ ergo elemẽtorũ tã iportuno circũuẽta famulatu:usq; ad obliuionẽ suæ cõditiõis iducit:& ĩ despectu totius sublimata mũdi uicere ipsa:ex eo q sibi obsequũt præsumit elemẽta:hic mõtes scrobibus fodiendo: hic ualles substructiõibus opplendo:hic maria molibus arãdo:nũc arrida irriguis fœcũdãdo:nũc stagna pa-ludesq; siccãdo:uel cãpos cõsitis nemoribus uestiẽdo:ac siluosoꝝ mõtiũ iuga uetustis nemoribus denudãdo: ut pene dnãm se naturæ eẽ nõ credat:si fecerit aliter.Cuius naturæ cõcussiõe natura nra his cõditiõibus agi-tata ducit.habet uias dnĩ custodire:ĩ q bus nõ expimẽtis sed detrimẽtis potentiæ desudat.nec qrit: ut supra nos aueat uniuersa mortalitas:sed ut secũdũ nos uita ducat:ne amplius nos æstimãdo q̃ sumus: ĩcipiamus nec id obtinere qđ sumus.cũ ꝑ hoc ipsum:si uelimus despicere qđ sumus:mereamur ĩ melius esse q̃ sumus:di cẽte dnõ:& nostræ iputatiõi:q̃ ꝓsumimus subscribẽte.Amẽ dico uobis:nemo ẽ q reliquat domũ:aut paren-tes:aut fratres:aut uxorẽ:aut filios ꝓpter regnũ dei:q nõ recipiat cẽtuplũ ĩ tp̃re hoc:& ĩ sæculo uẽturo uitã æternã hæreditabit.Et talibus ꝓmissiõibus uiæ illæ duræ:qs ob uerbũ dnĩ necesse ẽ: moliũt. In q̃ꝝ custo-dia utiq; multa retributio ẽ.His mercedibus iuitamur.quos & cogit:dũ uelle nos ãbit:qđ poterat & iubere. Deniq; cũ uerbũ uitæ durũ dicerẽt eẽ sermonẽ:& ob hoc turbatiões q eũ sequebãt:abscederẽt: respiciẽs di-scipulos suos nũqdnã & ipsi abire uellẽt ingrit iratus.adeo eligit potius se nobis bõa oĩa debere si uolumus: q̃ iputare si cogimur:dicẽte dnõ.si.n.uolẽs hoc ago:mercedẽ accipio.si aũt iuitus:dispẽsatio mihi credita est. Hæc uolũtas femoralis illius uagĩa cultelli ẽ.quæ ubi ĩ se amorẽ dei quẽ cultellũ eẽ dixius recepit:merebit intelligere dnũm uera p̃dicasse.lugũ.n.meũ suaue ẽ:& sarcina mea leuis ẽ.quoniã supfluis oĩbus ãputatis:& cunctis oneribus circũcisis beluæ q̃dã sarcinalis imagine tenuata:uere etiã nos cũ psalmista dicimus:q uel p glaciẽ uel p liqdã etiã mollẽq; substãtiã ãgustũ illud acus foramẽ trãsire possumus:qđ ĩtrare q ĩ eqs sperãt & curribus nõ ualebũt.quoniã tales etiã uia illa quæ lata ẽ & spatiosa:uix capiet.Laboꝝ itaq; arduos mõtes & difficultatũ ꝓpe-modũ muros q bus cælestia ab humanis uelut ꝓuitiæ cuiusdã limitibus separãt: diuina di-micatrix munificẽtia liberalitasq; deplanat.Et sicut tubis sacerdotalibus muros illius hierico: ita ꝓphetari; uocibus turrim nostri ĩteritus elidit:si mõ cõtra spem in spe credẽtes & quodã cõcitatoꝝ luminum uidendi salienti trãspectu ĩ fraudem p̃sentium caducorũ promissa tanq̃ manibus iam apphensa miramur: & hac cir-

cũcisi natura in alĩáq; naturã trãſpoſiti mẽte illa & aío teneãus:q̃ nec oculus uidit:nec auris audiuit:nec ĩ cor hoĩs aſcẽderũt:q̃ ꝓparauit dnũs his q diligũt eũ. de quoꝝ nũero nõ ẽ niſi q ꝑ demõſtratã ſupius ꝯcircũciſionem:uelut cũ dnõ cõfixus ĩ cruce ſemp peccatis ſuis paſſione ẽ dignus.Illũ uero dnũm noſtrũ dignũ tali paſſione nõ credẽs dixerit:dnẽ memor eſto mei:cũ ueneris ĩ regnũ tuũ.Quẽ dũ adhuc loq̃t:ipſe dnũs ꝓmptus interpellãtis auditor cõſolari(ut cõſueuit)ꝑ ſua pietate dignabit:dicẽdo:forti aío eſto.Amẽ dico tibi: hodie mecũ eris in paradiſo. 124

Beati Hieronymi ad Ruffinũ ꝓſbyterũ Romæ de iudicio Salomõis ĩ ſectiõe paruuli ſecũdũ tropologiã ꝑ duas meretrices eccleſiã & ſynagogã exponẽtis:q̃ꝝ ſynagoga filiũ ꝑ cerionias legis extixerit.Epiſtola. Lxii.

m Vltũ ĩ utrãq; ꝑtẽ crebro fama mẽtit:& tã de bonis mala q̃ de malis bona falſorũ ora cõcelebrãt. Vnde & ego gaudeo qdẽ ſup teſtimonio erga me ſanctitatis tuæ:& amore ſancti ꝓſbyteri Euſebii. Nec dubito qn me pudice ꝓdicetis:ſed tacitũ ueſtræ prudẽtiæ iudiciũ ꝑtimeſco.Itaq; obſecro:ut magis memineritis mei:& dignũ ueſtra laude faciatis.Quod priꝰ ad officiũ ꝑuocaſti:& tibi ſecũdæ ĩ reſcribendo ꝑtes datæ ſunt:nõ uenit de ĩcuria ĩ amicos:ſed de ignorãtia.Si.n.ſciſſem:ꝓoccupaſſem ſermonẽ tuũ.Interꝑtatio iudicii Salomõis ſup iurgio duaꝝ mulierũ meretricũ: quãtũ ad ſimplicẽ hiſtoriã ꝑtinet:ꝓſpicua ẽ:q; puer ãnoꝝ.xii.cõtra ætatis ſuæ mẽſurã de ĩtimo humanæ naturæ iudicarit affectu.unde & admiratus ẽ:& ꝑtimuit illũ oĩs iſrahel:qđ ſcilicet eũ manifeſta nõ fugerẽt:q tã prudẽter abſcõdita deꝑhendiſſet.Quãtũ ad typicos ꝑtinet ĩtellectus:dicẽte apoſtolo hæc oĩa ĩ figura cõtigebãt illis(ſcripta ſunt aũt de nobis: ĩ quos fines ſæculoꝝ decurrerũt)qdã græcoꝝ autumãt ſup ſynagoga & eccleſia ſentiẽdũ:& ad illud tẽpus cũcta referẽda:quãdo poſt crucẽ & reſurrectiõem tã ĩ iſrahel q̃ ĩ gẽtium populo uerus Salomõ,i.pacificus regnare cœperit.Quod aũt adulteræ & meretrices ſynagoga & eccleſia ĩ ſcripturis dicãt:nulla dubitatio ẽ:& hoc priꝰ frõte uidẽt eſſe blaſphemũ.Cæterũ ſi recurrãus ad ꝓphetas:Oſee uidelicet:q accepit uxorẽ fornicariã:& generat filios fornicationis & deide adulterã.& Ezechiel q hieruſalẽ q̃ſi meretricẽ arguit:q; ſecuta ſit amatores ſuos:& diuaricauerit oĩ trãſeũti pedes:lupanarq; ĩ loco celebri extruxerit:aĩaduertemus Xp̃m iccirco uenijſſe:ut meretrices donaret matrĩonio:& de duobus gregibus unũ ouile faceret.medioq; pariete deſtructo: in eaſdẽ caulas oues priꝰ morbidas cõgregaret.Hæ ſunt duæ uirgæ:quæ iungũt ĩ Ezechiel:& de q̃bus per Zachariã dnũs refert.Et aſſũpſi mihi duas uirgas:unã uocaui decorẽ:& alterã uocaui funiculos:& paui gregẽ.Mulier quoq; illa meretrix ĩ euãgelio:q̃ pedes leſu lachrymis lauat:crine detergit:& cui peccata oĩa dimittũt:manifeſte pingit eccleſiã de gẽtibus cõgregatã.Hoc iccirco ĩ priꝰ frõte replicaui:ne cui uideat̃ icongruũ ſi meretrices dicãt:quaꝝ una Salomõis iudicio filii poſſeſſiõe donata eſt.prudẽs quærit auditor: quomõ meretrix ſit eccleſia quæ nõ hẽt maculã neq; rugã.Nõ dicius eccleſiã pmãſiſſe meretricẽ:ſed fuiſſe.Nam & ĩ Simõis leproſi domo Saluatoris ſcribit̃ ieſſe cõuiuiũ:utiq; nõ qa leproſus erat eo tp̃re quo habebat hoſpitẽ ſaluatorẽ:ſed qa leproſus ãte fuerat.Matthæus quoq; ĩ cathalogo apoſtoloꝝ publicanus dicit̃:nõ quo pmãſerit publicanus poſt apoſtolicã dignitatẽ:ſed qa priꝰ fuerit publicanus.ut ubi ſupabũdauit peccatum ſupabũdaret & gratia.Simulq; cõſidera qđ dicat eccleſia cõtra ſynagogã calũniatricẽ.Ego & mulier hæc habitãus ĩ domo una.poſt reſurrectiõem.n.dnĩ Saluatoris una de utroq; populo eccleſia cõgregata ẽ.& quam elegãter peperĩ inqt apud eã ĩ cubiculo.Eccleſia.n.de gẽtibus quæ nõ habebat priꝰ legẽ:& ꝓphetas peperit in domo ſynagogæ:nec egreſſa ẽ de cubiculo:ſed ĩgreſſa. Vnde dicit ĩ Cãtico cãticoꝝ.Introduxit me rex ĩ cubiculũ ſuũ.& iterũ & qdẽ nõ ſpernã te:Aſſumẽs ĩtroducã te ĩ domũ matris meæ:& ĩ cubiculũ eius quæ concepit me.Tertia ait die poſtq̃ ego:peperĩ peperit & hæc.Si cõſideres Pilatũ lauãtẽ manus:atq; dicẽtẽ: mũdus ego ſum a ſanguine iuſti huius:ſi Cẽturionẽ ãte patibulũ cõfitẽtẽ.Vere hic erat filius dei:ſi eos q ãte paſſionẽ ꝑ Philippũ dnũm uidere deſiderãt:haud ãbiges primã peperiſſe eccleſiã.& poſtea natũ populũ iudæoꝝ ꝑ quo dnũs ꝓcabat̃:Pater ignoſce eis:qd.n.faciũt:neſciũt. Vnaq; die credidere tria milia:& alia die qnq; milia. Quia eramus ſimul(multitudinis.n.credẽtiũ erat cor unũ & aĩa una)nulluſq; alius ĩ domo nobiſcũ exceptis nobis duabus:nõ blaſphemãtiũ ludæoꝝ:nõ gẽtiliũ idolis ſeruẽtiũ.Mortuus ẽ aũt filius mulieris huius nocte.Dũ.n.legis ſeq̃t̃ obſeruãtiã:& gratiæ euãgelii iugũ Moſaycæ doctrinæ copulat tenebraꝝ errore coopta eſt:oppreſſitq; eũ mr̃ ſua dormiẽs:quæ non poterat dicere ego dormio:& cor meũ uigilat. Media nocte ſurgẽs tulit filiũ de latere eccleſiæ dormiẽtis:& ĩ ſuũ collocauit ſinũ: Relege totã apoſtoli ad galathas epiſtolã: & aĩaduertes quomõ filios eccleſiæ ſuos facere ſynagoga feſtinet.Et dicat apoſtolus:filioli mei quos itez; parturio donec chriſtus formet̃ ĩ uobis:uiuũ tulit nõ ut poſſideret ſed ut occideret.nõ.n.amore fecit hoc filii ſed æmulæ odio:& ſuũ mortuũ ꝑ legis cerimonias:ĩ ſinũ eccleſiæ ſuppoſuit.Lõgũ ẽ ſi ueli ꝑ ſingula currere: quomõ ꝑ apoſtolũ Paulũ:& eccleſiaſticos uiros:ĩtellexit eccleſia:nq; eẽ ſuũ filiũ q̃ tenebat̃ ĩ lege:& ĩ luce cognouerit quẽ ĩ tenebris nõ uidebat.Inde uirgiũ ortũ ẽ ꝑſente rege:altera dicẽte:filius tuus mortuus eſt: me us aũt uiuit:altera reſpõdẽte mẽtiris.filius q̃ppe meus uiuit:& filius tuus mortuus ẽ.atq; ĩ hũc modũ cõtendebãt corã rege. Tũc rex Salomõ q mãifeſte Saluator accipit̃ ſecũdũ pſalmũ.lxxi.q titulo Salomõis ĩſcribit̃ ubi nulla dubitatio ẽ:q̃n cũcta quæ dicãt̃:nõ Salomoni mortuo:ſed Xp̃i cõueniãt maieſtati:ſimulat ignorãtiã.& humanos ꝑ diſpẽſatiõe carnis mẽtit̃ affectus:ſicut & ĩ alio loco:ubi poſuiſtis Lazaꝝ!Et ad mulierem fluẽtẽ ſanguinem:q̃s me tetigit?Gladiũ poſtulat.De quo dixerat:nolite putare q; uenerĩ pacẽ mittere ſuper terrã.nõ ueni pacẽ mittere:ſed gladium.ueni.n.diuidere hominẽ cõtra patrẽ ſuũ:& filiã cõtra matrẽ ſuam:& nurum contra ſocrũ ſuũ:& inimici hominis domeſtici eius:& tẽtat natura naturæ dnũs:uultq; ſecũdũ utriuſq; uoluntatem uiuentem filium:in legem gratiamq; diuidere.non q; hoc probet:ſed q; ad arguendum calũniã ſynagogæ hoc uelle ſe dicat.Illa quæ nolebat eccleſiæ filiũ in gratia uiuere:nec per baptiſmum liberari:libenter habet diuidi puerum:non ut poſſideat:ſed ut interficiat eccleſia quẽ ſcit ſuum eſſe:libenter con-

cedit æmulæ:dū uiuat ſaltem apud aduerſariam.ne iter legem diuiſus & gratiā: ſaluatoris mucrōe feriatur. Vnde dicit apoſtolus:ecce ego Paulus dico uobis:q; ſi legē obſeruatis: Chriſtus uobis nihil pdeſt. Hæc ſub allegoriæ nubilo dicta ſunt.Cæterū optīe nouit prudētia tua:nō eaſdē regulas eſſe ī tropologiæ ūbris: quæ in hiſtoriæ ueritate.Quod ſicubi pedē offendīus:& ſapiēti lectori friuolū uideat' eē:qđ' ſcripſimus:culpā au ctori referat.Nos.n.& hæc ipſa ī lectulo decūbētes:lōgaq; ægrotatiōe cōfecti:uix notario celeriter ſcribēda dictauimus:nō ut ſpleremus materiā:ſed ne tibi ī principio amicitiæ aliqd īperāti uideamur negare.Ora no bis a dnō ſoſpitatē:ut poſt.xii.mēſes qbus iugi lāgore cōfectus ſum:poſſim aliqd dignū ueſtræ ſcribere uolū tati.& ignoſce:ſi ſcatēs oratio ſolito curſu nō fluat.Nō.n.eodē lepore dictāus: quo ſcribimus. qa ī altero ſæ pe ſtilū uertimus:iteq; quæ digna legi ſint:ſcripturi.In altero qcqđ ī buccā uenerit:celeri ſermone cōuoluimus.Caninū libēter uidi:q narrare poterit q̄ difficile & piculoſum manus dexteræ uſq; ī præſentem diem: quo iſta dictaui uulnus ſuſtinuerim.

Beati Hieronymi præſoyteri ad Vitalē p̄ſbyterum de Salomone & Achaz ex dinumeratione tēporum:do centis eos adhuc impuberes genuiſſe. Epiſtola Lxiii.

ENon Nauclerus pquē mihi dicis tuæ ſanctitatis litteras eē trāſmiſſas:unā tātū & breuē epiſtolam beati papæ Amabilis reddidit:ſolita munuſcula cōtinētē. Satiſq; miror qd cauſæ fuerit:ut cū ī bene dictiōibus & tuis & illius pferēdis fidelis extiterit:ī retēta epiſtola negligēs approbet'. Neq;.n.te falli arbitror diſcipulū ueritatis:niſi forte græco hoī latīus ſermo iter carthulas oberrauerit.Itaq; ad ſecūdā reſcri bo epiſtolā:quā mihi ſanctus filius meus Heraclius diaconus reddidit.ī q̄ iter cætera depcaris:ut exponā ti bi cauſas:q̄re Salomō & Achaz.xi.ānoq; filios gēuiſſe dicāt'.Si .n. duodecīo āno Salomō ſup Iſrahel accepit īperiū:&.xl. ānis regnauit ī hieruſalē:filius eius Roboā cū q̄drageſimū ānū ageret'ætatis:patri ſucceſſit in re gnū:pſpicuū ē.xi.ānoq; fuiſſe Salomonē ſiue.x.qa decē mēſes a cōceptu uſq; ad partū ſibi mī uēdicat.Rurſū Achaz filius Ioathā cū.xx.eēt ānorū : rex cōſtitutus ē ſup duas tribus.i.Iudā & Beniamī. regnauitq; ānis.xvi. quo mortuo Ezechias cū uiceſimū & qntū annū ageret ætatis : pri ſucceſſit ī regnū.Ex quo itelligī Achaz quoq;.xi.ſiue.xii.āno Ezechiā filiū pcreaſſe.Et ſi qdē ī hiſtoriis aliter haberēt.lxx.iterp̄tes:aliter hebraica ueritas:confugere poteramus ad ſolita p̄ſidia:& arcē linguæ tenere uernaculæ.nūc uero cū & ipm auctēticū & cæteri iterp̄tes pari auctoritate cōſtiāt:nō ī ſcriptura ſed ī ſenſu ē difficultas.Quis.n.crederet mortalū: ut xi.āno q̄ puer generaret filiū?Multa & alia dicūt' ī ſcripturis:quæ uidēt' īcredibilia: & tamē uera ſunt. Neq; .n.ualet natura cōtra naturæ dnūm.aut pōt uas figulo dicere: q̄re me ita feciſti?Aut nō ei licet:qđ' p miracu li ſigno atq; portēto fit:ut lege naturæ facere nō poſſe.quō iuxta legē fieri naturæ nō poſſit?Num qa noſtra ætate duplex lyddæ natus ē hō duorū capitū:q̄ttuor manuū:uno uētre:& duobus pedibus:oēs hoies ita na ſci neceſſe ē?Legamus ueteres hiſtorias:& maxīe græcas & latinas:& iueniemus luſtralibus hoſtiis ſecūdū er roré portētoſas ſoboles tā ī hoībus q̄ ī armētis ac pecudibus expiatas.Audiui:dnō teſte nō mētior: quædam muliercula cū expoſitū nutriret ī fantē:& ſtillaret cibos:& nutricis officio fūgeret':cubaretq; cū ea paruulus: q uſq; ad decimū iā puenerat ānū: accidit:ut plus q̄ pudicitia patī':ſe mero ingurgitaret.accēſaq; libidie ob ſcœnis motibus ad coitū duceret ifātē.pria ebrietas alterius noctis & cæteraq; deiceps fecit cōſuetudinē.nec dū duo mēſes fuerāt euoluti:& ecce fœmīæ uterus ītumuit:Quid plura?diſpēſatiōe dei factū eſt: ut q̄ cōtra naturā ſimplicitate paruuli ī cotēptū dei abutebat':a naturæ dnō pderet'.Impleto ſermone quo dicī':nihil occultū qđ' nō reueleť.Simulq; cōſideremus:q; occulte ſcriptura & Salomonē & Achaz uoluptatis & īpieta tis accuſet.Vterq;.n.cū eſſet de ſtirpe Dauid:receſſit a dnō.& alter ī tātū ſecutus ē libidinē:ut.lxx. habuerit uxores:& trecētas cōcubinas:& adoleſcētulas:& ſcorta paſſiua:quoq; nō erat nūerus. neglectoq; deo patrū: extruxerit idola gētiū plurimaq;:& fuerit nō ut prius idida id ē amabilis dnī:ſed amator mulieq;. Aliter mi ſerit ad regē Aſſyrioq; auxiliū poſtulās: & ī tēpore āguſtiæ ſuæ auxerit cōtēptū in dnūm:īmolaueritq; diis damaſci uictimas pcuſſoribus ſuis:& ī oībus urbibus luda extruxerit aras ad cremādū thus:atq; ad iracūdiā ꝓuocauerit dnūm deū patrū ſuoq;.ī tātū ut direptis uaſis dei atq; confractis:clauſerit ianuas tēpli:& fecerit ſibi altaria ī uniuerſis āgulis hieruſalē.Ambulaueritq; ī uiis regū Iſrahel:& ſtatuas fuderit baalī:& adoleuerit incēſum ī ualle filiorū Ennon:& luſtrauerit filios ſuos ī igne iuxta ritū gētiū: q̄s īterfecit dnūs ī aduētum fi liorū Iſrahel.Ex quo perſpicuū ē homines a parua ætate libidini deditos ī īmatura eoq; ſobole demōſtrari.q; etiā eo tēpore peccare cœperint;quo natura nō patī'.Ad ſummā illud dici poteſt:quod in regno Dauid Salo monis cum.xii.eſſet ānoq;:ſolium patris obtinuerit:& poſtea quia ſcriptura reliquit incertum:utrum uixerit Dauid regnante iam filio aliquot annos : qui ſibi & non Salomoni imputentur mortuo aūt patre poſt filius regnauit ānis q̄draginta:quos ſine parēte regnauit.atq; ita & initiū regni Salomōis : & tempus quo ſolus ipſe regnauit:ab hiſtoria demōſtratum.Nec tamen omnes annos uitæ illius q̄nquaginta tantū & duorum anno rum circulis cōtineri.Sin autem dubitas:q; regnantibus filiis:patribuſq; uiuentibus.nō filiis tēpus regni eo rum:ſed parentibus iputetur.lege ipſum regnorū uolumē:& inuenies: q Ozias rex Iuda poſtq̄ lepra percuſ ſus eſt: habitauit in domo ſeparata:& filius eius Ioathan īperium rexerit:iudicaueritq; populū terræ: uſq; ad diē mortis patris ſui.Et tamē poſt mortē illius: cū uiginti & quinq; eſſet annorum: ſexdecī annis regnaſſe dicāt': quos ſolus ipſe regnauerit.Quod de Salomone intelleximus:& de Achaz ſimiliter intelligendū eſt:q Ioathæ filius: Ezechiæ pater fuerit.Audiui quēdā hebræū huiuſcemodi narrare fabulā iuxta ꝓphetiā Eſaiæ quam inter decem uiſiones nuper iterpretatus ſum: q mortuo Achaz Philiſtea lætata ſit:& ſcriptura poſtea cōminetur ac dicat : ne læteris Philiſtea omnis tu:quoniam cōminuta eſt uirga percuſſoris tui. De radice.n. colubri egredietur regulus:& ſemē eius abſorbens uolucrem.Hoc eſt de Achaz conſtituetur rex Ezechias. ex quo intelligi non uoluit ſtatim poſt mortem patris filium imperio ſubrogatū:ſed uel ſeditionibus populi uel q̄buſdā interregnis:aut certe premētibus malis: & hinc īde cōſurgentibus bellis regnū eius fuiſſe dilatū.

In rebus obscuris diuersas ponimus opiniões:ut nõ tã scribere q̃ loq̃ tibi corã uidear. Cæteꝝ apostolus interminabiles genealogias:& Iudaicas fabulas ꝓhibés:de istiusmõi mihi uidet̃ interdicere q̃stionibus.Quid enim ꝓdest hærere in lr̃a:& uel scriptoris errorẽ uel annoꝝ seriẽ calũniari:cũ manifestissime scribat̃:lr̃a enim occidit:sps autẽ uiuificat:relege oẽs & ueteris & noui testamẽti libros:& tantã annoꝝ repies dissonãtiã:& numerũ iter Iudã & Israhel.i.iter regnũ utrũq; cõfusum:ut huiuscemodi hærere q̃stionibus:nõ tã studiosi q̃ odiosi hoĩs uideat̃.Munuscula tamẽ a te missa libẽter suscepi:& ipẽdio p̃cor:ut ĩ amore quo nos appetere cœpisti: ad finẽ usq; ꝓdures.nõ.n.cœpisse sed ꝓmãsisse uirtutis est.Nostra uicissim ꝑ desideriũ missa suscipe.

Beati Hieronymi ad Dardanũ exponentis terrã repromissionis secundũ anagogen sensum supioré terram esse uiuẽtiũ:& terræ illius quã iudæi secũdũ occidẽté lr̃am ĩtelligũt angustias describẽtis. Epistola.LXIIII.

Interrogas:quō pfectus eē quis possit:& quō uiuere debeat uidua:q sine liberis derelicta ē.hoc idē ī euāgelio legis doctor interrogat.Magr̄ qd faciēs uitā æternā possidebo? Cui respōdit dñs.mandata nosti. dicit ille.Quæ? Iesus aūt dixit nō hōicidiū facies:nō adulteriū:nō furtū:nō falsū dices testioniū.Honora patrē & matrē:& diliges ꝓximū tuū sicut teip̄m:& illo dicēte:hæc oīa feci:dnūs itulit. Vnū tibi pest.Si uis eē pfectus:uade & uēde oīa q hēs:& da paupibus:& ueni seqre me.Itaq; & ego tibi dnī nr̄i respondebo sermonibus.Si uis eē pfectus & tollere crucē tuā:& seq dominū saluatorē:& imitari Petrū dicētē:ecce nos dimisimus oīa:& secuti sumus te:uade & uēde oīa q hēs:& da paupibus:& seqre saluatorē.Nō dixit da filiis:da frībus:da,ppinqs:quos etiā si hēres:iure iis dnūs ꝓferret̄:sed da paupibus.imo da Xp̄o:q ī paupibus pascit̄.Qui cū diues eēt:,p nobis paup factus est,q loqt̄ in.xxxviii.psalmo.Ego aūt mendicus & paup:& dnūs solicitus ē,p me.Staticq;.xl. psalmi de eo exordiū est. Beatus q ítelligit sup egenū & pauperē. Intelligentia opus est.ut post ítelligētiæ btitudinē sciat̄ qd sit egenus & paup.Nō utiq; ille q mēdicitate & squallore cooptus é:& tamē nō recedit a uitiis:sed de qbus apostolus loqt̄.Tātū ut pauperū memores esse mus.ob quorū refrigeria laborabāt Paulus & Barnabas ī ecclesiis gētiū.ut collecte fierēt p primā sabbati: & hāc ipsā oblationē nō p alios:sed p se ďferre festināt iis q suas,p Xp̄o amisere substātias:q pſecutiōes passi sunt:q dixerūt pr̄i suo:& mr̄i: uxoribus: & liberis:nō nouimus uos. Hi ípleuerūt uolūtatē pr̄is:& audierūt dicētē dnūm saluatorē.Mr̄ mea & frēs mei hi sūt:q faciūt uolūtatē pr̄is mei.Et hoc dicimus:nō quo ī paupes ludæos:siue gētiles:& oīo cuiuslibet gētis sint paupes:,phibeamꝰ faciēdā elemosynā:sed quo xp̄ianos & credētes paupes ícredulis ꝓferamus.Et iter ipos xp̄ianos sit multa diuersitas:utrū peccator:an scūs sit. Vnde & apostolus passiuā ī oēs misericordiā ꝓbās:iſert.Maxie in dōesticos fidei.Dōesticus fidei é:q eadē tibi religione cōiungit̄.quem a cōsortio fraternitatis peccata nō separāt.Quod si de inimicis quoq; nobis præcipit̄ ut si esuriuerint demus eis cibū,si sitierit:demus eis potū:& hæc facientes:congerimus carbones sup caput eoꝝ:quāto magis de his:qui nō sunt inimici:& q xp̄iani sunt:atq; sci? Neq; uero hoc qd dī: hoc.n.faciēs carbones ignis congregabis sup caput eius:in malam partem accipiendum est:sed in bonam

Quando enim inimicis nostris præbemus beneficia:malitiã eoꝝ nostra bonitate superamus: & mollimus duritiã:iratũq; animũ ad mollitiẽ & beniuolentiã flectimus.atq; ita cõgregamus carbones sup capita eorũ: de quibus scriptũ est.Sagitte potẽtis acutæ:cũ carbonibus desolatoriis. Vt qũo de altari a seraphin carbo⁊ sublatus,pphetæ labia purgauit:ita & inimicoꝝ nostroꝝ peccata purgent,& uincamus in bono malum,& benedicamus maledicẽtibus.& imitemur patrẽ:qui solẽ suũ oriri facit sup bonos & malos: & pluit sup iustos & iniustos.Igit & tu qui paucos habes filios:plurimos fac tibi amicos de iniquo mãmona:qui te recipiant in eterna tabernacula.Pulchre dixit de iniquo.Omnes.n.diuitiæ de iniquitate descẽdunt,& nisi alter p diderit:alter nõ põt inuenire. Vnde & illa uulgata sentẽtia mihi uidet esse uerissima.Diues aũt iniquus:aut iniqui hæres.Quod cũ legis doctor audisset:& ferre nõ posset:quia habebat diuitias multas:cõuersus dominus ad discipulos ait:Quãdifficile qui diuites sunt itrare possũt ĩ regna cæloꝝ.nõ dixit impossibile:sed difficile.licet exẽplum posuerit ipossibilitatis:facilius ẽ camelũ p foramen acus trãsire:q̃ diuitem itrare ĩ regnũ dei.Hoc aũt nõ tam difficile ẽ:q̃ ipossibile.Nunq̃.n.fieri põt:ut camelus trãseat p foramẽ acus. Nunq̃ igit diues itrare poterit regna cæloꝝ.Sed camelus tortuosus & curuus ẽ:& graui sarcina pregrauat.Et nos ergo quãdo prauas ingredimur semitas:& rectã uiã dimittimus:& oneramur mũdi diuitiis:siue põdere delictoꝝ regnũ dei ingredi nõ ualemus.Quod si deponamus grauissimã sarcinã:& assumamus nobis pẽnas colũbæ:uolabimus & requescemus:& dicet de nobis.Si dormiatis iter medios cleros pẽne colũbæ deargẽtatæ: & posteriora dorsi eius ĩ pallore auri.Dorsum nostrũ quod primũ iforme erat:& graui sarcina premebatur; habeat nitorẽ auri:quod iterpretat ĩ sensu:& alas deargẽtatas:quæ itelligũtur eloquia scripturaꝝ:& regnũ dei itrare poterimus.Dicũt apostoli se oĩa quæ sua fuerãt dimisisse:& mercedẽ pro hac uirtute audacter exposcũt.Quibus respõdit dominus.Omnis q relíquit domũ aut fratres aut sorores aut patrẽ aut matrẽ aut uxorẽ aut filios aut agros,ppter nomẽ meũ:cẽtuplũ accipiet:& uitã æternã possidebit. O quãta beatitudo pro paruis magna recipere:æterna pro breuibus:pro morituris semp uiuẽtia:& habere dominũ debitorẽ. Siqua aũt uidua habet liberos:& maxie si nobilis familiæ ẽ:egentes filios nõ dimittat.sed ex æqualitate:ut meminerit primũ aĩæ suæ:& ipsam putet eẽ de filiis:& partiat potius cũ liberis q̃ oĩa filiis derelinquat.Immo Christũ liberoꝝ suoꝝ faciat cohæredẽ.Respõdebis:difficile ẽ:durũ ẽ:& cõtra naturã.Sed dominũ audies tibi respõdentẽ.Qui põt capere capiat.Et si uis eẽ pfecta:nõ tibi iugũ necessitatis iponit, sed potestati tuæ liberꝝ cõcedit arbitriũ. Vis eẽ pfecta:& ĩ primo stare fastigio dignitatis:fac quod fecerũt apostoli:uẽde oĩa quæ habes:& da pauperibus:& sequere saluatorẽ,& nudã soláq; crucẽ nuda sequaris & sola. Nõ uis esse pfecta:sed & secũdũ uis gradum tenere uirtutis:dimitte omnia quæcũq; habes.da filiis:da,ppinqs, nemo te reprehendit:si iferiora fecteris:dũmodo illã scias tibi iure prelatã:quæ elegerit prima. Dicis: hoc apostoloꝝ est & uiroꝝ.mulierẽ aũt nobilem nõ posse oĩa uendere:quæ multis adiumẽtis uite huius indigeat. Audi igit apostolũ cõmonentẽ.Nõ ut aliis refrigeriũ:uobis aũt tribulatio,sed ex æqualitate:uestra abũdãtia illoꝝ sustentet inopiã,ut & illoꝝ abũdantia uestræ inopiæ sit supplemẽtum. Vnde inqt dominus.Qui habet duas tunicas:det alterã nõ habẽti.Quid si Scythiæ frigora sint:& alpinæ niues:quæ nõ duabus & tribus tunicis:sed uix pecudũ pellibus repellũtur?Quicqd ergo corpori nostro sufficere põt:& humanæ succurrere ibecillitati:quos nudos natura,psudit:hæc una appellãda ẽ tunica.& qcqd ĩ præsentibus alimentis necessariũ ẽ:hoc unius diei uictus appellat. Vnde præceptũ ẽ.Ne cogitetis de crastino:hoc ẽ de futuro tẽpore.Et apostolus habẽtes inqt uictũ & uestitũ:his cõtenti simus.Si plus habes:q̃ tibi ad uictũ uestitumq; necessariũ est:illud eroga:& in illo debitricẽ esse te noueris.Ananias & Saphyra apostoli meruere sentẽtiã: quia sua timide reseruarũt.Ergo ne inges puniẽdus est:q sua nõ dederit?Minime puniti sunt qa mẽtiri uoluerũt spiritui sancto:& reseruãtes necessaria uictui suo:quasi pfecte sæculo renũciantes:uanã gloriã sectabant. Alioqn licet libere uel dare uel nõ dare.Quãq̃ ei qui cupiat esse pfectus:pẽsens pauptas futuris diuitiis cõpensãda sit.Quomodo aũt uidua uiuere debeat:breui sermone apostolus cõprehẽdit dicẽs.Vidua quæ in delitiis est uiuẽs:mortua est,& nos in duobus libellis:quos ad Furiam & Saluinam scripsimus: plenius dictum putamus.Quomodo accipiendũ sit illud saluatoris apud Mattheũ.Dicam aũt uobis nõ bibã amodo de hoc genimine uitis usq; in diem illũ quo bibã illud nouũ uobiscum ĩ regno patris mei. Lxxii.

e X hoc loco qdam mille annoꝝ fabulã struũt:in qbus Christũ regnaturꝝ corporaliter esse cõtendũt:& bibiturꝝ uinũ quod ex illo tempore usq; ad cõsumationẽ mũdi nõ biberit.Nos aũt audiamus panẽ quem fregit dominus:deditq; discipulis:esse corpus domini saluatoris ipso dicente ad eos.Accipite & comedite.Hoc est corpus meũ:& calicem illũ esse:de quo iteꝝ locutus est. Bibite ex hoc omnes.Hic est.n.sanguis meus noui testaméti:q pro multis effundet in remissionẽ peccatoꝝ.Iste est calix: de quo ĩ,ppheta legimus.Calicem salutaris accipiã:& nomen domini iuocabo.Et alibi.Calix tuus inebrians q̃ pclarus est.Si.n.panis q de cælo descẽdit:corpus est domini:& uinũ quod discipulis dedit:sanguis illius est noui testaméti: q effusus est in remissionẽ peccatoꝝ:Iudaicas fabulas repellamus: & ascẽdamus cũ domino cœnaculũ magnũ:stratũ atq; mũdatum:& accipiamus ab eo surſum calicẽ noui testaméti. Ibiq; cũ eo pascha celebrãtes inebriemur ab eo uino sobrietatis.Nõ.n.est regnũ dei cibus & potus:sed iustitia & gaudiũ & pax in spiritu sancto.Nec Moyses dedit nobis panem ueꝝ:sed dominus Iesus ipse cõuiua & conuiuiũ:ipse comedens:& q comedit:illius bibimus sanguinem:& sine ipso potare nõ possumus:& quotidie ĩ sacrificiis eius de genimine uitis ueræ:& uineæ Sorech:quæ iterp̃tat electa:rubentia musta calcamus:& nouũ ex iis uinũ bibimus ĩ regno patris:nequaq̃ in uetustate litteræ:sed ĩ nouitate spiritus cantãtes cãticũ nouũ:quod nemo põt cãtare nisi ĩ regno ecclesiæ:quod regnũ patris est.Hunc panem & Iacob patriarcha comedere cupiebat dicẽs.Si fuerit dominus deus mecũ:& dederit mihi panem ad uescendũ:& uestimentũ

ad opiendū. Quotquot.n.in Xp̄o baptizamur:xp̄m induimus:& panem comedimus angelor̄:& audimus 137
dnūm p̄dicāte. Meus cibus est ut faciā uolūtate eius:qui me misit:& impleā opus eius. Faciamus igit uolū-
tate eius:qui misit nos:& ipleamus opus eius:& Christus uobiscū bibet in regno ecclesiæ sanguinem suū.

Quæ causa sit:ut in resurrectione domini & apparitione euāgelistæ diuersa narrauerint. LXXIIII.

N qbus primum quæris:cur Matthæus dixerit:uespere sabbati illucescēte in una sabbati dnūm surrexisse: & Marcus mane resurrectionē eius factā esse cōmemoret:ita scribēs. Cū aūt resurre-
xisset una sabbati:mane apparuit Mariæ Magdalenæ:de qua eiecerat septē dæmōia:& illa abiēs
nūciauit iis qui cū eo fuerāt:lugētibus & flētibus. Illiq; audiētes quod uiueret:& qđ uidisset eū
crediderūt. Huius q̄stionis duplex solutio est. Aut.n.nō recipimus Marci testimoniū:qđ in raris ferē euāge
liis:Q̄ibus græciæ libris pene hoc capitulū in fine nō habētibus:p̄sertim cū diuersa atq; cōtraria euāgelistis
cæteris narrare uideat:aut hoc respondendū:quod uterq; uerū dixerit. Matthæus q̄do dnūs surrexerit ue-
spere sabbati. Marcus aūt q̄do eū uiderit Maria magdalenæ.i.mane prima sabbati. Ita.n.distinguēdū est. Cū
aūt resurrexisset:& parū per spiritu coartato:inferēdū:prima sabbati māe apparuit Mariæ magdalenæ.i.ut
qui uespere sabbati:iuxta Matthæū resurrexerat:mane prima sabbati:iuxta Marcū apparuerit Mariæ mag-
dalenæ. quod qdē & Ioānes euāgelista significat mane:eum alterius diei uisum esse demōstrans.

Quō iuxta Matthæū uespe sabbati Maria magdalenæ uidit dnūm resurgētē:& Ioānes euangelista refert eā
mane una sabbati iuxta sepulchrū flere. LXXIIII.

Na sabbati dies dominica ītelligēda est:qa oīs hebdomada in sabbatū & in primā & secūdā &
tertiā & quartā & quintā & sextā sabbati diuidit:quā ethnici idolor̄:& elemētor̄ noībo appel-
lant. Deniq; & apostolus collectā pecuniæ:quæ indigētibus p̄parabat:in una sabbati p̄cepit cō-
gregandā. Nec putandū est Matthæū & Ioānē diuersa sensisse:sed unū atq; idē tēpus media no-
ctis scilicet & gallor̄ cantus diuersis appellasse noībus. Matthæus.n.scribit uespe sabbati.i.sero nō incipiē-
te nocte:sed iam p̄fūda & magna ex pte trāsacta appuisse dnūm Mariæ magdalenæ:& apparuisse uespe sab-
bati illucescēte in pima sabbati:seipsum interp̄tās:qd dixisset uespere sabbati:idest appropinquāte iā luce
sequētis diei. Et Ioānē nō absolute dixisse. Vna aūt sabbati uenit Maria magdalenæ mane ad sepulchrū:sed
addidisse:cū adhuc essent tenebræ. Eiusdē igit atq; unius tēporis.i.mediæ noctis atq; gallor̄ cantus alterū
finē:alterū dixisse principiū. Mihiq; uidet euāgelistā Matthæū qui euāgeliū hebraico sermone conscripsit:
nō tā uespe dixisse q̄ sero. & eū qui interp̄tatus est ambiguitate deceptū:nō sero interp̄tatū esse:sed uespere.
q̄q̄ & cōsuetudo humani sermonis teneat sero nō uesperū significare:sed tarde. Solemus.n.dicere:sero ueni-
sti.i.tarde. & q̄ facere ante debueras:fac saltē sero.i.tarde. Sin aūt illud obiicit:quō eadē Maria q̄ prius uide-
rat dnūm resurgētē:postea ad sepulchrum eius flere referat:hoc dicēdū est:qđ & sola & cū altera siue cum
aliis mulieribus memor beneficior̄ q̄ in se dnūs cōtulerat:ad sepulchrū eius frequēter cucurrerit. & nunc
adorauerit quē uidebat:nunc fleuerit quē q̄rebat absentē. Licet qdā duas Marias Magdalenas de eodē uico
Magdalo fuisse cōtēdāt. & alterā esse quæ in Matthæo eū uiderit resurgētē:alterā quæ in Ioanne eū q̄rebat
absentē. Quattuor āt fuisse Marias in euāgeliis legimus. unā matrē dni Saluatoris. alterā materterā eius:q̄
appellata est Maria Cleophæ. tertiā Mariā matrē Iacobi & Ioseph. q̄rtā Mariā Magdalenā. Licet alii matrem
Iacobi & Ioseph materterā fuisse cōtēdāt. nōnulli ut se liberēt q̄stione in Marco uolūt unā eē de Mariis:sed
nō additū cognomē Magdalenæ:& ex supfluo scriptor̄ ioleuisse uicio:qđ p̄mū euāgelista nō scripserit. No-
bis aūt simplex uī & apta resp̄sio:sanctas fœias Christi absentiā nō ferētes p̄ totā noctē nō semel:non bis:
sed crebro ad sepulchrū domini cucurrisse:p̄sertim cum terremotus:& saxa dirupta:& sol fugiēs:& rerum
natura turbata:& quod his maius est:desideriū Saluatoris somnum ruperit fœminarum.
Quō iuxta Matthæū Maria magdalenæ uespe sabbati aduoluta sit pedibus Saluatoris:cū secūdū Ioānē au-
dierit a domino:Noli me tāgere:necdū enim ascēdi ad patrem meum. LXXV.

Væ prius uiderat dnūm resurgētē cū altera Maria:& eius pedibus fuerit aduoluta:postea reuer
sa p̄ noctē (domi.n.ob desideriū eius manere nō poterat) uenit ad sepulchrū:cūq; lapidē cū quo
monumentū fuerat clausum uidisset ablatū:cucurrit ad Simonē Petrū & ad alter̄ discipulum:
quē Iesus amabat plurimū:& dixit eis. Tulerūt dnūm de monumēto:& nescio ubi posuerūt eū.
Error mulieris cū pietate sociatus est. Pietas in eo erat:qđ desiderabat eū:cuius nouerat maiestatē. Error in
eo:qđ dicebat:Tulerūt dnūm de monumēto:& cætera. Deniq; cū Petrus & Ioānes introeūtes sepulchrū ui-
dissent linteamīa separata:& sudariū quo caput dnī fuerat inuolutū seorsū positū:& resurrexisse crederēt,
cuius corpus nō inuenerāt in sepulchro:Maria stabat ad monumētū foris plorans. Cūq; se inclinasset:uidit
duos angelos in albis sedētes in loco monumēti ad caput & pedes:ubi positū fuerat corpus Iesu:ut sub tāta
custodiæ dignitate nō crederet ab hoībus potuisse furari:q a ministris angelis seruabat. Dicuntq; ei angeli
quos cernebat. Mulier qd ploras? Secūdū illud qđ dnūs loqbat ad matrē. Quid mihi & tibi est mulier? Nō-
dū uenit hora mea. ut ex eo qđ appellauerūt mulierē:arguerēt frustra plorātem:& dicerēt. Quid ploras? In
tātū aūt Maria Magdalenæ obstupefacta torpuerat:& fidē maculis territa q̄si in caligine possidebat:ut ne
angelor̄ qdē p̄sentiū sentiret aspectum:sed muliebriter resp̄deret:& diceret. Ideo ploro:qa tulerūt dnūm
meū:& nescio ubi posuerūt eū. O Maria si dnūm credis dnūm tuū:quō arbitraris ab hoībus sublatū? Ne-

ſcio inqt ubi poſuerũt eũ:quõ neſcis:quẽ paulo ãte adoraſti?Cũq; uideret angelos:& quos cernebat ignoraret:ſtupore ꝓterrita huc atq; illuc facié circũferebat:nihil aliũ uidere ꝺſiderás.Cõuerſaq; retro uidit leſũ ſtãté:& neſciebat qa leſus erat.nõ q; iuxta manichæũ & alios hæreticos formã dnũs uultũq; mutaſſet:ut ꝓ uolũtate diuerſus ac uarius uideret.ſed q; Maria ſtupefacta miraculo hortulanũ putaret:quẽ tanto ſtudio requrebat.Ita & dnũs iiſdẽ uerbis qbus & angeli loqt̃ ad eã.mulier qd ploras?addiditq; de ſuo:quẽ quæris? At illa reſpõdés.domíe ſi tu ſuſtuliſti eũ:dicito mihi ubi poſuiſti eũ:& ego eũ tollã.Hic dnũm nõ de cõfeſſione ueræ fidei ſaluatorẽ uocat:ſed humilitate & timore hortulano arbitrat̃ ablatũ:& ignorãs ĩbecillitatẽ fœmineã:tãtaq; ſe uiriũ repromittit:& credit ut corpus uiri & pfectæ ætatis:qđ ut cætera taceã cẽtũ libris myrrhæ circũlitũ erat:æſtiaret ab una & pauida muliere poſſe portari.Cũq; leſus appellaſſet eã:atq; dixiſſet:Maria:ut quẽ facie nõ agnoſcebat:uoce ĩtelligeret:illa in errore pſiſtés:nequaq̃ dnũm ſed Rabbi.i.magiſtrũ uocat:& uide quãta turbatio quẽ hortulanũ putãs dnũm nũcupauerit:dei filiũ reſurgentẽ magiſtrũ uocat.Itaq; ad eã q̃ q̃rebat uiuẽté cũ mortuis:quæ errore fœmíeo & ĩbecillitate muliebri huc illucq; currebat:& corpus q̃rebat occiſi.cuius pedes uiuẽtis tenuerat:loquit̃ dnũs:& dicit.Noli me tãgere:nõdũ enĩ aſcẽdi ad patrẽ meũ:& eſt ſenſus:quẽ mortuũ q̃ris:uiuẽté tãgere nõ mereris.Si me necdũ putas aſcendiſſe ad patrẽ:ſed hoſum fraude ſublatũ:meo tactu indigna es.Hoc aũt dicebat:nõ ut ſtudiũ q̃rẽtis obtũderet: ſed ut diſpẽſationẽ carnis aſſumptæ in diuinitatis gloriã ſciret eẽ mutatã.Et nequaq̃ corpaliter uellet eſſe cũ dnõ:quẽ ſpiritaliter credere deberet regnare cũ patre.Vnde & apoſtoli maioris fidei ſunt:qui abſq; angelorũ uiſu abſq; ipſius ſaluatoris aſpectu:poſtq̃ corpus eius in monumẽto nõ reppererãt:crediderũt eũ ab ĩferis ſurrexiſſe.Alii putãt primũ eſſe qđ a Ioãne narratũ eſt:ueniſſe Mariã magdalenæ ad ſepulchrũ:& uidiſſe reuolutũ lapidẽ a monumẽto:& poſtea regreſſam cũ apoſtolis Petro & Ioãne:ſolã ad monumẽtũ remanſiſſe:& iccirco adhuc ĩcredulã a dnõ fuiſſe correptã reuerſamq; domũ:rurſum ad ſepulchrũ ueniſſe cũ Maria:& ab angelo monitam:exeũtẽq; de monumẽto adoraſſe dnũm:& tenuiſſe pedes eius:q̃do ab eo pariter audierũt:auete.& ille acceſſerũt:& tẽuerũt pedes eius:& adorauerũt eũ.Quæ in tãtũ ꝓfecerũt:ut mittãt ad apoſtolos:& audiãt primũ:nolite tiere.Scdo ite nũciate fr̃ibus meis:ut eãt ĩ galilæã:ibi me uidebũt.

Quomodo cuſtodiẽte militum turba Petrus & Ioannes libere ingreſſi ſunt ſepulchrum nullo prohibente cuſtodum. LXXVI.

Ac uidelicet cauſa:qa ueſpere ſabbati q̃ luceſcebat in prima ſabbati:uenit Maria magdalenæ & altera Maria uidere ſepulchrũ.Et ecce terræmotus factus eſt magnus.Angelus quoq; dnĩ deſcẽdit de cælo:& accedés reuoluit lapidẽ:& ſedebat ſup eũ:eratq; aſpectus eius ſicut fulgur:& ueſtimentũ illius ſicut nix.Præ timore aũt eius ꝓterriti ſunt cuſtodes:& facti ſunt uelut mortui.Igit̃ q fuerãt tãto timore ꝓterriti:ut putarent̃ mortui:aut dimiſiſſe ſepulchrũ:& fugiſſe credẽdi ſunt:aut ita & corpe & aĩa obtorpuiſſe:ut nõ dicã uiros:ſed ne mulierculas qdẽ ſepulchrũ ĩtrare cupiẽtes auderẽt,phibeb̃. Magnus.n.timor eos exterruerat:uidẽtes lapidẽ reuolutũ:& terræmotũ factũ:nõ ex more ſolito:ſed tã magnum q cũcta cõcuteret:& euerſionẽ terræ fũditus minaret̃.Angelũ quoq; deſcẽdiſſe de cælo tã claro uultu:nõ ut lãpadẽ humano lumine arte ſuccẽſam:ſed fulgur imitaret̃ cæli:quo illuſtrant̃ oĩa.unde & in tenebris uidere potuerũt.Itaq; libere introeũt:uiderat.n.Maria magdalenæ:q̃ eis nũciauerat lapidẽ reuolutũ:& corpus dnĩ de monumẽto eſſe ſublatũ.Angelũ aũt nõ putemus iccirco ueniſſe:ut apiret ſepulchrũ dnõ regenti:& reuolueret lapidẽ:ſed poſtq̃ dnũs reſurrexit:hora q̃ ipſe uoluit:& q̃ nulli mortalium cognita eſt:indicaſſe quod factum eſt.Et ſepulchrum uacuum reuolutione lapidis:& ſui oſtẽdiſſe præſentia:quæ omnia uidebantur ſplendore faciei ipſius & horrorem tenebrarum fulgoris claritate uincente.

Quõ Matthæus & Marcus ſcribãt apoſtolis mandatũ ꝓ mulieres:ut irent in galilæã dnũm reuiſuri:cũ Lucas & Ioãnes hieroſolymis ab illis uiſum eſſe phibeant. LXXVII.

Liud é undeci ſe offerre diſcipulis:q ꝓpter metũ iudæoꝝ abſcõditi erãt q̃do ad eos clauſis ĩgreſſus eſt ianuis.Et putãtibus qđ uideret̃ in ſpiritu:manus & latus obtulit clauis & lãcea uulneratũ.

Aliud q̃do ſecũdũ Lucã ꝓbuit ſe eis in multis argumẽtis p dies.xl.apparẽs eis:& loquẽs de regno dei.Et cõueſcẽs p̃cepit eis ab bieroſolymis ne diſcederẽt.In altero.n.ꝓ cõſolatione mẽtiũ uidebat̃:& uidebat̃ breuiter:rurſumq; ex oculis tollebat̃.In altero aũt tãta familiaritas erat & pſeuerantia:ut cũ eis pariter ueſceret̃.Vnde & Paulus apoſtolus refert eũ q̃ngẽtis ſimul appuiſſe diſcipulis.Et in Ioanne legimus:qđ piſcantibus apoſtolis in littore ſteterit:& parté aſſi piſcis fauũq; comederit.q̃ ueræ reſurrectionis indicia ſũt. In Hieruſalem autem nihil horum feciſſe narratur.

Quid clamor & ueli petrarũq; diſciſſio & reſurrectio mortuorum ſignificent:quæ facta ſunt in emiſſione ſpiritus Saluatoris. LXXVIII.

Vid ſignificet qđ in euãgeliſta Matthæo ſcriptũ ẽ:leſus aũt clamãs uoce magna emiſit ſpiritũ:& uelum tẽpli ſciſſum eſt in duas ptes a ſũmo uſq; deorſum:& terra mota ẽ:& petræ ſciſſæ ſunt:& monumẽta apta ſunt:& multa corpa ſcõꝝ q dormierãt reſurrexerũt.Et exeũtes de monumẽtis poſt reſurrectionẽ eius uenerũt in ſanctã ciuitatẽ:& appuerunt multis.Et de hoc loco in iiſdem Matthæi cõmẽtariis diſſeruimus.Primũq; dicẽdũ q; diuinæ potẽtiæ iudiciũ ſit:ponere aĩam q̃do uoluerit: & rurſũ accipe eã.Deniq; cẽturio uidẽs eũ dixiſſe ad patrẽ.In manus tuas cõmẽdo ſpiritũ meũ:& ſtati ſpiritũ dimiſiſſe:cõmotus ſigni magnitudíe ait.Vere dei filius erat iſte.Velũ quoq; tẽpli ſciſſũ ẽ in duas ptes:

ut cõpleret illud:qđ refert Iosephus:p̃fides tẽpli dixisse uirtutes.trãseamus ex his sedibus.In euãgelio ãt qđ 138
hebraicus lris scriptũ é:legimus nõ uelũ tẽpli scissum:sed suplimiare tẽpli miræ magnitudis corruisse.Ter
ra inqt mota est:pẽdẽte dnũm suũ ferre nõ sustinés:& petræ scissæ sunt:ut ídicarẽt duritiã iudæoꝝ:q p̃sen-
té dei filiũ itelligere noluerũt:& monumẽta apta sũt i signũ futuræ resurrectiõis:multaq; scõꝝ corpa exeũ
tia de sepulchris uenerũt in sanctã ciuitaté.& appuerũt multis.Sáctã ciuitaté hierosolymã debemus accipe
ad distictionẽ oĩum ciuitatũ:q̃ tũc idolis seruiebãt.In hac.n.sola fuit tẽplũ:& unius dei cultus & uera reli-
gio.& nõ oĩbus appuerũt:sed multis:q resurgẽté dnũm susceperũt.Deide iuxta anagogen dicẽdũ é:q; ícla-
mãte Iesu:& emittẽte spiritũ suũ uelũ scissum sit in duas ptes a sũmo usq; deorsum:& oĩa legis sint reuela-
ta mysteria,ut q̃ prius recõdita tenebãt:uniuersis gẽtibus,pderent.In duas aũt ptes in uetus & nouũ testa-
mentũ:& a sũmo usq; deorsũ ab initio mũdi q̃do hõ cõditus est:& reliq̃ q̃ facta i medio sacra narrat histo-
ria usq; ad cõsumationẽ mũdi.Et q̃rẽdũ quõ uelú tẽpli scissum sit exterius an iterius,mihiq; uĩ in passione
dni illud uelũ eẽ cõscissum:qđ in tabernaculo & in tẽplo foris positũ fuerat:& appellabãt exterius.qa nunc
ex pte uidemus:& ex pte cognoscimus.Cõ aũt uenerit qđ pfectũ é:tũc & uelũ iterius dirũpẽdũ:ut oĩa quæ
nũc nobis abscõdita sunt:domus dei sacra uideamus.qđ significét duo cherubin:qđ oraculũ:qđ uas aureũ:
in quo mãna recõditũ fuit.Nũc.n.p speculũ uidemus in enygmate.& cũ historiæ nobis uelú scissum sit:ut
ígrediamur atriũ dei:tamẽ secreta eius & uniuersa mysteria q̃ in cælesti hierusalẽ clausa retinent:scire non
possumus.Igit in passione dni terra cõmota est.iuxta illud qđ scriptũ est in Aggæo.Adhuc ego semel mo-
uebo cælũ & terrã.& ueniet desideratus cũctis gẽtibus,ut ab oriẽte & occidẽte ueniãt:& recũbãt cũ Abra-
ham Isaac & Iacob:& petræ scissæ sunt dura corda gẽtiliũ:siue petræ uniuersa uaticinia,pphetaꝝ:q & ipsi a
petra Xp̃i cũ aplis petræ uocabulũ susceperũt,ut qcqđ i eis duro legis uelamíe claudebat:scissũ pateret gẽ-
tibus.Monumẽta quoq; de qbus scriptũ est:uos estis sepulchra extrinsecus dealbata:q̃ ítus plena sunt ossi-
bus mortuoꝝ:iõ sunt apta:ut egrederẽt de his q prius ifidelitate mortui erãt:& cũ resurgẽte Xp̃o atq; ui-
uente uiuerẽt:& ígrederent cælestẽ hierusalẽ:& hérét municipatũ nequaq̃ in terra sed in cælo.Moriẽte sq;
cũ terreno Adã:resurgerẽt cũ adã supcælesti.Porro scdm lram nulli uiolétũ esse uideat mortuo Saluatore
appellari hierusalẽ sanctã ciuitatẽ:cũ usq; ad destructionẽ eius semp apostoli tẽplũ ígressi sint:& ob scãdalũ
eoꝝ q de iudæis crediderãt:legis exercuerint cerimonias.In tãtũ aũt hierusalẽ amauit dnũs:ut fleret eam &
plãgeret:& pẽdẽs in cruce loq̃ret.P̃r ignosce illis:qđ.n.faciũt nesciũt.ltaq; ipetrauit qđ petierat.multaq; sta-
tim de iudæis milia crediderũt:& usq; ad q̃dragesimũ scdm ãnũ datũ é ei tẽpus pniæ.Post quos pseuerãtibꝰ
illis in blasphemiã:egressi sunt duo ursi de siluis gẽtiũ romanorum Vespasianus & Titus:& blasphemãtes
pueros ascẽdẽte uero Helisæo in domũ dei(hoc.n.iterp̃tat Bethel)uoce cõsona illudẽtes iterfecerũt:atq; la-
cerauerũt:& ex eo tpe Hierusalẽ nõ appellat ciuitas scã:sed & scitaté & pristinũ nomẽ amittens spiritaliter
uocat Sodoma:& ægyptus:ut ædificet pro ea ciuitas noua:quã flumis impetus lætificat:& de cuius medio
egredit fons:qui totius orbis amaritudiné mitigauit:ut miserabilis Israel ruinas tẽpli nudatis plágat lacer-
tis:& in Xp̃o turba credentiũ noua quotidie uideat ecclesiæ tecta consurgere:& dicat:Syon angustus mihi
locus,impleaturq; illud quod in Esaia scriptum est:& erit sepulchrum eius incly tum.

Quomodo Saluator secũdum loãnẽ insufflauit spiritum sanctum ĩ sanctos apostolos:& secũdũ Lucã post
ascensionem se missurum repromittit. LXXIX.

Vius q̃stionis pfacilis solutio est:si docẽre apostolo Paulo spũs scĩ diuersas gr̃as nouerimus.Scri
bit.n.in prima ad Corinthios:diuisiones donoꝝ sunt:idé ue oro spũs:& diuisiones ministerioꝝ
sunt:idé aũt dnũs:& diuisiones opationũ sunt:idẽ aũt deus:q opat oĩa in oĩbus.Vnicuiq; aũt da
tur manifestatio spũs ad id qđ expedit.Alii qdẽ dat p spiritũ sermo sapiæ:alii sermo sapiæ scdm
eũdẽ spiritũ:alii gr̃a sanitatũ in uno spiritu:alii fides in eodẽ spiritu:alii opatio uirtutũ:alii ,pphetia:alii di-
scretio spirituũ:alii genera liguaꝝ:alii iterp̃tatio sermonũ.Hæc ãt oĩa opat unus atq; idẽ spũs:diuidés sin-
gulis,put uult.Ergo dnũs q̃ post resurrectionẽ suã iuxta Lucæ euãgeliũ dixerat.Ecce ego mittã ,pmissionẽ
patris mei in uos.Vos aũt sedete in ciuitate quoadusq; induamini uirtute ex alto:& iuxta eũdem in apostolo-
ꝝ actibus est locutus:p̃cepit eis ab hierosolymis ne discederẽt:sed expectarẽt,pmissionẽ patris:quã audi-
stis ígt p os meũ.qa loãnes qdẽ baptizauit aqua.Vos ãt baptizabimini spiritu scõ nõ post multos hos dies.
Rursum in fine euãgelii scdm loãnẽ:eo die quo resurrexerat.i.die dnica:clausis ianuis ad apostolos itroisse
narrat:& dixisse eis scdo pax uobis:& ituliisse.Sicut misit me p̃r:& ego mitto uos:& cũ hoc dixisset:insuffla-
uit:& dixit eis:accipite spiritũ sanctũ:quoꝝ remiseritis pcta:remittũt eis:& quoꝝ retinueritis:retẽta erũt.
Prima igit die resurrectionis acceperũt spũs scĩ gr̃am:q̃ pcta dimitterẽt:& baptizarẽt:& filios dei facerẽt:&
spiritũ adoptionis credẽtibus largirent:ipso saluatore dicẽte.Quoꝝ remiseritis pcta:remittent eis:& quo-
rum retinueritis:retẽta erũt.Die aũt pẽtecostes eis áplius repromissum est:ut baptizarent spiritu scõ:& in-
duerent uirtute ex alto:qua Christi euãgeliũ cũctis gẽtibus p̃dicarẽt.iuxta illud:qđ ĩ.lxvii.psalmo legimus.
dnũs dabit uerbũ euãgelizãtibus uirtute multa:ut hérét opationẽ uirtutũ & gratiã sanitatum & p̃dicaturi
multis gẽtibus:acciperẽt genera linguaꝝ:ut iam tũc cognoscerent:q apostoloꝝ qbus deberẽt gẽtibus nũ-
ciare.Deniq; apostolus Paulus qui de hierusalẽ usq; ad Illyricũ p̃dicauit:& inde p romã ad hispaniã ire festi
nat:gr̃as agit deo:q; cũctis apostolis uariis linguis loquat.Qui.n.cũctis gẽtibus ãnũciaturus erat:multarũ
linguaꝝ accepat gr̃am.Quæ repromissio spũs scĩ die decia post ascẽsionẽ saluatoris expleta est:Luca refe-
rẽte q̃ scripsit.Dũq; cõplerent dies pẽtecostes:erãt oẽs pariter in eodẽ loco:& factus est repẽte de cælo so-
nus,tanq̃ adueniẽtis spũs uehemẽtis:& repleuit totã domũ ubi erãt sedẽtes:& appuerũt illis disptitæ liguæ

tanq̃ ignis:ſeditq; ſup ſingulos eoꝝ:& repleti ſunt oēs ſpiritu ſcō & cœperūt loq uáriis līguis,put ſpūs ſcūs dabat eloqui illis. Tunc cōpletū eſt illud:qđ legīt in Iohel. Et erit in nouiſſimis diebus dicit dnūs. Effundā de ſpiritu meo ſup omnē carnē. Et pphetabūt filii ueſtri:& filiæ uræ & iuuenes uri uiſiōes uidebūt. Verbū aūt effuſiōis ſignificat grāe largitatē. Et id ipm ſonat:qđ dnūs repromiſit. Vos át baptizabimini ſpū ſcō nō poſt multos hos dies. In tātū.n.ſpū ſcō baptizati fūt:ut repleret tota domus ubi erāt ſedētes:& ignis ſpūs ſcī ſtationē in eis inueniret optatā:linguaſq; diuideret:& ſecūdū Eſaiā:qui īmūda labia hēre ſe dixerat:purgaret labia eoꝝ:ut euāgeliū Chriſti purius p̄dicarent & in Eſaia quidē ſuplīmiare tēpli dr fuiſſe cōmotum:& repleta eſt oīs domus fumo,i.errore & tenebris:uericq; ignorātia. In principio aūt euāgelii repleī ſpiritu ſcō. eccleſia:ut grā eius atq; feruore oīa credētiū pctā purgenī. Et igne ſpūs ſcī quē dnūs miſſurꝝ eſſe ſe dixerat:p̄dicatura Chriſtū lingua ſaneī. Nō ergo Ioānes Lucaſq; diſcordāt:ut q; ille primū reſurrectiōis die datum eſſe ſignificat:hic quinq̃geſima die ueniſſe deſcribat. Sed,pfectus apoſtolus eſt:ut qui prio remittēdorū pctōꝝ grām acceperāt:poſtea acciperēt opatiōes uirtutū:& cūcta donationū genera:q̃ ab apoſtolo ſcripta cōmemorauimus:& qđ magis neceſſariū erat:diuerſitatē linguaꝝ uniuerſarūq; gētiū:ut annunciaturi Chriſtū nullo īdigerēt interp̄te. Vnde & in Lycaonia cū audiſſent Paulū & Barnabā loqui līguis ſuis:deos in hoies cōuerſos eē credebāt. Et re uera īdumētū uirtutis ſpūs ſcī grā eſt:quā poſſidētes iudicū tribunalia & regū purpuras nō timebāt. Promiſerat.n.dnūs prius q̃ patereī:& dixerat. Cū aūt tradēt uos:nolite cogitare quō aut qd loq̃mini. Dabīt.n.uobis in illa hora qd loq̃mini. Nō.n.uos eſtis q loqmini:ſed ſpūs p̄ris uri:q loqī ī uobis. Ego aūt audacter & tota libertate,pnūcio:ex eo tp̄e quo apoſtoli dnō crediderūt:ſemper eos hūiſſe ſpiritū ſanctū:nec potuiſſe ſigna facere abſq; ſpūs ſcī grā:ſed p modulo atq; menſura. Vnde ſaluator clamabat in tēplo dicēs:qui ſitit ueniat ad me:& bibat:& q credit ī me ſicut dicit ſcriptura:flumīa de uētre eius fluuēt aq̃ uiuæ. Hoc át dixit de ſpiritu:quē accepturi erāt credētes in eū.& in eodē loco īfert. Nōdū.n.erat ſpūs datus:qa Ieſus nōdū fuerat glorificatus,nō q; nō eēt ſpūs ſcūs:dicēte dnō ſaluatore:Si aūt ego in ſpiritu ſcō eiicio dæmonia,ſed q erat in dnō;necdū totus in apoſtolis morabaī. Quāobrē deterrenī ad paſſionē eius:& negāt:& Xp̄m ſe neſcire iurāt. Poſtq̃ aūt baptizanī in ſpū ſcō:& effundīt in eos ſpūs ſcti grā:tūc libere loquunī ad p̄cipes iudæoꝝ. Obedire magis deo oportet q̃ hoībus:mortuos ſuſcitant:inter flagella lætanī:fundūt ſanguinē,p Xp̄o:& ſuppliciis ſuis coronanī. Nōdū ergo erat ſpūs in aplīs:nec de uētre eoꝝ fluebāt grāe ſpirituales:qa dnūs necdū fuerat glorificatus. Quæ ſit aūt gloria:ipſe in euāgelio loquiī P̄r glorifica me gloria quā apud te hūi prius q̃ mūdus eēt. gloria ſaluatoris patibulū triūphātis eſt. Crucifigīt ut hō:glorificaī ut deus. Denicq; ſol fugit:luna mutaī in ſanguinē:terra motu ſolito cōtremiſcit:apiunt iferi:mortui ambulāt;ſaxa rūpunt:hæc eſt gloria:de qua loq̃baī in pſalmo. Exurge gloria mea;exurge pſalterīū & cithara. Ipſaq; de ſe reſpōdit:gloria & diſpēſatio carnis aſſumptæ:Exurgā diluculo.ut ipleaī uigeſimi primi pſalmi titulus,p aſſumptiōe matutina. Hæc dicimus:non q; aliū deū aliū hoīem eſſe credamus:& duas pſonas faciamus in uno filio dei:ſicut noua hæreſis calūniaī. Sed unus atq; idē filius dei & filius hoīs ē:& qcq̃d loqī:aliud referimus ad diuinā eius gloriā:aliud ad noſtrā ſaluté. Pro q̃bus nō rapinā arbitratus ē:eſſe ſe æqualē deo:ſed ſemetip̄m exinaniuit:formā ſerui accipiēs:factus obediēs p̄ri uſq; ad mortē:mortē aūt crucis. Et uerbū caro factū eſt:& hītauit in nobis. Miror aūt Montanū & īſanas fœmīas eius abortiuos eſſe,pphetas:dnō,pmittēte atq; dicēte. Vado:& aliū paraclytū mittā uobis.& poſtea Luca euāgeliſta narrāte q; apoſtoli acceperūt qđ,pmiſſum ē;id multo poſt tp̄e in ſe dicēte fuiſſe cōpletū. Apoſtolis.n.,pmiſſum eſt. Ego mittā ſponſionē patris mei in uos:& uos ſedebitis in ciuitate.quoaduſq; induamini uirtutē ex alto:& exurgēs in apoſtolos inſufflauit:& nō in Montanū Priſcillā & Maximillā.& illis.i.apoſtolis ait. Quoꝝ dimiſeritis pctā:dimittunī eis.& quoꝝ retinueritis:retēta ſūt. Apoſtolis inq̃ p̄cepit:ne diſcederēt ab hieroſolymis:ſed expectarēt,pmiſſionē p̄ris. Et poſtea qđ,pmiſſum eſt:expletū legimus. Repleti ſunt oēs ſpiritu ſcō & cœperūt loq aliis līguis,put ſpūs ſcūs dabat eloq illis. Spūs ſcūs.n.ubi uult ſpirat:& q̃do dicit dnūs aliū paraclytū mittā uobis:& ſe oſtēdit eſſe paraclytū:qui appellaī cōſolator. Vnde & deus p̄r hoc cēſeī nomīe. deus miſerationū & totius cōſolatiōis. Si aūt & p̄r cōſolator & filius cōſolator:& ſpūs ſcūs cōſolator ē;ī nomine p̄ris & filii & ſpūs ſcī q; ītelligīt deus baptizanī credētes:quoꝝ unū diuinitatis & cōſolatoris eſt nomen:ergo & una natura eſt. Hic ſpūs ſcūs nō ſolū in apoſtolis:ſed etiā in pphetis fuit:de quo Dauid orabat dicēs:ſpiritum ſanctū tuū ne auferas a me.& Daniel ſpiritū dei habuiſſe narraī.& Dauid in ſpiritu loquīt dixiſſe dnūm dnō ſuo ſede a dextris meis:donec ponā inimicos tuos ſcabellū pedū tuoꝝ. Nec ſpiritu ſcō,pphetauerūt pphetæ:& uerbo dnī cæli firmati ſunt:& ſpiritu oris eius oīs uirtus eoꝝ:& qcq̃d patris & filii eſt:hoc idē & ſpūs ſancti eſt:& ipſe ſpiritus ſanctus cum mittaī a patre & pro filio ueniat:& in alio atq; alio loco ſpūs dei patris & chriſti ſpūs appellaī. Vnde & in actibus apoſtoloꝝ:qui Ioānis baptiſmate fuerāt baptizati:& credebāt in deū patrē & Chriſtū:quia ſpiritum ſanctum neſciebant:iteꝝ baptizanī:īmo tūc uerum accipiūt baptiſma. Abſq;.n.ſpiritu ſancto impfectū eſt myſterium trinitatis. Et in eodem uolumīe Petrus Ananiæ & Saphyræ dixiſſe narraī:q; mētientes ſpiritui ſancto non ſint hoībus mentiti:ſed deo.

Quid ſignificet illud quod apoſtolus Paulus diſputat ad romanos ſcribēs. Quid ergo dicimus nunqd iniquitas apud deum? Abſit uſq; ad eum locum ubi ait. Niſi dominus ſabaoth reliq̃ſſet nobis ſemen;ſicut ſodoma facti fuiſſemus:& ſicut gomorra ſimiles fuiſſemus. LXXX.

Mnis quidē ad romanos epiſtola interp̄tatione īdiget:& tātis obſcuritatibus inuoluta eſt:ut in ītelligēda ea ſpūs ſancti īdigeamus auxilio:qui per apoſtolū hæc ipſa dictauit. Sed p̄cipue locus hic:in quo qdam uolētes dei ſeruare iuſticiā:ex præcedentibus cauſis: dicunt electum in utero

Rebeccæ Iacob:& abiectum Esau:sicut & Hieremias & Baptista Ioánes eligunt in utero:& ipse apostolus Paulus ꝓdestinat in euangeliũ ante q̃ nascat.Nobis aũt nihil placet:nisi quod ecclesiasticũ est:& publica in ecclesia dicere non timemus:ne iuxta Pythagorá & Platonẽ & discipulos eoꝝ:q sub noĩe christiano introducunt dogma gentiliũ:dicamus aĩas lapsas de cælo esse:& ꝓ diuersitate meritoꝝ in his uel in illis corporibus pœnas antiquoꝝ luere pc̃toꝝ.Multoq melius est simpliciter impitiá cõfiteri:& ĩrer cætera q̃ nescimus:etiá huius loci obscuritaté effugere:q̃ dũ uolumus dei ꝓbare iusticiá:Basilidis & Mãichæi hæresin defendere:& hiberas nenias:Aegyptiacq portéta sectari.Dicamus igit:ut possumus:& apostolicæ uoluntatis sequétes uestigia:ne pũcto qdem ut dr̃:atq ungue trásuerso:ab illius sentétiis recedamus:fleuerat supra:& dolori suo & cõsciæ testẽ iuocauerat spiritũ sanctũ:ꝙ frẽs sui & cognati secũdũ carné.i.Israelitæ:dei filium nõ recepissent.quoꝝ fuit adoptio:& gloria:& testamétũ:& legis latio:& cultura:& ꝓmissio.Ex qbus etiam ipse Christus secũdũ carnẽ de Maria generatus est uirgine.Et tam cõtinuo cordis dolore torquet:ut ipse optet anathema esse a Christo.i.solus pire:ne oé Israheliticũ genus peat.Et qa hoc dixerat:statim uenientẽ e regione ꝑuidit q̃stionẽ.Quid ergo dicis?Oés qui ex Israel sunt:pierunt:& quõ tu ipse & cæteri apostoli:& ifinita ludaici populi multitudo Christũ filiũ dei recepistis?Quã ita soluit Israel in scripturis sanctis dupliciter appellat.Et in duos diuidit filios.In unũ qui iuxta carné é:& in alteꝝ q iuxta repromissionẽ & spiritum.Habrahã duos habuit filios Ismael & Isaac.Ismael qui secũdũ carné natus:hæreditaté prĩs nõ accepit: Isaac q de repromissiõe generatus ex Sara est:semé dei appellat.Scriptũ est.n.in Isaac uocabit tibi semen.i. nõ qui filii carnis ii filii dei:sed q sunt filii repromissionis isti æstimant in semine:& hoc non solũ in Ismael & Isaac accidisse cõuincimus:sed etiá in duobus Rebeccæ filiis Esau & Iacob.quoꝝ alter abiectus:alter electus est.Et hoc totũ dicit ut in duobus prioribus frĩbus Ismael & Esau populũ iudæoꝝ abiectũ esse significet.In posterioribus aũt:hoc est in Isaac & Iacob:electũ populũ gentiũ.uel eos qui ex iudæis in Christum crediturí erát:& quoniá hoc uolés approbare,ꝓposuerat testimoniũ nascétium geminoꝝ Esau & Iacob:de qbus scriptũ est.Maior seruiet minori.Et in Malachia legimus.Iacob dilexi.Esau aũt odio habui:ueniétéq e latere quæstionẽ ore suo,ꝓponit & dissérit:& hac soluta reuertit ad id:de quo cœpat disputare.Si Esau & Iacob necdũ nati erát:nec aliqd egerãt boni aut mali:ut uel,ꝓmereré deũ:uel offenderét:& electio eoꝝ atq abiectio nõ merita singuloꝝ uel uolũtaté eligétis:& abiiciétis ostédit.Quid ergo dicemus?Iniquus é deus? Secúdum illud exẽplum quod loquit ad Moysem:miserebor cui misertus fuero:& misericordiam præstabo:cui miserebor.Si hoc inqt recipimus:ut faciat deus quodcũq uoluerit:& absq merito & opibꝫ uel eligat aliquẽ uel cõdemnet.Ergo non est uolétis:neq currétis.sed miserentis dei maxime cum eadẽ scriptura hoc est idé deus loquat ad Pharaonem.In hoc ipsum excitaui te:ut ostédam in te uirtutem meam:& annũciet nomẽ meum in uniuersa terra.Si hoc ita est:& pro uolũtate sua miseret israeli:& indurat Pharaonem: ergo frustra quærit atq causat:nos uel bona non fecisse:uel fecisse mala:cum in potestate ipius sit & uolũtate absq bonis & malis opibus uel eligere aliquem uel abiicere.ꝑsertim cum uoluntati illius humana fragilitas resistere nequeat.Quãualidam quæstionẽ scripturarum rõne contextá & pene indissolubilé breui apostolus sermone dissoluit dicés.O homo tu qs es:qui respondeas deo?& est sensus:ex eo ꝙ respõdes deo: & calũniam facis:& de scripturis tanta perqris:ut loquaris cõtra deum:& iusticiá uolũtatis eius inqras:ostẽdis te liberi esse arbitrii:& facere quod uis:uel tacere uel loq.Si.n.in similitudiné uasis fictilis te a deo creatum putas:& illius non posse resistere uolũtati:hoc cõsidera qa uas fictile non dicit figulo:quare me sic fecisti?Figulus.n.habet potestaté de eodem luto aut eadem massa aliud uas in honorem facere:aliud in cõtumeliam.Deus aũt æquali cũctos sorte generauit:& dedit arbitrii libertaté:ut faciat unusq̃sq quod uult sit bonũ siue malum.In tãtum aũt dedit oĩbus potestaté:ut uox ipia disputet cõtra creatorem snũ:& causas uolũtatis illius ꝑscruteť.Sin aũt deus uolens ostendere iram:& notam facere potétiá suam:sustinuit i multa patientia uasa iræ apta ad interitum:ut ostenderet diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ quæ ꝑparauit in gloria:quos & uocauit non solum nos ex iudæis:sed etiam ex gétibus:sicut in Osee dicit.Vocabo nõ plebem meá plebẽ meam:& non dilectam dilectam.& erit in loco ubi dictum est ei:non plebs mea uos:ibi uocabunt filii dei uiui & cætera quæ sequunt.si inqt patientia dei indurauit Pharaonem:& multo tẽpore pœnas distulit israhelis:ut iustius cõdemnaret:quos tanto tẽpore sustinuerat:non dei accusanda est patiétia & infinita clæmétia:sed eorum duritia qui bonitate dei in perditionem suam abusi sunt.Alioqn unus est solis calor:& secundum essentias subiacentes alia liquefacit:alia indurat:alia soluit:alia constringit.Liquat .n.cæra:& indurat lutum:& tamen caloris non est diuersa natura.Sic & bonitas & clæmétia dei uasa iræ q̃ apta sunt in interitum.i.populum israhel ĩdurat.uasa autem misericordiæ quæ præparauit in gloriam quæ uocauit:hoc est nos qui non solum ex iudæis sumus:sed etiam ex gentibus nõ soluat irrõnationabiliter & absq iudicii ueritate:sed causis ꝑcedentibus.qa alii non susceperũt filium dei:alii autem recipe sua sponte uoluerũt.Hæc autem uasa misericordiæ non solum populus gentium est:sed etiam hi qui ex iudæis credere uoluerunt:& unus credentium effectus est populus.ex quo ostendit non gentes eligi:sed hominum uoluntates,atq ita factum est:ut impleret illud quod dictum est in Osee.Vocabo non plebem meam plebem meam:hoc est populũ gétium.& qbus prius dicebat:non plebs mea uos:núc uocant filii dei uiui.Quod ne solum de gétibus dicere uideret:etiam eos qui ex israhelitica multitudine crediderũt uasa misericordiæ & electiõis appellat.Clamat enim Esaias pro israhel:si fuerit numerus filiorum israel quasi harena maris reliquiæ saluæ fient:hoc est etiam si multitudo non crediderit:tamen pauci credent.Verbum enim consumatum atq breuiatum in sua deus æquitate librauit:ut humilitate & incarnatione Christi eos saluos faceret: qui in eum credere uoluissent.Hoc ipsum & in alio loco dixit Esaias.Nisi dominus sabaoth reliqsset nobis

ſemen:ſicut Sodoma ſecti fuiſſemus:& ſicut Gomorra ſimiles fuiſſemus.Cūq; teſtimonia ꝓpoſuiſſet:q̄bus duplex uocatio prædicit':& gentium & populi iudæoꝝ tranſit ad cohærentem diſputationē:& iccirco dicit:gentes quæ non ſectabant' iuſticiam:apprehendiſſe iuſticiam:qa non ſupbierint:ſed in Chriſtum crediderint.Iſraelis autem magnam partem ideo corruiſſe:qa offenderit in lapidem offenſionis:& petram ſcandali:& ignorauerit iuſticiam dei:& quærens ſuā ſtatuere iuſticiam:iuſticiæ dei quæ Chriſtus eſt ſubiici noluerit.Legi in cuiuſdam cōmentariis ſic reſpondiſſe apoſtolū:ut magis ꝑplicauerit q̄ ſoluerit quæſtionem. Ait.n.ad id quod ꝓpoſuerat:Quid ergo dicemus?Nunqd iniqtas apud deum?Et nō eſt uolētis neq; currētis:ſed miſerentis dei.& cuius uult miſereť:& quē uult idurat deus:& uolūtati eius qs pōt reſiſtere?Sic apoſtolum reſpondiſſe.O hō q terra & cinis es:audes facere quæſtionem deo;& uas fragile atq; teſtaceum:rebellas contra figulum tuum?Nunqd figmētū pōt dicere ei:q ſe finxit:quare me ſic feciſti?Aut non habet poteſtatē figulus luti ex eadem maſſa facere aliud quiddam uas in honorē:aliud in cōtumeliā?Aeterno igit ſilentio conticeſce:& ſcito fragilitatē tuā:& deo non moueas quæſtionem:qui fecit quod uoluit.ut in alios clæmens:in alios ſeuerus exiſteret.

Quid ſit quod apoſtolus ſcribit ad Corinthios in ſecunda epiſtola.Aliis odor mortis in mortem:aliis odor uitæ in uitam:& ad hæc quis tam idoneus. LXXXI.

Otum loci huius capitulū ꝓponamus:ut ex p̄cedentibus:& ſequētibus poſſint intelligi media:q̄ ex utroq; cōtexta ſunt.Cū ueniſſem ait Troadem ꝓpter euāgeliū Chriſti:& hoſtium mihi aptū eſſet in domino:nō habui requiem ſpiritui meo:eo q̄ nō iuenerim Titum fratrem meū:ſed uale faciens eis;ꝓfectus ſum in Macedoniam.Deo aūt gr̄as qui ſemp nos triūphat in Chriſto Ieſu:& odorē notitiæ ſuæ per nos manifeſtat in omni loco:qa Chriſti bonus odor ſumus deo:in iis qui ſalui fiunt: & in iis q ꝑeūt.aliis q̄dem odor mortis in mortē:aliis odor uitæ in uitam:& ad hæc quis tam idoneus:Nō .n.ſumus ſicut plurimi adulterātes uerbū dei:ſed ex ſinceritate:ſed ſicut ex deo corā deo ī Chriſto loqmur. Narrat Corinthiis quæ fecerit:quæ paſſus ſit:& quomodo in cūctis deo agat gratias:ut ſub exēplo ſui illos ꝓuocet ad certādū.Veni inqt Troadē q̄ prius Troia appellabat':ut euāgeliū xp̄i in aſia p̄dicaré.Cūq; mihi hoſtiū aptū eēt ī dnō:hoc é plurimi credidiſſent:ſiue per ſigna atq; uirtutes q̄ ī me opabat' deus:ſpes eēt na ſcētis eccleſiæ fidei:& in dnō ſuccreſcētis:non habui requm ſpiritui meo:hoc é ſperatā cōſolationē iuenire non potui:eo q̄ Titū fratrē meū nō iuenerim:ſiue quē ibi repiēdū putabā:ſiue quē ibi audierā degere:uel qui uēturum eſſe ſe dixerat.Quæ aūt fuit tāta cōſolatio:& quæ reqes ſpiritui in p̄ſentia Titi.quē qa nō inuenit:uale faciēs eis,ꝓfectus eſt in macedoniā?Aliquotiēs diximus apoſtolū Paulum uiꝝ fuiſſe doctiſſimū: & eruditum ad pedes Gamalielis qui ī apoſtoloꝝ actibus cōcionat' & dicit.Et nūc qd habetis cum hoibus iſtis:Si.n.a deo ē ſtabit:ſi ex hoibus deſtruet'.Cūq; Paulus haberet ſciētiam ſanctaꝝ ſcripturaꝝ & ſermōis: diuerſarūq; liguarum gratiam poſſideret:unde ipſe gloriat' in domio & dicit:gr̄as ago deo q̄ oīum eoꝝ liguis magis loquor:diuinoꝝ ſenſuum maieſtatē:nō poterat græce eloq;uel digno explicare ſermone.Hēbat ergo Titum interptē.ſicut beatus Petrus Marcum.Cuius euāgelium Petro narrāte:& illo ſcribēte:cōpoſitum eſt.Deniq; & duæ epiſtolæ quæ ferunt' Petri ſtilo inter ſe & charactere diſcrepāt ſtructuraq; uerboꝝ. Ex quo intelligimus pro neceſſitate reꝝ:diuerſis eum uſum iterpretibus.Ergo & Paulus apoſtolus cōtriſtatur:qa p̄dicationis ſuæ impræſentiaꝝ fiſtulā organumq;:per quod Chriſto caneret non iuenerat.Perrexitq; in macedoniā a Papho.apparuerat enim ei uir Macedo dicēs.trāſiēs adiuua nos:ut ibi iueniret Titum & uiſitaret fratres:uel perſecutionibus,ꝑbaret':hoc eſt.n.quod dicit.Deo aūt gratias qui ſemp triūphat nos in Chriſto Ieſu:pro eo q̄ eſt triūphat de nobis ſiue triūphum ſuū agit per nos.Qui in alio loco dixerat.Spectaculum facti ſumus mūdo:& angelis & hoibus.Deniq; narrat in conſequentibus.Nam cum ueniſſemus Macedoniam:nullam requiem habuit caro noſtra:ſed oēm tribulationē paſſi ſumus:foris pugnæ:intus timoris.Sed qui cōſolat' humiles:cōſolatus eſt nos deus:in aduētu Titi.Non ſolū aūt in aduētu eius ſed etiā in ſolatio.Ergo ꝓpterea uale faciēs Troianis:ſiue troadenſibus,ꝓfectus eſt macedoniā:ut iueniret ibi Titū: & hēret iterptationis euāgeliiq; ſolatiū.quem itelligimus nō ibi reptum:ſed poſt tribulationes & perſecutiones apoſtoli ſupueniſſe.Prius ergo q̄ ueniſſet Titus:multa perpeſſus agit gr̄as oīpotenti deo in Chriſto Ieſu:quem gētibus p̄dicabat:q̄ dignum ſe elegerit in quo ageret triūphū filii ſui.Triumphus dei eſt paſſio Martyꝝ:& pro Chriſti noīe cruoris effuſio:& iter torméta lætitia.Cum.n.qs uiderit tanta ꝑſeuerātia ſtare Martyres:atq; torqueri:& in ſuis cruciatibus gloriari:odor notitiæ dei diſſeminat' ī gētes:& ſibi tacita cogitatio loqtur.q̄ niſi uerum eſſet euāgeliū:nunq̄ ſanguine defenderet'.Neq;.n.delicata & diuitiis ſtudēs ac ſecura confeſſio eſt:ſed in carceribus:in plagis:in perſecutionibus:in fame:in nuditate:& ſiti.Hic triūphus eſt dei:apoſtolorumq; uictoria:ſed poterat audiēs reſpondere.Quomodo ergo nō oēs crediderūt?Prius ergo q̄ iterroges ſoluit antipophorā:& iuxta morem ſuum q̄q̄d alius obiicere pōt:ante q̄ obiiciat' ediſſerit. Et eſt ſenſus:noīs Chriſti ī omni loco bonus odor ſumus deo:& p̄dicationis noſtræ longe lateq; ſpirat fragrantia.Sed qa hoīes ſuo arbitrio derelicti ſunt(neq; enim bonum neceſſitate faciūt:ſed uoluntate)ut credentes coronā accipiāt:ſi creduli ſuppliciis mancipent':ideo odor noſter qui per ſe bonus eſt:uirtute eoꝝ & uitio qui ſuſcipiūt ſiue non ſuſcipiūt:in uitā trāſit aut mortem.ut q̄ crediderit ſalui fiant:qui uero nō crediderint pereāt.Nec hoc mirādum de apoſtolo:cum etiā de domino legerimus.Ecce hic poſitus eſt in ruinam:& in reſurrectionē multoꝝ:& in ſignū cui cōtradicet':ſoliſq; radios tam mūda loca excipiāt q̄ īmūda. & ſic in floribus quō in ſtercore luceāt.Nec tamen ſolis radiis polluunt'.Sic & Chriſti bonus odor qui nūq̄

mutari pōt:nec ſuam naturā amittere:credētibus uita eſt:īcredulis mors.Mors autem non iſta cōmunis 140
quam cum beſtiis morimur & iumētis:ſed illa de qua ſcriptū eſt.Aía quæ peccauerit:ipſa morieť.Ergo &
uita arbitrāda eſt:nō hæc qua ſpiramus & īcedimus:& huc illucq; diſcurrimus:ſed illa de qua Dauid loqť:
Credo uidere bona dnī ī terra uiuētium. Deus enī uiuoꝝ eſt:& non mortuoꝝ.& uita noſtra abſcondita ē
cum Chriſto in deo.Cum autem Chriſtus apparuerit uita noſtra:tūc & nos cum illo apparebimus in glo-
ria.Nec uobis inqt o Corinthii parū eſſe uideať:ſi nobis p̄dicātibus ueritatē alii credāt:alii non credāt.alii
uero morte moriāť:alii uiuāt ea uita quæ dicit:Ego ſum uita.Niſi enī locuti eſſemus:nec īcredulos mors:
nec credētes uita ſequereť:qa difficile dignus præco uirtutū Chriſti īueniri pōt:qui in annūciādis illis:nō
ſuā ſed eius quærat gloriā:qué p̄dicat.In eo aūt q; ſe negat non eſſe:ſicut multos qui uenditent uerbū dei:
oſtēdit eſſe q̄plurimos:qui quæſtū putent eſſe pietatē:& turpis lucri gra oía faciūt:qui deuorāt domos ui-
duarū.ſe aūt ex ſinceritate quaſi miſſum a deo:& p̄ſente eo qui ſe miſerit oía in Chriſto & pro Xp̄o loq:ut
cauſa p̄dicationis dei triūphus ſit xp̄i eiuſq; ſit gloria.Et notādum q; myſterium trinitatis in huius capituli
ſine mōſtreť.Ex deo.n.in ſpū ſancto coram dei patre in xp̄o loqmur.Ad cōprobādū aūt q; pe Troade per-
rexit Macedoniā:de apoſtoloꝝ actibus ponā teſtimoniū.Cū aūt ptrāſiſſet in Aſiā:deſcēderūt troadē:& ui-
ſio per noctē Paulo oſtēſa eſt:uir Macedo qdam erat ſtans & dep̄cans eum:ac dicēs.Trāſiens in Mācedoniā
adiuua nos.Quod cū uidiſſet:ſtatim quæſiuimus ꝓficiſci in Macedoniam:certi facti q; uocaſſet nos deus
euangelizare eis.

Quid ſit q; in epiſtola ſcribit ad Theſſalonicēſes prima: Ipſe aūt deus pacis ſanctificet uos per oía: & īteger
ſpūs ueſter & aía & corpus ſine q̄rela in aduētu dnī noſtri leſu xp̄i ſerueť. LXXXII.

Amoſa q̄ſtio:ſed breui ſermōe tractāda.Supra dixerat ſpiritū nolite extīguere.qđ ſi fuerit ītellectum:ſtatī ſciemus qs iſte ſit ſpūs:q cū aía & corpe in die aduētus dnī cōſeruandus eſt.Quis enī poſſet credere:q; iſtar flāmæ q̄ extīcta deſinit eſſe qđ fuerat:extīguať ſpūs ſcūs:& ſuſtineat abolitionē ſui:q fuit quōdā ī Iſrahel:q̄do p Eſaiā & Hieremiā & ſingulos ꝓpheras diceť poterat:Hæc dicit dnūs & nūc ī eccleſia p Agabū loqť: Hæc dicit ſpūs ſcūs.& ipe Paulus.Diuiſiōes aūt donoꝝ ſunt:idē uero ſpūs. & diuiſiōes miſterioꝝ ſūt:idē aūt dnūs.& diuiſiōes opationū ſūt:idē át deus:q opať oía ī oībus.Vnicuiq; át dať manifeſtatō ſpūs ad id qđ expedit.Alii p ſpiritū dať ſermo ſapiētiæ:alii ſermo ſciētiæ ſecūdū eūdē ſpiritum:alii fides in eodē ſpiritu:alii opatio uirtutū:alii gratia ſanitatum in uno ſpiritu:alii ꝓphetia:alii diſcretio ſpirituū.Oia át hæc opať unus atq; idē ſpūs:diuidēs ſingulis ꝓut uult.de hoc ſpiritu:ne a ſe auferreť:rogabat Dauid dicēs:ſpiritū ſanctū tuum ne auferas a me.q q̄do auferť nō in ſubſtātia ſui:ſed ei a quo auferť extinguiť.Ego puto unū atq; idē ſignificare:ſpiritū nolite extīguere:& qđ in alio loco ſcribit:ſpiritu feruēres.In quo.n.feruor ſpūs multiplicata iniqtate & caritatis frigore nō tepeſcit:in hoc ſpūs nequaq̄ extīguiť. Deus igiť pacis ſanctificet nos per oía uel ī oībus: ſiue plenos atq; p̄fectos. Hoc.n.magis ſonat ολοτελειϛ Deus enī appellať pacis:qa per Chriſtū ei recōciliati ſumus:qui eſt pax noſtra:qui fecit utraq; unum:qui & in alio loco pax dei dī.ſuperās oēm ſenſum:quæ cuſtodit corda cogitationeſq; ſanctoꝝ.Qui autē ſanctificať ſiue perfectus in oībus eſt:in hoc ſpūs & aía.& corpus in die dnī conſeruať.Corpus ſi ſinguloꝝ mēbrorum utanť officiis;uerbi gratia ſi opeť manus:pes ambulet:oculus uideat:auris audiat:dētes cibos molant: ſtomachus coquat:aluus digerat:aut ſi nulla mēbroꝝ parte trūcatū eſt:& hoc q̄ſq̄ pōt credere apoſtolū ꝓ credentibus dep̄cari:ut ī die iudicii ītegrū oīum Chriſtus corpus inueniat:cū oía corpora morte diſſoluta ſint.Aut ſi:ut qdam uolunt:repta fuerit adhuc ſpirantia:habeant debilitates ſuas:& maxime martyrum:& eoꝝ qui pro Chriſti nomine uel oculos offoſſos uel amputatas nares:uel abſciſſas manus habēt:ergo integrum corpus eſt:de quo diximus in alia quæſtione tenens caput:ex quo omne corpus cōnexum atq; compactum accipit augmētum in admiſtratione corporis Chriſti.Hoc corpus eccleſiæ eſt.Et qcūq; huius corporis tenuerit caput;& cætera mēbra ſeruauerit:habebit integrum corpus quātū accipere pōt humana natura.Iuxta hūc modū & animæ integritas cōſeruāda eſt:quæ dicere pōt:Benedic anima mea dominum:qui ſanat omnes infirmitates tuas:& de qua ſcriptum eſt:miſit uerbum ſuum:& ſanauit eos.Spūs quoq; in nobis integer cōſeruať:quādo non erramus in ſpiritalibus:ſed uiuimus in ſpiritu:acqeſcimus ſpiritui:& opera carnis mortificamus in ſpiritu:afferimuſq; omnes fructus eius:caritatem:gaudium:pacem:& cætera.Aliter præcipiť nobis Salomone dicēte.Tu aūt deſcribe ea tripliciter in cōſilio & cōſcientia:ut reſpondeas uerba ueritatis iis qui ꝓponunt tibi.Triplex in corde noſtro deſcriptio:& regula ſcripturāꝝ eſt.Prima:ut ītelligamus eam iuxta hiſtoriam.Secūda iuxta tropologiā.Tertia iuxta ītelligētiam ſpiritalē.In hiſtoria eoꝝ quæ ſcripta ſunt ordo ſeruať.In tropologia de littera ad maiora cōſurgimus.Et qcquid in priori populo carnaliter factum eſt:iuxta moralem interpretamur locū;& ad animæ noſtræ emolumēta conuertimus.In ſpirituali θεωρειᾳ: ad ſublimiora tranſimus: terrena dimittimus:de futuroꝝ beatitudine & cæleſtibus diſputamus:ut præſentis uitæ meditatio umbra futuræ beatitudis ſit:quos ſi Chriſtus tales inuenerit:ut & corpore & anima & ſpiritu integri conſeruenť:& perfectam habeāt triplicis in ſe ſcientiæ ueritatem:hos ſua pace ſanctificabit:& faciet eſſe perfectos.Multi ſimpliciter hunc locum de reſurrectione intelligunt:ut ſpiritus & anima & corpus in aduentu domini cōſeruenť.Alii ex hoc loco triplicem in homīe uolūt affirmare ſubſtantiam.Spiritus quo ſentimus.Anima qua uiuimus.Corporis quo incedimus.Sunt qui ex anima tantum & corpore ſubſiſtere hominem diſſerentes:ſpiritū in eo tertium:non ſubam uelint ītelligi:ſed efficientiā: per quā & mēs in nobis:& ſenſus:& cogitatio:& aīus appellanť:& utiq; non ſunt tot ſubſtantiæ quot noīa. Cūq; illud eis oppoſitum fuerit:benedicite ſpiritus & animæ iuſtorum domino:ſcripturam non recipiunt:

dicentes eum in hebraico non haberi. Nos autem in præsenti loco ut supra diximus spiritum qui cum aïa & corpore integer conseruaꝛ: non substãtiam spũs sancti: quæ non potest iterire: sed gratias eius donationesq; accipimus: quæ nostra uel uirtute uel uitio & accẽduntur: & extinguuntur in nobis.

Prologus beati Hieronymi in librum ad Algasium de quæstionibus. xi. noui testamenti.

Epistola. LXXXIIII.

Ilius meus Apodemius: qui iterp̃tatione nois sui longa ad nos nauigatione signauit: & de oceani littore atq; ultimis Galliæ finibus roma p̃terita q̃siuit Bethleem: ut iueniret in ea cælestẽ panẽ: & saturatus eructaret in deum: ac diceret. Eructauit cor meum uerbum bonum: dico ego opa mea regi: Detulit mihi in parua scedula maximas q̃stiones q̃s a te datas: mihiq; tradẽdas diceret ad quarum lectionem itellexi studiũ reginæ Saba in te esse cõpletum: quæ de finibus terræ uenit audire sapientiam Salomonis. Non q̃dem ego Salomon: q ante se: & post se: cũctis hoibus p̃ferꝛ in sapiẽtia: sed tu regina appellãda es Saba: in cuius mortali corpore non regnat peccatũ: & quæ ad dnũm tota mente cõuersa audies ab eo. Cõuertere cõuertere Sunamitis. Eteni Saba in ligua nostra cõuersionẽ sonat: simulq; aïaduerti: q̃ q̃stiũculæ tuæ de euãgelio tãtũ & de apostolo positæ: idicãt te ueterẽ scripturã aut non satis legere aut nõ satis itelligere: q̃ tãtis obscuritatibus & futuroꝝ typis iuoluta ẽ: ut ois iterpretatiõe egeat: & porta oriẽtalis de q̃ ueꝝ lumẽ exoriꝛ: & p̃ quã pontifex igrediꝛ & regrediꝛ: sẽp clausa sit: & soli pateat Christo. q habet clauem Dauid: q aperit & nemo claudit: claudit & nemo aperit. ut illo reserãte itroeas cubiculũ eius: & dicas. Introduxit me rex in cubiculum suũ. Propterea satis miratus sum: cur puríssimo fonte uicino neglecto: nostri tam procul riuuli fluenta quæsieris: & omissis aquis Syloe quæ uadũt cum silentio: & desideres aquas syor: quæ turbidis sæculi huius uitiis sordidanꝛ. Habes ibi sanctũ uirũ Alechium p̃sbyteꝝ: qui uiua ut aiunt uoce & prudẽti disertoq; sermone possit soluere quæ req̃ris: nisi forte p̃grinas merces desideras: & pro uarietate gustus nr̃oꝝ quoq; cõdimẽtoꝝ te aliméta delectãt. Aliis dulcia placẽt: nõnullos amara delectãt. Hoꝝ stomachũ acida renouãt: illoꝝ falsa sustẽtant. Vidi ego nauseã & capitis uertiginẽ antidoto qđ appellaꝛ πίκρα. i. amara sæpe sanari: & iuxta Hipocratẽ dulcia amaris curari: & cõtrarioꝝ cõtraria eẽ remedia. Itaq; nostrã amaritudinẽ illius nectareo melle curato. Et mitte in myrrham lignum crucis: senilẽq; pituitam iuuenili auctoritate compesce: ut possis læta cantare. Quam dulcia gutturi meo eloq̃a tua domine super mel ori meo.

Cur loãnes discipulos mittit ad dnũm: ut iterrogẽt eũ: Tu es q uẽturus es: an aliũ expectamus? cũ prius ipse de eodẽ dixerit: Ecce agnus dei: ecce q tollit peccata mundi. LXXXIIII.

E hac quæstione in cõmentariis Matthæi plenius diximus. Vnde apparet q̃a hæc iterrogas: ipsa te uolumina nõ habere. Tamẽ stringẽdum est breuiter: ne oĩno tacuisse uideamur. loãnes mittebat discipulos suos in uinculis cõstitutus: ut sibi quærẽs illos doceret: & capite trũcandus illum doceret esse sectãdũ: quẽ iterrogatiõe sua magistrũ oĩum fatebaꝛ. neq;. n. poterat ignorare: quem ignorãtibus illũ demõstrauerat: & de quo dixerat. q habet spõsam: spõsus est: & cuius nõ sum dignus calciamenta parare. & illũ oportet crescere: me aũt minui. Deũq; patrẽ intonãtẽ audierat: hic est filius meus dilectus in quo mihi bene cõplacui. Quod ãt dicit: tu es q uẽturus es: an aliũ expectamus? hũc quoq; sensũ habere põt: Scio q̃ ipse sis: q tollere ueneris pcã mudi: sed q̃a ad iferos descẽsurus sum: etiã hoc iterrogo: utrũ & illuc ipse descẽdas. An ipiũ sit: hoc de dei filio credere: aliũq; missurus sis. Hoc aũt scire desidero: ut q in terris hoibus nũciauí: etiã in iferis nũciẽ: si forte uẽturus es. Tu. n. es q ueneris dimittere captiuitatẽ: & ueneris soluere eos: q in uiculis tenebãꝛ. Cuius scisitatione dnũs itelligẽs: opibus magis q̃ sermone respõdet. Et loãni p̃cipit nũciari: uidere cæcos: ãbulare claudos: leprosos mundari: surdos audire: mortuos surgere. & q̃d his maius est: paupes euãgelizare. Paupes aũt uel humilitate uel diuitiis: ut nulla iter pauperẽ diuitẽq; distãtia sit salutis: sed oẽs uocenꝛ æq̃liter. Tũc quoq; iferet. Beatus q nõ fuerit scãdalizatus in me. Nõ loãnem sed discipulos eius pcutit: q prius accesserãt ad eũ dicẽtes. Quare nos & pharisæi ieiunamus frequẽter: discipuli ãt tui nõ ieiunãt? Et ad loãnẽ. Magr̃ cui p̃buisti testioniũ iuxta iordanẽ? Ecce discipuli eius baptizãt: & plures ueniũt ad eũ. Quo dicto liuoré significãt de signoꝝ magnitudine & iuidiæ mordacitate ueniẽtem: cur baptizatus a loãne ipse audeat baptizare: & multo ãplior ad eũ turba cõcurrat: q̃ prius uenerat ad loãnẽ. Et ne forsitan plebs nescies hoc dicto loãnẽ sigillari arbitraretꝛ: in illius laudes p̃orat: & cœpit de loãne ad turbas dicere circũstãtes. Quid existis ad desertũ uidere? Arundinẽ uẽto agitatã? Et q̃d existis in solitudinẽ uidere? hoiem mollibus uestitũ? & reliq̃. cuius dicti hic sensus est. Nunq̃d ad hoc existis in heremũ: ut uidere tis hoiem istar arũdis uẽtoꝝ flatu in partes uarias iclinari? ut quẽ ante laudauerat: de eo nũc dubitet: & de quo prius dixerat: ecce agnus dei: nũc iterroget: utrũ ipse an alius sit. qui uel uenerit: uel uẽturus sit. Et quia omnis prædicatio falsa sectaꝛ lucra: & gloriam quærit humanam: ut per gloriam nascantur compendia: asserit eum camelorum uestitum pilis: nulli posse adulationi succumbere: qui locustis uescitur ac melle silue stri: opes non quærere: rigidam quæ & austeram uitam: aulas uitare palatii: quas quærunt qui bysso & serico & mollibus uestiuntur: qui in domibus regum sunt. Dicitq; eum non solum prophetam: qui soleat uentura prædicere: sed plus esse q̃ prophetam. quia quem illi uenturum esse dixerunt: hic uenisse demonstrauit dicens. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Præsertim cum ad fastigium prophetale Baptistæ accesserit priulegium: ut cui dixerat ego a te debeo baptizari: ipse eum baptizauerit: non præsum-

ptione maioris:sed obedientia discipuli:ac timore seruili.Cumq; inter natos mulierum nullum asserat Io- 141
anne surrexisse maiorē:se q de uirgine,pcreatus ē:maiorē eē cōmemorat:siue oēm āgelū q ī cælis minimus est:in terris cūctos hoies anteire.Nō.n.in angelos,pficimus:& nō angeli in nos:sicut qdam stertētes sopore grauissīmo somniāt.Nec sufficit hoc in Ioānis laudibus:nisi ipse p̄dicās baptismū pœnitentiæ prius dixisse referat. pniam agite:appropiquabit.n.regnū cælorū.Vnde & diebus p̄dicatiōis eius:regnū cælorū uim patit:ut q homo natus est:angelus esse desideret:& terrenū aīal cæleste q̄rat habitaculū.Lex.n.& pphetæ: usq; ad Ioānē,pphetauerūt:nō q̄ Ioānes,pphetarū sit finis:& legis:sed ille q Ioānis testimonio p̄dicatus est. Ioannes aūt secūdū mysteriū:qđ ī Malachia scriptū est:ipse est Helias:q uēturus est:nō q̄ eadē aīa: ut hæretici suspicant:& ī Helia:& in Ioāne fuerit:sed q̄ eandē habuerit sancti spiritus gratiā:Zona cīctus ut Helias: uiuēs ī heremo ut Helias.Persecutionē passus ab herodiade. ut ille sustinuit ab Iezabel.ut quo modo Helias secūdi p̄cursor aduētus est:ita Ioānes uētur⁹ ī carne dnūm saluatorem nō solū ī heremo:sed etiam ī matris utero salutarit:& exultatione corporis nūciauerit.

Quid significet quod in matthæo scriptū est arundinem quassatam non confringet: & linum fumigans non extinguet. LXXXV.

D cuius expositionē loci:totū qđ Matthæus de Esaia,ppheta assumit testimoniū ponēdū est:& ipsius uerba Esaiæ:iuxta septuaginta iterp̄tes:ipsūq; hebraicum:cui Theodotion Aqla Symmachusq; cōsentiūt.Sic ergo de quattuor euāgelistis solus Matthæus posuit Iesus aūt sciens recessit inde:& secuti sūt eū multi:& curauit oēs:& p̄cepit eis ne māifestū eū facerēt: ut ipleret qđ dictū est p Esaiam,pphetā dicentē.Ecce puer meus quē elegi.Dilectus meus:ī quo bene cōplacuit aīa mea. Ponā spiritum meū sup eū:& iudiciū gentibus nūciabit.Nō cōtendet:neq; clamabit:neq; audiet q̄sq̄ in plateis' uocē eius. Arūdinē quassatā nō cōfringet:& linū fumigās nō extinguet:donec eiiciat ad uictoriā iudiciū:& ī noīe eius gentes sperabūt:Pro quo in Esaia iuxta septuaginta iterpretes sic scriptū ē.Iacob puer meus suscipiā eū.Israhel electus meus suscepit eū aīa mea.Dedi spiritū meū sup eū:iudiciū gentibus,pfert.Nō clamabit:neq; dimittet:nec audiet foris uox eius:arūdinē fractā nō cōteret:& linū fumigās nō extīguet:sed ī ueritate ,pfert iudiciū.splendebit:& nō quassabit:donec ponat sup terrā iudiciū:& ī noīe eius gētes sperabunt.Nos aūt ex Hebræo ita uertimus.Ecce puer meus:suscipiā eū:electus meus cōplacuit sibi ī illo aīa mea. Dedi spiritum meū sup eū iudiciū gentibus,pfert.Nō clamabit neq; accipiet p̄sonā:neq; audiet foris uox eius. Calamū q̄ssatū nō cōteret:& linū fumigās nō extinguet.In ueritate docebit iudiciū.Non erit tristis neq; turbulentus: donec ponat ī terra iudiciū:& legē eius insulæ expectabūt.Ex quo apparet Matthæū euāgelistā nō ueteris iterp̄tationis auctoritate cōstrictū dimisisse hebraicā ueritatē:sed q̄si Hebræū ex hebræis:& in lege domini doctissimū:ea gētibus p̄dicasse quæ ī Hebræo legerat.Si.n.sic accipiēdū est:ut septuagita iterp̄tes ediderūt. Iacob puer meus suscipiā eū.Israhel electus meus suscepit eū aīa mea:quō in Iesu itelligimus esse cōpletum: quod de Iacob & de Israhel scriptū ē?Quod beatū Matthæū nō solū in hoc testimonio:sed ēt in alio loco fecisse legimus.Ex ægypto uocaui filiū meū.,p quo.lxx.trāstulerūt.Ex ægypto uocaui filios eius: qđ utiq; nisi sequamur hebraicā ueritatē ad dnūm saluatorē nō p̄tinere māifestū ē.seqtur enī Ipsi aūt īmolabāt Baalim.Quod aūt de assūpto testimonio ī euāgelio minus ē:splēdebit & nō quassabit:donec ponat in terra iudiciū:uidet mihi accidisse primi scriptoris errore:q legēs supioré snīam in uerbo iudicii esse finitā: putauit inferioris snīe ultimū uerbū esse iudiciū:& pauca uerba q̄ in medio:hoc est iter iudiciū & iudiciū fuerāt p̄termisit.Rursūq;:qđ apud Hebræos legit:& in lege eius sperabūt insulæ:Matthæus sensū potius quā uerba iterpretās:,p lege & īsulis nomē posuit:& gētes.Et hoc nō solū ī p̄senti loco:sed ubicūq; de ueteri testamento euangelistæ & apostoli testimōia,ptulerūt:diligentius obseruandū est:nō eos uerba secutos esse: sed sensū.& ubi.lxx,ab hebraico discrepāt:hebræū sensū suis exp̄ssisse sermōibus.Puer igit dei oīpotentis iuxta dispēsationē carnis assūpte:q ad nos mittit:Saluator ē appellatus.Ad quē & ī alio loco dicit pater. Magnū tibi ē uocari puerū meū:ut cōgreges tribus Iacob.Hæc ē uinea soreth:q̄ interp̄tat electa.hic ē filius amātissimus:ī quo sibi cōplacuit aīa mea.nō q̄ deus aīam hēat:sed q̄ in aīa oīs dei mōstret affectus.Et nō mirū si in deo aīa noīetur:cū uniuersa humani corporis mēbra secūdū leges tropologiæ:& diuersas itelligētias habere dicat.Posuit quoq; spiritū suū super eum:spiritum sapientiæ & intelligentiæ:spiritū cōsilii & fortitudinis:spiritū scientiæ & pietatis & timoris domini:q in specie colūbæ descendit sup eū:de quo & Ioānes Baptista a deo patre audisse se narrat.Sup quē uideris spiritū sanctū uenientē & manentē in eo:ipse ē:& iudicium gētibus nūciabit.De quo & ī psalmis legimus.Deus iudiciū tuū regi da:& iusticiā tuā filio regis:Quod & ipse loqt in euangelio.nō enī pater iudicat quēq;:sed omne iudiciū dedit filio.Non cōtendit sicut agnus ductus est ad uictimā:nō cōtendit in subuersione audientiū;neq; clamauit iuxta illud quod Paulus apostolus scribit.Oīs clamor & ira & amaritudo auferat a uobis.Nō clamauit qa israhel nō fecit iudiciū: sed clamorē.Neq; audiet q̄sq̄ in plateis siue foris uocē eius.Omnis.n.gloria filiæ regis abitus.& arta & āgusta uia est:quæ ducit ad uitam.Vnde in plateis uox illius non auditur:in quibus confidenter agit sapientia: latam spatiosamq; uiam non ingrediens:sed arguens atq; condemnans.Vnde & iis qui foris eraut: non sua uoce sed per parabolas loquebat.arundinem inquit quassatam nō cōfringet:siue ut.lxx.transtulerūt calamū fractū nō cōteret.Calamus fractus q fuit antea uocalis:& in laudes domini cōcinebat:appellādus ē israhel:qui quondā impegit in angularē lapidē:& cecidit:sup eū:fractusq; in illo est.Propterea dicitur de eo.Increpa do mine bestias calami.& in Iesu uolumine torrens appellat cannæ.i,calami qui aquas habet turbidas: quas

elegit iſrahel:puriſſima conténens fluenta iordanis.Reuerſuſq; méte in egyptū:& deſiderans cœnoſam ac paluſtré regionē:peponeſq; & cepe & allia & cucumeres ollaſq; ægyptiaq; carniū:rectiſſime p Eſaiā appellatur calamus fractus.cui q̄ inniti uoluerit:ptūdet manus eius.Qui.n.poſt aduentū domini Saluatoris euāgelicæ interptationis ſpiritū derelinquens:in iudaicæ litteræ morte reqeſcit:iſtius cūcta opera uulnerant. Linū quoq; fumigans nō extinguet populū de gentibus cōgregatū:q̄ extincto legis naturalis ardore fumi amariſſimi:& q̄ noxius oculis é tenebroſæq; caliginis iuoluebat erroribus.Quē nō ſolū nō ſtrinxit & redegit in cinerē:ſed ecōtrario de parua ſcintilla & pene moriente maxia ſuſcitauit incēdia:ita ut totus orbis arderet igne domini Saluatoris:quē uenit mittere ſup terrā:& in oibus ardet deſiderat.Secūdū tropologiā q̄cq̄d nobis uidet de hoc loco:in cōmētariis Matthæi breuiter annotauimus.Iſte aūt q̄ arūdinē quaſſatam nō cōfregit:& linū fumigans nō extinxit:iudiciū quoq; pduxit ad uictoriā:cuius iudicia uera ſūt:iuſtificata in ſemetipſis:ut iuſtificet in ſermonibus ſuis:& uincat dum iudicat.& tādiu lumē p̄dicationis eius in mūdo reſplēdeat:nulliuſq; cōterat & uincat inſidiis:donec ponat i terra iudiciū:& ipleat illud quod ſcriptum eſt:Fiat uolūtas tua ſicut in cælo & in terra.& in noīe eius gentes ſperabūt:ſiue i lege eius ſperabūt inſulæ. Quō enī inſulæ turbine flatuq; uētoq; & crebris tēpeſtatibus feriunt qdā:ſed nō ſubuertūt in exēplū euāgelicæ domus:quæ ſup petrā robuſta mole fundata eſt:ita & eccleſiæ quæ ſperāt in lege & in noīe domini ſaluatoris loquunt p Eſaiā.Ego ciuitas firma:ciuitas quæ nō oppugnat.

Quem ſenſum hēat qd i euāgeliſta Matthæo ſcriptū é.Si q̄s uult uenire poſt me:abneget ſemetipſū.Quæ eſt ſui abnegatio:aut quō q̄ ſeq̄t ſaluatorē ſeipſum negat? LXXXVI.

E quo in tertio cōmētarioq; eiuſdē Matthæi libro ita breuiter locutus ſū.Qui deponit ueterē hoīem cū opibus eius:negat ſeipſū dicens.Viuo aūt iā nō ego:uiuit uero in me Chriſtus:tollitq; crucē ſuā:& mundo crucifigit.Cui aūt mūdus crucifixus eſt:ſeq̄t dnūm crucifixū.Quibus nūc hæc addere poſſumus poſtq̄ oſtēdit diſcipulis ſuis:q; oporteret eū i Hieruſalē multa pati a ſacerdotibus & ſcribis:& principibus ſacerdotū:& occidi aſſumēs eū Petrus cœpit increpare & dicere: abſit a te domine:nō erit tibi hoc:q̄ cōuerſus dicit Petro:uade poſt me Sathana:ſcādalū es mihi:qa nō ſapis q̄ dei ſunt: ſed quæ hoīum Humano q̄ppe timore p̄territus paſſionē domini formidabat:& quō audiēs multa pati:& occidi timebat:Sic audiens tertia die reſurget:gaudere debuerat:& triſtitiā paſſionis : reſurrectionis gloria mitigare. Vnde illo p timore correpto:loquebat ad oēs diſcipulos:ſiue cōuocauit turbā cū diſcipulis ſuis: ut Marcus poſuit:aut iuxta Lucā dicebat ad cūctos:ſi q̄s uult poſt me uenire abneget ſemetipſum:& tollat crucē ſuā:& ſequat me.Cuius exhortationis hic ſenſus eſt.Nō é delicata i deū:ſed ſecura cōfeſſio.Qui i me credit debet ſuū ſanguinē fundere.Qui.n.p̄diderit aīam ſuā in præſenti:lucrifaciet eā in futuro . Quotidie credēs in Chriſtū tollit crucē ſuā:& negat ſeipſum.Qui ipudicus fuit uerſus ad caſtitatē tēperantia luxuriā negat.Qui formidoloſus:& timidus aſſūpto robore fortitudinis:prioré ſe eſſe neſcit.Iniquus ſi ſeq̄t iuſticiam:negat iniqtatē.Stultus ſi Xp̄m cōfiteat:dei uirtutē:dei ſapientiā:negat ſtultitiā.Quod ſcientes nō ſolū p̄ſecutionis tpe:& neceſſitate martyrii:ſed in omni cōuerſatiōe:opere:cogitatiōe:ſermōe negamus noſmetipſos:quod ante fuimus:& cōfiteamur eos:q̄ i Chriſto renati ſumus.Iccirco.n.dnūs crucifixus é:ut & nos q̄ credimus in eū:& peccato morrui fuimus crucifigamur cū ipſo.Dicamuſq; quod apoſtolus Paulus docuit. Cū Chriſto crucifixus ſū.Et mihi aūt abſit gloriari:niſi in cruce domini noſtri leſu Xp̄i:p quē mihi mūdus crucifixus eſt:& ego mūdo.Qui cū Xp̄o crucifixus é:ſpoliet pricipatus & poteſtates & triūphet eas i ligno. Vnde & in euāgelio ſecūdū loānem:i typū eoq;:q̄ in domio credituri erāt:& ſe cū illo crucifixuri:Simō Cyrenæus portat crucē eius:quā iuxta alios euangeliſtas prior ipſe portauit.

Quid uult ſignificare quod in eodē Matthæo ſcriptū é:ue p̄gnātibus & nutrientibus i illis diebus:& orate ne fiat fuga ueſtra hyeme uel ſabbato.quod ex ſupioribus pēdere manifeſtū eſt. LXXXVII.

Vm.n.euāgeliū Chriſti cūctis gentibus fuerit p̄dicatū:& uenerit cōſumatio:uiderintq; abominationē deſolutionis q̄ dicta eſt a Daniele,ppheta:ſtāte in loco ſancto.Tūc p̄cipiāt iis q̄ in iudæa ſūt:ut fugiāt ad mōtes:& q̄ in tecto:nō deſcēdant tollere aliqd de domo ſua:& q̄ in agro ne reuertant auferre tunicā ſuā:de q̄bus in cōmētariis eiuſdē Matthæi plenius diximus.Statiq; cōfugiāt:Ve p̄gnātibus:& nutriētibus in illis diebus.In q̄bus diebus?Quādo abominatio deſolationis ſteterit in loco ſancto.Quod qdē iuxta lītam de aduentu Antichriſti p̄dicari nulli dubiū é.Quādo p̄ſecutiōis magnitudo cōpellit fugere:& graues uteri:paruuliq; lactētes:fugā retardāt.Licet qdē Titu & Veſpaſiani aduerſus Iudæos:& p̄cipue Hieruſalē obſidionē pugnāq; ſignificari uelit:hyemē quoq; & ſabbatū ſic interptant: ne eo tpe fugere cōpellant:quādo duritia frigoris in agris:& in deſertis locis fugiētes latere nō patit: & obſeruatio ſabbati:aut p̄uaricatores facit:ſi fugiāt:aut hoſtiū gladiis ſubiacere:ſi ſabbati ociū & p̄cepta ſeruauerint.Nos aūt audiētes dominū ſaluatorē:ut q̄ i iudæa ſunt:ad mōtana cōfugiāt: Ipſi quoq; oculos leuamus ad mōtes:de q̄bus ſcriptū é.Leuaui oculos meos ad mōtes:unde ueniet auxiliū mihi:& i alio loco.Fūdamēta eius i mōtibus ſanctis:& mōtes in circuitu eius: & dnūs i circuitu populi ſui:& nō pōt abſcōdi ciuitas ſupra mōtē poſita:& diſcalciamus nos pelle litteræ:nudiſq; pedibus cū Moyſe aſcēdentes mōtē ſyna dicimus. Tráſiēs uidebo uiſionē hāc magnā:ut poſſumus intelligere pregnantes animas:quæ de ſemine doctrinaq;: & ſermōis dei initia fidei conceperunt:& dicunt cum Eſaia.A timore tuo domine concepimus:& parturiuimus : & peperimus ſpiritum ſalutis tuæ:quem feciſti ſuper terram.Sicuti.n.ſemina paulatim formantur in uteris:& tādiu non reputatur homo:donec elementa confuſa ſuas imagines membraq; ſuſcipiant:ita ſenſus ratione conceptus niſi in opera proruperit:Adhuc uentre retinet:Et cito abortio perit cum

uiderit abominationem desolationis stantem in ecclesia:& Sathanam transfigurari in angelum lucis. Et de 142
istiusmodi Paulus apostolus loqtur dicens Filioli mei quos itez parturio:donec Christus formet ī uobis. Has ego reor iuxta mysticos intellectus esse mulieres:de qbus idē apostolus scribit:Mulier seducta in trāsgressione facta est:saluabit aūt p filioz generationē:si pmānserit in fide & caritate & scītate cum pudicitia. Quæ si de sermone diuino aliquando generarit:necesse est quæ generata sunt crescere:& primum accipere lac infantiæ:donec perueniant ad solidum cibum & ad maturam ætatem plēitudinis Christi. Omnis.n.qui lacte alitur: īperitus est in ratione iusticiæ. Paruulus.n.est. Hæ igitur animæ quæ necdum pepereunt: siue quæ nedū potuerunt quæ generata sunt alere:cū uiderint sermonē hæreticum stātem in ecclesia: cito scandalizant & pereunt:& in tepestate atq; psecutionibus pmanere nō possunt:pīsertim si ociū habuerint bonoz opez:& nō ambulauerint in uia:quæ Christus est. De hac abominatione hærticæ puersæq; doctrinæ dicebat apostolus:q; homo iniqtatis & aduersarius eleuet se cōtra omne qđ dicit deus & religio: ita ut audeat stare in tēplo dei:& ostēdere se q; ipse sit deus. cuius aduentus secūdū operationē sathanæ & ea quæ cōcepta sūt:facit perire abortio. & quæ sūt nata ad pueritiā & psectā ætatē puenīr nō posse. Quā ob rē orādus est dnūs:ne in exordio fidei & crescentis ætatis oriat hyems:de qua scriptū est. Hyems trālit:abiit sibi: ne ocio torpeamus:sed iminente naufragio suscitemus dormientē dominum:atq; dicamus. Præceptor salua nos:perimus.

Quid sibi uelit quod scriptū est in euāgelio secūdum Lucā:& nō receperūt eum:quoniā facies eius erat uadens in hierusalem. LXXXVIII.

Estinans dnūs pgere in Hierusalē:ut cōplerent dies assūptionis eius:& pascha celebraret:de quo dixerat. Desiderio desideraui hoc pascha comedere uobiscū:& bibere calicē:de quo ait. Calicem quē dedit mihi pater:non uis ut bibā illū? Omnēq; doctrinā suā patibulo roboraret:iuxta illud quod scriptum est. Cum exaltatus fuero a terra:oia trahā ad me. Offirmauit faciem suā:ut iret ī hierusalē. Offirmatiōe.n.& fortitudine opus est ad passionē sponte pperanti. Vnde & Ezechieli cui dixerat deus Fili hōis in medio scorpionū tu habitas:& ne timeas eos:offirmaui inqt faciē tuam:& dedi faciē tuam æream:& frontem tuā ferreā:ut si forsitan surrexisset cōtra eū malleus uniuersæ terræ:quasi incude durissima resisteret:malleūq; cōtereret:de quo scriptū est. Quomō cōfractus est:& cōtritus est malleus uniuersæ terræ? & misit nuntios. i. angelos ante faciem suā. lustū enim erat:ut dei filio angeli ministrarent. Siue angelos apostolos uocat:qa & loānes p̄cursor domini angelus appellatus est. Cūq; ingressi essent uicū Samariæ: ut p̄pararent ei:nō susceperūt illū:qa facies eius erat uadens in hierusalē. Hostili inter se Samaritani atq; iudæi discordāt odio:& cū oēs oderint gentes:pprio cōtra se furore bacchant. Dū utriq; de legis possessione cōtendūt:& in tantū se mutuo psequunt:ut postq; iudæi de Babylonia sūt reuersi:edificationem templi samaritani semp ipedierint. Cumq; uellent & ipsi cū eis ædificare tēplum:respondērūt iudæi: Nō licet nobis & uobis ædificare domū domini. Deniq;,p sūma iniuria pharisæi exprobāt domino. Nōne dmoniū habes: & samaritanus es? & in parabola de hierusalē descendentis hiericū samaritānus ponit,p signo atq; miraculo: q; malus benefecerit,& ad puteum samaritanæ scriptū est. Non.n.coutunt samaritani iudæis. Videntes aūt samaritani dominū hierusalē pgere. i. ad hostes suos:quod audierāt a discipulis eius:q ad parādum hospitiū uenerāt:iudæum esse cognoscūt:& quasi iudæum atq; alienū & eū q ad inimicos pgeret suscipe noluerūt, q̄q̄ & alia nobis subiiciat intelligentia:q; uolūtatis domini fuerit:nō suscipi a samaritanis:qa festinabat hierusalē. ibiq; pati:& sanguinē fundere:ne occupatus susceptione samaritica:& doctrina gentis illius: passiōis differret diē:ad quā uenerat sustinendā. Vnde dicit & in alio loco. Nō ueni nisi ad oues pditas domus israhel. & apostolis pcepit. Ciuitates samaritanoz nō intraueritis:uolēs tollere omnē occasionē psecutionis iudaicæ:ne postea dicerent:crucifiximus eū. qa se inimicis nostris & hostibus iūxerat. Facies igit eius erat pgentis in hierusalē. Et iccirco iuxta aliā intelligentiā nō receperūt eū Samaritæ:qa festinabat īgredi hierusalem. Vt aūt eū nō reciperent fuit dominicæ uolūtatis. Deniq; apostoli in lege uersati:in qua tātū iusticiā nouerant:oculū ,p oculo:dētē,p dēte ulcisci nitūt iniuriā. & imitari Heliā:ad cuius uocē duas pentecōtadas multum ignis absumpserat. Dicūtq; ad dominum:uis dicimus ut ignis descendat de cælo:& consumat eos. Pulchre uis inquiunt dicimus. Nā & Helias dixerat. Si homo dei sū:ignis descendat sup uos. Ergo ut apostoloz sermo efficientiā habeat:uolūtatis est domini. Nisi.n.ille iusserit:frustra dicunt apostoli:ut ignis descendat sup eos,& quodāmō uerbis āliis hoc loquūt. Si ad ſerui Heliæ iniuriā ignis descendit de cælo:& nō Samaritas:sed iudæos cōsūpsit incēdiū:q̄to magis ad cōtēptū filii dei in ipios Samaritas debet flāma sæuire? E regione dnūs q nō ad iudicādū uenerat:sed ad saluādū:nō in potestate sed in humilitate:nō in patris gloria:sed in hominis uilitate:īcrepat eos:q; nō meminerint doctrinæ suæ:& bonitatis euāgelicæ:ī qua dixerat:q te pcusserit ī maxilla:p̄be ei & alterā:& diligite inimicos uestros.

Quis fit uillicus iniquitatis qui domini uoce laudatus est. LXXXIX.

Ltera de euāgelio Lucæ quæstiunculā ppositi. Quis sit uillicus iniqtatis:q domini uoce laudatus ē. Cuius cū uellē scire rōnē:& de quo fōte,pcesserit:reuolui uolumē euāgelicū:& iter cætera repperi:q; appropiquātibus saluatori publicāis:& peccatoribus ut audirēt eū:murmurabāt Pharisæi & Scribæ dicētes. Quare iste peccatores suscipit:& comedit cū eis? Qui locutus est eis parabolā centū ouiū:& unius pditæ:q̄ iuēta pastoris humeris reportata ē. Et cur eēt,ppositā:stati itulit. Dico uobis sic erit gaudiū ī cælo sup uno pctōre pniam agēte:magisq̄ sup nonagitanoue iustis:qui nō idigent pnīa. Aliam quoq; parabolā decē dragmaz:uniusq; pditæ:& reptæ:cū,ppositet:stati itulit. Dico uobis gaudiū erit corā ágelis dei sup uno pctōre pniam agēte. Tertiā quoq; parabolā,ppositi:hominis

habẽtis duos filios:& diuidentis iter eos ſubſtantiam.Cumq; minor facultatibus perditis egeꝛ cœpiſſet:& comedere ſiliquas porcoꝝ cibũ:reuerſus ad patrẽ ſuſceptus ab eo eſt.Frater quoq; inuidens ſenior: patris uoce correptus eſt:q; lætari debuerit:& gaudere:qa frater eius mortuus fuerat:& reuixit:pditus:& inuẽtus eſt.Has tres parabolas cõtra Phariſæos & ſcribas locutus eſt:qui nolebant recipere pœnitentiã peccatorũ: & publicanoꝝ ſaluté.Dicebat aũt inquit & ad diſcipulos ſuos:haud dubiũ qn parabolã ſicut prius ad Scribas:& Phariſæos:qua parabola ad clæmẽtiã diſcipulos hortareꝛ:& aliis diceret uerbis.Dimitte & dimittetur uobis:& in oratione dominica libera frõte poſcatis.Dimittite nobis debita noſtra:ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.Quæ eſt ergo parabola ad clæmentiã diſcipulos cohortantis?Nõne quidã erat diues: qui habebat uillicũ ſiue diſpenſatorem? Hoc.n. οἰ κονομοσ.ſignificat Villicus aũt,pprie uillæ gubernator ẽ: unde & a uilla uillicus nomẽ accepit: οι κονομοσ aũt tam pecuniæ q̃ frugum:& oĩum quæ dnũs poſſidet diſpenſator eſt.unde & ὁι κονομικὸσ Xenophontis pulcherrimus liber eſt:q non gubernationem uillæ:ſed diſpenſationẽ uniuerſæ domus Tullio interpretãte ſignificat.Iſte igiꝛ diſpenſator accuſatus ẽ ad dnũm ſuũ:q; diſſiparet ſubſtãtiã eius.Quo uocato dixit:qd hoc audio de te?Redde rationẽ diſpẽſationis: neq;.n.ultra mea poteris diſpenſare.qui dixit in ſemetipſo.Quid faciã quia dnũs meus auſert a me diſpenſationẽ?Fodere nõ ualeo:mendicare erubeſco.Scio qd faciã:ut quãdo ſublata fuerit mihi diſpenſatio: ſuſcipiãt me in domos ſuas.Vocauit itaq; ſingulos debitores domini ſui:& dixit primo.quãtum debes domino meo?Qui dixit ei:centũ cados olei:ait illi: tolle cautionẽ tuam: & ſedens cito: cribe quinquaginta. Deĩde alio locutus eſt.Tu aũt quãtum debes?At ille reſpõdit:centũ choros tritici:dixitq; illi: tolle cautionẽ tuã: & ſcribe octoginta.Et laudauit dnũs uillicũ ſiue diſpenſatorẽ iniquitatis:q; prudenter fecerit:qa filii ſæculi huius prudentiores ſũt filiis lucis ĩ generatione ſua.Et ego dico uobis:facite uobis amicos de iniquo mãmona:ut quãdo defeceritis:recipiant uos in æterna tabernacula.Qui fidelis eſt in paruo & in multis fidelis eſt.Qui in minimo iniquus eſt:& in multis iniquus eſt.Si ergo in iniquo mãmona fideles non fuiſtis:qđ ueſtrum eſt:quis credet uobis?Et ſi ĩ alieno fideles nõ fuiſtis:quod ueſtrum eſt:qs dabit uobis? Néo ſeruus duobus dominis ſeruiet.aut enim unũ habebit odio:& alteꝝ diliget:aut unũ audiet:& alterũ cõtẽnet. Nõ poteſtis deo ſeruire & mãmonæ:Audiebant hæc omnia Phariſæi:q erãt auari:& ſubſanabant illũ. Totũ parabolæ huius textũ poſui:ut nõ nobis intelligentiã aliunde quæramus:& in parabola certas nitamur inuenire pſonas:ſed interpretemur eã quaſi parabolã: hoc eſt ſimilitudiné : quæ ab eo uocaꝛ:quod alteri παρὰ βάλλεται:hoc eſt aſſimilaꝛ:& quaſi umbra preuiũ ueritatis eſt.Si ergo diſpenſator iniq mãmonæ a domini uoce laudaꝛ:q; de re iniqua ſibi iuſticiã ꝓparauit:& paſſus diſpendiũ dominus laudat diſpẽſatoris prudentiã:q; aduerſus dnũm qdem fraudulenter:ſed,p ſe prudẽter egerit:quãto magis Chriſtus q nullũ damnũ ſuſtinere põt:& pronus eſt ad clæmentiã:laudabit diſcipulos ſuos:ſi in eos q crediti ſibi ſũt:miſericordes fuerint?Denique poſt parabolã intulit.& ego uobis dico:facite uobis amicos de iniquo mãmona.Iniquũ autẽ mãmona nõ hebræoꝝ ſed ſyroꝝ lingua diuitiæ nũcupanꝛ:q; de iuiqtate collectus eſt.Si ergo iniqtas bene diſpẽſata uertiꝛ in iuſticiã:quãto magis ſermo diuinus:ĩ quo nulla eſt iniqtas:q apoſtolis creditus eſt:ſi bene fuerit diſpenſatus:diſpẽſatores ſuos leuabit in cælũ?Quã ob rem ſeqꝛ:q fidelis eſt in minimo:hoc eſt in carnalibus:& in multis fidelis erit:hoc eſt in ſpiritalibus.Qui aũt in paruo iniquus eſt:ut nõ det fratribus ad utendum qđ a deo,p omĩbus eſt creatũ:iſte & in ſpiritali pecunia diuidenda iniquus erit:ut nõ,p neceſſitate:ſed,p pſonis doctrinã domini diuidat.Si aũt carnalẽs diuitias quæ labũꝛ:nõ bene diſpẽſatis:ueras æternaſq; diuitias doctrinæ dei qs dabit uobis?Et ſi in his quæ aliena ſũt(alienũ aũt eſt a nobis omne quod ſæculi eſt)infidelis fuiſtis:ea q ueſtra ſũt:&,pprie deputata hõi qs uobis credere poterit?Vnde corripit auariciã:& dicit:eũ q amat pecuniã:deũ amare nõ poſſe.Igiꝛ & apoſtolis ſi uelint amare deũ:eſſe pecunias cõtemnẽdas.Vnde & ſcribe & phariſæi q erãt auari:aduerſũ ſe dictã intelligentes parabolã;ſub ſanabant eũ:carnalia & certa & pſentia ſpiritalibus ac futuris & quaſi incertis ꝓponentes.Theophilus antiochenæ eccleſiæ ſeptimus poſt Petrũ apoſtolũ epiſcopus:q quattuor euãgeliſtaꝝ in unũ opus dicta cõpingens:ingenii ſui nobis monumẽta dimiſit.Hæc ſup hac parabola in ſuis cõmentariis eſt locutus.Diues q hẽbat uillicũ ſiue diſpẽſatorem:deus omnipotens eſt:quo nihil eſt ditius.Huius diſpenſator Paulus q ad pedes Gamalielis ſacras litteras didicit:legẽ dei ſuſceperat diſpenſandã.q cũ cepiſſet credẽtes in Chriſto pſeq;ligare:occidere:& oẽm domini ſui diſſipare ſubſtantiã: correptus ẽ a domino:Saule Saule qd me pſequeris durũ ẽ tibi contra ſtimulũ calcitraꝛ.Dixitq; in corde ſuo:qd faciã?quia magiſter fui & uillicus:& cogor eẽ diſcipulus & operarius?Fodere nõ ualeo(Omnia.n.mãdata legis quæ terræ incubabãt:cerno deſtructa:& legẽ &,pphetas uſq; ad Ioãnem Baptiſtã eſſe finitos)Mendicaꝛ erubeſco:ut q doctor fuerã iudæoꝝ:cogar a'gẽtibus & diſcipulo Anania ſalutis ac fidei mẽdicare doctrinã.Faciã igiꝛ qđ mihi utile eẽ intelligo:ut poſtq,piectus fuero de uillicatione mea:recipiãt me chriſtiani in domos ſuas.Cœpitq; eis q prius ueꝛſabanꝛ in lege:& ſic in Chriſto crediderant ut arbitrarenꝛ ſe in lege iuſtificãdos:dicere legẽ abolitã;,pphetas ꝓteriſſe:& q antea,p lucro fueranr:reputari in ſtercora.Vocauit itaq; duos de plurimis debitoribus.Primum qui debebat centum cados olei:eos uidelicet qui ſuerant ex genribus congregati:& magna indigebãt miſericordia dei:& de centenario numero qui plenus eſt atq; perfectus:fecit eos ſcribere quinquagenarium:qui proprie pœnitentium eſt:iuxta iubilæum & illam in euangelio parabolam:in qua alteri quingenti : alteri quinquaginta denarii dimittuntur.Secundum autem uocauit populum iudæorum:qui tritico mandatorum dei nutritus erat:& debebat ei centenarium numerum:& coegit ut de centum octoginta faceret.i. credere in domini reſurrectione:quæ octauæ diei numero continetur:& de octo completur decadibus : ut de ſabbato tranſiret ad primam ſabbati.Ob hanc cauſam a domino prædicatur:quod bene fecerit : & pro ſalute ſua in euangelii

clæmentia de legis auſteritate mutatus ſit. Quod ſi quæſieris quare uocet uillicus iniqtatis: in lege q̄ dei ē 143
iniquus erat uillicus: q bene quidē offerebat: ſed nō bene diuidebat Credēs in patrē: ſed filiū ꝓſequens. habens deū omnipotentē: ſed ſpiritū ſanctū negans. Prudētior itaq; fuit Paulus apoſtolus in tranſgreſſione legis filiis quondā lucis, q in legis obſeruatiōe uerſati: Chriſtū q dei patris uerū lumen eſt ꝓdiderunt. Ambroſius qdē mediolanenſis epiſcopus qd de hoc loco ſenſerit: in cōmētariis eius legere poteris. Origenis & Didymi in hac parabola explanationē inuenire nō potui: & utrū abolita ſit tēpoꝝ uetuſtate: an ipſi nō ſcripſerint: incertū habeo. Mihi iuxta priorē interpretationē hoc uidet: q̄ de iniquo māmona debeamus amicos facere nō quoſlibet pauperes: ſed eos q nos poſſint recipere in domos ſuas: & in æterna tabernacula, ut cū eis parua præbuerimus: recipiamus ab eis magna: & dātes aliena: noſtra ſuſcipiamus. & ſeminemus in benedictione: ut metamus benedictionē. Qui enim parce ſeminat: parce & metet.

Quo ſenſu accipiendū ſit quod in epiſtola legimus ad Romanos: uix. n. ꝓ iuſto qs moritur. Nam pro bono forſitā quis audeat mori?. XC.

Væ hæreſes ex occaſione huius teſtimōii: qd̄ nō intelligūt: diuerſo quidē errore: ſed pari ipietate blaſphemāt. Martion. n. qui iuſtū deum creatorem legis facit: & ꝓphetaꝝ: bonū aūt euangelioꝝ & apoſtoloꝝ: cuius uult eē filiū Chriſtū duos itroducit deos. Alterū iuſtū. & alteꝝ bonū. & ꝓ iuſto aſſerit uel nullos uel paucos appetiſſe mortē: Pro bono autem. i. Chriſto inumerabiles Martyres extitiſſe. Porro Arrius iuſtū ad Chriſtū refert: de quo dictū eſt. Deus iudiciū tuū regi da: & iuſticiā tuā filio regis: & ipſe de ſe in euāgelio. Nō. n. pater iudicat quenq̄: ſed omne iudiciū dedit filio: & ego ſicut audio: ſic iudico. Bonū aūt deū patrē de quo ipſe filius cōfiteť. Quid me dicitis bonū? Nemo ē bonus niſi ſolus deus pater. Cumq; hucuſq; blaſphemiæ ſuæ deuios calles potuerit inuenire: in cōſequentibus impingit: & corruit. Quomodo. n. ꝓ patre quis audet mori: & ꝓ filio uix moriť: cū ꝓpter nomen Chriſti tātus Martyrū ſanguis effuſus ſit? Qui igiť ſimpliciter hūc exponit locū: hoc pōt dicere qd in ueteri lege: in qua iuſticia eſt: uix pauci inuēti ſūt: q ſuū fuderint ſanguinē. In nouo aūt inſtrumēto i quo bonitas eſt: atq; clæmentia: inumerabiles extiterūt Martyres. ſed ex eo qd poſuit forſitā quis etiam audeat mori: & pēdulo gradu ſententiam temperauit: inueniri poſſe nōnullos: qui audeāt mori ꝓ euāgelio: oſtēdit nō ſic accipiendum: ſed ex ſuperioribus & inferioribus ſenſū loci huius debere tractari. Dicens. n. Paulus ſe gloriari in tribulationibus: qa tribulatio patientiā operať: patientia ꝓbationē: ꝓbatio uero ſpem: ſpes aūt nō cōfūdit quæ ex eo certam habeat ꝓmiſſionē: quia caritas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris ꝓ ſpiritum ſanctū q datus eſt nobis: ſecūdum illud quod deus dixerat ꝓ ꝓphetā. Effundā de ſpiritu meo ſup omnē carnē. Mirabať bonitatem Chriſti: q ꝓ īpiis & infirmis & peccatoribus mori uoluerit: & nō opportuno tp̄e: de quo ipſe dicit. Tēpore opportuno exaudiui te: & in die ſalutis auxiliatus ſū tui: & rurſum. Ecce nunc tēpus acceptabile: ecce dies ſalutis. Quādo omnes peccauerunt ſimul inutiles facti ſūt: nō fuit q faceret bonū: nō fuit uſq; ad unū. Incredibilis ergo bonitas & clæmentia inaudita: mori ꝓ impiis. Vix. n. ꝓ iuſto & bono aliquē ſuū ſanguinē fundere cōtingit metu mortis cūcta terrēte. Nam inueniatur interdū: ut aliquis pro re iuſta & bona audeat mori. Charitas aūt dei quā habuit in nobis hinc maxīe cōprobať: q̄ cū adhuc peccatores eſſemus: Chriſtus ꝓ nobis mortuus eſt: & ſublata eſt de terra uita eius: & ꝓ iniqtatibus populi ductus ē ad mortē: & portauit peccata noſtra: & tradita ē in morte anima illius: & cū iniqs reputatus eſt: ut nos īpios: & infirmos & peccatores: pios & robuſtos & iuſtos faceret. Nōnulli ita interpretanť. Si ille ꝓ nobis impiis mortuus eſt & peccatoribus: quanto magis nos abſq; dubitatione ulla pro iuſto & bono Chriſto debemus occūbeť? Iuſtū aūt & bonū nō putemus eſſe diuerſum: nec aliquā proprie ſignificare ꝓnam: ſed abſolute iuſtam rē & bonā, pro qua difficulter interdum aliquis inueniri pōt: qui ſuum ſanguinem fundat.

Quid ſibi uelit qd̄ ad Romanos ſcribit apoſtolus occaſione accepta peccatū ꝓ mādatum operatū eſt in me omnem concupiſcentiam. XCI.

Onamus totū teſtimoniū: & ſingula Chriſti auxilio diſſerentes: qd nobis uideat ſimpliciter indicemus. nō præiudicātes tuo ſēſui: qd uelis intelligere: ſed noſtram ſententiam breuiter explicantes. Quid ergo dicimus? Lex peccatum eſt? Abſit. Sed peccatū nō cognoui niſi ꝓ legem. Nam cōcupiſcentiam neſciebam: niſi lex diceret: nō cōcupiſces. Occaſione aūt accepta: peccatū per mādatū operatum eſt in me omnem concupiſcentiam. Sine lege enim peccatū mortuū erat. Ego aūt uiuebam aliquādo ſine lege: ſed ubi uenit mandatum: peccatum reuixit. Ego autem mortuus ſum: & inuentum ē mihi mandatum: quod erat ad uitam: hoc eſſe ad mortem. Peccatū. n. occaſione accepta ꝓ mandatum ſeduxit me: & ꝓ illud occidit. itaq; lex qdē ſancta: & mandatū ſanctū & iuſtū & bonum. Quod ergo bonū eſt mihi mors eſt? abſit. ſed ut peccatū appareat peccatū ꝓ bonū mihi operatum eſt mortē: ut fiat ſupra modū peccās peccatū ꝓ mādatum. Scimus aūt qa lex ſpiritalis eſt: ego aūt carnalis ſum uenūdatus ſub peccato. quod enim operor ignoro. Non. n. quod uolo hoc ago: ſed quod odi illud facio. Si aūt quod uolo hoc facio: conſentio legi: quia bona eſt. Nunc autem iam non ego operor illud: ſed quod habitat in me peccatum. Scio. n. ꝙ nō habitat in me: hoc eſt in carne mea bonum. uelle eim adiacet mihi: perficere aūt bonum nequaq̄. Nō. n. quod uolo facio bonū: ſed quod nolo malū hoc ago. Si autem quod nolo ego hoc facio: iam nō ego operor illud: ſed quod inhabitat in me peccatum. Inuenio igitur legem uolenti mihi facere bonum: quia mihi malum adiacet. Condelector enim legi dei ſecundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ: & captiuum me ducentem in lege peccati: quæ eſt in

mẽbris meis.Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius?Gratia dei per Ieſum chriſtum dominum noſtrum.Quomodo medicina non eſt cauſa mortis:ſi oſtendat uenena mortifera:licet his mali hoies abutant᷑ ad morte:& uel ſe interficiant:uel inſidient᷑ inimicis:Sic lex data eſt:ut peccatorum uenena mõſtraret:& hoiem male libertate ſua abutentẽ:q prius ferebatur iprouidus:& p precipitia labebat᷑: freno legis retineat:& cõpoſitis doceat incedere greſſibus:ita ut ſeruiamus in nouitate ſpiritus:& nõ in uetuſtate litteræ.i.uiuamus ſub p̃cepto:q prius in modũ brutoꝝ aĩalium dicebamus:mãducemus & bibamus: cras enim moriemur.qđ ſi ſubintrante lege:quæ docet qđ facere:&,phibet qđ nõ facere debeamus:uitio noſtro & incõtinẽtia feramur cõtra ſcita legalia:uidet᷑ lex cã eſſe peccati.quæ dũ,phibet cõcupiſcentiã: quodãmodo eam inflamare cognoſcit᷑.Sæcularis apud græcos ſententia eſt:Quicqd licet minus deſiderat᷑.ergo ecõtrario qcqd nõ licet: fomentũ accepit deſiderii.Vnde & Tullius de parricidaꝝ ſuppliciis apud athenienſes Solonẽ ſcripſiſſe negat:ne nõ tã,phibere q̃ cõmouet᷑ uideret᷑.Igit᷑ lex apud cõtẽptores:& legũ p̃cepta calcãtes uidet᷑ eſſe occaſio delictoꝝ:dũ,phibendo:qđ nõ uult fieri:ligat eos uiculis mãdatoꝝ:q prius abſq; lege peccãtes:nõ tenebant᷑ criminibus.Hæc diximus:legẽ q̃ p Moyſẽ data eſt itelligentes. Veꝝ qa ĩ cõſequntibus, ſcriptũ eſt:lex dei & lex carnis atq; mẽbroꝝ:q pugnat aduerſũ legẽ mẽtis noſtræ:& captiuos nos ducit in legẽ peccati:ſimulq; quattuor leges cõtra ſe dimicãtes in uno loco ſcriptas eſſe cognoſco.Nõ abſq; re arbitror:ſi reqram quot genera legis in ſcripturis ſanctis eſſe cõmemorent᷑.dicit᷑ lex q̃ p Moyſem data eſt: ſecũdum illud qđ ſcriptũ eſt ad Gallatas:Quotquot enĩ ex operibus legis ſũt:ſub maledicto ſũt.Scriptum eſt.n.Maledictus omnis q nõ p̃manet in omnibus q̃ ſcripta ſũt in libro legis:ut faciat ea,& rurſũ in eadem epiſtola.Lex,ppter p̃uaricatiões poſita eſt:donec ueniret ſemen:cui repromiſſũ eſt diſpoſita p ãgelos ĩ manu mediatoris.& iterũ,Itaq; lex pædagogus noſter fuit in Chriſto:ut ex fide iuſtificemur. Poſtq̃ uenit fides:nequaq̃ ultra ſub pædagogo ſumus.Omnes enĩ filii dei eſtis p fidẽ:q eſt in Chriſto ieſu.hiſtoria quoq; q̃ precepta nõ cõtinet:ſed qcqd factũ ſit refert:ab apoſtolo lex appellat᷑.Dicite mihi qui ſub lege uultis eẽ: nõ audiſtis legẽ?Scriptũ eſt enĩ qa Abrahã duos filios habuit:unũ de ancilla:& alterũ de libera.Sed qui ex ancilla:ſecũdũ carnem natus ẽ.qui aũt de libera p repromiſſionẽ.Sed & pſalmi lex appellant᷑;ut cõpleret᷑ ſermo q in lege eoꝝ ſcriptus ẽ:qa odio habuerũt me gratis.Eſaiæ quoq; pphetiã legẽ apoſtolus uocat.In lege ſcriptũ eſt:quoniã in aliis linguis & aliis labiis loqtur populo huic:& nec ſic me exaudient dicit dominus.qđ iuxta hebraicũ & Aquilã in Eſaia ſcriptũ repperi.Appellat᷑ etiam lex myſtica ſcripturaꝝ ſcientia. Scimus quia lex ſpiritalis eſt.& extra hæc omnia naturalẽ legem ſcriptã in cordibus noſtris idẽ apoſtolus docet.Cũ enĩ gentes q̃ legẽ nõ habẽt:naturaliter ea q̃ legis ſũt faciũt:iſti legẽ nõ habẽtes ipſi ſibi ſũt lex.qui indicant opus legis ſcriptũ in cordibus ſuis:teſtimoniũ phibente illis cõſcientia.Iſta lex q ĩ corde ſcribitur: oẽs cõtinet nationes:& nullus hominũ ẽ q hanc legem neſciat. Vnde omnis mũdus ſub peccato:& uniuerſi homines p̃uaricatores legis ſunt:& iccirco iuſtũ iudiciũ dei eſt:ſcribentis ĩ corde humani generis. Quod tibi fieri nolueris:alteri ne feceris.Quis.n.ignoret homicidiũ:adulteriũ:furtũ:& omnẽ cõcupiſcentiam eẽ malũ.ex eo q̃ ſibi ea nolit fieri.Si.n.mala eſſe neſciret:nequaq̃ doleret:ſibi eẽ illata.Per hãc naturalẽ legẽ & Caym cognouit peccatũ ſuũ dicẽs.Maior ẽ cã mea:q̃ ut dimittar:& Adã & Eua cognouerũt peccatũ ſuũ: & ꝓpterea abſcõditi ſũt ſub ligno uitæ.Pharao quoq; anre q̃ lex daret᷑ p Moyſem:ſtimulatus lege naturæ: ſua crimĩna cõfitet᷑: & dicit.Dnũs iuſtus:ego aũt & populus meus ĩpii.Hãc legẽ neſcit pueritia:ignorat infantia:& peccãs abſq; mãdato nõ tenet᷑ lege peccati.Maledicit patri & matri:& parentes uerberat:& qa nec dũ accepit legẽ ſapiẽtiæ: mortuũ eſt in ea peccatũ.Cũ aũt mãdatũ uenerit:hoc eſt tẽpus itelligentiæ appetentis bona:& uitãtis mala:tũc incipit peccatũ reuiuiſcere:& ille mori:reuſq; eſſe peccati.Atq; ita fit ut tps intelligentiæ quo dei mãdata cognoſcimus:ut pueniamus ad uitã:opet᷑ in nobis mortẽ:ſi agamus negligẽtius:& occaſio ſapientiæ ſeducat nos:atq; ſupplantet:& ducat ad mortẽ.Nõ quo intelligentia peccatum ſit: Lex.n.intelligentiæ ſancta:& iuſta:& bona eſt:Sed p intelligentiã peccatoꝝ atq; uirtutũ mihi peccatũ naſci tur:qđ priuſq̃ intelligerẽ peccatũ eſſe nõ nouerã.Atq; ita factũ eſt:ut qđ mihi pro bono datũ eſt:meo uitio mutet᷑ in malũ:& ut hyperbolice dicã:nouoq; uerbo utar ad explicãdũ ſenſum meũ.Peccatũ qđ priuſq̃ haberẽ itelligẽtiam:abſq; peccato erat:p p̃uaricationẽ mãdati incipiat mihi eſſe peccatius peccatũ.Quærimꝰ q̃ ſit iſta cõcupiſcẽtia:de qua lex dicit:nõ cõcupiſces.Alii putãt illud cẽ mãdatũ:qđ in decalogo ſcriptũ eſt. nõ cõcupiſces rẽ ꝓximi tui.Nos aũt p cõcupiſcẽtiã oẽs pturbatiões animæ ſignificatas pntamus.q̃bus mœremus:& gaudemus:timemus:& cõcupiſcimus.& hoc apoſtolus uas electionis:cuius corpus tẽplũ erat ſpiritus ſancti:& q dicebat.An experimentũ quæritis eius q in me loqt᷑ chriſtus?Et in alio loco:Chriſtus nos redemit.Et ĩteꝝ:uiuo aũt iã nõ ego.uiuit uero ĩ me chriſtus:nõ de ſe loqt᷑:ſed de eo q uult poſt peccata agere penitentiã:& ſub ꝑſona ſua fragilitatẽ deſcribit cõditiõis humanæ:q̃ duoꝝ hominũ iterioris & exterioris pugnãtium:intra ſe bella ppetit᷑.interior hõ cõſentit & ſcriptæ & naturali legi:q; bõa ſit & ſãcta & iuſta: & ſpiritalis.Exterior ego inqt carnalis ſũ:uenũdatus ſub peccato.qđ.n.opor neſcio:& nõ qđ uolo:hoc ago: ſed quod odi.Si autem exterior facit quod non uult:& operatur quod odit:oſtendit bonum eſſe mandatũ: & nõ ſe operari quod eſt malum:ſed habitans in ſua carne peccatum hoc eſt uitia corporis:& deſideria uoluptatis:q̃,ppter poſteros:& ſobolẽ inſita eſt humanis corporibus:& ſi fines fuerit egreſſa uertit᷑ in peccatũ Se unuſq;ſq; cõſideret:& accuſator ſui tractet ĩcentiua uitioꝝ.Quomõ & ĩ ſermõe & ĩ cogitatiõe:& ĩ calor corporis ſæpe loqt᷑ & cogitet:& patiat᷑ qđ nõ uult.Nolo dicere faciat:ne ſãctos uiros uidear accuſare: de quibus ſcriptum ẽ.Erat ille hõ uerus & imaculatus:iuſtus dei cultor:recedens ab omni opere malo:& de Zacharia & Heliſabeth.erant iuſti ambo in conſpectu dei:ambulantes in omnibus mandatis & iuſtificationibus Domini abſque querela. Et præceptum eſt Apoſtolis: Eſtote perfecti ſicut Pater ueſter cæleſti

in omnibus diebus noſtris.In cūctis pene locis hāc habent.lxx.conſuetudinem:ut quod apud hebræos futurū ponitur hoc illi quaſi iam factū & præteritum referant.Hi ergo non ut illi uoluerūt:dicūt ſe impletos matutina miſericordia dei & lætatos(alioqn ſi hoc factū erat:quomodo poſtea depcanť & dicūt: reſpice in ſeruos tuos & in opera tua)ſed totum qđ poſtulāt ideo depræcanť:ut mereanť matutinam miſericordiam eius:quam cū fuerint aſſecuti:laudent deū atq; lætentur in cūctis diebus uitæ ſuæ. Videntur aūt in reſurrectionis ſpem & æternæ uitæ depræcari dicentes:Imple nos matutina miſericordia tua.Quod quidē & .xxi. pſalmi titulus ſonat:qui proprie ad myſteriū domini & ad reſurrectionē eius pertinens inſcribitur pro aſſūptione matutina.Lætifica nos pro diebus qbus nos afflixiſti:& ānis qbus uidimus mala.lxx. Lætati ſumus pro diebus qbus nos humiliaſti:ānis quibus uidimus mala.Et Lazarus q acceperat mala in uita ſua:in ſinu Abrahæ æterno quieſcit in gaudio.Mala aūt nō ea appellat quæ contraria bonis ſunt:ſed pro afflictione & anguſtiis:qbus malis & Sara afflixit Agar ancillam ſuā:& de quibus in euangelio ſcribitur:ſufficit diei malicia ſua.Quanto igitur magis in hoc ſæculo paupertate:inimicoꝝ perſecutionibus:ſeu potentia uel morborum cruciatibus fuerímus afflicti:tanto poſt reſurrectionem in futuro maiora præmia conſequemur. Pulchre aūt non dixit ſuſtinuimus mala:ſed uidimus.Quis eſt enim homo qui uiuat:& non uideat mortē? quæ non tam ad diſſolutionē corporis referenda eſt:q̄ ad multitudinē peccatoꝝ.iuxta quod dicit: Anima quæ peccauerit:ipſa morieť.Appareat apud ſeruos tuos opus tuū:& gloria tua ſup filios eoꝝ. Ergo in ſeruis ſuis ipſe dominus operať opus ſuū.nec ꝓpria q poſtulat ſalute contentus eſt:ſed quærit gloriā filiorum: ideſt ſeruoꝝ dei.Filios aūt nō tam illos q de eoꝝ ſtirpe generati ſunt:q̄ diſcipulos debemus accipere.de quibus & Paulus loquebať:Filioli mei quos iteꝝ parturio. Vnde & Ioānes apoſtolus ſcđm merita filioꝝ ſuoꝝ ꝓfectuſq; opeꝝ ſinguloꝝ ſcribit ad paruulos:ſcribit ad iuuenes:ſcribit ad patres.Et ſit decor domini đi noſtri ſuper nos:& opus manuū noſtraꝝ fac ſtabile ſup nos:& opus manuū noſtraꝝ confirma.lxx.Et ſit ſplēdor domini dei ſup nos:& opus manuū noſtraꝝ dirige ſup nos:& opus manuū noſtraꝝ dirige. Vbi ſunt q liberi arbitrii ſibi ptāte plaudentes:in eo putant ſe gram conſecutos:ſi habeant poteſtatem faciendi uel nō faciendi bona ſiue mala? Ecce hic Moyſes poſt reſurrectionē quam poſtulauerat dicens:Imple nos matutia miſericordia tua:& laudabimus & lætabimur in cūctis diebus noſtris:nequaq̄ ſe ſurrexiſſe contentus eſt:& æternæ uitæ præmia cōſecutū:ſed poſtulat ut decor domini dei ſit ſuper eos: q ſurrexerint:& ſplendeat in aīabus cordibuſq; ſanctoꝝ.& opa manuū ipſe dirigat:faciatq; eſſe ꝓpetua.ipſeq; confirmet qcquid in fāctis uideť boni.Sicut.n.humilitas depcantis mereť præmia:ita ſupbia confidentis dei auxilio deſereť.

Beati Hieronymi p̄sbyteri ad Pricipiā uirginē expoſitio pſalmi.xliiii.Eructauit cor meū.In cuius principio ſe excuſat q̄ mulieri ſcribat.fidē fœmīaꝝ attollit illuſtres ueteris & noui teſtāmēti mulieres enumerās.

Cio me Pricipia ī Xp̄o filia a plæriſq; reꝑhēdi:q̄ iterdū ſcribā ad mulieres:& fragilioré ſexū maribus p̄feram.Et iccirco debeo primū obtrectatoribus meis reſpōdere:& ſic uenīr ad diſputatiū culam quā rogaſti.Si uiri de ſcripturis quæreréť:mulieribus nō loquerer. ſi Barach ire ad bellū uoluiſſet;Delbora deuictis hoſtibus non triūphaſſet.Hieremias carcere claudiť:& qa periturus iſrael uiꝝ non receperat ꝓphetantē:Nolda eis mulier ſuſcitať.Sacerdotes & iudæi crucifigūt filiū dei:& Maria magdalene plorat ad crucē:unguenta parat:quærit ī tumulo;hortulanū īterrogat:dominū recognoſcit: ꝓgit ad apoſtolos:repertū núciat.Illi dubitāt:iſta cōfidit:uere pyrgitis:uere turris candoris & libani;quæ ꝓſpicit facie Damaſci:ſanguinē uidelicet Saluatoris ad ſacci pœnitentiā ꝓuocanť.Defecerāt Saraæ muliebria & ideo Abraā ei ſubiiciť:& dr ad eū.Oia quæ dicit tibi Sara;audi uocē eius.Illi defecerāt muliebria:tu nūq̄ habuiſti.Sexus deuorať a uirgie:Xp̄m portat ī corpore.Iam poſſidet:qđ futura eſt.Rebecca ꝓgit ad ītrrogādum deū:& eius reſpōſione cōdigna audit oraculū.Duæ gentes in utero tuo:& duo populi de uētre tuo diuidenť.Illa duos generat diſſidentes;tu unū quotidie cōcipis:parturis:generas:unione fœcūdum:maieſtate multiplicē:trinitate concordē.Maria ſoror Moyſi uictorias domini canit:& Bethleem noſtrā atq; Ephratē ſtirpe noīs ſui ſignat in poſteros.Filiæ Salphaad hæreditatē īter fratres merenť accipe.Ruth & Heſter & Iudith tātæ gloriæ ſunt:ut ſacris uolumibus nomia ídiderint.Anna ꝓphetiſſa generat filiū leuitā: ꝓphetā:iudicem:ſacro crine uenerabilē:& offert eū in tabernaculū dei.Thecnites mulier regem Dauid īterrogatione concludit:enygmate docet:exemplo dei mitigat.Legimus & aliā ſapiētē fœminā:q̄ cū obſidereť ciuitas: & ꝓpter unū pduellē dux exercitus Ioab muros ariete q̄teret locuta eſt ad populū in ſapiētia ſua:& tātæ multitudis periculū muliebri auctoritate ſedauit.Quid loquar de Regina Saba:quæ uenit a finibus terræ audire ſapiētiam Salomonis:& teſtimonio domini condēnatura eſt oēs uiros Hierualem? Heliſabeth utero prophetat & uoce.Anna filia Phanuelis in templo:templū efficiť dei:& quotidiano ieiunio cæleſtē inuenit panem.Sequūť mulieres Saluatorē:& miſtrant ei de ſubſtantia ſua.Ille q de qnq; panibus qnq; milia hoīum exceptis mulieribus aluit:eſcas ſanctaꝝ mulieꝝ nō recuſat accipere.Cū Samaritana loquiť ad puteū & ſaturatus cōuerſione credentis:cibos q empti fuerant:negligit.Apollo uiꝝ apoſtolicū & in lege doctiſſimū Aquila & Priſcilla erudiūt:& inſtruūt eū de uia domini.Si doceri a fœmía non fuit turpe apoſtolo:mihi q̄re turpe ſit poſt uiros docere & fœminas? Hæc in iſtiuſmodi σεμνοτατι ideſt pudiciſſima filia pſtrixit breuiter ut nec te pœniteret ſexus tui:nec uiros nomen ſuū erigeret:in quoꝝ condēnationē fœmīaꝝ in ſcripturis ſanctis uita laudať.Gaudio & ueluti quodā tripudio efferť aīus meus:cū in Babyloné inueniť Daniel:Ananias:Azarias:Myſahel.O q̄ multi ſūt ſenes & iudices Iſrael:quos Rex Babylonius frigit ī ſartagíe ſua. Quā multæ Suſannæ:qđ interptať liliū:q̄ candore pudicitiæ ſponſo ſerta cōponūt:& coronā ſpineā mutant in gloriā triūphātis.Habes ibi in ſtudio ſcripturaꝝ:& in ſanctimonia mētis & corpis:Marcellā & Aſellā:quaꝝ altera te ꝓ prata uirentia:& uarios diuinoꝝ uoluminū flores ducat ad eū q dicit in cātico. Ego flos campi:

& liliū conuallīū:altera ipſe flos domini tecū mereaſ audire:ut lilium in medio ſpinaꝝ:ſic ꝓxima mea ī me
dio filiaꝝ.Et qa de floribus & liliis loq cœpimus:ſempꝫ uirginitas floribus cōparaſ: opportunū mihi ui-
detur:ut ad floré Xp̄i ſcribens de multis floribus diſputē.Quadrageſimūquartū pſalmū legés in titulo rep-
peri:In finé pro his q cōmutabunſ filioꝝ Choræ ītelligentiæ cāticū pro dilecto.In hebraico ſcriptū eſt la-
manaſſe alſoſannim labire Choræ meſchil ſir ididoth.qđ nos in latinū uertimus:uictori ꝑ liliis filioꝝ Cho
ræ eruditōis canticū amantiſſimū.Symmachus more ſuo manifeſtius triūphū pro floribus interp̄tatus eſt.
Igit ſoſannim uel pro his q cōmutandi ſunt:uel ī lilia tráſſerſ & flores.& meſchil quoꝫ & eruditōem & do
ctiſſimū ſonat.Ididа antiquū Salomonis eſt nomē:q alio ſenſu pacificus appellaſ.Quatuor aūt pſalmi licet
in poſteriori titulorꝝ parte diſſentiāt:hoc pricipio p̄notanſ.xliii.lix.lxviii.lxxix.e qbus duo medii ſcribun-
tur.Dauid primus & nouiſſimus filioꝝ Choræ & aſaph.De cūctis dicere nō eſt huius tp̄is:quem cœpimus
explicemus.Recte q ī ſæculoꝝ finé mutandi ſunt:de qbus apoſtolus loqtur:oēs dormiemus:ſed non oēs ī-
mutabimur:referunſ ad finē.Et hoc ip̄m myſteriū lectoré præparat ad ītelligētiā ſpiritalē.Vbi.n. ſimplex
& aptus eſt ſenſus:qđ neceſſe eſt audientē ītelligentiæ p̄moneri:& dici ad eū:q habet aures audiēdi audiat:
Canticū quoꝫ caniſ chariſſimo atq; dilecto:qa ꝓpter illū ueniet ſanctis promiſſa mutatio.Quæ qdē & ī
hac uita ītelligi poteſt:quādo exuimur ueteri hoīe:& īduimur nouo:q renouaſ ī cognitōem ſecūdū imagi-
né creatoris:& gloriā domī contéplātes ī eandē imaginé tranſformamur:q̄ſi a gloria in gloriā.nec eſt tēpus
ullū:quo non muteſ ſanctus p̄teritorꝝ obliuiſcēs:& in futuꝝ ſe extendens:cū interior noſter hō renouetur
de die in diē:& īmutabilis deus q loquiſ ꝑ ꝓphetā:Ego deus & non mutor:ꝓpter nos mutauerit facié ſuā:
formā ſerui accepit:& de iudæa tráſmigrans ad Philiſtiim :q īterp̄tanſ poculo corruētes(Inebriati.n.fuerāt
aureo calice babylonis)primū deriſus ſit ꝑ ſtultitiam crucis:deide ſuſceptus ꝑ gloriam triūphoꝝ.Chariſ-
ſimus aūt ille eſt:de quo Eſaias canit.Cātabo cāticū dilectæ uineæ meæ.& euāgeliū.Hic eſt filius meus di-
lectus:in quo mihi bene cōplacui:ip̄m audite:Cui nō unus,ꝓpheta:ſed oīs chorus filioꝝ Choræ nūc laudes
canit.Qui ſint aūt filii Choræ:ideſt Caluariæ:in.xli.pſalmo cōpetentius diſputaſ.Et ut ſciamus textū canti
ci titulo cōuenire:mutatōem de alio ad aliū diſcit:& filia:cui p̄cipiſ:ut antiq parentis oblita:regis ſe ample-
xibus paret.Victoré aūt eū eſſe:q dicit confidite:ego uici mūdū.& ad quem iſta adoleſcentis oīo eſt:a te ui
ctoria & ſapiētia & gloria:& ego tuus ſeruus.,pfecto nouit q domio uicente ſuperauit:& eſt particeps triū-
phoꝝ eius.& q īmarceſſibilē gloriæ coronā de cādore bonoꝝ opeꝝ & de uarietate uirtutū texuit Saluato-
ri:Eructauit cor meū uerbū bonū.Pro quo interp̄tatus eſt Symmachus:Cōmotū eſt cor meū uerbo bono:
indicās ad alterius ſermoné cor dicētis eſſe motū:& ſpū ſancto Xp̄i futura ſacra pandēte ét hūc in eloqum
ꝓrupiſſe.ut quēadmodū cæteri de aduētu eius locuti ſunt:& iſte loqueréſ.Ructus aūt,ꝓprie dr̄ digeſtio ci-
bi:& cōcoctaꝝ eſcaꝝ in uentu efflatio.Quomodo aūt iuxta q̄litatē ciborū de ſtomacho ructus erumpit:&
boni uel mali odoris flatus īdiciū eſt:ita īterioris hoīs cogitatōes uerba ꝓferunt.& ex abundantia cordis os
loquiſ.Iuſtus comedens replet aīam ſuā.Cūq; ſacris doctrinis fuerit ſaciatus:de bono cordis theſauro ꝓfert
ea quæ bona ſunt:& cū apoſtolo loquiſ:an expimentū quæritis eius:q in me loquiſ Xp̄s? Quidā ex p̄ſona
patris dictū ītelligi uolūt:q; eximis uitalibus & cordis archanis uerbū ſuū qđ ī ſe erat ſemp ꝓtulerit iuxta al
terius pſalmi uaticiniū:Ex utero ante luciferꝝ genui te.Et qūo uterus nō ſignificat uteꝝ(neq;.n.deus diui-
ditur in mēbra:ſed eādem ſubſtātiā p̄ris filiiq; demōſtrat)ſic cor & uerbū qđ ꝓferē ex corde: patré oſtēdere
& filiū.Et qđ ſequtur:dico ego opa mea regi:illi coaptant ītelligētiæ:Ipſe dixit & facta ſunt:ipſe mandauit &
creata ſunt.qđ dicēte p̄ſe opatus ſit filius.Oīa quæ pater facit:eadē & filiū facere.ſimiliter & p̄ſem manēté
in eo opari cuncta ꝑ filiū.Dico ego opa mea regi.Propheticus chorus Xp̄i:& eccleſiæ ſacra dicturus: ne car
mine uideaſ īdignus:& ob conſciam peccatorꝝ dicaſ ei:ut qđ enarras iuſticias meas:& aſſumis teſtamētum
meū ꝑ os tuū:Opa ſua regi quē laudaturus eſt confiteſ:ut uel ſi bona ſūt:ipſe ſuſcipiat:uel ſi mala ſunt mū-
det:faciatq; qđ iuſſum eſt.dic tu iniqtates tuas:ut iuſtificeris ī ſermonibus tuis:& iuſtus accuſator ſui eſt in
p̄ncipio ſermōis.Idioma aūt nō ſolū hebraicæ:ſed & latinæ līguæ eſt pro ſyntagmatibus:& ſcripta opuſcu-
la dicere.Ergo & iſte q laudes cātaturus eſt domio carmē ſuū & opuſculū conſecrat ei:& pro muſis gentili-
um ip̄m iuocat in p̄ncipio:quē laudaturus eſt.Lingua mea calamus ſcribæ uelociter ſcribentis.Pro quo in-
terp̄tati ſumus līgua mea ſtilus ſcribæ uelocis.Extrema pars,plogi eſt:& cū p̄cedētibus iunge qđ ſequitur.
Eructauit cor meū in laudes dei ſermoné bonū:& opuſcula mea qbus eū p̄dicaturus ſum:ipſi potiſſimū cō
ſecraui.Debeo ergo & linguā meā q̄ſi ſtilū & calamū p̄parare:ut p illa in corde & auribus audientiū ſcribat
ſp̄us ſanctus.Meū.n.eſt q̄ſi organū p̄bere linguā.illius q̄ſi p organū ſonare:quæ ſua ſunt.Stilus ſcribit in cæ
ra.calamus uel in charta uel in mēbranis:aut in quacūq; materia:quæ apta eſt ad ſcribēdū.Mea aūt lingua ī
ſimilitudinē ſcribæ uelocis:quē notariū poſſumus ītelligere:quodā ſignoꝝ cōpendio:breuiatū euāgelii ſtri
ctūq; ſermonē exarauit in tabulis cordis carnalibus.Si.n.lex p manū mediatoris digito dei ſcripta eſt: & qđ
deſtructū eſt:glorificatū eſt:quāto magis euāgeliū qđ māſuꝝ eſt:p meā linguā ſcribeſ a ſpū ſancto? ut illius
laudes ad quē in Eſaia dr̄:Velociter ſpolia detrahe:cito p̄dare:uelox in corda credētiū ſermo deſcribat.Spe-
cioſus forma præ filiis hoīum.In hebraico:Decore pulchrior es filiis hoīum.Finito,pœmio:hinc narratio-
nis exordium eſt:& fit apoſtropha ad ip̄m amantiſſimū & dilectū & regem:cui dicentis opa conſecrata ſūt.
Quæritur aūt qūo pulchrior ſit cunctis filiis hoīum:de quo legimus in Eſaia.Vidimus eū:& non habebat
ſpeciem:neq; decorē.ſed erat ſpecies inhonorata:& deficiens a filiis hoīum.Homo in plaga poſitus:& ſciēs
ferre infirmitatē:quia auertit faciē ſuam.nec ſtatim ſcriptura diſſonare uideatur:quia ibi ignobilitas corpo
ris:ꝓpter flagella & ſputa & alapas & clauos & iniurias patibuli cōmemoraſ.hic pulchritudo uirtutū in ſa-
cro & uenerando corpore:non quo diuinitas Chriſti hoīibus comparata formoſior ſit.Hæc enī nō habet

comparatõem ſed abſq; paſſionibus crucis:uniuerſis pulchrior eſt. Virgo de uirgine:qui nõ ex uolũtate uiri:ſed ex deo natus eſt. Niſi.n.habuiſſet & in uultu qddam oculis ſydereũ:nunq̃ eum ſtatim ſecuti fuiſſent apoſtoli. Nec q ad comp̃hendẽdũ eũ uenerãt:corruiſſent. Deniq; & in p̃ſenti teſtimonio in quo ait: Homo in plaga poſitus:& ſciens ifirmitatem reddit cauſas:quare iſta ppeſſus ſit. Quia auertit facié ſuã ideſt paululum diuinitate ſubtracta:corpus iniuriæ dereliquit. Quidã hũc uerſiculũ ſupioribus copulant:ut ſpecioſus forma præ filiis hoium:nõ ad Xp̃m ſed ad calamũ referat. Effuſa eſt gr̃a in labiis tuis:ꝓpterea benedixit te deus in æternũ. In editione uulgata:pro benedixit unxit legimus. Sed ſciendũ ꝙ error ſcriptoꝝ. lxx. tranſlatoribus nõ debeat imputari:q hoc loco cũ hebraica ueritate cõcordãt. Legentes illud:Ieſus,pficiebat ætate & ſapientia & gr̃a apud deũ & hoies. Et in alio loco admirabãtur ſuper uerbis gr̃æ eius:quæ egrediebantur de ore illius. Et ꝙ in ptãte habebat ſermonẽ:intelligere poſſumus quo ſenſu dictũ ſit. Effuſa eſt gr̃a in labiis tuis. Noe inuenit gr̃am corã domio in diebus ſuis:& Moyſes:& reliqui prophetarũ. Sed oĩs gr̃æ multitudo in labiis ſaluatoris effuſa eſt:quæ in breui tẽpore totũ ipleuit orbẽ. Tanq̃ ſponſus,pceſſit de thalamo ſuo: a ſũmo cælo egreſſio eius: & occurſus illius uſq; ad ſũmum eius. Nam & ſancta Maria quia conceperat eum: in quo oĩs plenitudo diuinitatis hitat corporaliter:plena gratia ſalutat:& apoſtolus ſciés p̃dicatõem ſuam: non in eloquentia ſæculari:ſed i uirtute dei omnes mundi ſupaſſe doctrinas ait. Et ſermo meus & p̃dicatio mea:non i perſuaſibilibus humanæ ſapiæ uerbis:ſed in oſtenſione ſpũs & uirtutis ut ſit fides noſtra non in ſapia hoium:ſed i uirtute dei. Seq; ip̃m reꝑhendens qa dixerat amplius aũt omnibus laboraui:ſtati itulit nõ aũt ego:ſed gr̃a dei quæ mecũ eſt. Et rurſum qa gr̃a eius q in me eſt:nõ fuit uacua. Proprie aũt in ſaluatoré uerbũ effuſionis adiũgit ut ſignificet gr̃æ largitaté:ſcdm illud effundam de ſpũ meo ſup oẽm carné: & charitas dei effuſa eſt in cordibus noſtris. & nota ꝙ oĩum quæ dicunt:itelligentiam ad pſonã eius referas q aſſumptus ex Maria eſt:ꝙ ,ppter gr̃am labiorum in æternum benedictus eſſe dicat. Tale qd & apoſtolo p̃dicante. humiliauit ſe factus obediens uſq; ad mortem:mortem aũt crucis. Propter quod deus illum exaltauit:& dedit illi nomẽ ſuper omne nomen. Sicut enim ibi forma ſerui iniuria eſt:& exaltatio nominiſq; donatio ad p̃em redditur:ita hic effuſio gr̃æ & benedictionis in ſempiternũ ad eum referẽda eſt:q poteſt humiliari & creſcere. Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime. Specie tua & pulchritudine tua. In hebræo:Accingere gladio tuo ſuper femur tuum fortiſſime. Gloria tua & decore tuo. Iſtum arbitror te locum optime intelligere:& accinctam. Chriſti gladio militare. Vt autem ſcias ſemper uirginitatem gladiũ habere pudicitiæ:p quem truncat opera carnis:& ſuperat uoluptates. Gentilis quoq; error deas uirgines finxit armatas. Accinxit & Petrus lũbos ſuos:& ardentem lucernam habuit in manibus. Quod autem femur ſignificet opera nuptiaꝝ:his breuiter exemplis doceberis. Abraam mittens ad uxorem quærendã filio ſuo Iſaac:dicit maiori domus ſuæ:pone manũ tuam ſup femore tuo:& adiurabo te p dominũ deum cæli: Non dubium quin per eum q de eius ſemine erat naſciturus. Iacob poſtq̃ luctatus eſt cum homie:qui ei apparuerat ad torrentem iaboth:Meſopotamia derelicta & terram repromiſſionis ingrediens non ante iſrael ſortitus eſt nomẽ:q̃ neruus femoris eius emarcuit. & ad filium loquitur:nõ deficiet priceps ex iuda:neq; dux de femoribus eius. & rurſum ipſe moriturus Ioſeph adiuratin ſemore ſuo:ne eum i ægypto ſepeliat. In iudicũ quoq; libro legimus:Gedeoni erant filii. lxx. qui egreſſi ſunt de femoribus eius. In cantico dicitur cãticoꝝ: Ecce lectulus Salomonis. lx. potentes in circuitu eius de potentibus iſrael:omnes tenentes gladios:docti ad bellum:uir & gladius ſuper femur eius. Gloria ergo & decore ſuo:ſiue ſpecie & pulchritudie diuitatis ſuæ: carnis opera mortificans. & natus ex uirgine futuris uirginibus uirginitatis princeps fuit. Et itende proſpere procede & regna. Propter ueritatem & manſuetudinẽ & iuſticiã:& deducet te mirabiliter dextera tua. In hebræo:Decore tuo ,pſpere aſcende. ,ppter ueritatem & manſuetudinẽ iuſticiæ:& docebit te terribilia dextera tua. Secundo ſcriptum eſt apud hebræos:decor tuo:ne quis ad ipſum uitio librarioꝝ repetitum putet. Et eſt figura quæ apud rhetores repetitio nominat. more ergo panegyrici:quo laudatores loquũtur ad eos quos p̃coniis efferunt:armatũ cohortat ad prœlium:ut ſemel arrepta bella non deſerat:& ſuper hoſtiũ ſtrages uictor incedens p̃paret ſibi regnum in his quos de diaboli eripiens poteſtate ſuo copulauit imperio: & dicat. Ego aut̃ conſtitutus ſum rex ab eo ſuper ſyon montem ſanctũ eius. Nulliq; dubiũ ueritatẽ & modeſtiam & iuſticiam Chriſtũ appellari:qui dicit. Ego ſum uia ueritas & uita. Et diſcite a me:quia mitis ſum & humilis corde. Et quia factus eſt nobis a deo iuſticia:& redemptio:& ſanctitas. Hæc autem uniuerſa dicuntur in corpore:ut exigantur in mẽbris. Victoria domini:ſeruoꝝ triumphus eſt. Magiſtri eruditio:diſcipulorum profectus. Et quod ſequitur:deducet te mirabiliter dextera tua:aut de ſignis quæ in euangelio perpetrauit:aut tropicos de cæde quã exercuit in hoſtibus ſentiendum eſt. Cor ſapientis i dextera: & cor ſtulti in ſiniſtra eius. Chriſtus totus in dextris eſt. Antichriſtus in ſiniſtris. Hebraica interp̃tatio diſtat in uerbis:non diſtat i ſenſu. Sagittæ tuæ acutæ potẽtiſſimæ:populi ſub te cadẽt i corda inimicoꝝ regis. In hebraico abſq; potẽtiſſime:reliq̃ ſimilit. Et hic uerſiculus tibi potiſſimũ aptus ẽ: q̃ iaculo domi uulnerata cũ ſpõſa i cãtico canis:uulnerata charitate ego ſũ. Nec miꝝ ſi ſpõſus tuus habeat plures ſagittas:de qbus i. cxix. pſalmo dr. Sagittæ potentis acutæ cũ carbonibus deſolatoriis:cũ patris ipſe ſit iaculũ:& loquat in Eſaia. Poſuit me quaſi ſagittã electam:in pharetra ſua abſcõdit me. His ſagittis & Cleophas in itinere cũ altero uulneratus aiebat: Nonne cor noſtrũ ardens erat in nobis dũ loqueretur in uia:& aperiret nobis ſcripturas? Et in alio loco legimus:Sicut ſagittæ in manu potentis:ita filii excuſſoꝝ. His ſagittis totus orbis uulneratus:& captus. Paulus ſagitta fuit domini:qui poſtq̃ ab hieroſolymis uſq; ad Illyricũ miſſus arcu domini:huc illucq; uolitauit: ad hiſpanias ire feſtinat:ut uelox ſagitta ſub pedibus domini ſui orientem occidentéq; proſternat. Et quia

plures ſunt potentiſſimi regis inimici:qui uulnerati fuerant ignitis ſagittis diaboli:& quaſi ceruus ſpiculo percuſſi in iecore:ſagittæ domini mittuntur ignitæ cū carbonibus deſolatoriis:ut quicquid uitii in corde inimicoꝝ regis fuerit:excoquant:& ſalutari igne ignem eiiciant perditorem.Sedes tua deus in ſæculum ſæculi uirga directionis uirga regni tui.Dilexiſti iuſticiam:& odiſti iniquitatem,propterea unxit te deus deus tuus oleo lætitiæ p̄ conſortibus tuis.In hebraico:Thronus tuus deus in ſæculū ſæculi:& in æternū ſceptꝝ æq̄tatis ſceptꝝ regni tui Dilexiſti iuſticiá:& odiſti iniq̄taté.,ppterea unxit te deus deus tuus oleo exultatio nis præ particibus tuis.Duas perſonas eius q̄ unctus eſt dei:& qui unxit intellige.Vnde & Aquila loim uer bum hebraicū non nominatiuo caſu ſed uocatiuo interpretatur dicens θεὸς:& nos propter intelligentiá bis deus deus poſuimus quod latina lingua dualem non recipit numerꝝ:ne quis peruerſe putet domini dilecti & amantiſſimi & regis bis patrem nominari.Quanq̄ pater in filio:& filius in patre:& alter hoꝝ ſibi & habi tator & thronus fuerit:tamen in hoc loco ad regem qui deus eſt ſermo dirigitur:& dicitur ei q̄ imperium eius(hoc enim intelligo thronum:iuxta illud quod ſcriptum eſt.De fructu uentris tui ponam ſuper thro num tuum)finem non habeat:quod quidem & Mariæ angelus nunciauit.Dabit ei dominus deus thronū Dauid patris ſui:& regnabit ſuper domo Iacob in ſæcula:& regni eius non erit finis. Nec putemus hoc illi eſſe contrarium:quod apoſtolus ſcribēs ad Corinthios ait filiū tradituꝝ regnum:& ſubiiciendum ei:qui ſi bi ſubiecit omnia:ut ſit deus omnia in oībus.Non enim dixit tradet patri:ut uideretur ſeparare filium. ſed tradet deo hoc eſt habitandi in aſſumptiōe corporis deo:ut ſit deus omnia in omnibus:& Chriſtus qui an te per paucas uirtutes erat in ſingulis : per omnes in omnibus commoretur. Sceptrum autem & uirgam inſigne eſſe regnantis ipſe propheta ſignificat dicens.Sceptrum æquitatis:ſceptrum regni tui. Quidam de Eſaia teſtimonium proferentes.Exiet uirga de radice Ieſſe:& flos de radice eius aſcendet:hominem qui eſt aſſumptus intelligunt:cui deferatur imperium:& qui propter dilectam iuſticiam:& exoſam iniquitatem re gnare dicatur:& unctus eſſe oleo exultationis præ particibus ſuis quaſi præmium charitatis & odium iniquitatis in unctione ſumpturus.Docemur autem in utraq; parte:& amoris & odii eſſe in nobis ſemina: cū ipſe qui primitias maſſe noſtrorum corporum leuauit ad cælos:& iuſticiam dilexerit:& oderit iniquitaté. Vnde Dauid.Nonne odientes te domine oderam:& ſuper inimicos tuos tabeſcebam?perfecto odio oderā illos.Quod ſequitur unxit te deus deus tuus:Primū nomen dei uocatiuo caſu intelligendum eſt:ſequēs no minatiuo:quod ſatis miror:cur Aquila non ut cœperat in primo uerſiculo uocatiuo interpretatus ſit: ſed no minatiuo bis nominans deum:qui ſupradictum unxerit deum.In hoc loco Photinus opprimitur: ſed Arri us caput leuat:de euangelio proferens teſtimonium.Aſcendo ad patrem meum:& patrem ueſtrum : deum meum & deum ueſtrum.Sed cum dilectū audiat eum accinctum gladio ſuper femur:& regnare propter ue ritatem & manſuetudinem:& ungi ob dilectam iuſticiam:& exoſam iniquitatem:& unctum eſſe præ con ſortibus ſuis.De quibus ſcriptum eſt Participes Chriſti facti ſumus:ſi tamen principium ſubſtantiæ uſq; ad finem firmū retineamus.Miror cur ſolium domini dei ad calūniam uocet:quaſi uniuerſa quæ dicta ſunt di uinitati uerbi:& humilitati hominis conueniant.Audiat actus apoſtoloꝝ Ieſum Nazarenum:quem unxit deus ſpiritu ſancto.Audiat euangelium.Spiritus ſanctus ueniet ſuper te:& uirtus altiſſimi obūbrabit tibi. propterea & quod naſcetur ex te ſanctum uocabitur filius dei.Ipſum dominū ſentiat intonantem. Spiritus domini ſuper me,eo q̄ unxit me.Participes autem apoſtolos credenteſq; ſignificat:quibus unctōis ſuæ uo cabulum tribuit:ut ab uncto uocentur uncti:ideſt a Chriſto chriſtiani.Myrrha & gutta & caſia in cunctis ueſtimentis tuis.a domibus eburneis ex quibus delectauerūt te filiæ regū in honore tuo.In hebraico:Myr rha:& ſtacte & caſia in cūctis ueſtimentis tuis de domibus eburneis:quibus lætificauerūt te filiæ regum in honore tuo.Præfatio ipſa te doceat:iccirco me hunc pſalmū explanare uoluiſſe:quia ad uirginem ſcribens pro liliis & floribus titulum repperi:Itaq; conſequenter & iſtos uerſiculos ad te referam: cui uolumen hoc ſcribitur.Mortificaſti membra tua ſuper terram:& quotidie Chriſto offers myrrham. Chriſti bonus odor es : & propterea ſtacten:ideſt ſtillam uel guttam exhibes domino.Narrant & hi qui aromatum nouere uir tutes:ſtactē florem eſſe myrrhæ.Quod autem ſequitur caſia eſt ipſa quæ ab aliis στριγξ.i.fiſtula nuncupa tur:uocales in laudes dei:& omnes pituitas & rheumata uoluptatū ſuo calore excoquens.ubi in noſtris co dicibus ſcriptū eſt gutta uel ſtactē:in hebraico aloth legitur.unde & nicodemus centum libras myrrhæ & aloes:ad ſepeliendū dominū præparauit.Et ſponſus loquitur ad ſponſam:myrrha & aloes cū omnibus un guentis primis.Et illa reſpondet:Manus meæ ſtillauerūt myrrhā digiti mei myrrha pleni.Proiice & tu mor tis opera Chriſto in baptiſmate conſepulta:& huic mūdo mortua eſto & nihil aliud niſi de cæleſtibus cogi tans:loq̄re ad ſpōſum tuū.Manus meæ ſtillauerūt myrrham:& digiti mei myrrha pleni.Legimus & unguē tū ſacerdotale cuius & Dauid meminit:ſicut unguentū in capite:qđ deſcendit in barbā barbam Aaron : qđ deſcēdit in orā ueſtimēti eius:ī quo cū cæteris aromatibus miſceť & ſtacte.Offerūt & magi myrrhā.Et in p ſenti loco initiū ueſtimēto ꝝ Xp̄i eſt ſuſcipe morte illā:& in ſua carne mōſtrare.Hæc induméta para ſponſo tuo.his a te ueſtibus cōptus īcedat.Cūq; ei huiuſcemodi texueris ueſtiméta:efficieris ipa téplū dei:& lætifi cabis eū de domibus eburneis:ſiue ut melius in hebraico ſcribiť:de téplo dentiū & laudes domīo canes.to taq; ſæculo mortua:angeloꝝ imitaberis choros.Ebur.n.& dētes iſigne eſſe mortis & uocis ipa nominū na tura teſtať.Et cōſequēter adiūctū ē:ex q̄bus delectauerūt te filiæ regū in honore tuo. Rex regū & dominus dominātiū ſpōſus tuus ē.Reges iſti q̄ ſub táto rege ſūt reguli:pres tui ſūt:q̄ te euāgelica genueť doctria.Ho rū tu filia honorificas ī oībus ueſtimētis & odoribus bonis & tēplo eburneo eum cui ſupradictū eſt:Effuſa eſt gratia in labiis tuis.& accingere gladio tuo ſup̄ femur tuū potentiſſime:& ſagittæ tuæ acutæ:& thronus

tuus deus ī ſæculū ſæculi:p eo qđ nos traſtulímus domíbus éburneís:qa in græco ſcriptū eſt απο βαρεων ελεφαντινον qđá latinoꝝ ob uerbi ābiguitaté. a gradibus iterp̄tati ſūt:cū ϧαρις.uerbum ſit επιχωριον ideſt gẽtile palæſtinæ:& uſq; hodie domus ex omni parte cõcluſæ:& in modū ædificatæ turriū ac mœniū publicorum βαρεις appellentur. Aſtitit regina a dextris tuis in ueſtitu deaurato: Quodq; ſequitur circundata uarietate :excepta editione uulgata nullus interprætum tranſtulit.In hebraico: Stetit coniunx in dextera tua in diadema te aureo:ubi nos coniugem uertimus:ibi apud hæbreos legitur ſegal.pro quo Aquila συνκοιλον ideſt concubinam. Symmachus & quinta editio: παλλακην ideſt pellicem. lxx. Theodotion & ſexta reginam interprætati ſunt.Deinde ubi ego poſui diademate aureo: Symmachus tranſtulit in auro primo:Aquila quinta & ſexta editio in tinctura uel in auro ophyr:Quæ filiæ regum ſunt:& in ſpõſi parantur amplexus:per myrrham & guttam & caſiam & domos eburneas delectant eum:cuius thronus in ſæculum ſæculi eſt.Quæ autem iam ſuper petram Chriſtum ſtabili radice fundata é catholica eccleſia: una columba perfecta & proxima ſtat a dextris:& nihil in ſe ſiniſtrum habet:ſtat in ueſtibus deauratis. de ſermonibus ſcripturarum ad ſenſum tranſiens:& cunctis plena uirtutibus:ſiue ut nos tranſtulimus in diademate aureo.Eſt enim regina:regnatq; cũ rege:cuius filias poſſumus intelligere:& in cõmune credentium animas: & proprie uirginum choros.Ophyr genus auri eſt uel a loco indiæ:uel a colore nomine inditum. Septem quippe apud hebræos auri uocabula ſunt. Vxorem quoq; & cũcubinam intelligamus de cãtico Salomonis:quæ ſine ſponſo ſuo uel marito dormire non poteſt. Audi filia & uide: & inclina aurem tuam: & obliuiſcere populum tuum & domum patris tui.& cõcupiſcet rex decorem tuum:quoniam ipſe dominus tuus:& adorabũt eum.In hebraico. Audi filia & uide:& inclina aurem tuam:& obliuiſcere populi tui & domus patris tui.& concũpiſcet rex decorem tuum:quia ipſe eſt dominus tuus:& adora eum.Hucuſq; per p̄phetæ linguam quam calamo ſcribenti uelociter comparat:loquitur ſpiritus ſanctus:ipſum regem & bellatorem & deum ſponſumq; compellans.Hinc perſona patris inducitur loquentis ad ſpõſam filii ſui:& cohortantis eam:ut ueteris gentilitatis & idolatriæ errore contempto: primum his quæ dicantur attendat: & propter quod de alienigena filia nominetur.deinde uideat uel ipſa quæ dicuntur:uel uniuerſam conditionem:ex uiſibilibus intelligens inuiſibilia:& ex creaturis ſentiens creatorem:& diligenter inclinet aurem ſuam:ut quæ dicuntur memoriter teneat.Cumq; audierit:uiderit:& inclinauerit aurem ſuam: totamq; ſe doctrinæ tradiderit:& eorum intelligentiæ quæ dicũtur obliuiſcatur primum populum ſuum:& cũ Abraham de chaldæa egrediens relinquat terram natiuitatis: & cognationis ſuæ. Nemo dubitat patrem noſtrum ante q̄ adoptaremur a deo fuiſſe diabolum.de quo Saluator ait. Vos ex patre diabolo nati eſtis. Cũ ergo ait ãtiqui patris fueris oblita:& talem te exibueris depoſitis priſtinis ſordibus ut ſuper fratruelem dealbata conſcendas: & quam poſſit diligere filius meus:tunc concupiſcet rex decorem tuum. Et ne putes unum eſſe de turba a quo amanda es:ipſe eſt rex tuus & dominus tuus.quia uero interdum qui reges & domini ſunt:ſunt quadam poteſtate reges & domini:tamen eiuſdem naturæ cuius ſunt illi:in quos dominantur & regnant:indico tibi q̄ deus tuus ſit:& debeas adorare eum.Lxx.interprætes non dixerunt & adorabis eum: ſed adorabunt eum: ut ſit ſenſus.Iſte qui te amaturus eſt:qui tuam pulchritudínem dilecturus: deus eſt:& adorandus ab hominibus.quod de eccleſia de gentibus congregata expoſuimus. unuſquiſque ad ſe ipſum referat:animamq; credentis:q̄ prioribus uitiis derelictis adoptetur in filiam:inclinet aurem ſuam:obliuiſcatur ueteris conuerſationis:& cum apoſtolo dimittat mortuum patrem:& talem ſe præbeat: qui ametur a rege.Ipſe eſt enim dominus eius cui flectere debeat genu:& depoſita ſuperbia iugum humilitatis aſſumere:Interrogemus iudæos quæ ſit iſta filia ad quam loquitur deus. non dubito quin ſynagogam reſpondeant.& quomodo dicitur ſynagogæ & iſraelitico populo:dimite populum tuum & domum patris tui?Nunquid derelinquet gentem Hebræam:& Abraham antiquum patrem?Si dixerint de uocatione ſignificari Abraham quia Chaldæos reliquerit:Quis eſt iſte rex qui amaturus eſt decorem Abraham? Certe alius eſt qui loquitur:audi filia:aliuſq; de quo loquitur: & concupiſcet rex decorem tuum. Qui alius?Non ſolum rex:ſed & dominus & deus:qui adorandus eſt. Filia Tyri in muneribus uultum tuum deprecabuntur diuites plæbis.In hebræo eſt:o filia fortiſſimi in muneribus faciem tuam deprecabuntur diuites populi. Verbum hebraicum ſor:quod in Ezechiele iuxta.Lxx.legimus:interprætari poteſt & Tyrus & tribulatio:fortiſſimus ſiue fortiſſima:& ſilex ideſt lapis duriſſimus:unde in præſenti loco error ortus é. Aquila enim &.Lxx.& Theodotion & quinta editio Tyrum interpretati ſunt.Sexta uerbum hebraicũ poſuit ſor: Symmachus κραταιλον: ideſt fortiſſimam. Nos ipſum ad deum retulimus: ut illa cui ſupra dixerat audi filia & uide:filia fortiſſimi nuncuperur.Aut certe ipſa fortiſſima ſit:quia imitata eſt ſorte patré: cuius uultum in diuerſis muneribus deprecabuntur diuites plæbis.Diuites in cunctis operibus bonis: & ſcientia.ſiue qui diuites putantur in ſæculo:ſapiẽtes huius mũdi:& philoſophoꝝ diiciplinis eruditi.Vel qđ melius eſt:qui ante diuites fuerunt:habentes eloquia dei & teſtamenta & p̄phetas: ideſt de populo Iſrael. Vt enim ante Saluatoris aduentũ hi qui de Tyro erant:hoc eſt de populo gentiũ:& Proſeliti eſſe cupiebãt: deprecabantur diuitem populum iſrael:& per eos introducebant in tẽplum.Sic poſt aduentum domini q cunq; ex iſrael redire uoluerint:diuites quondam familiaritate & p̄tectiõe dei uenient ad filiã Tyri:& offerentes uaria dona uirtutũ:& cõfeſſiõis in Xp̄m deprecabunt eã:ut ſaluté quã perdiderũt ī iudæa: inueniãt in gentibus.Oĩs gloria eius filiæ regis abintus in fimbriis aureis circũamicta uarietatibus.In hebræo: Oĩs gloria filiæ regis itrínſecus faſciis aureis ueſtita eſt.Pro eo q̄ in.lxx.ſcriptũ eſt: εσωθεν.& nos uel abintus uel intrinſecus iterp̄tati ſumus:in q̄buſdã exemplaribus iuenit εξωθεν. qđ cogitatiões ſonat.Ex quo oſtẽdit:

omnem gloriam ecclesiæ:cui supra dictum est.Audi filia & uide:& o filia Tyri:& nūc appellatur filia regis esse intrinsecus:& in cogitationibus:ideſt ī ſteriori hoīe:& ī circūcisiōe nō manufacta:ſed ſpū habēte cōſciē tiæ fiduciam apud deum:& tota pulchritudine posita magis in ſenſuum nomine:q̄ ī flore uerborum.Quo modo autem in ſtamine ex quo dependent fimbriæ ſubtegmen intexitur:& tota ueſtimenti uirtus ī ſtamine eſt:ita in aureis ſenſibus ſcripturarum:in quibus ueſtis eccleſiæ omnis intexitur:miſcentur aliqua:de natura:de moribus:& hoc ipſum ſignificat ueſtis Aaron:auro:purpura:cocco:byſſo: Hyacinthoq; contexta: quam fecerunt mulieres:quibus deus ad texendum dedit ſapientiam ; & ut intelligere poſſimus omnē ornatum filiæ regis intrinſecus:ipſa loquitur in cantico.Introduxit me rex in cubiculum ſuum:in quo clauſo oſtio labiorum:deum patrem iubemur orare.in nouoquoq; pſalmo cuius titulus inſcribitur:pro abſcondi tis filii uariam habuit & Ioſeph tunicam:quam ei texuit mater eccleſia . De his fimbriis Saluatoris ἁι πο ρσαι ideſt ſanguinem fluens una Saluatorem tetigit: & ſanata eſt.Quod autem in hebraico ſcribitur: faſciis aureis ueſtita eſt:idipſum ſignificat quod ſupra.Omnis gloria filiæ regis intrinſecus:faſciis diuinorum interiora membra obuoluuntur eccleſiæ & tota uteri tegitur ambitio.Harum faſciarum non poteſt obliuiſci ſponſa:ſecūdū Hieremiam quæ māmas ligant & pectus in quo cogitationes ſūt protegunt. Adducēt regi uirgines poſt eā:proxime eius afferent tibi.afferent ī lætitia & exultatiōe:adducētur in templum regis. Iuxta.Lxx.prior uerſiculus adhuc de filiæ canit ornatu:ſequens ad ipſum ſponſum regemq; dirigitur.Porro iuxta hebraicum totum ad ſponſam dicitur:uſq; ad eum locum ubi ſcriptum eſt.Pones eos principes ī uniuerſa terra.Et legitur.in ſcutulatis ducentur ad regem uirgines:ſequentur eam amicæ eius:ducentur illuc:ducentur in lætitiis & exultatione ingredientur thalamum regis.Multam eſſe diſtantiam animarum in chriſto credentium demonſtrat canticum canticorum:in quo ſcriptum eſt.Sexagīta ſūt reginæ:& octoginta concubinæ:& adoleſcentulæ quarum non eſt numerus. Vna eſt columba mea:perfecta mea: ꝓxima mea:de qua dicitur. Viderunt eam filiæ:& beatificant eam reginæ:& concubinæ:& laudant eam.Quæ ergo perfecta eſt & ſancta corpore & ſpiritu:& columba:& proxima meretur uocari. Hæc eſt filia de qua ſupra dictum eſt.Aſtitit regina a dextris tuis in ueſtitu deaurato.Quæ autem ſupergreſſæ ſunt ſex dies mūdi:& futura regna ſuſpirant:reginæ appellantur.Si qua uero circūciſionem quidem habet octauæ diei: ſed adhuc non uenit ad nuptias:hæc concubina uocitatur.Diuerſa autem multitudo credentium:quæ nec dū poteſt ſponſi copulari amplexibus nec de eo liberos parere adoleſcentula dicitur.Ego puto de iſtis uirginibus quæ ſequuntur eccleſiam:& in primo ponuntur gradu:& te eſſe & omnes qui in uirginitate corporis & animæ perſeuerant.Proximas autem & amicas uiduas eſſe:& in matrimonio continentes ; quæ omnes cum lætitia & exultatione ducuntur ad templum & in thalamum regis.in templum quaſi ſacerdotes dei : in thalamum quaſi ſponſæ regis & ſponſi.Hoc templum & Ioannes uidit in apocalypſi:& propheta deſiderat:Vnam inquit petii a domino:hanc requiram:ut inhabitem in domo domini omnes dies uitæ meæ.Et iterum:Domine dilexi decorem domus tuæ:& locum habitationis gloriæ tuæ.Et in alio loco.Quia tranſibo in locum tabernaculi admirabilis uſq; ad domum dei:in uoce exultationis & confeſſionis ſonitus feſta celebrantium.Scutulata autem quibus ſponſo ſuo regina componitur:ipſa ſunt ; quæ in.Lxx.legimus circūamicta uarietate.Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii:conſtitues eos principes ſuper omnem terrā . In hebraico Pro patribus tuis erunt tibi filii:pones eos principes in uniuerſa terra.Et ex patris perſona nequa quā de filia:ſed rurſus ad filiam ſermo intelligi poteſt:& ex ſpiritus ſancti & ex filiorum Choræ.Si ergo ad ſponſam ſermo dirigitur:ſponſa autem de nationibus congregata eſt:cui ſupra dicitur obliuiſcere populū tuum & domum patris tui:debemus ſponſæ patres noſſe:ut conſequēter nouerimus & filios.pro patribus tuis de quibus in Hieremia locuta eſt:q̄ falſa poſſēderunt patres noſtris idola:& non eſt in eis qui pluat. Pro platone:pro cæteris diuerſorum dogmatum & errorum magiſtris nati ſunt tibi filii:quos conſtituiſti principes tuos:& feciſti in populos præceptores. Vel certe aliter.O eccleſia filii tui quos genuiſti tibi:uertentur in patres tuos:cum de diſcipulis eos feceris magiſtros:& in ſacerdotali gradu omnium teſtimonio collocaueris.Sin autem patres eccleſiæ intelligimus Abraham Iſaac & Iacob & reliquos patriarchas:filios qui in patrum honore ſunt nati:apoſtolos intelligamus:qui miſſi ſunt a domino prædicare uſq; ad extremum terræ:& baptizare credentes in nomine trinitatis.Sed quæritur quomodo eccleſia de gentibus patres habere poſſit Abraham Iſaac & Iacob:cum ei ſupra dictum ſit:obliuiſcere populum tuum & domum patris tui.Legamus euangelium:Nolite dicere patrem habemus Abraham:potēs eſt deus de lapidibus iſtis hoc eſt de duro corde gentilium ſuſcitare filios Abrahæ.& in alio loco:Si filii eſſetis Abrahæ:opera Abrahæ:faceretis.Et in Geneſi ad ipſum Abraham loquitur deus.In ſemine tuo inquit benedicentur omnes gētes.Sicut enim ille in præputio ex fide iuſtificatus eſt:ita & nos iuſtificabimur in eadem fide:ſi habuerimus fidem & opera patris noſtri Abraham.Poteſt hoc ipſum ad Saluatorem dici:uel a patre uel a ꝓphetali choro & a ſpiritu ſancto.Pro patribus tuis ſtirpe uidelicet iudæorum qui te reliquerunt & negauerunt:nati ſūt tibi filii apoſtoli . & de nationibus credentes:quos conſtituiſti principes in uniuerſa terra.Memor ero nominis tui domine in omni generatione & generationem.Propterea populi confitebuntur tibi in æternum & in ſæculū ſæculi.In hebraico.Recordabor nominis tui in omni generatione & generatiōem.ꝓpterea cōfitebunt tibi populi in ſæculū & in æternū.quod nos iterpretati ſumus:cōfitebunt tibi.Symmachus tranſtulit laudabunt te.Regina quæ ſteterat a dextris tuis in ueſtitu deaurato & iuſſa fuerat obliuiſci populi & domus patris ſui:& itez illi dictum erat:Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii:cōſtitues eos prīcipes ſup oēm terrā:itelligēs quanta decoranda ſit gloria:& q̄bus præmiis ſubleuanda:conuertit ad ſponſum uoces ſuas :

& pollicetur recordaturam se semper nominis sponsi in omni generatione & generationem. Quod promisit: uidemus expletū. Ipsa xp̃iana nobis oībus christianorum nomen ipsoluit: nomen nouū: in quo benedicunt omnes familiæ gentiū. Recordatur autē non in una generatione sed in omnibus: uel cunctas significans nationes: uel duas nationes iudæorū atq; gentiliū. Et quia hoc parū est: si in duabus generationibus nominis domini recordetur, propterea populi qui in ecclesia fuerint, confitebuntur: & laudabunt dominū in æternū & ī sæculū sæculi. Quando & tu o filia Principia sanctorū mixta choro inter uirgines duceris ad regem & ex domibus eburneis delectabis sponsū in honore tuo. tūc recordare & mei: qui huius psalmi tibi domino reuelante itelligentiā tribui. & dicito. Memor ero nominis tui: ut quæ parte intellexisti carminis si uita comes fuerit: & totū cāticū cāticorū.

Beati Hieronymi presbyteri expositio psalmi. xli. Sicut cerui desiderat ad fontes aquarum: ad renatos in uigilia paschæ habita.

Mne psalteriū sagaci mente perlustrans: nusq̃ inuenio: q; filii Choræ aliquid triste cantauerint. semper in psalmis corū læta sunt & iocunda: semper terrenis humilibusq; contēptis cælestia & æterna desiderant: congruentes interpretationi nominis sui. Siquidē Choræ interpretatur caluities. Quia ergo dominus noster in loco Caluariæ crucifixus est & sepultus: quicunq; ī cruce eius credunt: hi filii Choræ idest filii Caluariæ nominantur. Super qua Caluaria dominus noster iesus post resurrectionē: ad cælorū regna conscendens: irridetur a paruulis & ab incredulis iudæor̃. Sed Helysæū irridentes: ursi comederunt. Hoc de titulo scriptum dixisse sufficiat. nunc ad prius principium reuertamur. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus. Ceruorū natura est: ut serpentum uenena contēnant: quin potius naribus suis eos extrahāt de cauernis: ut interficiant atq; dilacerent. Cum uenenum cœperit intrinsecus æstuare: & q̃is eos non possint occidere: tamen sitis ardorem & incendium tolerantes: tunc illi fontes desiderant: & purissimis aquis feruentia uenena restinguūt. Quomodo ita que illi cerui desiderant fontes aquarū: nisi qui de ægypto & de sæculo recedentes interfecerunt Pharaonē in aquis suis: & omnem exercitum eius in baptismo necauerunt: post interfectionem diaboli desiderant fōtes ecclesiæ: patrem & filium & spiritū sanctū. De patre q; sit fons: scribitur in Hieremia Me dimiserunt fōtem aquæ uiuæ: & foderunt sibi lacus detritos: qui non possunt aquam continere. De filio quodam in loco legimus. Dereliquerunt fontem sapiētiæ. Porro de spiritu sancto. Qui biberit de aqua quæ de cælo oriet̃: in eo fons aquæ fient salientis ī uitam æternam: statim exponitur euangelista dicente: q; ex spiritu sācto sermo fuerit Saluatoris. Ex quo manifestissime liquet tres in ecclesia fontes trinitatis esse mysterium. Hos desiderat anima credentis: hos desiderat anima baptizantis: & dicit, Sitiuit anima mea in deum fōtem uiuum. Non enim leuiter uidere uoluit deum: sed toto desiderabat ardore toto sitiuit incendio: ante q̃ baptisma consequeretur. Loquebantur inter se inuicem atq; dicebant: quando ueniam & apparebo ante faciem domini? Ecce fratres demum impletum est: quod petebant. Venerunt & steterunt ante faciem dei. apparuerunt ante faciem altaris: & mysterium intellexerunt. Hoc enim non merentur uidere nisi illi: qui ex conscientia & ímo proferunt corde. memorantes: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Per omnē enim quadragesimam uacauerunt orationi atq; ieiunio: in sacco & cinere dormierunt: futuram uitā peccatorum suorum confessione quærētes. Sed quia fuderunt lachrymas & fuerunt tristes: dicitur eis: Qui seminant in lachrymis: in gaudio metent: & beati lugentes: quoniam ipsi consolabuntur. pro quibus uniuersis cum illis diabolus insultaret & diceret. Vbi est deus tuus? Admissi & in uitali fonte recreati: confidenter loquuntur. Transibo in locum tabernaculi admirabilis: usq; ad domum dei. Domus dei ecclesia est: hoc ē admirabile tabernaculum: q; habitauerit in eo uox exultationis & confessionis & sonus epulantis. Gaudēt qp pe sub fide & consecutione uitæ æterna: quam fratres nostri nunc accipere meruerunt: angeli in cælis oēsque uirtutes. Si enim super uno agente pœnitentiam: & in una ouicula morbida quæ pastoris humeris est recepta: gaudent angeli atq; lætantur: quanto magis in tot fratribus: in tali gurgite renatis atq; mundatis: uniuersa exultant regna cælorum: uidentia homines ueteri peccatorum labe purgatos suo incolatui præparari. Dicite ergo qui christum nunc induti estis: & ductum nostrum sequētes quasi piscículus hamo: sermone dei de gurgite sæculi istius subleuamini: in nobis rerum natura mutata est. Pisces enim qui de mari extracti fuerint moriuntur. nos autē ideo apostoli de mundi istius mari extraxerunt: atq; piscati sunt: ut uiui ex mortuis fieremus. Quādiu eramus in hoc sæculo: oculi nostri in profundo: & uita nostra uersabatur in cœno: postq̃ de fluctibus erepti sumus: cœpimus solem: cœpimus uerum lumen aspicere: & præ nimio gaudio conturbati: ad animam nostram dicimus. Spera in deo quoniam confitebor illi salutare uultus mei & deus meus. Et deinceps Propterea memor ero tui de terra Iordanis & hermonii a monte modico. Abyssus abyssum inuocat: & nos de terra Iordanis, i. de flumine ubi dominus baptizatus est: & hermonii hoc est de sæculi huius maledictione: quoniam hermon interpretatur anathema: & de monte modico huius mundi (quāuis enim aliquis sanctus sit: dū ī isto uersatur sæculo: nō est in mōte grandi atq; sublimi: sed in monte modico atq; humili) clamamus ad dominum: & profundum ipsius scripturarū sensum de aliis scriptura rū testimoniis interpretamur. Quicquid in absconso ueteris testamenti non possumus inuenire. hoc de absconso noui testamenti soluimus ī uoce chataractarū dei: hoc ē prophetarū ipsius & apostolorū. Oīa excelsa domini: & fluctus ipsius: & impetus fluminis: q lætificant ciuitatem dei sup nos transierūt ī xp̃o iesu: cui ē honor & gloria ī sæcula sæculorum amen.

Expositio psalmi. cxvii. uidelicet Confitemini domino quoniā bonus: per modum concionis habita ad Neophytas in die sancto paschæ. ubi etiam acriter iuehit ī iudæos.

N oī psalterio dominus nr̄ ieſus xp̄s ꝓphetaū: atq; caniť. Siqdē habet ipſe clauē Dauid: q̄ aperit & nemo claudit: claudit & nemo apit: ſed p̄cipue in cēteſimo ſeptimodecimo pſalmo: q̄ nūc pſallendo lectus ē: reſurrectiōis myſteriū p̄dicať. Hic .n. pſalmus ī quo a ſpū ſcō p̄ſignati uocātur ad confitendum domino in laude: uel ad confeſſionem gentium ueri iſraelitæ in pœnitentia ueri ſacerdotis Aarō domus. quod eſt in eccleſia: ſiue generaliter omnes timentes deum: recte pro tantis muneribus pietatis patris qui filio ſuo non pepercit: ſed pro nobis omnibus tradidit illum: a confeſſione incipitur. Quoniam bonus: quoniam in ſæculum miſericordia eius. Quis enim noſtrum poterit eſſe conſiderans ea: quæ ī eo quotidie reſultans canit eccleſia: hoc eſt paſſionem domini ſaluatoris reſurrectionem ſiue aſcenſionem: & non magis erumpatur in uoce cōpos illorū paruulorū effectus: domino cum ramis & palmis exultātium: O domine ſaluos nos fac: o domine bene proſperare. Vnde & ipſe uictor ad patrem aſcendens imperat angelis dicens: Aperite mihi portas iuſtitiæ: & ingreſſus in eas confitebor domino. Hæc ſunt portæ: de quibus in .xxiii. pſalmo inter ſe inuicem angeli loquebantur ingreſſum domino præparantes. Leuate portas principes ueſtras: & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ. Sed pulchre leuarī iubentur portæ: & in ſublime erigi. Siquidem iuxta diſpenſationem carnis myſterium & uictoriam crucis: maior regreditur ad cælos: q̄ ad terras uenerit. Hæc porta domini: iuſti intrabunt per eam. Hanc portam ingreſſus eſt Petrus: ingreſſus eſt Paulus: ingreſſi ſunt omnes apoſtoli: ingreſſi ſunt & martyres & quotidie ſancti quiq; ingrediuntur. Per hanc portam primus latro cum domino ingreſſus eſt. habetote fiduciam: & uos ſperate ſimilia. Sic enim ipſe apoſtolus dixit. Si cōſurrexiſtis cum chriſto: quæ ſurſum ſunt quærite: ubi chriſtus ī dextera dei ſedet. Non dicit hic pſalmus: ſoli apoſtoli prophetæ & martyres intrabunt per eam: ſed iuſti intrabunt per eam. Quicunq; ergo iuſte agit: & inter iuſtos eſſe meruit: fiducialiter agat in eo ſperans: quia intrabit per hanc portam: quia dominus non quærit ſanguinem confitentium: ſed fidem: ꝑ qua ſanguis effunditur credentium. Si habuerimus fidem: quæ poteſt ſanguinem fundere: imputabitur nobis & cruoris effuſio. O uere infœlices iudæi: o miſeri atq; miſerabiles: lapidem qui per Eſaiam repromiſſus ē: q; ponerētur in fundamentis Syon: & populum utrunq; coniungeret: eſſe dominum ſaluatorem: eſſe filium dei nō agnouiſtis. Hunc uos reprobaſtis: ædificantes quondam congregationem domini: & templi dei myſteria cuſtodientes. qui reprobatus a uobis: factus eſt in caput anguli: & primam eccleſiam de iudæorum populo congregatam: & credentes ex nationibus in unum gregem & miniſterium fœderauit. A domino factum ē illud: hoc eſt mirabile in oculis noſtris: ut nos qui ante paſſionem domini ſine teſtamento eramus exleges: adoptaremur in filios dei. & ſibi cingulo putreſcente: aliud ſibi deus lūbare contexeret: alium populum p̄pararet. Vos ergo iudæi habetis ſcripturam: uos legitis libros. & nos in eum qui in eis ſcriptus eſt libris: ipſū adorantes credimus. uos tenetis paginas: nos ſenſum paginarum. uos complicatis mēbranas animalium mortuorum: nos poſſidemus ſpiritum uiuificantem. Quid mirabilius poteſt eſſe iſtiuſmodi ſacramento? Quid hac die fœlicius? in qua dominus iudæis mortuus ē: nobis ſurrexit. in qua ſynagogæ cultus occubuit: & eſt ortus eccleſiæ. in qua nos homines fecit ſecum ſurgere: & uiuere & ſedere in cæleſtibus. & impletū eſt illud quod ipſe dixit in euangelio: Cum autem exaltatus fuero a terra: omnia traham ad me. Hæc ē dies quam fecit dominus exultemus & lætemur in ea. Omnes dies quidem fecit dominus. ſed certe dies poſſūt eſſe & iudæorum: poſſunt eſſe hæreticorum: poſſunt eſſe gentilium. Dies dominica: dies reſurrectiōis: dies chriſtianorū dies noſtra eſt. Vnde & dominica dicitur: quia in ea dominus uictor aſcendit ad patrē Quod ſi a gentilibus dies ſolis uocatur: & hoc nos libentiſſime cōfitemur. Hodie enim lux mundi orta ē: hodie ſol iuſticiæ ortus eſt: in cuius pennis eſt ſanitas. Nunquid ſol pennas habet? Reſpondeant iudæi: & qui tantum ſcdm litteras ſcripturas intelligunt ſimiles iudæorū. Nos autē dicimus quicunq; ſub alis iſtius ſolis fuerit: qui dixit in euangelio. Quotiens uolui congregare filios tuos: quaſi gallina pullos ſuos ſub alas & noluiſti: iſte ſecurus erit ab accipitre diabolo ab aquilis uolantibus in Ezechiele: & omnia peccatorum eius uulnera ſanabuntur. Vt autem ſciatis fratres mei q; proprie pſalmus iſte de domino ſcriptus eſt: & in euangelio puer ſicut meminimus: qui intrante Hieroſolymā Saluatore: palmas leuantes clamauerunt atq; dixerunt: Oſianna in excelſis: benedictus qui uenit in nomine domini: oſiannā in excelſis: de centeſimo ſeptimodecimo pſalmo iſtos uerſiculos aſſumpſerunt. O domine ſaluū me fac. In hebræo ſcribitur oſiāna. unde & iudæi impatienter ferentes: uolunt prohibere paruulos: de quibus in Eſaia loquebatur dominus. Ecce ego & pueri mei quos mihi dedit dominus. Tacentibus enim ſenibus & inuidiæ liuore cruciatis: paruuli clamabant: & Chriſtū paruuli confitenť. Quod ſi & illi tacuiſſent: lapides utiq; clamarent. i. gētiliū populus: de quibus in euāgelio ſcriptū ē. Potēs ē dominus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ: nos ſignificās: qui duro quō dā corde fuimus: ſed nūc credētes ī Chriſto ieſu ī filios Abrahā. ī filios dei omnipotētis adoptati ſumus: per ipſū dominū cui ē gloria in ſæcula ſæculorum amen.

Beati Hieronymi ad Marcellā de pſalmo. cxxvi. uidelicet: Niſi dominus ædificauerit domū. Vbi panem doloris: & filios excuſſorū ſecūdū hebraicam ueritatem interpretatur.

Eatus Paphilus martyr: cuius uitā Euſebius Cæſariēſis epiſcopus tribus ferme uoluminbns explicauit. Cū Demetriū Phaleriū & Pyſiſtratū ī ſacræ bibliothecæ ſtudio uellet æq̄re: imagineſq; ingenioſe: q̄ uera ſūt & æterna monuméta toto orbe ꝓquireret: tūc uel maxime Origenis libros impēſius proſecutus: Cæſarienſi eccleſiæ dedicauit. quam ex parte corruptam Achatius dehinc: & Euzonius eiuſdem eccleſiæ ſacerdotes in mēbranis conati ſunt inſtaurare. Hic cū multa reperiret: & iuentorū nobis indicem derelinqueret: centeſimi uigeſimiſexti pſalmi cōmentarium: & ſe litteræ tractū ex eo q; nō inſcripſit: cōfeſſus eſt non repertū: non quo talis tantuſq; uir (Adamantium dicimus) aliquid præterierit: ſed quo negli-

gentia posterorũ ad nostram usq; memoriam nõ durarit. Hoc ideo dixi: ut qa de eodem psalmo mihi ppo-
suisti: quid esset panis doloris in eo quod dicitur. In uanũ uobis est ante lucem surgere: surgite postq̃ sederi
tis qui manducatis panem doloris: ostenderem me de Origenis cõmentariis quid senserit non habere. Vn-
de ad hebreum recurrẽs: inueni pro pane doloris scriptũ lemaasabim. quod Aquila interpretatus est ἄρτον
τῶν διαπονουντων id est panem elaborationum: Symmachus ἄρτον κα τά του μένον: quod exprimi-
tur panem erũnosum. Quinta editio & Theodotion: q in cæteris cum. lxx. trãslatoribus facit panem ido-
lorum. Sexta πλανις id est erroris. Nec mirandũ de Aquila: si τα πονήματα pro idolis ponat: cũ opera
manuũ hominis sint: & prophetice populus arguatur ad templum diluculo frustra consurgere: & post quie
tem ad sanctuarium festinare cum idola dei honore uenerentur. scdm p & Ezechiel scripsit in ipso templo
sacrificare idolis sacerdotes. Vt autẽ plenius adducaris: pro dolore in hebræo idola posita: hoc ipsũ uerbũ:
hoc est asabym etiam in centesimo tertiodecimo psalmo scriptũ est. Lxx. quoq; idola transtulerũt. Nam &
in eo loco ubi legimus: Idola gentiũ argentũ & aurũ: opera manuũ hominũ: in hebræo habet asabeem qd̃
aquila interpretatur elaborationes eorũ. Vnde cũ ita ueritas se habeat non frustra quidam doloris panem:
aut hæreticorum intelligunt sacramenta aut uitæ istius miserabilis & erumnosæ interpretantur laborem:
apud quã in sudoꝝ faciei comedius panem nostrũ. Interq; spinas & tribulos breuis uitæ alimenta nascũtur.
Illud quoq; de eodem psalmo interrogare dignata es: Qui sunt filii excussorum. Miror te in Hilarii com-
mentariis non legisse excussorum filios credentium populos interprætari. p scilicet apostolos illo nomine
putauerit appellatos quibus in euangeliis sit præceptum. In quãcunq; ciuitatem introieritis & nõ fuerint re-
ceptiꝫ excutere puluerem pedum uestrorum in testimonium non credentium: licet tu argute præcaueris non
posse apostolos sub nomine excussorum intelligi: cum aliud sit excutientium: aliud excussorum: quia excu
tientes sint: qui excutiant. excussi uero qui ab aliis excutiant̃: & incongruum esse: excussos apostolos acci-
pere: qui magis excutientes debuerint appellari. Quid igitur faciam? Tantum uirum & temporibus suis di
sertissimum: reprehendere non audeo. qui & confessionis suæ merito & uitæ industria: & eloquentiæ cla-
ritate: ubicunq; romanum nomen est: prædicatur. nisi p nõ eius culpæ a scribendum est: qui hebræi sermo
nis ignarus fuit. græcarum quoq; litterarum quãdam auram cœperat: sed Heliodori presbyteri quo ille fa
miliariter usus est: ea quæ intelligere non poterat: quomodo ab Origene essent dicta quærebat. Qui quia
in hoc psalmo cõmentarium Origenis inuenire non potuit opinionem magis insinuare suam: q̃ inicientiã
uoluit confiteri. Quam ille sumptam claro sermone disseruit: & alienum errorem disertiue executus ẽ. Re
stat igitur ut rursum ad fontem sermonis recurramus hebræi: & uideamus quomodo scriptũ sit. Vbi nos
habemus sicut filii excussorum: ibi legitur cenbnãnaurim: quod aquila interpretatus est: sicut filii puber-
tatum: Symmachus & Theodotion sicut filii iuuentutis: Sexta ακόνεος νου: quod nos dicere possumus
exacuti sensus. Ex quo manifestum est adolescentiæ populos intelligi christianos: scdm illud exemplũ qd̃
deus suos scõs in modum arcus & sagittarum dicatur extendere: ut in ppheta zacharia. Quoniam extendi
te mihi iuda ut arcum. Et Saluator de semetipso: Posuit me sicut sagittam electam: & in pharetra sua absco
dit me. Denicq; in sequenti uersu exceptis. lxx. qui aliter transtulerunt: & in hebræo & in cunctis editiõibus
ita repperi. Beatus uir qui repleuit pharetram suam ex ipsis: ut quia metaphoram semel sumpserat ex sagit-
tis: & in phareta quoq; translatio seruaretur. excussos autem & consuetudo sermõis humani uegetos & ro
bustos & expeditos uocat: & ipsi. lxx. interpretes in Esdræ libro pro iuuenibus transtulerunt: in quo ita scri
bitur: Et factum est ex die illa: medii excussorum faciebant opus: & medii eorum habebant hastas & scuta
& arcus & thoracas: & principes post omnem domum Iuda ædificantium in muro. Ex quo aiaduertimus:
& in præsenti loco pro adolescentibus atq; puberibus excussos positos: non ut ille opinatus est pro aposto
lis: qui excussi a pedum excussione dicantur. Legi & cuiusdam librum: & elegantem in eo sensum repperi:
excussos iudæos dici a templo & lege & gratia domini: pro eo quod est reprobos: & eorum esse filios apo-
stolos: qui ex ipsorum semine procreentur: & in similitudinem sagittarum manu domini contineantur. In
sequenti quoq; psalmo Heliodorus magis q̃ Hilarius noster errauit: qui de hoc loco in quo scriptum ẽ: la-
bores fructuũ tuorum manducabis: uaria opinatus asseruit: magis stare sententiam: si scribatur: fructus la-
borum aliquem manducare: & non labores fructuum. unde spiritalem intelligentiam debere perquiri: &
ex hac occasione agrediens disputationem tanta operositate quod uolebat intelligi usus est psuadendi: quã
ta semper falsitas indiget: ut uera uideatur: cum hoc in loco non. lxx. interptes: sed latini de græci uerbi am
biguitate decepti καρπους fructus magis q̃ manus interprætati sunt: cum καρποι manus quoq; dicant̃
quod in hebræo ponitur cnac: & Symmachus quintaq; editio transtulerunt manuum tuarum: ut ambi-
guitatem prioris sermonis effugerent. Cum hæc furtiui ut aiunt operis ad lucubratiunculã uelox notarii
manus me dictante signaret: & plura dicere cogitarem: iam ferme quarta hora noctis excesserat: & repente
stimulis quibusdam stomachi suscitatus: in orationem prorupi: ut saltem reliquo horarum spatio subrepẽ
te somno frustraretur infirmitas.

Epistolaris prologus beati Hieronymi presbyteri ad Damasũ papã i expositione cãtici Epithalamii can
tico; secundũ Origenẽ. cuius doctrinam & eloquentiam laudibus effert.

Eatissimo papæ Damaso Hieronymus. Origenes cum in cæteris libris omnes uicerit: in Cãtico
cãtico; ipse se uicit. Nã decẽ uoluminibus explicitis q̃ ad uiginti usq; uersuũ milia pene puene
rũt: primũ. lxx. interptes: deinde Aqlã & Symmachũ & Theodotionẽ: & ad extremũ qntã editio-
nẽ: quã in actio littore iueniſſe se scribit. ita magnifice apteq; disseruit: ut ide mihi uideat̃ i eo cõ
pletum esse quod dicitur: Introduxit me rex in cubiculum suũ. Itaq; illo opere prætermisso: quia ingentis

eſt ocii laboris & ſũptuum:tantas res tã dignum opus in latinum tranſferre ſermonem:hos duos tractatus quos ĩ morẽ quotidiani eloquii paruulis adhuc lactentibus compoſuit:fideliter magis q̃ ornate iterpretatus ſum:guſtũ tibi ſenſuum eius nõ cibum offerens. Tu animaduertas quãti ſint illa æſtimanda q̃ magna ſũt: cũ ſic poſſint placere quæ parua ſũt.

Tranſlatio duorũ tractatuũ uel homeliarũ Origenis in Cantico canticoꝝ e græco ĩ latinũ. Vbi primo ponit̃ ipſius Origenis præfatio de Cantico ipſo canticorũ.

E cantico canticorũ dicturus:quomodo didicimus per Moyſem quædam eẽ quæ nõ ſolum ſcã: ſed & ſancta ſanctorum:& alia nõ tantũ ſabbata:ſed & ſabbata ſabbatorũ:ſic nũc docemur ſcribente Salomone eſſe quædam non ſolũ cantica:ſed & cantica canticorũ.Beatus quidem is: qui iugreditur ſancta:ſed beatior qui ingreditur ſancta ſanctorũ.Beatus qui ſabbata ſabbatizat: ſed beatior qui ſabbatizat ſabbatorum ſabbata.Beatius ſimiliter & is:qui ĩtelligit cantica & canit ea.nemo qp̃pe niſi in ſolẽnitatibus canit:ſed multo beatior ille qui canit cantica canticoꝝ.Et ſicut is qui ingreditur in ſancta pluribus adhuc indiget:ut ualeat introire in ſancta ſanctorũ.Et qui ſabbatũ celebrat:qđ a domino populo cõſtitutũ eſt:multa adhuc neceſſaria habet:ut agat ſabbata ſabbatorũ.Eodem modo difficile reperit:qui omnia quæ in ſcripturis cõtinentur cantica peragrans:ualeat aſcendere ad cantica canticorũ.Egredi te oportet ex ægypto:& egreſſum de terra ægypti pertranſire mare rubrũ:ut poſſis primũ canticũ canere dicens.Cantemus domino:glorioſe enim magnificatus eſt.Licet autem primum dixeris cãticũ:adhuc lõge es a cantico canticorũ. Perambula terram deſerti ſpiritaliter: donec uenias ad puteum quẽ foderũt reges:& ibi ſecũdum canticũ canas.Poſt hæc ueni ad uiciniam ſanctæ terræ:& ſuper Iordanis ripam conſtitutus:cantes canticum Moyſi dicens:Attende cælum & loquar:& audiat terra uerba oris mei.Rurſum habes neceſſarium ut milites:& terrã ſanctam hæreditate poſſideas:& apis tibi propheter:& apis te iudicet: Delbora quippe apis interpretatur:ut poſſis & illud carmen quod in libro iudicũ cõtinetur edicere.ad regnorum deinceps uolumen aſcendens:ueni ad canticum quando Dauid fugit de manibus omniũ inimicorum ſuorum:& de manu Saul:& dixit, Dominus firmamentum meum:& fortitudo mea:& refugiũ meũ:& liberator meus.Perueniendũ tibi eſt ad Eſaiam:ut cũ illo dicas:Cantabo canticum dilectæ uineæ meæ. Et cũ uniuerſa tranſieris:ad altiora conſcende:ut poſſis anima decora cum ſponſo & hoc canere canticum canticorum:quod quot ex perſonis conſtet:incertus ſum.Orantibus autem uobis:& reuelante domino:quattuor mihi in his uideor inueniſſe perſonas.uirum & ſponſam:cũ ſponſa adoleſcentulas:cũ ſponſo ſodaliũ greges.Alia dicũtur a ſponſa:alia a ſponſo.nõnulla a iuuenculis:quædam a ſodalibus ſponſi.Congruũ quippe eſt:ut in nuptiis adoleſcentularũ ſit multitudo cũ ſponſa:iuuenum turba cũ ſponſo.Hæc omnia noli foris. quærere.Noli extra eos:qui prædicatione euangelii ſaluati ſunt.Chriſtum ſponſum intellige:Eccleſiã ſpõſam ſine macula & ruga.de qua ſcriptum eſt:ubi exhiberet ſibi glorioſam eccleſiam:non habentem maculam neq; rugam:aut aliquid eorum:ſed ut ſit ſancta & imaculata.Eos uero qui cum ſint fideles non ſũt tamen iſtiuſmodi:quales ſermo prefatus é:ſed iuxta modum quendam adepti uidentur ſalutem: animaduerte credentium animas:& adoleſcentulas eſſe cum ſponſa.Angelos uero & eos qui peruenerunt in uirum p̃fectũ:intellige uiros eſſe cum ſponſo.Inde igitur mihi uidentur quattuor ordines.unũ & unam:duos choros inter ſe continentes.ſponſam canere cũ iuuenculis:ſponſum canere cũ ſociis.Et cũ intellexeris:audi cãticum canticorũ:& feſtina intelligere illud: & cũ ſponſa dicere ea quæ ſponſa dicit: ut audias quæ audiuit & ſponſa. Si autem non potueris dicere cum ſponſa quæ dixit: ut audias ea quæ dicta ſunt ſponſæ: feſtina uel cum ſponſi ſodalibus fieri. Porro ſi & illis inferior es: eſto cum adoleſcentulis: quæ in ſponſæ deliciis commorantur. Hæ quippe in hoc libro fabula pariter & epithalaminm ſunt perſonæ.ex quo & gentiles ſibi Epithalamium uendicarunt:& iſtius generis carmen aſſumptum eſt.Epithalamium ſiquidem canticum canticorum.primũ ſponſa orat:& ſtatim in mediis precibus auditur. Videt præſentẽ ſponſum:uidet adoleſcentulas ſuo comitatui copulatas.Deinde reſpondet ei ſponſus:& poſt ſponſi eloquia dũ ille p̃ eius patitur ſalute reſpondent ſodales:donec ſponſus ſit in recubitu:& a paſſione conſurgat:ſe quædam ſponſæ ornamenta facturus. Verum iam ipſa uerba ponenda ſunt:in quibus prius uox ſponſæ deprecãtis auditur.

Homelia Prima.

Sculetur me ab oſculis oris ſui.Quorum iſte ſenſus eſt.Quouſq; ſponſus meus mittit oſcula per Moyſem mittit oſcula per prophetas:iam ipſius cupio ora contingere:ipſe ueniat:ipſe deſcẽdat.Orat igitur ſponſi patrem & dicit ad eum.Oſculetur me ab oſculis oris ſui. Et qa talis eſt:ut compleatur ſuper eam propheticum illud:in quo dicitur:Adhuc te loquente dicam:Ecce adſum:ſponſam ſponſi pater exaudit:mittit filium ſuum. Videns illa eum cuius deprecabatur aduentum:orare deſtitit:& ad eũ cominus loquitur:Quoniã bona ubera tua ſup uinũ:& odor unguentoꝝ tuoꝝ ſuper oſa aromata.Sponſus igitur chriſtus miſſus a patre:uenit unctus ad ſponſã.& dicit̃ ad eũ Dilexiſti iuſticiã:& odiſti iniqtatẽ:ꝓpterea unxit te deus deus tuus oleo exultatiõis præ participibus tuis.Si me tetigerit ſpõſus:& ego boni odoris ero:& ego liniar unguẽtis:& ad me uſq; eius unguenta peruenient:ut poſſim cũ apoſtolis dicere:Chriſti bonus odor ſumus in omni loco. Nos autẽ cũ hæc audimus:adhuc peccatis uitiiſq; ſetemus.de qbus ꝓpheta pœnitẽs loquitur.Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ a facie inſipiẽtiæ meæ. Peccatum odoris é putridi:uirtus iſpirat unguẽta:quoꝝ typos reperies in exodo.Inuenies quoq; ibi ſtactẽ:onica:galbanẽ & reliqua.Hæc quidẽ ad ĩcẽſum.Deide ad opus unguentarii uaria ſumũtur unguenta:in qhus é nardus & ſtacten.& deus q fecit cælũ & terrã: loquitur ad Moyſem dicẽs:Ego ipleui eos ſpiritu ſapiẽtiæ & intellectus:ut faciãt opa artis unguẽtariæ: & unguẽtarios

deus docet. Hæc ſi ſpiritaliter nō intelligantur: nōne fabulæ ſunt? niſi aliquid habeant ſecreti: nōne idigna ſūt deo? Neceſſe eſt igitur eum qui audire ſcripturas ſpiritaliter nouit: aut qui certe non nouit: & deſiderat noſſe: omni labore cōtēdere: quo poſſit dignus ſpiritaliū fieri ſecretorū: & ut aliqd audentius dicā: ſpiritali cupidine uel amore. Siqdē ē & ſpiritalis amor. Et quō ē qdā carnalis cibus: & alius ſpiritalis: & alia carnalis potio: alia ſpiritalis: Sic ē qdam amor carnalis a ſathana ueniēs: alius amor ſpiritus a deo exordiū habēs: & nemo pōt duobus amoribus poſſideri. Si carnis amator es: amorē ſpūs nō capis. Si oīa corporalia deſpexiſti non dico carnem aut ſanguinem: ſed argentum & poſſeſſiones: ſed ipſam terram ipſūq; cælum. Hæc quippe pertrāſibūt. Si iſta omnia cōtempſiſti: & ad nullū horum anima tua obligata ē: neq; quoq; uitioꝝ amore retineris: potes amorē capere ſpiritalem Iſta locuti ſumus: quia euenit occaſio: ut de amore ſpiritali aliq; diceremus. Expedit autē nobis Salomonis cuſtodire præceptum: & magis illius: qui per Salomonem loquebatur de ſapiētia: ita dicens; Ama illam: & ſeruabit te. circunda illam & exaltabit te. honora illam: ut te amplectatur. Eſt qdem ſpiritalis amplexus. atq; utinam contingat: ut meā ſponſam altior ſpōſi amplexus ſ̄cludat: ut ego quoq; poſſim dicere: qđ ī eodem libro ſcriptum ē. Siniſtra eius ſub capite meo: & dextera illius amplexabit me. Oſculet me ergo ab oſculo oris ſui. Moris ē ſcripturaꝝ iperatiuū modum pro optatiuo ponere. ut ibi. Pater noſter qui es ī celis ſanctificetur nomē tuum: pro utinā ſanctificet. & nūc ē ī præſenti. Oſculetur me ab oſculo oris ſui: pro eo quod eſt utinam oſculetur. Deinde conſpicit ſponſum. uenit delibutus unguētis: nec aliter ad ſpōſam poterat uenire: nec decebat aliter patrem ad nuptias filium deſtinare. Variis eum unxit unguētis: fecit illum Chriſtū: uenit diuerſis odoribus ſpirans: & audit: quia bona ubera tua ſup uinū. Congrue ſermo diuinus eandē rem pro locoꝝ qualitate diuerſis uocabulis nuncupat. Quando hoſtia efferē ī lege: & uult ītellectū oſtēdere: pectuſculū ſeparationis affat. Quando uero recumbit aliq; cum Ieſu: & ſenſuū eius cōmunīōe perfruit: non pectuſculum ut ſupra: ſed pectus alloqtur. Porro cum ſpōſa loqtur ad ſpōſū: quia nuptiale carmē iducit: non pectuſculum ut ī ſacrificio: nō pectus ut in Ioanne diſcipulo: ſed ubera nominat dicēs: Quia bona ubera tua ſup uinū. Cōmunica ut ſpōſa cū ſenſibus ſponſi: & ſcias qa inebriant atq; lætificant iſtiuſmodi cogitatus. Quomodo autem calix domini inebrians perq̄ optimus ē: ſic ubera ſpōſi omni meliora ſunt uino. qa bona ubera tua ſup uinum. In mediis p̄cibus ad ſponſum uerba conuertit. Et odor unguētoꝝ tuoꝝ ſuper omnia aromata: non uno ſed omnibus: ſponſus uenit unctus unguētis. Si autem & ad meam animā factā ſponſam ſuam uenire dignabit: quā oportet eſſe formoſam: ut illū de cælo ad ſe trahat: ut deſcēdere faciat ad terras: ut ueniat ad amatā: Quali pulchritudine decoranda ē? Quali debet amor feruere? ut ea loquat ad illā: q̄ ad pfectā locutus ē ſpōſa? Quia ceruix tua: qa oculi tui: qa genæ tuæ: qa manus tuæ: qa uenter tuus: qa humeri tui: quia pedes tui: de qbus ſi conceſſerit dominus diſputabimus: quō ſponſæ membra uarientur: & ſingularum partiū laus diuerſa dicat: ut poſt diſputationē etiā ad noſtram dici animam ſimiliter laboremus. Bona igit ubera tua ſuper uinum: & odor unguētorum ſuper omnia aromata. Si uideris ſponſum tūc ītelliges uerum eſſe quod dicit: quoniam bona ubera tua ſuper uinū & odor unguentoꝝ tuoꝝ ſup omnia aromata. Multi habuerunt aromata. Regina auſtri detulit aromata Salomoni: & plures alii aromata poſſederūt: ſed habuerit qs q̄talibet nō poſſūt chriſti odoribus cō parari. de quo nūc ſpōſa ait. Odor unguētorū tuoꝝ ſuper omnia aromata. Ego arbitror qa: & Moyſes hūit aromata: & Aaron & ſinguli ꝓphetaꝝ. Verum ſi uidero chriſtū: & ſuauitatē odore unguentorū eius percepero: ſtatim ſentētiā fero dicēs: Odor unguētorum tuorum ſuper oīa aromata. Oleū effuſum nomen tuum ꝓpheticū ſacramentum ē. Tantūmodo nomen Ieſu uenit in mūdū: & unguētum p̄dicat effuſū. In euangelio quoq; mulier accipiēs alabaſtrū unguenti nardi piſtici p̄cioſi: caput ieſu pedeſq; perfudit. Obſerua diligēter: q̄ de duabus ſuper caput effuderit ſaluatoris. ſiquidē peccatrix ſuper pedes: & ea q̄ dicitur nō fuiſſe peccatrix ſuper caput eius fudiſſe monſtratur. Obſerua inq̄: & inuenies in euangelica lectiōe nō fabulas & narratiōes ab euangeliſtis: ſed myſteria eſſe cōſcripta. Impleta eſt utiq; odore unguenti domus. Siquid peccatrix habuit ad pedes referēdum eſt: & ſiquid ea quæ nō peccatrix ad caput. Nec mirum domum fuiſſe odore cōpletam: cum hoc odore mundus cōpletus ſit. Scribitur in eodem loco de Simōe leproſo & domo eius. Ego puto leproſum mūdi iſtius eſſe principem: & hunc leproſum Simonem nūcupari: cuius domus ad aduentū chriſti ſuaui odore cōpleta ſit agēte pœnitētiā peccatrice: & ſancta caput Ieſu in unguēti odoribus perfundente. Vnguentum effuſum nomen tuum. Quomodo unguentum quod effuſione ſua odorem longe lateq; diſpargit: ſic Chriſti nomen effuſum eſt. In uniuerſa terra Chriſtus nominatur. In omni mundo prædicatur dominus. Vnguentum enim effuſum eſt nomen eius. Nunc Moyſi nomen auditur: quod prius iudææ tantum claudebatur anguſtiis. Neq; enim græcorum quiſpiam meminit eius. Neq; in ulla gentilium litterarum hiſtoria de illo ſeu cæteris: ſcriptum aliquid inuenimus. Statim ut Ieſus radiauit in mundo: eduxit ſe cum leges & prophetas: & uere completum eſt: unguentum effuſum nomen tuum. Ipſe iuuenculæ dilexerunt te. Et quia per ſpiritum ſanctum charitas dei diffuſa eſt in corda nr̄a cōgrue nomē effuſiōis infert: unguētū effuſū ē nomē tuū. Hæc dicēs ſpōſa adoleſcētulas cōſpicit: quādo illa ſponſa patrē rogabat: & ad ipſū ſponſum cominus loquebat: nec dū adoleſcentulæ aderāt. In mediis uero præcibus ingredit iuuencularū chorus: & ſponſæ laudatur eloquiis. Propterea iuuēculæ dilexerunt te: & attraxerunt te. Adoleſcentulæq; reſpondēt. Poſt te in odore unguentorum tuoꝝ curremus: q̄pulchræ ſponſi pediſſequæ: q̄ nec dum fiduciam habent ſpōſæ. Spōſa nō poſt tergū ſequtur: ſed ingredit iuncta lateri. Ap̄hēdit dexterā ſponſi: & manus eius ſpōſi dextera cōtinet. Famulæ uero igrediuntur poſt eā. Septuaginta ſūt reginæ & octogīta cōcubinæ: & iuuēculæ quaꝝ nō ē numerus. Vna ē colūba mea: perfecta mea: una eſt matri ſuæ: una eſt ei quæ concepit illā. Poſt te ergo ī odore unguētoꝝ tuoꝝ curremus: cū oī hōeſtate deābulātibus dictū eſt: poſt te ī odo-

172

Mos Scripturarum
Diuini Sermonis
non impleto
optatiuo

re unguentoꝝ tuoꝝ curremus.ſecūdū illud.Curſū cōſumaui.Et illud qui in ſtadio currūt:oēs qdē currūt: unus ät accipit brauiū.Brauiū chriſtus é;& hæ qdē adoleſcétulæ:quas pp amoris exordiū foris ſtare cogno ſcimus:iuxta illud exēplū.Amicus ät ſpōſi ſtans & audiés eū:gaudio gaudet pp uocē ſponſi.Tale qddam & adoleſcétulæ ſuſtinēt.Introeūte ſpōſo forinſecus remanēt:ſpōſa uero ſpecioſa pfecta ſine macula:ſine ruga i ſpōſi cubiculū:i regiū penual igreſſa reuertit ad iuuenculas:& nunciat eis quæ ſola cōſpexerit:dicitq;.Intro duxit me rex i cubiculum ſuū:nō ait.itroduxit nos plures in cubiculū ſuū.Plures foris remanēt.In cubicu lum ſola īgredit ſponſa:ut uideat theſauros abſcōditos & tenebroſos.renūcietq; iuuenculis.Introduxit me rex i cubiculū ſuū.Rurſus adoleſcétulæ.i.ſpōſarū īcipiétiū turba cōplurima.Ingreſſa ſpōſa cubiculū ſponſi & uidēte diuitias uiri ſui:dū illius ꝓſtolätur aduētū:lætæ cōcinūt.Exultabimus & lætabimur i te. Pro ſpō ſæ pfectiōe lætant.Nō é æmulatio i uirtutibus.Amor iſte mūdus:amor iſte ſine uitio é.Exultabimus & læ tabimur i te.Diligemus ubera tua.Illa q maior é:iá tuoꝝ uberꝝ lacte pfruit:& loqtur exultás:bona ubera tua ſup uinū.Iſtæ uero q exultationē & læticiá deferūt:adoleſcétulæ qppe ſūt:deferūt charitatem & dicūt. Exultabimus & lætabimur i te.Diligemus ubera tua ſup uinū.Diligemus iquiūt nō diligimus. Deide loq tur a d ſpōſam:æqtas dilexit te.Laudat ſpōſā nomē illi æqtatis:a ꝓpriis uirtutibus īponentes:æqtas dilexit te. Rurſū ad adoleſcétulas ſpōſa reſpōdet: Nigra ſum & ſpecioſa filiæ hieruſalē:ut tabernacula cedar:ut pel les Salomonis .Ne intueamini me:qa ego ſū denigrata:quoniā deſpexit me ſol.Specioſa qdem é:& poſſum i uenire quō ſpecioſa ſit ſpōſa:q̄rimus aūt quō nigra & ſine candore ſit pulchra.Pœnitētiā egit a peccatis:ſpe ciem ei largita é cōuerſatio:& ideo ſpecioſa cātat.Quia uero nec dū oī peccatorū ſorde purgata:nec dū lota eſt in ſalute:nigra dicit:ſed in atro colore nō permanet.Fit itaq; cādida quādo ad maiora cōſurgit:& ab hu milibus īcipit ad alta cōſcēdere.diciturq; de ea:Quæ é iſta q aſcendit dealbata?Et quo manifeſtius hoc my ſteriū deſcribat:non ait ut in plæriſq; codicibus legit:Innixa ſup fratruelē ſuū.i.epiſtite rizomene : ſed epiſte etizomene.i.ſuper pectus eius recūbēs.Significanterq; de aīa ſpōſæ & ſermone dī ſuper pectus illius recum bēs:qa principale ibi cordis é nr̄i.Vnde a carnalibus recedētes:ſpiritalia ſentire debemus:& itelligere: mul to melius eē ſic amare q̄ amare deſiſtere.Aſcēdit igit recūbēs ſup pectus fratruelis ſui.& q nūc i exordio cā tici nigra ponit:i epithalamii fine de ea cantat:Quæ é iſta quæ aſcēdit dealbata?Intelleximus quō & nigra & formoſa ſit ſpōſa.Si aūt & tu nō egeris pœnitētiā:caue ne aīa tua nigra dicat & turpis & duplici fœditate turperis.nigra pp peccata ꝑterita turpis,ꝓpter hoc:qa i eiſdē uitiis pſeueras.Si uero pœnitētiā egeris nigra erit aīa tua ꝓpter antiqua delicta.propter pœnitētiā uero habebit aliqd ut ita dicam æthiopici decoris.Et qa ſemel æthiopē nominaui:uolo teſtē ſcripturā ſup hunc aduocare ſermonē.Aaron & maria murmurant: qa Moyſes æthiopiſſā hēt uxorē:& nunc Moyſes æthiopiſſam ducit uxorē. Siqdem lex eius ad hāc noſtrā æthiopiſſam trāſmigrauit.Murmuret Aarō ſacerdotiū iudæoꝝ:murmuret & Maria ſynagoga eoꝝ. Moy ſes de murmuratiōe nō curat.amat æthiopiſſā ſuā:de qua & alibi dicit per prophetā:Ab extremis fluminū offerent hoſtias.Et rurſū;Athiopia ꝑueniet manus eius deo.Pulchre ꝑueniet quō in euāgelio mulier illa q ſanguinē defluebat:Archiſynagogi filiam curatiōe ꝑuenit;ſic æthiopia iſrael ægrotāte ſanata eſt.Illoꝝ delic to ſalus gentilibus facta é ad æmulandū eos.Nigra ſū & ſpecioſa filiæ hieruſalē.& tu eccleſiaſtica aīa ad fi lias iſrael cōuerte ſermonē:& dic.Me plus amat ſpōſus:me magis diligit q̄ uos:q multæ filiæ iſrael. Vos fo ris ſtatis:& ſpōſā cubiculū uidetis itrantē.Nemo dubitet nigram uocatā eē formoſā:q nos ſumus:ut cogno ſcamus deū:ut cantica cātici ꝑdicemus:ut ab æthiopiæ finibus:ut ab extremo terræ ueniremus ſapiētiam ueri audire Salomōis.& quando ſaluatoris uox intonātis audit:Regina auſtri ueniet in iudiciū:& cōdēna bit hoīes generatiōis huius:qa uenit a finibus terræ audire ſapiētiā ſalomōis:& ecce plus q̄ Salomō hic:au di myſtice q dicant.Regina auſtri uenit a finibus terræ eccleſia : & cōdēnat hoīes generatiōis huius.i.iudæ os carni & ſanguini deditos.uenit a ſinibus terræ audire ſapiētiā Salomonis:nō illius qui i teſtāmēto uete ri ꝑdicat:ſed huius q in euangelio Salomone maior é.Nigra ſū & ſpecioſa filiæ hieruſalē:nigra uelut taber nacula cedar:ſpecioſa ut pelles Salomonis.Ipſa quoq; noīa cū ſpōſæ decore cōueniūt . Aiūt hebræi cedar i terꝑtari tenebras.Nigra ſū ergo ut tabernacula cedar:ut æthiopes.ſpecioſa ut pelles Salomonis:quas eo tē pore i tabernaculi ornamēto cōpoſuit:quādo tēplū ſūmo ſtudio & labore fabricatus é.Diues qppe Salomō & in oī ſapientia illius nemo ꝑceſſit illū.Nigra ſū & ſpecioſa filiæ hieruſalē:ut tabernacula cedar:ut pelles . Salomonis.ne intueamini me:qa ego ſū denigrata.Satiſſecit de nigrore ſuo:& per pœnitētiā ad meliora cō uerſa:annunciat ſe filiabus iſrael nigrā quidē eē:ſed pulchrā:ſcdm q ſuperius expoſuimns:& dicit. ne ituea mini me:qa ego ſum denigrata.Ne inqt admiremini coloris eē me tetri:ſol deſpexit me pleno qppe radio i me luminis ſui fulgor illuxit:ut eius ſim calore fuſcata.Neq; .n.ut decuerat:ut ſolis dignitas expetebat: illi us in me lumē accepi:delicto eoꝝ ſalus gētilibus facta é & rurſū incredulitate gētium ſcientia iſrael.Habes utrūq; apud apoſtolū.Filii matris meæ pugnauerūt aduerſū me.Cōſiderandū quō ſponſa dicat:filii matris meæ pugnauerūt aduerſū me:& quando aduerſus eā fratrū pugna ſurrexit. Vide paulum eccleſiæ ꝑſecuto rē:& itelliges quomodo filius matris eius pugnauerit aduerſus eā.Perſecutores eccleſiæ egerunt pœniten tiā:& aduerſarii eius rurſū ad ſororis ſigna cōuerſi ꝑdicauerūt fidē:q̄ ante deſtruebant.Hoc ꝓphetico ſpiri tu ſpōſa nūc cantās ait.Dimicauerūt i me:poſuerūt me cuſtodē i uineis:uineā meam non cuſtodiui.Ego ec cleſia:ego ſpōſa:ego ſine macula:plurimaꝝ cuſtos ſū poſita uineaꝝ a filiis matris meæ:q contra me aliquan do pugnauerant.qua ſollicitudine curaq; diſtricta:dū plures cuſtodio uineas:uineā meam non ſeruaui . In tellige mihi hoc de paulo & alio quocunq; ſanctorum qui pro omnium ſit ſalute ſollicitus:& uidebis:quo modo uineam ſuam non cuſtodiens:aliorum uineta cuſtodiat.Quomō etiam ut alios lucrifaciat:ipſe i q buſdam damna ſuſtineat.etenim cum fuerit liber ex omnibus:ſeipſum ſeruum fecit:ut omnes lucrifaceret.

Factus ſum inquit infirmus infirmis:Iudæis iudæus:iis qui ſub lege erant:quaſi ſub lege & cætera. Dicatq; uineam meam non cuſtodiui. Deinde conſpicit ſpōſum:q conſpectus abſceſſit. Et frequenter hoc in toto carmine facit:qđ niſi qs ipſe patiat̃:non poteſt intelligere. ſæpe deus teſtis é. Sponſū mihi aduentare cōſpexi:& mecū eſſe q̄plurimū:quo ſubito recedēte iuenire nō potui qđ quærebā. Rurſus igitur deſidero eius aduentum:& nōnunq̄ iterum uenit:& cū apparuerit meiſq; manibus fuerit cōprehēſus:rurſū elabitur: & cū fuerit elapſus:rurſū a me inquiritur:& hoc crebro facit:donec illū uere teneam:& aſcendam inuiſus ſu per fratruelē meū. Annuncia mihi quem dilexit anima mea:ubi paſcis:ubi cubas in meridie. Non quæro alia tempora quando ueſpere:quando diluculo:quādo in ſolis paſcis occubitu. Illud tēpus inquiro quando ī florente die quādo plena luce ī maieſtatis tuæ ſplēdore uerſaris. Annūcia mihi quē dilexit aīa mea:ubi paſcis: ubi cubas ī meridie. Diligent̃ obſerua meridiē legis. Apđ Ioſeph meridie frēs prādiū celebrāt. Angeli meridie Abrahæ ſuſcipiunt̃ hoſpitio. & cætera iſtiuſmodi. Quære & inuenies ſcripturā diuinam nō fruſtra ſeu fortuitu unūquēq; uſurpare ſermonem. Quiſputas eſt dignus e nobis:ut ad meridiē uſq; perueniat & uideat ubi paſcat:ubi cubet ſponſus. Annūcia mihi quē dilexit aīa mea:ubi paſcis:ubi cubas in meridie. Niſi enim tu mihi annunciaueris:īcipio errabūda iactari:& dū te quæro:ī aliorum greges incurro. Et qa aliorū erubeſco faciē atq; ora cōtingere:faciē meā atq; ora mox contego. Sū qppe ſponſa formoſa: & aliis nudā faciē meam non oſtēdo:niſi tibi ſoli:quē iā pridem deoſculata ſum. Annúcia mihi quem dilexit aīa mea:ubi paſcis ubi cubas ī meridie:ne quando fiā ſicut cooperta ſup greges ſodaliū tuo⁊:ut iſta nō patiar:ut non fiam coopta:ut ora nō contegam:& ad alios uſq; pueniens:īcipiā forſitan & eos amare quos ne ſcio. Iccirco annúcia mihi ubi te quærā:& inueniā ī meridie. ne forte fiam q̄ſi coopta ſuper greges ſodaliū tuo⁊. Poſt hæc uerba ſpōſus ei cōminat̃:& dicit. Aut cognoſces temetipſā. quoniā regis es ſpōſa & formoſa:& a me facta formoſa. Siqđē ego mihi exhibui glorioſam eccleſiā nō habētē maculā neq; rugā. Aut ſcito:qa ſi te nō cognoueris:& tuā ſcieris dignitatē:patieris hæc quæ ſequunt̃. Quænā iſta ſūt? Si nō cognoueris temetipſā o pulchra ī mulieribus:egredere tu in ueſtigiis gregū:& paſce non greges ouiū:non agno⁊ ſed hædos tuos:Statuet qppe oues a dextris:& a ſiniſtris hædos. Si non cognoueris temetipſam o pulchra ī mulieribus:egredere tu in ueſtigiis gregū:& paſce hædos tuos ī tabernaculis paſto⁊. In ueſtigiis inqt paſtorū nouiſſima fies:nō iter oues:ſed inter hædos tuos:cum q̄bus habitans non poteris mecū ideſt cū bono paſtore eſſe. Eqtatui meo ī curribus Pharaonis aſſimilaui te. Si uis intelligere o ſpōſa quō ſcire te debeas:cognoſce cui te cōparauerim:& tūc uidebis talē te eē:q̄ turpari nō debeas:cū tuam ſpeciem cognoueris. Quid eſt igitur equitatui meo ī curribus Pharaonis aſſimilaui te? Scio equitē ſponſum ꝓpheta dicente:& equitatio eius ſalus. Aſſimilata es ergo equitatui meo in curribus Pharaonis. Quātum differt eqtatus meus q ſum dominus:& dimergo ī fluctibus Pharaonem:& criſtatos eius:& aſcēſores eius:& equos & currus eius:quantum inq̄ differt equitatus meus ab equis Pharaonis:tanto melior es oībus filiabus tu ſponſa: tu eccleſiaſtica aīa:oībus aīabus q̄ non ſūt eccleſiaſticæ. Igit̃ ſi eccleſiaſtica aīa es: oībus aīabus es melior:ſi nō es melior:nō es eccleſiaſtica. Eqtatui meo ī curribus Pharaonis aſſimilaui te ꝓxima mea. Deinde pulchritudinem ſpōſæ ſpiritali amore deſcribit. Genæ tuæ ut turturis. Faciem illius laudet:& genarū rubore ſuccendit̃. Pulchritudo qppe mulierū ī genis dicit̃ eſſe q̄plurima. Ita & nos pulchritudinem aīæ intelligamus in genis. Labia uero eius & liguam intelligentiā ꝓdicemus. Collū tuum monile:ut ornamentū qđ ſolet uirgi nū collo pēdere:& núcupat̃ ormiſcos. Itaq; ſine hoc decore & tuū ipſū collū eſt ornamentum. Poſt hoc fit ſponſus ī recubitu:reqeuit ut leo:ut catulus leonis obdormiuit:ut deinceps poſſit audire ſuſcitabit eū quo interim dormiente apparēt ſpōſæ ſpōſi ſodales angeli:& his eam ſermonibus cōſolant̃. Nos tibi aurea ornamenta facere non poſſumus. nō enim tam diuites ſumus ut ſpōſus tuus:q aureū tibi monile largiat̃:nos ſimilitudinē auri faciemus. nō enim habemus aurū. & hoc quoq; lætandū eſt:ſi ſimilitudines auri:ſi ſtigmata faciamus argenti. Similitudines auri faciemus tibi cū ſtigmatibus argenti. uerum nō oī tēpore:ſed donec ſpōſus tuus ſurgat a cubitu. Cū enī ille ſurrexerit:ipſe tibi au⁊:ipſe faciet argentū:ipſe tuā mētē ſēſūq; decorabit. & eris uere diues ī ſpōſi domo ſpōſa formoſa:cui eſt gloria in ſæcula ſæculo⁊ amen.

Secūda Homelia ex Origene traducta.

EO loco in quo ſcriptū eſt Nardus mea dedit odorē ſuū:uſq; ad eū locū in quo ait: Quia uox tua ſuauis:& forma tua decora & cætera:oēs aīæ motiōes uniuerſitatis cōditor deus creauit ad bonū. ſed pro uſu nr̄o fit ſæpe. ut res q̄ bonæ ſūt p naturā:dū male his abutimur:nos ad peccata deducāt. Vnus de aīæ motibus amor é:quo bene utimur ad amandū:ſi ſapiētiā amemus & ueritatē. Quando uero amor nr̄ ī peiora corruerit amamus carnē & ſanguinem. Tu igit̃ ut ſpiritalis audi ſpiritaliter amatoria uerba cantari:& diſce motū aīæ tuæ:& naturalis amoris īcēdiū ad meliora trāſferre: ſcām illud: Ama illā:& ſeruabit te. circūda illā & exaltabit te. Viri diligite uxores ueſtras ait apoſtolus. ſed nō ſtetit ī eo qđ dixerat:uiri diligite uxores uras uerū ſciens eſſe dilectionem uirorū in ꝓpriis quoq; uxoribus in honeſtam:ſciēs eē placentem deo:docuit quō uiri uxores ſuas amare deberēt īſerēs: Viri diligite uxores uę ſtras:ſicut & Xp̄s eccleſiā. & hoc qđē in ꝓœmio eorū q̄ poſtea diſſereda ſūt diximus. qa amici ſponſi:dū rex ī recubitu ſuo eſt (reqeſcēs enim dormiuit ut leo:& ut catulas leonis) ſpōſæ ꝓmiſerāt donec ille cōſurgeret ſimilitudines auri & argēti eē facturos:nō habentes au⁊ ut ſponſus:& quodāmō aliis uerbis ſponſi paſſio ꝑdicata eſt:non irrationabiliter ad hæc ſpōſa reſpōdit:& ipſa diſpēſationē quādā paſſionis intelligens: ad id qđ audierat:ſimilitudines auri faciemus tibi cū ſtigmatibus argenti:donec rex ī recubitu ſuo eſt ait: Nardus mea dedit odorem ſuū. Faſciculus guttæ fratruelis meus mihi ī medio uberū meorū demorabit̃. Quō igit̃ aptabius ei id qđ ꝓceſſit:donec rex ī recubitu ſuo é:id qđ ſequit̃: Nardus mea dedit odorē ſuū. Loqui-

tur euangeliū:qa uenit mulier habens alabaſtrū unguenti nardi piſtici p̄cioſi:nō illa peccatrix: ſed ſcā:de q̄ nūc mihi ſermo é.Scio q̄ppe Lucā de peccatrice:Mathæū uero & loānē & Marcū nō de peccatrice dixiſſe. Venit ergo nō peccatrix illa ſed ſcā:cui nomē quoq; Ioannes īſeruit.Maria q̄ppe erat habēs alabaſtrum unguēti nardi piſtici p̄cioſi & effudit ſuper caput Ieſu.Deinde ſup hoc īdignantibus nō oībus diſcipulis: ſed Iuda ſolo dicente:potuit uenūdari trecentis denariis:& dari pauperibus:reſpōdit magiſter atq; ſaluator:Sē per pauperes habebitis uobiſcū:me autē nō ſp.Præueniēs q̄ppe hæc ī diē ſepulturæ meæ fecit. lō ubicūq; p̄dicatū fuerit euangeliū iſtud:dicet & q̄ fecit hæc ī memoriā eius.In figura ergo iſtud qđ nūc loqtur.Nar dus mea dedit odorem ſuū:illa ſup caput domini fudit unguētū:& tu quoq; aſſume nardū:ut poſtq̄ caput Ieſu ſuaui odore p̄fuderis:poſſis audacter effari:Nardus mea dedit odorē ſuū:& a Ieſu reciprocū audire ſer monē:qa ubicūq; prædicatū fuerit hoc euāgeliū ī toto mūdo:dicet & q̄ fecit hæc ī memoriā eius. tu quo que facito:in uniuerſis gentibus p̄dicato.quando aūt hoc facies?Si factus fueris ut apoſtolus:& dixeris:xp̄i bonus odor ſumus:in omni loco in his qui ſaluant:& in his qui pereūt:bona opera tua nardus ſūt.Si uero peccaueris:peccata tetro odore redolebūt.Dicit q̄ppe pœnitens.Cōputruerūt & corruptæ ſunt cicatrices meæ a facie inſipiētiæ meæ.Nō de nardo ꝓpoſitū eſt nūc ſpiritui ſcō dicere:neq; de hoc qđ oculis intueamur euangeliſta ſcribit unguēto:ſed de nardo ſpirituali:de nardo quæ dedit odorē ſuū.Faſciculus ſtactes .i. guttæ ſiue ſtillæ fratruelis meus mihi.Guttā unguenti caſiā galbani:in exodo legimus p̄cepto domini in thymiama.i.in ſacerdotale chriſma cōfectū.Si ergo uideris ſaluatorē meū ad terrena aut humilia deſcendē tem uidebis quō uirtute magna & maieſtate diuina ad nos modica quædam ſtilla defluxerit.De hac ſtilla & ꝓpheta cecinit dicēs:& erit de ſtilla populi huius cōgregandus cōgregabit Iacob.Et ſicuti ſecūdū alium ſenſum lapis erat p̄ciſus e mōte ſine manibus:noſtri ī carne ſaluatoris aduentus.Neq; enim totus mons ſu it q̄ deſcendit ad terras nec poterat humana fragilitas totius mōtis magnitudinē capere.Sed lapis ex mon te lapis offenſionis:& petra ſcandali deſcēdit ī mūdū:ſic ſecūdū alium intellectū ſtilla nuncupatur.oporte bat q̄ppe:ut qa oēs gētes ī ſtillā ſitulæ reputatæ ſūt:is q̄ pro oīum ſalute factus eſt oīa:ēt ſtilla fieret ad eas liberādas.Quid enī pro noſtra ſalute nō factus ē?Nos inanes:& ille exinaniuit ſemetipſū formā ſerui acci piens.Nos populus ſtultus & nō ſapiens:& ille factus é ſtulticia p̄dicationis:ut fatuū dei ſapiētius fieret ho minibus.Nos īfirmi:īfirmū dei fortius hominibus factū é.Quia igit uniuerſæ gentes ut ſtilla ſitulæ:& ut momentū ſtateræ reputatæ ſunt:Iccirco factus é ſtilla:ut p eū a ueſtimentis noſtris odor ſtillæ ꝓcederet: iuxta illud:Myrrha & ſtilla & caſia a ueſtimentis tuis:a domibus elephātinis: ex q̄bus lætificauerunt te fi liæ regū in honore tuo.Quæ in.xliiii.pſalmo dicūtur ad ſponſam.Faſciculus ſtillæ fratruelis meus mihi. Conſideremus qđ ſibi fratruelis noīe uelit eccleſia.quæ hic loquit de fratruele;nos ſumus ex gentibus cō gregati.Saluator noſter ſororis eius ē filius.i.Synagogæ.Duæ q̄ppe ſorores ſunt eccleſia & ſinagoga. Salua tor ergo ut diximus:filius ſynagogæ ſororis:uir eccleſiæ:ſpōſus eccleſiæ fratruelis é ſponſæ ſuæ. Faſcicu lus ſtillæ fratruelis meus mihi:ī medio uberū meoꝝ cōmorabit.Quis ita beatus:ut habeat hoſpitē ī prin cipali corde:in medio uberum:ī pectore ſuo ſermonem dei?Tale é quippe qđ canitur.In medio uberū me orum cōmorabit.Si non fuerint factæ māmæ tuæ:in medio earū habitabit ſermo diuinus.Decebat ī car mine nuptiali māmas potius appellari q̄ pectus.Et pſpicuū eſt cur ad expoſitionē eius quæ dicit.In medio uberum meoꝝ cōmorabitur:ſit aſſūptū:ſi nō fuerint fractæ māmæ tuæ.De Ezechiele ī eo q̄ppe loco: ubi Hieruſalem dominica corripit uoce:iter cætera dicit ad eā.In ægypto fractæ ſūt māmæ tuæ.Caſtarū ube ra non franguntur:ſed meretricū ubera laxis pellibus irrugantur.Pudicarū erecta ſunt ubera: & uirginali robore tumentia.Suſcipiunt ſermonē ſponſi:& dicūt.In medio ubeꝝ meoꝝ cōmorabit.Botrus Cypri fra truelis meus mihi.Initium ē ſermonis in germine:& initiū Cypri.i.floritionis ī uerbo:unde ait Botrus Cy pri.i.floritionis fratruelis meus mihi.Nō oībus é Botrus Cypri:ſed his q̄ eius flore digni ſunt.Aliis uua ua ria eſt:huic ſoli quæ nigra eſt & formoſa:in floris decore ſe p̄bet.Botrus cypri fratruelis meus mihi. Non ſimpliciter ait botrus cypri fratruelis meus:ſed cū additamento mihi:ut doceret nō oībus eū eſſe botrum Cypri.Videamus autē ī quibus regionibus botrus iſte ſit ſpōſæ.In uineis Engaddi qđ interpretatur ocu lus tentatiōis.In uineis igit oculi tentationis botrus Cypri fratruelis meus mihi.Tentatiōis oculus in præ ſenti eſt.Siquidē in tentatione moramur ī hoc mūdo:& tentatio eſt uita humana ſup terrā.dū in hac luce uerſamur:ī uineis ſumus Engaddi.Si autē meruerimus poſtea tranſplantari:a noſtro agricola trāſferemur. Nec dubites qa poſſis de Engaddi uineis ad loca meliora tranſferri.Agricola noſter ad tranſferēdā uineam crebra meditatione iā calluit.Vineā enim ex ægypto trāſtuliſti:eieciſti gentes & plantaſti eam.operuit mō tes umbra eius:& arbuſta eius cedros Libani.Et hæc q̄dem quæ expoſuimus:locuta ſit ſponſa de ſponſo ſi gnificās amorē ſuū:& ſponſi uenientis hoſpitiū:quomodo in medio ubeꝝ & ſui cordis archano ſpōſus ue niēs cōmoret. Rurſus ſpōſi ad eam ſermo dirigit:& dicit.Ecce ſpecioſa proxima mea:ecce ſpecioſa oculi tui oculi colūbæ.Illa ſic dicit ad ſpōſum.Ecce ſpecioſus fratruelis meus.nō adiungit & ꝓximus meus. Hic aūt quando loquitur ad eā:ecce ſpecioſa mea:adiūgit & proxima mea.Quare autē illa non dicit:Ecce ſpe cioſus ꝓximus mihi:ſed tantum ecce ſpecioſus?Quare ille nō ſolū ſpecioſa es dicit:ſed ſpecioſa es ꝓxima mea?Sponſa ſi lōge fuerit a ſpōſo:nō eſt ſpecioſa.tūc pulchra fit quando dei uerbo cōiūgit.Et merito nūc docet a ſponſo:ut proxima ſit:& a ſuo latere nō recedat.Ecce ſpecioſa ꝓxima mea:ecce ſpecioſa.Incipis q̄ dem eſſe ſpecioſa ex eo q̄ ꝓxima mihi es.Poſtq̄ eē cœperis ſpecioſa:etiā ſine additamento ꝓximæ abſolu te es ſpecioſa.Ecce ſpecioſa ꝓxima mea ecce ſpecioſa.Videamus & aliam laudē ſpecioſæ:ut & nos æmule mur ſponſæ fieri.Oculi tui colūbæ.Qui uiderit mulierē ad cōcupiſcendū eam:iam mœcchatus eſt eam:in corde ſuo:oculos non habet colūbæ.Siquis uero oculos colūbæ nō habet:domum fratris ſui ingredit in-

fœlix:non ſeruans illud quod in prouerbiis eſt p̄ceptum.In domum fratris tui ne intres infœlix.Pro eoq; lxx.infœlix interp̄tati ſunt:Aquila hebræá exprimens ueritaté Atreonſo.i.ſtultum poſuit.Qui autē habet oculos colūbæ:uidet recta:& miſericordiá ꝓmereť.Videns porro qs uidet recta:niſi q caſto cōſpectu & puris intuetur oculis?Noli igiť mihi his tantum carnis oculis ītelligere:q̄ dicta ſunt:licet & de his intellexiſſe nō inutile ſit:ſed ingrediens ad ĩteriora cordis tui:& alios oculos mente ꝓquirens:qui & a dei mandato illuminantur (mandatum quippe dei illuminans oculos)illud enitere:labora:contende:ut ſancte intelligas uniuerſa quæ dicta ſunt,& ſimilis ſpiritui q in ſpecie deſcēdit colúbæ audias:qa oculi tui columbæ.Si intelligas legem ſpiritaliter:oculi tui columbæ ſunt.Si intelligas euangelium:ut ſe uult intelligi euágelium & p̄dicari:uidēs leſum omnē láguorem & infirmitaté:non ſolum eo tépore quo carnaliter facta ſunt fuiſſe meditatū:ſed hodieq; meditantem & non tantū tunc ad homines deſcendiſſe:ſed hodieq; deſcendere: & eē p̄ſentem.Ecce enim uobiſcum ſum uſq; ad conſumationem ſæculi:Oculi tui columbæ ſūt:Ecce ſpecioſa,p̄xima mea:ecce ſpecioſa:oculi tui colúbæ.Has de ſe ſponſa audiens laudes:ſponſo uicem in laudibus tribuit:non quo ei quod nō habet ſuo p̄conio largiatur:ſed ītelligens decorem atq; cōſpiciens ait.Ecce ſponſus fratruelis meus equidé pulcher:lectus noſter umbroſus.Quæro lectum in quo ſponſus cum ſponſa requieſcat:& ni fallor corpus humanū é.Siquidé ille in euangelio paralyticus q iacebat in lecto: & abire ī domū ſuā ſublato grabato uoce iuſſus eſt ſaluatoris ante q̄ ſanareť ſup̄ debile mébrorū ſuoꝝ corpus iacebat:qđ poſtea dei uirtute ſolidatum eſt:ſic ego ītelligo tolle grabatū tuum:& uade in domū tuam. Neq; enim ad hoc filius dei de cæleſtibus ad terrena deſcéderat:ut delectulis ĩperaret:& cōſurgenté ab ægrotatiōe ſua ſine lectulo nō pateret abſcedere.Tolle inquiens grabatū tuū & uade in domū tuam.Et tu igitur a ſaluatore ſanatus tolle grabatū tuum:& uade in domū tuam:ut cū ad te uelut ſponſam uenerit ſponſus:& ī eo tecū fuerit reclinatus dicas.Ecce ſpōſus fratruelis meus equidé pulcher:acclinatio noſtra umbroſa:ecce ſpecioſus fratruelis meus:ipſe & ſpecioſus é & umbroſus.Per dié qppe ſol nō uret te:neq; luna p̄ noctem.Trabes domū noſtrarū cædri multitudinis uerba ſunt.Videnť autē mihi uiri hæc dicere:q cum ſponſo ſūt de qbus ſuperius ſermo p̄fatus ē:domos cædrinas trabibus ītextas:& cypreſſis cōtignatas.Siquidem pro ſtibe aſcēdit cypreſſus: & pro coniza aſcendit myrtus.Requirēs igiť cuius naturæ iſta ſūt ligna: & cædrum imputribile:& cypreſſum odoris optimi deꝑhendens:labora & tu ita cōtignare domū tuā:ut de te quoq; poſſit dici:Trabes domuū noſtrarū cædri:& cōtignatiōes noſtræ cyꝑſſi.Poſt hæc ſpōſus loquiť:Ego flos campi & liliū conualliū:ꝓpter me q ī ualle erā:deſcendit in uallé:& in uallé ueniens fit liliū.pro ligno uitæ qđ plantatū eſt in paradiſo dei:totius cāpi,i.totius mundi & uniuerſæ terræ flos factus eſt.Quid enim ſic pōt eé flos mūdi:ut uocabulū xp̄i? Vnguentū effuſū nomen eius.Aliter idipſū diciť:ego flos cāpi & liliū cōualliū.& hæc quidem de ſemetipſo.Deinde ſponſam laudans ait:Vt liliū in medio ſpinaꝝ:ſic proxima mea ī medio filiarū.Sicut liliū nō poteſt ſpinis cōparari:inter quas ſemꝑ exoriť:eodé modo proxima mea ſuper oés filias liliū é in medio ſpinarū.Iſta audiens ſpōſa uicé reddit ſpōſo:& ſentiens illius etiā ſuauitatem ī uocem laudantis erūpit.Vnguentoꝝ qppe odor licet ſuauiter ſpiret:& ſenſum odore demulceat:non tamen eiuſmodi é:ut ſuaue ſit ad edédū.Eſt autē aliud qđ optimi ſaporis ſit & odoris,i.ut fauces dulcore delectet & ſpiritū mulceat odoratu.Tale eſt malū & iſtiuſmodi eſt naturæ:ut in ſe utraq; poſſideat. iccirco uolens non ſolum bene olentiā ſermonis:ſed & dulcoré eius ſponſa laudare ait.Vt malū in lignis ſiluæ:ita fratruelis meus in medio filiorū.Oīa ligna:oés ſiluæ arbores ad cōparationem ſermonis dei ſiluæ íferaces exiſtimantur.Ad chriſtū ſaltus eſt oé qđ dixeris:& infructuoſa ſunt oīa.Quæ enim poſſunt dici ad eū cōparata fructifera?Etiam ligna quæ uidebanť fructibus ĩcuruari:ad collationé aduentus eius ĩfructuoſa mōſtrata ſūt.Ideo ut malū in lignis ſiluæ:ita fratruelis meus in medio filiorū.In umbra eius cōcupiui & ſedi. Quā pulchre nō ait in umbra illius cōcupiſco:ſed in umbra eius cōcupiui:& nō ſedeo:ſed ſedi.Siquidem in principio nō poſſumus cū eo propriū cōferre ſermonem:uerū in principio ut ita dicá:q̄dá maieſtatis illius umbra perfruimur. Vnde & in ꝓphetis legitur.Spiritus faciei noſtræ chriſtus dominus.cui diximus:In umbra eius uiuemus in gentibus:& ab umbra ad umbrá aliá tranſmigramus.Sedentibus enī in regione & umbra mortis:lux orta é eis:& tranſeamus ab umbra mortis ad umbrá uitæ.Séper iſtiuſmodi ſūt profectus: ut in exordio deſideret qſpiam ſaltem in uirtutū umbra cōſiſtere. Ego puto ideo & natiuitatem ieſu ab umbra cœpiſſe:& nō in umbra:ſed in ueritate finitā.Spūs inqt ſanctus ueniet ī te:& uirtus altiſſimi obūbrabit tibi.Natiuitas xp̄i ab umbra ſūp̄ſit exordiū:nō ſolū auté ī Maria ab umbra eius natiuitas cœpit:ſed & ī te: ſi dignatus fuerit:naſciť ſermo dei.facigiť ut poſſis capere umbram eius:& cū umbra fueris dignus effectus ueniat ad te ut ita dicā corpus eius:ex quo umbra naſciť.Ná ī modico fidelis:& ī maioribus erit fidelis. In umbra eius cōcupiui:& ſedi.Vides qa nō ſemper in umbra ſtetit:ſed inde ad meliora tranſierit dicens. Et fructus eius dulcis in gutture meo.Ego inqt deſideraui in umbra eius requieſcere:ſed poſtq̄ me ſua ꝓtexit umbra:ét fructu illius ſaturatus ſum:& fructus eius dulcis in gutture meo.Introducite me ī domum uini. Foris ſtetit ſponſus:& ab ſponſa ſuſceptus eſt.In medio qppe uberum illius requieuit. proxime iuuenculæ non ſunt iſtiuſmodi:ut ſponſum hoſpité habere mereanť.Multitudini foris in parabolis loquiť: q̄uereor ne multæ adoleſcentulæ forte nos ſimus.Introducite me ī domū uini.Cur tam diu foris maneo? Ecce ſto ante oſtium:& pulſo.Si quis mihi aperuerit:ígrediar ad eum:& cœnabo cū eo:& ipſe mecum. Introducite me:& nunc eadem dicit ſermo diuinus.Ecce chriſtus loquitur ítroducite me. Vobis quoq; cathecuminis loqť.Introducite me nō ſimpliciter in domū ſed ī domū uini.Impleať uino lætitiæ:uino ſpiritus ſancti aia ueſtra.Et ſic introducite in domum ueſtram ſponſum:uerbum:ſapiétiam:ueritatem.Pōt auté & ad eos dici:qui nōdum perfecti ſunt.Introducite me in domum uini.Ordinate in mecharitaté.Elegáter locutus eſt

ordinate.Plurimoꝝ qppe inordinata eſt charitas.Quod ī primo loco debent diligere:diligūt ī ſecundo.qđ
in ſecundo:diligunt in primo:& qđ oportet amare quarto:amant tertio:& rurſus tertiū in quarto:& eſt in
plæriſq; charitatis ordo puerſus.Sanctorū uero charitas ordinata eſt.Volo ad ītelligendū hoc quod dictū
eſt.ordinate ī me charitatem aliqua exempla replicare.Te uult diuinus ſermo diligere patrē:filiū:filiā: uult
te ſermo diuinus diligere chriſtum:nec dicit tibi ne diligas liberos:ne parentibus charitate iungaris.Sed qđ
dicit tibi?ne inordinatam habeas charitatem:ne primū patrē aut matrem:ꝺeinde me diligas:ne filii & filiæ
plus q̄ mei charitate tenearis.Qui amat patrem aut matrem ſuper me:nō eſt me dignus. Qui amat filium
aut filiam ſuper me:non eſt me dignus.Recole conſcientiam tuā de patris mīs fris ue affectu. Cōſidera q̄-
lem circa ſermonē dei & ieſu habeas charitatem:ſtatim deꝑhendes magis te filiū & filiā diligere q̄ uerbum
magis te parētes amare q̄ chriſtum.Quiſputas ita ꝓficit in nobis:ut præcipuam & primam ītер oēs ſermo-
nes dei habeat charitatē?q ī ſecundo loco liberos ponat?Iuxta hūc modum.Ama uxorem tuā. Nullus qp-
pe aliquando ſuā carnē odio habuit:ſed amat ut carnē:& erūt inquit duo ī carne una & non ī uno ſpiritu.
Ama & deū:ſed ama illū non ut carnē & ſanguinem:ſed ut ſpiritū.Qui enim adhæret deo:unus ſpiritus ē.
Igit̄ ordinata ē charitas ī perfectis.Vt aūt poſt deū etiā ītер nos ordo ponat̄.Primū mādatū ē:ut diligamus
parentes:ſecūdū filios:tertiū ut domeſticos noſtros.Si autē filius malus ē:& domeſticus bonus:domeſticus
ī charitate filii collocetur.Et ita fiet:ut ſanctoꝝ ordinata ſit charitas. Magiſter quoq; & dominus noſter ī
euangelio p̄cepta de charitate cōſtituens ad uniuſcuiuſq; dilectionē ꝓpriū aliqd appoſuit:& dedit ītelligē-
tiā ordinis his:q; poſſūt audire ſcripturā dicentem.Ordinate in me charitatē.Diliges dominum deū tuum
ex toto corde tuo:& ex tota mēte tua:& ex tota aīa tua:& ex tota uirtute tua,& diliges ꝓximū tuū ſicut te
ipſum:nō ꝓximū ex toto corde:ex tota aīa & ex tota uirtute:& ex tota mēte.Rurſus īquit. Diligite inimi-
cos ueſtros:& nō appoſuit ex toto corde.Nō eſt īordinatus ſermo diuinus:nec īpoſſibilia p̄cipit. Nec diligi
te inimicos ueſtros ut uoſmetipſos.Sufficit eis q̄ diligimus:& odio nō habemus.Proximū uero ut teipſum
Porro deū ex toto corde:& ex tota mēte:& ex tota uirtute.Si hæc ītellexeris:& ītellecta cōpleueris: feciſti
quod ſponſi ſermone p̄cipit̄.Introducite me in domū uini.Ordinate ī me charitatē.Quiſputas e nobis cha
ritatis ē ordinator?Cōfirmate me ī unguentis.Vnus de iterꝑtibus poſuit oinanon alias

Hæc aūt ſponſa loquit̄.Stipate me ī malis.In q̄bus malis?Vt malū ī lignis ſiluæ:ita fratruelis meus
ī medio filioꝝ.Iccirco ī malis eius ſtipate me:quia uulneratæ charitatis ego.Quā pulchrū eſt q̄ decorum
a charitate uulnus accipere.Alius iaculū carnei amoris excepit,alius terreno cupidine uulneratus ē:tu nu-
da mēbra tua:& præbe te iaculo electo:iaculo formoſo:ſiquidē deus ſagittarius ē.Audi ſcripturam de hoc
eodē iaculo loquētē:īmo ut amplius admireris:audi ipſū iaculū qd loquat̄.Poſuit me ī ſagittā electā:& in
pharetra ſua ſeruauit me:& dixit mihi.Magnū ē tibi hoc uocari puerū meū.Intellige ſagittā quid dicat:&
quō a deo ſit electa:q̄ beatū eſt hoc iaculo uulnerari.Hac ſagitta uulnerati fuerūt illi:q; inter ſe iuicem con
ferebant:Cor noſtrū ardens erat ī uia:cū aperiret nobis ſcripturas.Siqs ſermone nr̄o:ſiquis ſcripturæ diui-
no magiſterio uulnerat̄:& pōt dicere qa uulneratæ charitatis ego:hunc & illud forſitan ſequit̄ qd forſitan
dico?manifeſtā promo ſentētiā.Siniſtra eius ſub capite meo:& dextera illius amplexabitur me.Habet & in
ſiniſtra & in dextera ſermo dei ſapiētiā.cū pro ītellectus uarietate ſit multiplex:ī ſubiacēti una ē.Ipſe Salo-
mon de leua & dextera ſapientiæ docuit dicens.Lōgitudo enī & anni uitæ in dextera eius.ī ſiniſtra autem
ipſius diuitiæ & gloria.Igit̄ leua eius ſub capite meo:ut me faciat reqeſcere: & brachium ſpōſi ſit ceruical
meum:& reclinetur aīæ principale ſup ſermonē dei.Leua eius ſub capite meo. Nō expedit tibi habere cer-
uicalia:q̄ lamētatio ſeqt̄.In Ezechiele ſcriptū ē.Ve his q cōſuūt ceruicalia ſub oī cubito māus.noli cōſuere
ceruicalia noli capiti aliunde requiē q̄rere.habe ſpōſi leuā ſub capite tuo:& dic.Leua eius ſub capite meo.
quā cū habueris:oīa tibi quæ ſūt ī leua tribuunt̄.Dicis qppe:ī ſiniſtra eius diuitiæ & gloria:& dextera eius
cōplexabit̄ me.Totū te ſpōſi dextera complectat̄.Lōgitudo qppe & anni uitæ ī dextera eius.& ob id lōgæ
uitæ & multoꝝ dieꝝ eris ſuper terrā bonā:quā dominus deus tuus dat tibi.Adiuraui uos filiæ hieruſalem
dominus deus meus custos erit mihi. Si ergo & tu potueris considerare q̄ sunt inimici Dauid: quos ī primo & secūdo regnoꝝ libro superat ac, pternit, & qūo dignus factus est: ut domini adiutorīū mereret: & liberaretur ab huiusmodi inimicis: tūc poteris & tu quintū istud cāticū canere. Sextū est canticū in primo Paralipomenon libro: ubi constituit Dauid in prīcipio ad laudandū dominū Asaph & fratres eius: & est initium cātici istius tale. Laudate dominū: & confitemini & īuocate eū in noīe eius: uotas facite in populis uoluntates eius. canite ei & hymnū dicite: narrate oēs adiuentōes eius quas fecit dominus & cætera. Sciēdū tamē ē: q̄ cāticum q̄dem q̄d est in secūdo regnoꝝ libro: ualde simile est psalmo. xvii. Quod aūt est in prīo libro Paralipomenon: in initiis q̄dem usq; ad eū locum ubi dicit: & in, pphetis meis nolite malignari. simile est. ciiii. psalmo. Posteriora uero ab hoc loco similitudiné gerūt primaꝝ partiū. xcv. psalmi: ubi dr̄. Cantate domino oīs terra: usq; ad eū locum ubi ait. qa uenit iudicare terrā. Igitur si ī his concludēdus est numerus cāticoꝝ: septimo ī loco ponendus uidebit̄ liber hic Catici cāticoꝝ. Siqs uero etiam Esaiæ cāticū cum cæteris numerādum putet licet non ualde cōuenire uideat̄: ut p̄cessisse putet̄ Esaiæ canticū: q̄d longe posterioribus temporibus Esaias scripserit: tamē siqs putet q̄, pphetica dicta nō tempore: sed rōne pensanda sint: adiunget etiā illud: canticū hoc q̄d Salomon cecinit Canticū esse cāticoꝝ: nō tātum eoꝝ quæ prius: sed & eoꝝ quæ postmodū canenda uidebant̄. Siqs uero putet etiā ex libro psalmoꝝ debere assumi: sicubi ī eo uel cāticum scribitur: uel cāticum psalmi multitudiné congregabit p̄cedentium cāticoꝝ. Iunget. n. cæteris etiam. xv. simul graduū cātica: & reqrens singuloꝝ uirtutes canticoꝝ: atq; ex iis, pficientis aīæ gradus colligens: ac spiritalis intelligētiæ ordiné iteꝝ: cōsequentiāq; cōponens ostēdere poterit: q̄ magnificis gressibus īcedens sponsa p hæc oīa perueniat usq; ad thalamū sponsi. digrediens ī locū tabernaculi admirabilis: usq; ad domū dei: ī uoce exultatōis & confessionis sonus epulantis. Et pueniēs usq; ad ip̄m ut diximus thalamū sponsi: ut audiat & loquat̄ cūcta hæc: quæ cōtinētur ī Cātico cāticoꝝ. Adhuc aūt possumus & hæc inqrere: prius q̄ ad ip̄m corpus libelli ueniamus: cur Salomon q uideat̄ obtempare ī his tribus libellis uolūtati spūs sācti: ī ,puerbiis q̄dem dicatur Salomon filius Dauid: q regnauit ī israel. In secūdo uero libello nō Salomon scribit̄: sed uerba inqt Ecclesiastes filii Dauid regis israhel in hierusalem: & filiū q̄dem se esse Dauid. similiter ut in primo & regem israel scribit. Sed ibi ,puerbia: hic uerba ponit. & seip̄m quem supra Salomoné: hic Ecclesiasté noīauit. Et cū ibi genté solam ī qua regnauerit posuisset: hic & genté posuit: & locū regni hierusalé designat. In Cātico cāticoꝝ uero neq; gentis nomē: neq; locū in quo regnet: neq; oīno q̄ rex sit: neq; q̄ p̄rem Dauid habeat scribit: sed tātūmodo Cāticū ait canticoꝝ q̄d est ipsi Salomoni. Et q̄is difficile mihi uideat̄: aut p̄scrutari: aut ptingere posse hoꝝ differentias: aut ūtcūq; īuestigatas palam ,pferre: & carthulis credere: tamē inq̄tum capere uel sensus noster: uel auditus legētiū pōt: paucis apire tentabimus: in plurimis Salomoné xp̄i typū ferre. uel scd̄m hoc q̄ pacificus dr̄: uel scd̄m hoc q̄ regina austri uenit a finibus terræ audire sapiam Salomonis nō puto dubitandū. Hic ergo & scd̄m q̄ Dauid dr̄: & scd̄m q̄ supra eos reges: pro q̄bus ipse rex regū dr̄ regnat. Et rursus uerus Ecclesiastes ipse est: q cū in forma dei esset: semetip̄m exinaniuit: formā serui accipiens: ut cōgregaret ecclesiā. A cōgregādo. n. ecclesiā ecclesiastes appellat̄. Tum uero qs ita Salomō: idest pacificus: sicut dominus noster Iesus xp̄s: q factus est nobis sapia a deo: & iusticia & pax? Igit̄ in prīo ,puerbioꝝ libro: cū nos moralibus instituit disciplinis: rex esse dr̄ in israel: necdū in hierusalem. qa & si israel dicamur ,pter fidé: non tamē in hoc puentū est ut ad hierusalé cælesté pueniss̄e uideamur. Vbi uero ,pfecerimus: & in hoc uentū fuerit: ut ecclesiæ primitiuoꝝ quæ in cælis est sociemur: atq; hierusalē cælesté discussis diligētius prisc̄is & naturalibus causis: mīem nr̄am noscimus cælesté: tūc iam nobis etiā ipse xp̄s ecclesiastes efficitur: & non solū in israel: sed & in hierusalé regnare dr̄. Cū uero ad pfectioné oīum uentū fuerit: & sponsa ei pfecta oīs dūtaxat rōnalis creatura iūget̄: qa pacificauit p sāguiné nō solū q̄ in terris sūt: sed q̄ ī cælis: tūc Salomō tātūmodo dicet̄: cū tradiderit regnū deo & p̄r̄: cū euacuauerit oēm prīcipatū & ptātē. Oportet. n. eū regnare: donec ponat inimicos suos sub pedibus suis: & nouissimus inimicus destruat̄ mors. Et ita pacificatis oībus p̄riq; subiectis: cū erit iā deus oīa ī oībus: Salomō tātūmō. i. solus pacificus noīabit̄. Cōpetenter ergo ī hoc libello q de amore spōsæ & spōsi erat scribēdus ét, p hoc neq; filius Dauid: neq; rex: neq; aliud horū q̄d ad corporeū ptiere possit itellectū scribit̄: ut merito de eo pfecta iā spōsa dicat. Quia & si aliquādo cognouimus xp̄m scd̄m carné: sed núc iā nō nouimus: ne qs putet eū corporeū aliq̄d amare: aut ī carne positū & macula aliq̄ amori eius credat̄ īduci. Propterea cāticū cāticoꝝ Salomōi tātūmō ē: & neq; filio Dauid: neq; regi israel: neq; aliq̄ in his ,prsus miscet̄ carnalis noīs itelligētia. Et ne mireris q̄ cū unus atq; idē sit dominus atq; Saluator noster: dicamus eū uelut minorē prīo in ,puerbiis: & deide, pficientē in ecclesiastē: & post hæc hr̄e pfectionē in cāticū cāticoꝝ: cū etiā in euāgeliis uideas scripta: ubi pp nos & ipse ī nobis dr̄ ,pficere. Sic. n. ,pfert̄: qa Iesus ,pficiebat ætate & sapia apud deū & hoīes. Puto ergo q̄ ,p his oībus neq; filius Dauid: neq; rex israel scribit̄: sed & pro eo adhuc q̄ in cātico cāticoꝝ sponsa iam in tātū ,pfecerat: ut maius aliquid esset: q̄ est regnū hierusalē. Nā hierusalé cælesté dicit apostolus esse: atq; ad eā memorat credentes accedere. Hūc ergo spōsum ad quē nūc spōsa festīat: idé Paulus cū eū pōtificé maximū dicit: ita de eo scribit: q̄si q nō in cælis sit: sed penetrarit & ptransierit oēs cælos: & illuc quoq; eū hæc sua pfecta sponsa sectetur: imo illuc adherens ei & coniuncta cōscendit. est enī facta cum eo unus spūs. Vnde uideꝝ mihi & ad Petrum qui non poterat eum primo sequi: cū diceret: Quo ego uado uos non potestis uenire: dixisse: sequeris autem postea. Quod aūt sit aliq̄d maius: & ab israel: inde colligimus: q̄ ī numeroꝝ libro oīs q̄dé israel numerat̄: & .xii. tribus israel certo sub numero cēsent̄. Tribus uero leuitica utpote cæteris eminētior supra hunc numeꝝ habet̄: & neq̄q̄ israelitico numero deputat̄. Dicit enī ita. Hæc é uisitatio: ī q̄ recēsiti sūt filii israel scd̄m domos familiaꝝ suaꝝ. Omnis uisitatio eoꝝ cū uirtute sua sexcenta tria milia q̄ngenti q̄nquaginta. Leuitæ aūt nō

ſunt numerati cū eis:ſicut p̄cedit dominus Moyſi. Vides qūo ut eminētiores a filiis iſrael ſeq̄ſtrant leuitæ: nec numero ſocient. Et rurſum Leuitis eminētiores ſcribūtur ſacerdotes. Sic.n. in eadem ſcriptura continetur. Et locutus eſt inq̄t dominus ad Moyſem dicēs: Accipe ſūmam Leuitarū: & conſtitues eos in conſpectu Aaron ſacerdotis: & miſtrent ei. Vides & in hoc qūo ſupiores Leuitis noīet ſacerdotes. & rurſus leuitas eminentiores ponit filiis iſrael. Hæc aūt uiſi ſumus diſcutere paulo curioſius: uolētes etiam p̄ hæc oſtendere rō nem: quia in ip̄is quoq; attitulatōibus librorū ſuorum Salomon differentiis uſus eſt neceſſariis. Sed aliud in prouerbiis: aliud in Eccleſiaſte: aliud etiam in canticorum cantico ex ipſa inſcriptione tituli deſignauit. & adhuc quod in cantico canticorum ubi iam perfectio oſtenditur: neq; filius Dauid: neq; rex ſcribitur. Poteſt etiam hoc dici: qa cū factus fuerit ſeruus ſicut dominus: & diſcipulus ſicut magiſter: uidet iam neq; ſeruus eſſe ſeruus: factus uidelicet ſicut dominus. neq; diſcipulus eſſe diſcipulus: qppe q̄ ſicut magiſter effectus eſt. ſed fuiſſe qdem aliquādo diſcipulus: nūc uero eſſe ſicut magiſter. & fuiſſe qdē ſeruus aliquādo: nūc uero eſſe ſicut dominus. Simili igit rōne etiam de rege: & in his in quos regnat aduerti poſſe uidebit: cū regnū iam tradet deo & patri. Sed & hoc non lateat: nonnullos attitulatōem libelli huius cātica cāticorū ſcribere: qđ non recte ſcribit. Non.n. pluraliter ſed ſinguläriter canticū hic dī cāticorū. Hæc q̄ſi in p̄fatione dicta ſunt a nobis de ſupſcriptōe ip̄a uel attitulatione libelli. Iam nūc domīo noſtro nos adiuuāte: ip̄ius opis adoriamur exordia. & tamē ne illud qdem remaneat in nobis omiſſū: qđ qbuſdam reqrēdū uiſū eſt adhuc de ip̄a attitulatōe ac ſuperſcriptōe libri: q̄ ita habet: canticū canticorū: qđ eſt ip̄i Salomoni. Sic.n. accipiunt quaſi canticū hoc eſſe dixerit cāticorū Salomonis: & ut ex plurimis ſuis cāticis hoc unū eſſe ſignauerit. Sed nos qūo recipiemus huiuſmodi itelligentiā: cum neq; eccleſia dei ulla extrīſecus Salomonis cātica legenda ſuſceperit: neq; apud hebræos a qbus eloqa dei ad nos uident eſſe tranſlata: aliqd p̄ter hos tres libellos Salomonis: q & apud nos ſunt: amplius habeat in canone. Volūt tamē q̄ hoc aſſerūt īde confirmare ſnīam: q̄ in regnorū tertio libro ſcriptū eſt: multa fuiſſe Salomonis cātica: ut unū ex multis eſſe confirment. Hoc ibi ergo refert: & deus dedit prudētiam Salomoni: & ſapīam multā ualde: & latitudiné cordis ſicut arenā q̄ eſt ad oram maris: & factus eſt ſapiens Salomon ualde ſup ſapīam oīum antiquorū: & ſup omnes ſapiētes ægypti: & ſuper Gethan Zariten & Eman & Thalcat & Doida filiis Maol. & erat noīatus ī uniuerſis gentibus per circuitū. & locutus eſt Salomon tria milia parabolarū: & erant cātica eius q̄nq; milia. & ex his q̄nq; milibus canticis uolūt iudæi hoc unū eſſe cāticum: qđ habemus. Sed uſq; quo uel ubi cantata ſint: nō ſolū ad uſum: ſed nec ad notitiā qdem puenit eccleſiarū dei. Operoſum eſt aūt: & p̄cul ab opere p̄poſito: ſi uelimus nunc inqrere: q̄ multorū librorū cōmemoratio fiat ī ſcripturis diuinis: quorū lectio nulla nobis oīno eſt tradita. Sed neq; apud iudæos haberi qdem uſum huiuſmodi repperimus lectionū: quæ ſiue pro eo q̄ aliqua ſupra humanā itelligentiā continebāt: placuit ſpiritui ſancto auferri de medio: ſiue q̄ eſſent de ſcripturis his quæ appellant apocryphæ: pro eo q̄ multa in eis corrupta & cōtra fidem uerā iueniunt a maioribus tradita: nō placuit eis dari locū: nec admitti ad auctoritatē: ſupra nos eſt p̄nūciare de talibus. Illud tamē palam eſt multa uel ab apoſtolis: uel ab euangeliſtis exempla eſſe p̄lata: & nouo teſtamēto īſerta: quæ ī his ſcripturis quas canonicas habemus: nunq̄ legimus: in apocryphis tamē iueniunt: & euidēter ex ip̄is oſtendūtur aſſumpta. Sed nec ſic qdem locus apocryphis dandus eſt. nō enī tranſeūdi ſunt termini quos ſtatuerūt p̄res noſtri. Potuit.n. fieri: ut apoſtoli uel euangeliſtæ ſancto ſpū repleti ſciuerit qđ ſumendū ex illis eſſet ſcripturis: qđ uel refutandū. Nobis aūt nō eſt abſq; periculo aliqd tute p̄ſumere: qbus non eſt tanta ſpūs abūdantia. Et ideo de p̄ſenti uerſiculo nos eam tenemus editione: quā ſupra expoſuimus: maxime cum euidēs in eo habeat diſtinctio. ubi ait canticū canticorū qđ eſt ip̄i Salomoni. Si.n. uoluiſſet itelligi canticorū Salomōis hoc eſſe cāticū: dixiſſet utiq; canticū canticorū: quæ ſunt Salomoni uel cāticū ex canticis Salomōis. Nūc aūt qa dixit: quod eſt Salomoni: oſtendit iſtud cāticū qđ eſt in manibus: & quod erat ei canendū: hoc eſſe Salomonis. Et hoc de attitulatione quā propoſui continere. Videamus ergo iam & quæ ſequūtur.

Homelia prima.

Sculetur me ab oſculo oris ſui. Meminiſſe oportet illud qđ in p̄fatiōe p̄monuimus: qa libellus hic Epithalamii habēs ſpēm drāmatis in modum cōſcribit. Drāma aūt eſſe diximus ubi certæ p̄ſonæ ītroducūtur: quæ loquūtur: & aliæ īterdū ſupueniunt: aliæ recedūt aut accedūt: & ſic totū in mutatōibus agitur p̄ſonarū. Hæc ergo erit totius libelli ſpēs: & ſcdm hāc pro uiribus hiſtorica a nobis aptabitur expoſitio. Spiritalis uero itelligentia ſcdm hoc nihilominus: quod in p̄fatione ſignauimus: uel de eccleſiæ ad xp̄m ſub ſponſæ uel ſponſi titulo: uel de aīæ cum uerbi dei coniunctione dirigitur. Introducitur ergo nunc per hiſtoriæ ſpeciem ſponſa q̄dam: quæ ſuſcepit q̄dam ſpōſaliorū & dotis titulo digniſſima munera ab ſponſo nobiliſſimo. Sed plurimo tempore moram faciente ſponſo ſollicitari eam deſiderio amoris ſui: & confici iacentem domui ſuæ. & agentem omnia: quatenus poſſit aliquando uidere ſponſum ſuū: atq; oculis eius perfrui. Quæ nec differri amorem ſuū: nec adipiſci ſe poſſe quod deſiderat uidet: conuertat ſe ad orationem: & ſupplicet deo: ſciens eum patrem eſſe ſponſi ſui. Conſideremus ergo eam leuā tem ſanctas manus ſine ira & diſceptatione in habitu ornato: cum uerecūdia & ſobrietate ornatam digniſſimis ornamentis: quibus ornari decet nobilem ſponſam: æſtuantem uero deſiderio ſponſi: & interno uulnere amoris agitatam: orationem ut diximus fundere ad deū: & dicere de ſponſo ſuo: Oſculetur me ab oſculo oris ſui. Hæc ſunt quæ drāmatis ī modum compoſita hiſtorica continet explanatio. Interior uero ītellectus uideamus ſi hoc modo poterit cōpetenter aptari. Eccleſia ſit deſiderans Chriſto coniungi. Eccleſiam aūt p̄ſonā oīum aduerte ſāctorū. hæc ergo eccleſia ſit quaſi oīum una perſona: quæ loquatur & dicat: oīa habeo: repleta ſum muneribus quæ ſponſaliorū uel dotis titulo ante nuptias ſumpſi. Dudum enim cum p̄pararer

ad coniugium filii regis:& primogeniti oīs creaturæ obſecuti ſunt:& miſtrauerunt mihi angeli ſancti eius: deferentes ad me legē ſponſalis muneris loco.lex nāq; per angelos diſpoſita dicit in manu mediatoris.Mini ſtrauerūt mihi etiā,pphetæ.Locuti ſunt.n.oīa & ip̄i per quæ non ſolū oſtenderent:& indicarent mihi de filio dei:cui me delatis his quæ appellant arris:& muneribus dotalibus ſpondere cupiebāt:uerū ut & in amorem me eius deſideriūq; ſuccēderēt;pnūciauerūt mihi propheticis uocibus de aduētu eius:& īnumeris uirtutibus operibuſq; eius:immēſis repleti ſpū ſancto p̄dicauerūt.Pulchritudinē quoq; eius & ſpēm ac māſuetudinē deſcripſerūt:ita ut oībus his ad amorem eius īntegraliter inflāmarer.Sed quoniā ſæculū iam pene finitū eſt:& ip̄ius qdem p̄ſentia non datur mihi:ſolos aūt miſtros eius uideo aſcēdentes & deſcēdētes ad me ,ppter hoc q; ad te p̄em ſpōſi mei p̄cem fundo:& obſecro:ut randē miſeratus amorē noſtrū:mittas eum:ut iam non mihi p miſtros ſuos angelos dūtaxat & ,pphetas loquat;ſed ip̄e per ſemetip̄m ueniat:& oſculet me ab oſculis oris ſui:uerba ſcilicet in os meū ſui oris infundat:ip̄m audiāt loquentē:ip̄m uideā docentē. Hæc enī ſunt xp̄i oſcula:quæ porrexit eccleſiæ:cū in aduentu ſuo ip̄e xp̄s in carne poſitus euāgelizauit ei uerba fidei & charitatis & pacis:ſcdm q; Eſaias,pmiſerat:& p̄miſſus ad ſpōſam dixerat;nō legatus neq; angelus:ſed ip̄e dominus ſaluabit nos.Tertio uero expoſitiōis loco introducamus aīam:cuius omne ſtudiū ſit cōiungi & ſociari uerbo dei:& ītra myſteria ſapiæ eius ac ſciæ eius uelut ſpōſi cæleſtis thalamos ītrare:cuiq; aīæ p̄ſentia eius etiā munera data ſunt dotis ſcilicet noīe.Sicut.n.eccleſiæ dos fuit legis & ,pphetar uolumīa: ita huic lex naturæ & naturalis ſenſus ac libertas arbitrii dotalia munera deputent,habēs autē hæc dotis ſuæ munera:ſit ei primo eruditiōis doctrina a monitoribus doctoribuſq; deſcendēs.Sed quoniā in his non ē ei plena atq; p̄fecta deſiderii ſui & amoris expletio:dep̄cet ut mens eius pura & uirginalis ip̄ius uerbi dei illuminatiōibus & uiſitationibus illuſtret.Cū.n.nullo hoīs uel angeli miſterio diuinis ſenſibus & intellectibus mens ipleat:tūc ipſius oſcula uerbi dei ſuſcipe ſeſe credat.Propter hæc ergo & huiuſmodi oſcula dicat aīa orās ad deū:Oſculet me ab oſculo oris ſui.Dū.n.inde capax fuerit:ut ipſius uerbi dei caperet uerā ſolidāq; doctrinā:neceſſaria ſuſcepit oſcula:ideſt ſenſus ab ore doctor.Vbi uero ſpōte iam cœpit obſcura cernere; enodare pplexa:īuoluta diſſoluere;parabolas & ænigmata dictaq; ſapiētū cōpetentibus itelligētiæ lineis explicare:tūc iam oſcula ip̄ius ſponſi ſui:ideſt uerbi ſuſcepiſſe ſe credat.Ideo aūt oſcula pluraliter poſuit:ut intelligamus uniuſcuiuſq; obſcuri ſenſus illuminationē oſculū eſſe uerbi dei ad aīam p̄fectā delatū. & ſecūdū hoc forte dicebat,pphetica & p̄fecta mens:Os meū apui:& attraxi ſpiritū.Os aūt ſponſi itelligamus uirtutē dici:q illumiet mētē:& uelut ſermone quodā amoris ad eā fcō(ſi tamē capere mereat tātæ uirtutis p̄ſentiā) īcognita quæq; & obſcura manifeſtat.& hoc eſt uerius,ppriuſq; & ſanctius oſculū:qđ a ſpōſo dei uerbo porrigi dī ſpōſæ puræ ſcilicet aīæ & p̄fectæ.Cuius rei imago eſt illud oſculum:qđ in eccleſia ſub tempore myſterior nobis īuicē damus.Quotiēs ergo in corde noſtro aliqd qđ de diuinis dogmatibus ſenſibuſq; q̄rit; abſq; monitoribus īueniemus:totiens oſcula nobis data eſſe a ſponſo uerbo dei credamus.Vbi uero credētes aliqd de diuīs ſenſibus īuenire nō poſſumus:tūc affectu huius oīonis aſſumpto petamus a deo uiſitatiō nē uerbi eius:& dicamus:Oſculet me ab oſculo oris ſui.Scit aūt pater uniuſcuiuſq; aīæ capacitatē: & nouit quo tpe:cui aīæ: q̄ oſcula uerbi ſui porrigere ī itellectibus dūtaxat & ſenſibus debeat.Quia bona ſūt ubera tua ſup uinū:& odor unguēto tuo ſup oīa aromata.Intellige prius q̄ſi ī hiſtoriæ drāmate ſpōſā eleuatis ad deū manibus oīonē fudiſſe ad p̄em:& oraſſe:ut iam ueniret ad eam ſponſus:& ipſe ei oſculū ,pprii oris infunderet.Dūq; hæc oraret ad p̄em:in ipſa oīone q̄ dixit:Oſculetur me ab oſculo oris ſui:parans etiā alia oīonis uerba ſubiungere ac dicere:quia in hoc principio ſermonis affuiſſet ſponſus:& oranti ei aſtitiſſet; ac reuelaſſet ubera ſua:ip̄mq; ſponſum unguentis mirificis:& quibus fragrare ſponſum decebat; conſtituiſſet delibutum.Sponſa uero ubi adeſſe uidit eum pro quo orabat ut adeſſet:& adhuc loquenti ſibi p̄ſtitum qđ orabat:ac data ſibi ab ipſo oſcula quæ popoſcerat:læta pro hoc reddita:& decore uberū ac fragrantiæ ip̄ius odore permota:propoſitæ orationis ſermonē conuertit ad p̄ſentiam ſpōſi qui aderat:& cum dixiſſet: Oſculetur me ab oſculo oris ſui:ſubiungit poſt hæc ad p̄ſentem iam ſpōſum dicens:Bona ubera tua ſuper uinū: & odor unguentor tuor.Hæc interim ſecūdum hiſtoricam itelligētiam quam drāmatis in modū p̄dximus textam.Nūc uero quid itellectus interior habeat requiramus.Diuerſis uocabulis principale cordis appellari in ſcripturis diuinis īuenimus:quæ uocabula pro cauſis ac rebus de quibus agitur aptari ſolent.Interdum enim cor dicitur,ut beati mundo corde:& corde creditur ad iuſticiam.Si uero conuiuii tempus ſit: pro ſpecie & ordine diſcūbentiū uel ſinus uel pectus appellat,ſicut loannes in euangelio refert de quodā diſcipulo quem amabat Ieſus:q; in ſinu eius uel ſupra pectus eius recumberet.Ille profecto cui reſpondens Simon Petrus dicebat:Interroga quis eſt hic:de quo dicit.Poſt hæc uero recūbēs ſup pectus Ieſu dicit ei: Domine quis es?In iis enim certum eſt:q; loannes in principali cordis Ieſu:atq; internis doctrinæ eius ſenſibus requieuiſſe dicatur:ibi requirens & perſcrutans theſauros ſapientiæ & ſcientiæ:qui reconditi erant in Chriſto Ieſu.Sed q; ſinus chriſti in loco dogmatum ſanctorum accipiatur:puto indecens non uideri. Diuerſis ergo modis ut dicere cœperamus:principale cordis in ſcripturis ſanctis deſignatur:ſicut & in Leuitico :nihilominus ubi de ſacrificiis pectuſculum ſeparationis & brachium ſacerdotibus ſequeſtratur:& in hoc ſequeſtratum ac ſeparatum pectuſculum & brachium:præcellens cæteros homines principale cordis & operum decus uult eſſe in ſacerdotibus, Dc quo plenius in libro Leuitico ; prout dominus dare dignatus eſt ; expoſuimus. Secundū hæc ergo etiā in præſenti loco quandoquidem amator uidetur drāma qđ agit;in uberibus pricipale cordis itelligimus:ut tale uideat eſſe qđ dicit:Cor tuū o ſponſa & mens ideſt dogmata quæ intra te ſūt:uel doctrinæ gratia ſuperat omne uinum:qđ cor hoīs lætificare ſolet.Sicut enim in his de quibus dicit;quia deū uidebunt:cor competenter dictum eſſe uidebitur:& inter diſcumbentes ſinus ac pectus

ponitur pro habitu ſine dubio diſcũbentium formaq; conuiuii:& rurſus ut apud ſacerdotes pectuſculũ & brachiũ myſticis deſignaſ eloquiis:Ita etiá arbitror in p̃ſenti loco ubi amãtiũ habitus & colloqa deſcribuntur:gratiſſime hoc ip̃m principale cordis in uberibus appellatũ.Bona ergo ſũt ubera ſponſi:quãdoq; dé thesauri ſunt in eis ſapiæ & ſciæ recõditi.Vbera aũt hæc uino comparat ſponſa:ſed ita comparat:ut p̃ferat.Vinũ aũt illa itelligenda ſũt dogmata & doctrinæ quæ p legem & pphetas ante aduentũ ſponſi ſumere ſponſa conſueuerat.Sed nũc conſideras hanc doctrinã quæ ex uberibus profluit ſpõſi:miraſ & ſtupet uidens eam lõge p̃ſtantioré:q̃ illã ex qua ante aduentũ ſpõſi lætificata fuerat:tãq̃ ex uino ſpiritali:quod miſtrabant ſancti patres & pphetæ:q etiá huius generis plantauerũt uineas:ut Noe primus & Eſaias in cornu in loco uberi:& coluerũt eas.Videns nũc multã eſſe eminentiã dogmatũ & ſciæ apud ſpõſum & longe ex eo pfectioré: q̃ fuit apud antiquos emanare doctrinã:dicit.Bona ſunt ubera tua ſup uinũ:ſup illam ſcilicet doctrinã qua læctificabar ab antiqs.De hoc.n.antiquoꝝ uino itelligendus eſt eccleſiaſtes dicere:ubi ait.Ego dixi in corde meo:ueni & tentabo te in læticia:& uidebo in bono.Et iteꝝ de eiſdem uineis loquẽs idé eccleſiaſtes dicit.Magnificaui mihi opus meũ:ædificaui mihi domos:plãtaui mihi uineas:feci mihi hortos & paradiſos: & reliq̃.Sũt aũt huius uineæ myſtice etiá miſtri qdam:q uini fuſores appellanſ.Sic.n.idé dicit: Et fecit mihi cãtores & cantatrices in læticia filioꝝ hoĩum:uini fuſores & uini fuſitrices.Vide ergo ſi poſſimus cũ in cæteris:tũ etiá in hoc intellígere ſaluatoré ueteri uino nouella uberum ſuoꝝ fluenta miſcẽtem:cum Maria & Ioſeph q̃rentes inuenerũt eũ in tẽplo ſedentem in medio doctoꝝ:& audienté atq; interrogantẽ eos:quãdo mirabanſ hoĩes ſup reſponſis eius.Sed & ibi fortaſſis ſpecies formæ huius expleſ:ubi aſcendẽs in montem docebat populos:& dicebat.Dictũ eſt antiqs:nõ occides:ego aũt dico uobis:Oĩs q iraſciſ fratri ſuo: ſine cã reus erit.Et dictũ eſt antiqs.Nõ adulterabis:ego aũt dico uobis:Oĩs q uiderit mulierem ad cõcupiſcẽ dũ eam:iam mœcchatus eſt eam in corde ſuo.Inq̃tũ ergo doctrina hæc eius p̃cellit illam antiquã:in tantũ ſponſa intelligit & pnũciat bona eſſe ubera eius ſup uinũ.Sed & q uorax dr̃ filius hoĩs:& bibens:& dicunt. Ecce homo uorax:& uinum bibẽs:Ad hoc nihilominus reſpicit:tale & illud uinũ fuiſſe in cana galilææ:qđ bibebaſ in conuiuio nuptiali:quo deficiente fecit & aliud uinũ:cui teſtimoniũ reddit Architriclinus:q̃ ſit ualde bonum:& eo uino quod expẽſum fuit:multo p̃ſtantius cũ dicit:Oĩs homo primo bonũ uinũ ponit. & cum inebriati fuerint id qđ deterius eſt:tu aũt ſeruaſti uinũ bonum uſq; nũc.Sed & Salomoné q pro accepta dei ſapía in admiratione fuit reginæ Sabæ:quæ uenerat tẽtare eum in q̃ſtionibus:in qbus eum eadé regina ſcruteſ & miretur:audi ſcripturã referentẽ:Et uidit inqt regina Saba oẽm ſapiam Salomonis:& domũ quã ædificauit:& apparatũ cõuiuii eius:& ſedem pueroꝝ eius:& ordiné miniſtroꝝ eius:& ueſtes eius:& uini fuſores eius:& holocauſta eius:quæ offerebat ĩ domo dei.& ſtupefacta eſt:& reliqua.In his ergo aduerte: qũo hæc quæ uenit a finibus terræ audire ſapiam Salomonis:inter cætera miraſ & cibos conuiuii eius: uel uini fuſores eius:ſup his dr̃ obſtupuiſſe.Neſcio aũt ſi ita ineptã putemus fuiſſe reginam:quæ ob hoc uenerat a finibus terræ ut audiret ſapiam Salomonis:ut mireſ cibos corporales & uinũ iſtud cõe:ac p̃cernas uini in miniſterio regis.Quid.n.in his admiratione dignũ uideaſ:quæ coĩa pene oĩbus ſunt hoĩbus?Sed mihi uideſ miratam eſſe cibos doctrinæ eius & uinũ dogmatũ:quæ ab eo p diuiná ſapiam p̃dicabanſ. Hoc erat uinũ & illud qđ per Hieremiã refertur de filiis Ionadab filii Recab:qui eo tempore quo peccata populi ĩua luerãt:& pro iniq̃tatibus plæbis captiuitas ĩminebat:cõuocati ſunt ut biberent uinũ:& dixerũt:qa mandauerat eis pater ſuus Ionadab:ne biberent uinũ ipſi & filii ſui in ſæculũ:neq; domos ædificarent: neq; ſeminarent ſemẽ:neq; plantarẽt uineas:ſed in tabernaculis habitarent oĩbus diebus nitæ ſuæ.& amplectiſ eos deus eo q̃ cuſtodierint p̃ceptum patris ſui:& noluerint bibere uinum.pro peccatis enim tunc populi & iniquitatibus eoꝝ erat uinea eoꝝ ex uinea ſodomoꝝ:& palmites eorũ ex Gomorra:uua eoꝝ uua fellis & botrus amaritudinis:uenenũ aſpidum & furor draconum erat uinum eorum.Propter hoc ergo laudabiles habentur filii Ionadab:qui tale uinũ uenenata ſcilicet dogmata & aliena a fide dei bibere & ſuſcipere recuſarunt.Propter hoc ergo fortaſſis percuſſit uineas ægyptiorum:ſicut in pſalmo ſcriptum eſt:ne talem faceret uinum.Igitur ſicut intelleximus uini differentias:eaſq; pro diuerſitate dogmatũ cõſtare perſpeximus: quod ait hic ſponſa:quia bona ſunt ubera tua ſuper uinũ:ſuper uinũ utiq; intelligamus bonum non malum. Bonis enim nõ malis comparata dogmatibus ſponſi dogmata p̃feruntur.Bonum enim uinũ guſtauerat prius in lege & prophetis:ex quo uelut p̃meditata erat ſponſa læticiam cordis accipere ac p̃parare:ut capere poſſet etiam illam:quæ affutura erat per ubera ipſius ſponſi:excellentiorem cunctis cernẽs eoꝝ doctrinam. & ideo dicit: Bona ſunt ubera tua ſuper uinum.& uide ſi adhuc formæ huic aptare poſſimus illam euangelii parabolã:quæ dicit:Simile eſt regnũ cælorum theſauro abſcondito in agro:quem q̃ inuenerit abſcõdit: & præ gaudio eius uadit & uendit omnia quæ habet:& emit agrũ illum.Eſt ergo theſaurus is nõ in deſerto aliquo loco:neq; in ſiluis:ſed in agro abſcõditus.Et poſſibile utiq; eſt agrũ illum habere etiam uineas: quæ afferãt uinum:habere etiam theſauꝝ ppter quem diſtractis omnibus emit agrũ illum is q̃ ĩuenerat ibi theſaurũ.Poteſt ergo dicere ille qui emit agrũ:quia bonus eſt theſaurus q̃ eſt in agro magis q̃ uinũ qđ é in eo. Ita ergo & bonus é ſpõſus atq; ubera ſpõſi:quæ uelut theſaurus abſcõditus eſt in lege & pphetis magis q̃ uinum qđ eſt in eis:illa ſcilicet doctrina quæ palam eſt:& lætificat audientes.Bona ergo ſunt ubera ſpõſi.Thesauri.n.ſunt ſapiæ & ſciæ in eo abſcõditi:qui cum apti & reuelati fuerit oculis ſpõſæ:multo p̃ſtãtiores ei uidebũtur:q̃ fuit prius iſtud uinũ legis & doctrĩa pphetica.Sed & ſi tertiã expoſitõem de anima p̃fecta & uerbo dei ſentire debeamus:poſſumus dicere:qa quis donec paruulus eſt:& nondum ſemetip̃m ex ítegro obtulit deo:bibit uinũ qđ affert ager ille q habet ĩtra ſe etiã theſauꝝ abſcõditũ:& bibens lætificaſ ex uino.Cum aũt obtulerit & deuouerit ſemetip̃m deo:ac uaſarius fuerit effectus:atq; inuenerit theſaurũ abſconditum

& ad ipſa ubera fonteſq; puenerit uerbi dei:uinū & ſiceram iam non bibet:dicens ad ip̄m dei uerbū de his theſauris q in ipſo ſcīæ & ſapīæ reconditi ſunt:qa bona ſunt ubera tua ſup uinū.Sū aūt unguēta q̄dam ſpō ſi:quoꝝ fragrantia delectata eſt ſponſa:& dicit:Odor unguētoꝝ tuoꝝ ſuper oīa aromata.Aromata ſpecies ſunt pigmentoꝝ.Sponſa aūt habuit quendā uſum & notitiam aromatū:hoc eſt uerboꝝ legis & ꝓphetaꝝ: q̄bus ante aduentū ſponſi mediocriter licet:inſtrui tamē uidebaſ:& exerceri ad cultum dei:utpote paruula adhuc & ſub curatoribus & auctoribus agens & pædagogis.lex.n.pædagogus noſter fuit ad Xp̄m.Hæc aūt oīa aromata fuerant in q̄bus enutriri uiſa eſt:& ſponſo ſuo p̄parari.Sed ubi uenit plenitudo tēpoꝝ:& adoleuit:atq; unigenitū ſuū pater ſpū ſancto unctū miſit in hūc mūdū:odorata ſponſa diuini unguenti fragrantiam:ſentiēſq; q̄ illa oīa aromata q̄bus prius uſa uidebaſ:longe inferiora ſunt ad cōparationē ſuauitatis noui huius & cæleſtis unguenti ait.Odor unguentoꝝ tuoꝝ ſup omnia aromata.Et quoniā Xp̄s idem ſpōſus atq; idem pōtifex dr̄:pontifex q̄dē ſcām hoc q̄ mediator eſt dei & hoīum oīſq; creaturæ:pro qua & propitiatio factus eſt:ſemetip̄m offerendo hoſtiā pro peccato mūdi.Sponſus uero ſcām hoc q̄ eccleſiæ iūgit̄ nō habēti maculā aut rugā aut aliq̄d hoꝝ:conſidera ne forte unguentū illud pontificale q̄d in Exodo compoſui iubeaſ arte pigmentarii:iſtius unguenti q̄d nūc odorata ſponſa miraſ:teneat rōem.Et uidens q̄ illa q̄dem aromata q̄bus compoſitū unguentū uidebaſ quo Aaron unctus eſt:quoniam erat terrena & materiæ corporalis:hoc aūt unguentū quo nūc unctū uidit ſpōſum:ſpiritale eſt & cæleſte:Iccirco dicat:qa odor unguētoꝝ tuoꝝ ſup omnia aromata.Videamus ergo qūo compoſitū ſit illud unguentū.Et locutus eſt dominus inq̄t ad Moyſē dicēs:Accipe tibi flōrē myrrhæ electæ q̄nḡtos ſiclos: & cynnamomū ſuaue ducētos q̄nq̄gita ſiclos calamū ſuauē ducētos q̄nq̄gita ſiclos:ſcām ſiclū ſāctū:& oleū ex oliuis & facies illud oleū chriſmatis ſācti ūguēti arte pigmētarii.Hæc āt i lege q̄dē referri audierat ſponſa:ſed rōem eoꝝ ueritatēq; nūc p̄ſpicit. Vide ergo q̄ iſte q̄tuor ſpēs unguēti iſtius:formā tenebāt īcarnatōis uerbi dei:q̄d ex q̄tuor elemētis cōpagi natū corpus aſſūp̄ſit:in quo corpore myrrha illa mortis eius quā ſiue ut pōtifex pro populo:ſiue ut ſpōſus pro ſponſa ſuſcepit:ſeruat īdicia.Quod uero nō ſimpliciter myrrha ſed flos myrrhæ & myrrhæ electæ ſcript̄ eſt:non ſolū mortē eius ſed & primogenitū eū futuroꝝ ex mortuis indicabat:atq; eos q cōplantati fuiſſent ſimilitudini mortis eius non ſolū uocatos:ſed electos futuros.Cynnamomū uero īmaculatū dr̄:ꝓpter eccleſiam ſine dubio:quam purificauit lauacro aquæ:& īmaculatam fecit nō habentē maculam aut rugam aut aliq̄d huiuſmodi:ſed & calamus aſſumiť:qa lingua eius etiam eſt calamus ſcribæ uelociter ſcribētis:doctrinæ gr̄am pigmētis deſignās ſuauitatis.In eis quoq; ſpecies adhibet callidiſſimas:ut referaſ ad ardentiſſima:in qua uel ſp̄ūs ſancti feruore:uel futuri p ignem iudicii oſtendiť forma.his uero q̄ngentoꝝ:ſiue ducentoꝝ q̄nquaginta:q̄nq; ſenſuū in eo myſteriū tenet cētupliciter p̄fectoꝝ:ut remiſſionē peccatoꝝ p eum data ſignificet.q̄nquagenarius.n.lubilæus in his eſt q̄ntupliciter poſitus.Sed hæc oīa oleo puro colliguntť: per q̄d oſtendiť uel miſericordiæ:uel ſalutis cā fuiſſe:q̄ his q erat ī forma dei: formā ſerui ſuſceperit: uel ea quæ ex materiali ſubſtantia in xp̄o fuerant aſſūpta:p ſp̄ūm ſanctū redacta in unū fuiſſe:atq; in unā ſp̄ēm:q̄ eſt p̄ſona mediatoris effecta.Illud ergo oleū materiale:nullo genere oleū læticiæ appellari potuit.Iſtud aūt oleū:ideſt ſp̄ūs ſancti unguētū:quo unctus eſt Xp̄s & cuius nūc odorē ſponſa p̄ſpiciens admirata eſt:oleū leticiæ:qa ſp̄ūs gaudiū eſt:merito appellať quo unxit eū deus q dilexit iuſticiā:& odio habuit iniq̄tatem Propterea.n.dr̄.Vnxit eū dominus deus ſuus oleo leticiæ præ participibus ſuis.Et ideo odor unguētoꝝ eius ē ſup oīa aromata.Simili aūt expoſitione utimur etiam ſi ad unāquāq; aīam in amore & deſiderio uerbi dei poſitā tranſferať hic ſermo:cui fuerint oēs doctrinæ p ordinē decurſæ.ī q̄bus ante agnitiōem uerbi dei exercitata uideať & erudita:ſiue ex moralibus deſcendētes ſiue ex naturalibus ſcholis.Erāt.n.ei oīa iſta aromata q̄dam pro eo q̄ in his inſtitutio p̄babilis:& moꝝ conq̄riť emēdatio:q̄ dep̄hēditur in his uanitas ſæculi: & caducaꝝ reꝝ reſpiciuntť falſa miracula.Erāt ergo ei hæc oīa uelut aromata & odoraméta q̄dam aīæ pigmenta:ſed ubi ad agnitōem diuinoꝝ myſterioꝝ:& diuinoꝝ dogmatū ſcīam uentū eſt:ubi ad ianuas ſapīæ ipſius & nō ſapīæ huius mūdi:neq; p̄ncipiū huius mūdi:q̄ deſtruūtur acceſſum eſt:ſed ad ip̄am dei ſapiam quæ inter p̄fectos diſſeriť:& ubi myſteriū q̄d prioribus generatiōibus nō fuit notū:filiis hoīum reuelatum eſt:ubi inq̄ aīa ad tāti cognitōem aſcendit arcani:merito dicit:odor unguentoꝝ tuoꝝ ſpiritalis ſcilicet ītelligentia & myſtica ſuper omnia aromata moralis naturaliſq; philoſophiæ. Nō autem lateat nos:q̄ in q̄buſdam exemplaribus pro eo q̄ legimus:qa bona ſunt ubera tua ſup uinū inuenimus ſcriptū:qa bonæ ſunt loq̄læ tuæ ſuper uinū:q̄ q̄uis uideātur ſignificaſſe euidentius ea ipſa:quæ a nobis ſpiritali ītēp̄tatiōe deſerta ſunt:tamē nos.lxx.iterp̄tum ſcripta p omnia cuſtodimus certi q̄ ſp̄ūs ſāctus myſterioꝝ formas obtectas ineſſe uoluit in ſcripturis diuinis:& nō palam atq; in propatulo haberi.Vnguētum exinanitū nomē tuum. ꝓpterea adoleſcentulæ dilexerūt te:ac traxerūt te poſt ſe:in odore unguentoꝝ tuoꝝ curremus hiſtorica q̄dem expoſitio eadem quæ in ſuperioribus p̄currit etiam in p̄ſenti loco:donec fiat aliqua mutatio perſonarum:itaq; ordo drāmatis:qui a nobis in hac expoſitione receptus eſt:poſcit.Poteſt ſane in prophetia q̄dam uideri ex perſona ſponſæ ꝓlata de Xp̄o:q̄ futuram eſſet in aduētu domini & ſaluatoris noſtri.ut nomē eius ita per orbem terræ:& per uniuerſum mūdum diffunderetur:ut fieret odor ſuauitatis in omni loco: ſicut & apoſtolus dixit.Quia Chriſti bonus odor ſumus in omni loco.Aliis q̄dem odor ex morte in mortē: aliis aūt odor de uita ad uitā.Si.n.oībus fuiſſet odor uitæ in uitā:dixiſſetq; utiq; & hic:oēs dilexerūt te:& traxerunt te.Sed nūc ait:ubi nomē tuū eſt factū exinanitū:dilexerūt te non illæ uetulæ ac ueteré hoīem induræ animæ:neq; rugas habentes neq; maculas:ſed adoleſcentulæ in augmento ſcilicet ætatis & pulchritudinis poſitæ animæ:quæ ſemper innouantur:& de die in diem renouantur:nouū ſe hominé induentes:qui ſcām deum creatus eſt.Propter iſtas ergo adoleſcentulas & in augmētis uitæ & profectibus poſitas exinaniuit ſe

ille q erat in forma dei:ut fieret unguentum exinanitū nomen eius:ut non iam inacceſſam lucem tantūmo
do habitaret:& in forma dei ꝑmaneret:ſed uerbū caro fieret:quo poſſent iſtæ adoleſcentulæ & ī augmentis
ꝑfectuū poſitæ aīæ non ſolū diligere:ſed & trahere eū ad ſe. Trahit.n.unaquæq; aīa & aſſumit ad ſe uerbū
dei pro capacitatis & fidei ſuæ menſura. Cum aūt traxerint ad ſe aīæ uerbum dei:& ſenſibus ſuis atq;
lectibus īſeruerint:& dulcedīs eius & odoris ſenſerint ſuauitatem:ubi unguentoꝝ eius fragrantiam cœpe-
rint īuenire:dūtaxat aduentus eius & redēptionis ac paſſionis cauſas charitatēq; agnouerint:qua pro ſalute
oīum uſq; ad morte crucis īmortalis acceſſit. & his oībus uelut diuini cuiuſdam & ineffabilis unguenti odo
ribus īuitatæ adoleſcentulæ:idēſt aīæ plenæ uigoris atq; alacritatis effectæ currunt poſt ipm:atq; ad odorē
ſuauitatis eius non leui gradu nec tardis paſſibus:ſed rapido curſu & tota ꝑperatione feſtinant: quēadmo-
dum & ille qui dicebat:ſic curro:ut comphēdam. Vezꝝ q ait: Vnguentū exinanitū nomē tuū:ꝑpterea ado-
leſcentulæ dilexerunt te:& traxerūt te poſt ſe:in odorem unguentoꝝ tuoꝝ curremus: trahunt ad ſe Xpm
adoleſcentulæ:ſiqdem de eccleſiis ītelligaē. quæ una qdem eſt:cum ꝑfecta eſt. multæ uero ſunt adoleſcen-
tulæ:cū adhuc iſtruūtur & proficiunt. Iſtæ ergo trahūt ad ſe Xpm ꝑ fidem:qa xps ubi uiderit duos uel tres
in fide noīs ſui:uadit illuc:& eſt in medio eoꝝ in fide tractus:& unanimitate ꝑuocatus. Si uero tertia expo-
ſitiōe de aīa uerbū dei ſequente intelligi hæc oportet:quæcūq; aīa fuerit erudita primo ī moralibus:ſecūdo
etiā in naturalibus exercitata:ꝑ illa oīa quæ in his diſciplinis edoceri ſupra oſtendimus:ipſa moꝝ emenda-
tio & eruditio reꝝ ac ꝑbitas diſciplinæ trahit ad ſe uerbū dei:& libens trahiē. gratiſſime.n.ad eruditas aīas
uenit:& trahi ſe ab his indulgenter accipit:benigneq; concedit. Reqro ſane ſi ſolū nomen eius qa unguētū
factū eſt exinanitū tantū operis egerit:& ita ſuſcitauerit adoleſcentulas:ut primo traherent eū ad ſe:& habē
tes eū apud ſe caperent unguentoꝝ eius odorē:& ſtatī recurrēt poſt eū. ſi hæc inq oīa ſolo noīe eius effecta
ſunt:qd putas faciet ipſa eius ſubſtantia? Quid ex illa adoleſcentulæ iſtæ uirtutis:qd uigoris excipiēt? ſi quo
pacto potuerint aliquādo ad ipſam eius incomphenſibilē atq; ineffabilē ſubſtātiam puenire? Ego puto q ſi
in hoc aliquādo puenerint:iam nō ambulant neq; currūt:ſed uinculis qbuſdam charitatis eius aſtrictæ ad-
hæreāt ei:ne ultra mobilitatis alicuius ullus in eis reſideat locus:ſed ſint cū eo unus ſpūs:& cōpleaē in illis
hoc quod ſcriptū eſt. Sicut tu pater in me & ego in te unū ſumus:ita & iſti in nobis unū ſint. Sed nūc interī
ut uideē ſpōſa cōſociatis ſibi adoleſcētulis multis:quaꝝ in poſterioribus nō eſt numerus:quæ dr ab uno ſo
lo ſenſu & odoratu tātūmodo capta currere ſe in odorē unguētoꝝ ſponſi cōmemorat:ſiue q ipſa curſu īdi
geat ad hoc:& ꝑfectu:ſiue q ipſa qdem ꝑfecta ſit. Pro his aūt adoleſcentulis quæ adhuc curſu & ꝑfectibus
indigēt:etiam ipſa ſe currere fateē:ſicut & ille q cū ipſe ſub lege nō eſſet:fit tamē ſub lege:ut eos q ſub lege
ſunt lucrifaciat. & itezꝝ cū in lege ſit Xpi:his tamē q ſine lege ſunt:fit & ipſe ſine lege:ut eos q ſub lege ſunt
ſaluet. Et hoc fit ut diximus ſolo adhuc odoratu eius accepto: Quid putas ageret:cū & auditū earū & uiſū
& tactū guſtūq; occupauerit uerbū dei:& ſingulis quibuſq; ſenſibus uirtutes ex ſe competētes naturæ eaꝝ
capacitatiq; ꝓbueritita ut oculus ſi uidere potuerit gloriā eius:gloriā tanq unigeniti a pre aliud ultra uideē
iam nolletneq; auditus aliud q uerbū uitæ & ſalutis audire. Sed & cuius manus palpauerit de uerbo uitæ:
nihil ultra materiale:nihil fragile caducūq; palpabit:nec guſtus cū guſtauerit bonū uerbū dei:carnēq; eius
& panē q de cælo deſcendit:aliud qd poſt hoc guſtare patieē. Præ dulcedine nāq; ipſius & ſuauitate oīs reli-
quus ei ſapor aſper uidebiē & amarus. & ideo hoc ſolo ueſceē. Cui nāq; ſuauitatē:quācūq; cupierit in hoc
ueniet:ad oīa nāq; raptum ſe reddit & habilem. Deniq; his q ex corruptibili ſemine generanē: rōnabile &
ſine dolo efficiē lac. his uero q infirmanē in aliquo:oleū ſe ꝓbet ad hoſpitalitatis amicitiā & grā. Is uero qui
pro poſſibilitate ſumendi & exercitatos habent ſenſus:ac diſcretionem boni & mali cibū ſe ſolidū ꝓbet. Siq
uero ſunt:q exierint de ægypto:& ſecuti colūnam ignis & nubis in heremū uenerint:de cælo ad illos deſcē
dit minutū & ſubtilē eis ꝓbens cibū:angelico ſimilem:ita ut pane angeloꝝ manducet homo:habet & alias
multas in ſemetipſo atq; inumeras ciboꝝ differētias:quas interī. pelle qs & carne oſſibuſq; īdutus & neruis
capere non pōt. Qui aūt dignus fuerit redire & eſſe cū Xpo:quicq; in paruo fidelis īuentus conſtituēē ſuper
multa:ille guſtabit:& capiet uoluptatē domini:ꝑductus ad locū q pro huiuſmodi ciboꝝ copiis & uarietati
bus delitiaꝝ noīatur locus. Propter qd & in eden poſitus dr:quod delitias indicat. ibi.n.diceē ad eū delitiaē
in domino. Delitiabiē aūt nūc non in uno ſolo edendi guſtādicq; ſenſu:ſed & auditu delitiabiē & uiſu: & ta-
ctu odoratuq; delitiabiē. ī odorē nāq; unguēti eius curret. Et ita oībus ſenſibus ſuis delitiabiē in uerbo dei:
is q ad ſūmā ꝑfectionis ac beatitudinis uenerit. Vnde & in his poſiti locis depcemur auditores hoꝝ ut mor
tificent carnalcs ſenſus:ne qd ex his quæ dicūtur:ſcdm corporis motus excipiant:ſed illos diuiniores īterio
ris hoīs ad hæc cupienda ſenſus exhibeant:ſicut Salomon edocet nos dicens. Senſum autem diuinum inue-
nies. Et ut Paulus quoq; ad hebræos ſcribit de perfectis:ut ſupra memorauimus:q exercitatos habent ſen-
ſus ad diſcretionem boni uel mali:oſtendens eſſe ī hoīem ꝓter hos corporeos ſenſus:quinq; alios nihilomi-
nus qui per exercitia queruntur: & exercitati dicuntur:cum ſcilicet intelligentiam rerum acumine acriore
diſcutiunt. Non enim perfunctorie & ut libet audiendū eſt quod apoſtolus de perfectis dicit:quia exercita-
tos habent ſenſus ad diſcretōem boni uel mali. Quod ut clarius eluceſcat:ſumamus ſi uidetur: exemplum
ab his corporalibus ſenſibus:& ita demū ſtatī ad illos diuinos:quos ſcriptura nominat ſenſus interioris ho-
minis ueniemus. Si ergo corporeus oculus exercitium uiſus habeat:nullo impediente obſtaculo: integre &
abſq; ulla falſitate uel colores corporum uel magnitudines:qualitateſq; dephender. Nam ſi aut caligine aut
alia qualibet infirmitate impediatur aſpectus:& rubeum pro albo:& uiridem pro nigro:aut rectum putat
eſſe aliquid:cum curuū ſit & tortuoſum:conturbabitur ſine dubio iudicium mentis: & aliud pro alio age-
tur. Ita ergo & interior uiſus niſi eruditione & īduſtria fuerit exercitatus:quo per multam peritiam diſcre-

tionem boni habeat ac mali:ſed ignorantia & imperitia tanq̃ caligo oculis inciderit:aut etiam malitiæ alicuius langore:tanq̃ lippis oculis acceſſerit:diſcrimẽ boni aut mali intueri nullatenus poſſit.Et inde fiet: ut mala pro bonis agat:bona uero pro malis ſpernat.Secũdum hanc uero formã quam de uiſu corporis aſſæq; tractauimus:conſequenter etiam de auditu & guſtu:& odoratu:tactuq; per ſingulas quaſq; ſui generis uirtutes ſenſuum corporalium referens ad animæ ſenſus:quæ in ſingulis adhibere debeat exercitia: quæq; uel emendatio parari dilucere recognoſcens.Hæc autem paulo latiori exceſſu proſecuti ſumus oſtendere uolentes odoratũ ſponſæ adoleſcentulaꝝ quo odoratæ ſunt odorem unguentoꝝ ſponſi:non corporis ſenſus:ſed diuini odoris illius & interioris qui appellatur homis dici. Hic ergo odorationis ſenſus:in quo ſanus eſt & integer odore xp̃i accepto ex uita adducit ad uitã.Si uero nõ ſit ſanus hoc odore ſuſcepto de morte in mortem deiicit ſcdm illum qui dicebat:quoniã xp̃i bonus odor ſumus:aliis qdem de uita in uitam:aliis autem odor de morte in mortẽ.Deniq; & hi quibus intellectus herbaꝝ eſt pigmẽtorũq; peritia:ferunt q̃dam eſſe pigmenta:quoꝝ ſi odorem cœperint nõnulla animalia continuo intereũt:alia uero eodem odore recreantur:uitãq; recipiunt.Et nũc ergo in his ipſis expoſitionibus & ſermonibus quos habemus in manibus:uidetur aliis eſſe uita ex uita:aliis uero mors ex morte.Nam ſi hæc exponi ita audiat animalis q dicitur homo: q non poteſt pcipere & intelligere quæ ſunt ſpũs dei:irridebit ſine dubio:atq; inepta hæc eſſe & inania pronunciabit:dicens ſomnia potius:q̃ reꝝ cauſas & dogmata diuina tractari.His ergo odor hic cantici canticorum efficitur de morte in mortem ſcilicet de morte infidelitatis in mortem iudicii & condẽnatiõis:Sequẽtibus uero ſpiritalem ſenſum & ſubtilem atq; ītelligentibus maiorem ineſſe ueritatem in his:quæ nõ uidẽtur:q̃ in his quæ uidentur:& ueriora haberi apud deũ inuiſibilia:& ſpiritalia magis q̃ uiſibilia & corporalia amplectenda ſine dubio huiuſmodi ītelligentia uidebitur & ſequẽda.Agnoſcunt enim tale eſſe intelligẽdæ ueritatis iter quo puenit̃ ad deum.Sed ſiqdem alienus a fide ſit is:qui hæc ſtulta iudicat & ridenda:nihil mirum.Si uero aliqs ex his ſit q uidentur credere:& ſcripturaꝝ auctoritatem recipere:non tamẽ recipit expoſitionis huius ſpiritalis formã:ſed irridet & derogat:tentemus ex aliis ſcripturaꝝ locis inſtruere eũ ac pſuadere:Qui ſi forte poterit ſic reſipiſcere:& talia qdam dicamus ad eum:ſcriptum eſt: p̃ceptũ domini lucidũ illuminans oculos:Dicat ergo nobis q ſunt oculi qui illuminant̃ luce p̃cepti:Et iteꝝ. Qui habet aures audiendi audiat.Quæ ſunt aures iſtæ:quas qui habuerit:ipſe ſolus uerba xp̃i audire dicatur:Et iteꝝ: quoniã Xp̃i bonus odor ſumus deo.Et in aliis:guſtate & uidete quoniã ſuauis ẽ dominus. Et quod alius ait:Manus noſtræ palpauerũt de uerbo uitæ.Putaſne in his oĩbus non mouebitur:ut aduertat hæc uniuerſa nõ de corporeis ſenſibus dicta:ſed de his quos ſcdm interiorem hoĩem ineſſe unicuiq; docuimus niſi ſi contentionis & iactantiæ uitio agitur q eiuſmodi eſt:Quibus uitiis quoniam & uiſus ille itereor excæcatur:& odoratus occluditur:& obturatur auditus:merito nec uidere quæ ſpiritalia ſunt:nec audire poteſt:ſed nec odorẽ iſtũ Xp̃i capere.quo nunc recepto adoleſcentulæ iſtæ in quibus bene ſanus & uigens erat hic ſenſus.In odorem unguentoꝝ eius currunt poſt ip̃m.nec deficiũt currentes aut laborant:qa ſuauitate odoris ipſius qui eſt de uita in uitam refectæ iugiter inualeſcũt.Poteſt adhuc & hoc modo accipi quod ait:unguentũ exinanitũ nomen tuũ:ꝓpterea adoleſcẽtulæ dilexerũt te. Vnigenitus dei filius cũ in forma dei eſſet:exinaniuit ſemeip̃m & formã ſerui accepit:exinaniuit aũt de plenitudine ſine dubio in qua erat.Illi ergo q dicunt:quid de plenitudine eius nos omnes accepimus:ipſi ſunt adoleſcentulæ:quæ de ea plenitudie ex qua ſe ille exinaniuit: & factum eſt unguentũ exinanitũ nomen eius:pcipientes dicunt.Poſt te in odorem unguentoꝝ tuoꝝ curremus.Niſi enim exinaniſſet unguentũ:hoc eſt plenitudinem diuini ſpũs:& humiliaſſet ſe uſq; ad formã ſerui:capere eum nullus in illa diuinitatis plenitudine potuiſſet:niſi ſola fortaſſis ſponſa:pro eo q uidet̃ indicare qa unguentum iſtud exinanitũ non ſibi ſed adoleſcentulis dilectionis dederit cãm.Sic enim dicit. Vnguentũ exinanitum nomẽ tuũ: propterea adoleſcentulæ dilexerũt te.Ac ſi diceret Adoleſcentulæ qdem ꝓpterea dilexerunt te:qa exinaniſti te de forma dei:& factũ eſt unguentum exinanitũ nomẽ tuũ.Ego aũt dico non pro exinanito unguento ſed pro ipſa unguentoꝝ plenitudine dilexit te.Hoc enim indicat in eo loco ubi dicit:Odor unguentoꝝ tuoꝝ ſuper omnia aromata.Quod uero etiam ipſa cum adoleſcentulis poſt ip̃m ſe curſuram dicit:hanc aio eſſe cãm:q; pfecti quiq; oĩa omnibus fiant:ut omnes lucrifaciant: ſicut iam ſupra expoſuimus:Introduxit me rex in cubiculum ſuũ:& iocũdemur in te:Cum indicaſſet ſponſo ſuo ſpõſa:q; adoleſcentulæ odore captæ currerent poſt ip̃m:cum quibus etiam ipſa curſura eſſet:ut eis formã p̃beret in omnibus:nunc quaſi laboris ſui conſecuta iam palmã pro eo q currerit cum currẽtibus: introductã ſe dicit ab ſponſo rege in cubiculum eius:ut ibi uideret cũctas opes regias.in quo utiq; merito iocũdatur & exultat:utpote quæ ſecreta iam regis & arcana proſpexerit.Hic eſt ſcdm ꝓpoſitum drãmatis ordinem quaſi hiſtoricus intellectus.Sed quoniam cui res agitur:eccleſia eſt ad Chriſtum ueniens:uel anima uerbo dei adhærens:quid aliud cubiculum Chriſti & promptuarium dei credendum eſt:in quo uel eccleſiam uel animam cohærentem ſibi ītroducat:niſi ipſe arcanus ſenſus eius & reconditus:de quo & Paulus dicebat: Nos autem ſenſum Chriſti habemus:ut ſciamus quæ a deo donata ſunt nobis.Hæc illa ſunt quæ oculus non uidit:nec auris audiuit:nec in cor homis aſcenderũt:quæ præparauit deus his qui diligunt eum. Cum igitur chriſtus aĩam in intelligentiam ſui ſenſus inducit:in cubiculum regis introducta dicitur:i quo ſunt theſauri ſapientiæ ac ſcientiæ eius abſcõditi.Non mihi autem uacuũ uidetur:q; cum potuiſſet dicere: Introduxit me ſponſus meus:aut fraternus meus:aut aliquid huiuſmodi:ut ei moris eſt.Nunc quia cubiculum dictura erat:regis dixerit cubiculum:& non aliud nomen poſuerit:in quo poſſet fortaſſis aliquis etiam mediocris intelligi.Sed propterea arbitror in his regem nomiatum:ut oſtẽderetur per hoc nomẽ p̃diues cubiculum: utpote regium & multis atq; ĩmenſis opibus repletũ.Prope hũc omnino mihi uidetur fuiſſe, & ille q dixit

raptum ſe eſſe uſq; ad tertiū cælum:& inde in paradiſum:& audiſſe uerba ineffabilia:quæ non licet homini loqui.Quid.n.putas eſſe illa uerba q̄ audiuit:nonne a rege audiuit:& in cubiculo & prope cubiculum poſitus audiuit Et erat credo illa uerba talia q̄dam:quæ hortarent eū ad maiorē ꝓfectum:& ꝓmitterent ei: q̄ ſi ꝓfeueraret uſq; in finē:& ipſe poſſet intrare regis cubiculū:ſcdm illud qđ per ꝓphetam quoq; ꝓmittit:Dabo tibi theſauros obſcuros: occultos:iuiſibiles.Aperiam tibi ut cognoſcas:q̄a ego ſum dominus deus tuus: q̄ uocaui nomē tuū iſrael.Currūt ergo adoleſcentulæ poſt ip̄m in odoré eius:una q̄q; tamē pro uiribus.alia q̄dem uelocius:alia paulo tardius:alia etiam inferius cæteris & ultimo:alia primo loco :uerumtamē currūt oēs:ſed una eſt ꝓfecta:quæ cucurrit ſic:ut ꝓueniret:& ſola acciperet palmam.Sola.n.eſt quæ dicit. Introduxit me rex in cubiculū ſuū:cū prius nō de ſola:ſed de pluribus dixiſſet:q̄a poſt te in odoré unguentoꝝ tuorum curremus.Introducit ergo in cubiculū regis:& efficit regina:& ipſa eſt de qua dr̄.Regina aſtitit a dextris tuis in ueſtitu deaurato:circūdata uarietatibus.De his aūt adoleſcētulis quæ poſt ipſam cucurrerant:& ꝓcul ab ea in ipſis currendi ſpatiis remanſerāt:dr̄:Adducent regi uirgines poſt eam:ꝓximæ eius adducentur tibi.Adducent in lætitia & exultatiōe:iducent in templū regis.Sed & illud etiam i hoc aduertere debemus q̄ ſicut rex habet cubiculū quoddam:in qđ reginā ſiue ſponſam ſuā introducit:ita habet & ſponſa ſuū cubiculū:in quod monet per uerbū dei ingreſſa claudere oſtiū:& ita cōcluſis illis oībus diuitiis ſuis intra illud cubiculū orare eū:q̄ uidet in abſcondito:& ꝑſpicit q̄tas opes animi ſcilicet uirtutes itra cubiculum ſuū ſponſa condiderit:& uidens eius diuitias:det ei petitōes ſuas.omni.n.habenti dabit.Quod aūt ait exultemus & iocūdemur in te:uidet ex ꝑſona adoleſcentularū dici:uel optantiū & peccantiū a ſpōſa:ut quēadmodum ſponſa cōſecuta eſt:quæ ꝓfecta ſunt:& exultat:ita ipſæ etiā ſuū implere curſum:& ꝓuenire uſq; ad regis cubiculum mereant:ut ꝓfectis & ituitis oībus his de q̄bus illa gloriat:etiam ipſæ exultēt:ſicut & illa : & iocūdent in eo.Vel etiā ad ſpōſam poteſt dictū uideri ab adoleſcentulis cōgratulantibus ei:&ꝓmittentibus petentibuſq;:ut participes fiant exultatōis & lætitiæ diligemus ubera tua ſup uinū.Spōſa q̄dē poſtq̄ oſcula meruit ab ipſo ſponſi ore ſuſcipere:& uberibus eius ꝑfrui ait ad eum:Bona ſunt ubera tua ſup uinū.Adoleſcentulæ uero quæ nondū ad id beatitudīs uenerant neq; ſummā ꝓfectōis acceperāt:neq; uſu & opibus fructus perfectæ charitatis expleuerāt:ut quaſi exptæ ꝓnūciarent de uberibus eius:q̄a bona ſunt.Videntes tamē ſpōſam delectari & refici ex uberibus ſponſi:ex fontibus ſcilicet ſapiæ & ſciæ:quæ de uberibus eius fluūt:& pocula cæleſtis doctrinæ ſumētes:tanq̄ imitatrices ꝓfectōis eius:& deſiderantes eiſdem ueſtigiis īcedere: ꝓmittunt & dicūt:diligemus ubera tua ſup uinū:ideſt nos q̄dem nondū i id ꝓfectionis aſcendimus:ut iam diligamus ubera tua pluſq̄ uinū:uel certe ubera tua:quæ ſunt ſup uinū(Vtroq;.n.modo ſenſus ſtare uidebit) gerimus tamē ſpem:utpote adoleſcētulæ in id ætatis ꝓficere:quo poſſimus non ſolum paſci & ali ex uberibus uerbi dei:ſed & diligere alētem.Iſtæ ſunt aūt adoleſcentulæ ut ſæpe iam diximus aiæ:quæ primis & initio ualētibus eruditōibus uident ibutæ:& uelut uino quodā lætificatæ iſtitutōe tuoꝝ dūtaxat:curatorūq; & pædagi utpote paruulæ:& quæ haberent q̄dem in uiribus amare uinū:non tamē haberēt in ætate:ut amore ubegoꝝ ſponſi moueri aut excitari poſſent.Sed ubi aduenit plenitudo tempoꝝ:& xp̄s in eis ꝓfecit ætate & ſapiētia:& iam ſentire cœperūt q̄d ſint ubera ſponſi:quæq; in his ꝓfectio uerbi dei:& doctrinæ ſpiritalis plenitudo deſignet:etiā ꝓmittūt:q̄a pluſq̄ uinū:quod nūc tāq̄ paruulæ bibūt:dilecturæ ſint ubera ſpōſæ:ideſt ꝓpenſiores futuræ erga ꝓfecta:& omni plenitudine decreta dogmata xp̄i:q̄ iam antea ſiue in coībus ſtudiis ſiue in legis & ꝓphetaꝝ uiſæ ſunt iſtitutōibus extitiſſe.Aeq̄tas dilexit te.Etiam hoc mihi uident adoleſcētulæ proloq; uelut ſatiſfaciētes pro eo:q̄ dilecturas ſup uinū ſe ꝓmiſerūt ubera ſponſi: & non iam in p̄ſenti diligāt:neq; integrā uim charitatis oſtendant.Eſto ergo uox iſta uelut icuſantiū ſemeipſas:q̄ſi quæ nōdum abiecta omni iniq̄tate ꝓuenerit ad æq̄tatem:ut poſſint iam diligere uinū ſuper ubera ſponſi ; ſcientes icōueniens eē:ut aliq̄d adhuc reſideat iniq̄tatis i eo:q̄ ad ꝓfectōem ſpiritalis & myſticæ doctriæ ꝓuenerit.Quia ergo ſūma ꝓfectōis in charitate conſiſtit:charitas aūt nihil iniq̄tatis admittit:ubi aūt nihil iniq̄tatis eſt:ubi ſine dubio eſt æq̄tas.Merito ergo æq̄tas eſſe dr̄:quæ diligit ſpōſum.Et uide:ſi non ob hoc etiam uidet illud i euangelio a ſaluatore dictū.Si diligitis me mandata mea ſeruate.Si ergo q̄ diligit xp̄m mandata eius cuſtodit:& q̄ mādata eius cuſtodit:nulla eſt in eo iniq̄tas:ſed æq̄tas i eo pmanet.Aeq̄tas ergo eſt quæ & mandata cuſtodit:& diligit Xp̄m.Et rurſum:ſi his q̄ mādata cuſtodit:ipſe diligit Xp̄m:mandata aūt in æq̄tate ſeruātur:& æq̄tas eſt q̄ diligit Xp̄m:q̄ iniquū aliq̄d gerit:neq; mādata cuſtodit:neq; diligit Xp̄m.Erit ergo ut q̄tum iniq̄tatis in nobis eſt:tantum longe ſimus a dilectōe Xp̄i:& tantū mandatoꝝ eius ꝓuaricatio habeat i nobis.Et ideo regula quādam directam ponamus eſſe æq̄tatem:ut ſi q̄d in nobis iniq̄tatis eſt:hanc adhibētes & ſuperducentes directoriam mandatoꝝ dei:ſiq̄d in nobis curuū:ſiq̄d tortuoſum eſt: ab huius regulæ linea reſecentur ut poſſit & de nobis dici:Aeq̄tas dilexit te.Poſſumus aūt etiam ſic accipere:ut uideat ſimile eſſe q̄d dixit:Aeq̄tas dilexit te:ac ſi dixiſſet.Iuſticia dilexit te:& ueritas:& ſapiētia: & pudicitia : & ſingulæ quæq; uirtutes.Nec mireris ſane ſi dicimus uirtutes eſſe q̄ diligunt Xp̄m:cum in aliis ipſaꝝ uirtutum ſubſtātiam Xp̄m ſoleamus accipere.Quod & frequēter iuenies i ſcripturis diuis pro locis & opportunitatibus aptari.Inuenimus nāq; ip̄m:& iuſticiam dici & pacem:& ueritatem.Et rurſum ſcriptū eſt i pſalmis. Iuſticia & pax oſculatæ ſunt:& ueritas de terra orta eſt:& iuſticia de cælo proſpexit.quæ utiq; oīa & ipſe eſſe:& rurſum ip̄m dicūtur amplecti.Sed & ſponſus idem dr̄:idem etiam ſponſa noīatur:ut i prophetia ſcriptum eſt: Sicut ſponſo impoſuit mihi mitram:& ſicut ſponſam ornauit me ornamento.

Homelia ſecunda.

Vſca ſum & formoſa filiæ hieruſalem:ut tabernacula cedar:ut pelles Salomōis.In aliis exemplaribus legimus Nigra ſum & formoſa.Rurſus in hoc ꝑſona ſponſæ loquētis itroducitur.Loquē-

tis aũt nõ ad illas adoleſcentulas q̃ cum ipſa currere ſolent:ſed ad filias hieruſalem:q̃bus tanq̃ his quæ dero
gauerint fœditati eius reſpondere uideť & diceť:Fuſca q̃dem ſum uel nigra:q̃tum ad colorem ſpectat filiæ
hieruſalem,formoſa uero ſiqs in terna membroꝝ liniamenta pſpiciat,nam & tabernacula inqt cedar : quæ
eſt gens magna nigra ſunt:& ipſa gens cedar nigredo uel obſcuritas interp̃tatur.Sed & pelles Salomonis ni
græ ſunt,nec tamen ob hoc tanto regi in omni gloria ſua pelliũ uiſa eſt idecora nigredo . Non ergo mihi o
filiæ hieruſalem exprobretis culpam coloris cũ ſiue naturalis ſiue exercitio q̃ſita corpori pulchritudo non
deſit.Hæc continet hiſtoricũ dr̃ama:& ꝓpoſitæ fabulæ ſpecies.Sed redeamus ad ordinem myſticum. Hæc
ſponſa q̃ loqtur:eccleſiæ pſonam tenet ex gentibus congregatæ.Filiæ uero hieruſalem ad quas ei ſermo eſt:
illæ ſunt aiæ :q̃ ꝓpter electõem patrũ chariſſimæ q̃dem dicũtur:inimicæ aũt propter euangeliũ . Iſtæ ſunt
filiæ hieruſalem ciuitatis terrenæ: q̃ uidentes eccleſiam ex gentibus:q̃uis pro eo ignobilem q̃ generoſitaté
ſibi Abrahã & Iſaac & Iacob non poſſit aſcribere:obliuiſcentem tamẽ populũ ſuũ & domum patris ſui:atq;
ad Xp̃m uenientẽ ſpernũt eam:& pro ignobilitate generis offuſcant.Quod ſponſa ſentiens filias prioris po
puli imputari ſibi:& pro hoc etiã nigram ſe appellari:quaſi q̃ paternæ eruditõis non habeat claritatẽ:reſpõ
dens ad hæc dixit:Nigra ſum q̃dem o filiæ hieruſalẽ:pro eo q̃ non deſcẽdo de ſtirpe claroꝝ uiroꝝ: neq; il
luminatõem Moyſi legem accepi:habeo tamẽ pulchritudinem meã mecũ.Nam & ĩ me illud primũ eſt : q̃d
ad imaginem dei in me factũ eſt:& nũc accedens ad uerbũ dei recepi ſpẽm meã.Quãuis,n.,p coloris obſcu
ritate comparetis me tabernaculis cedar:& pellibus Salomonis:tamẽ & cedar ex iſmaele deſcendit,ſecundo
nãq; loco ex iſmaele natus eſt:q iſmael non fuit expers diuĩæ benedictõis.ſed & pellibus Salomonis compa
ratis me:quæ non aliæ ſunt q̃ pelles tabernaculi dei:& tamẽ miror uos o filiæ hieruſalẽ coloris uelle expro
brare nigredinem.Quomodo nõ memiſtis q̃ in lege ueſtra ſcriptũ eſt q̃ paſſa ſit Maria:q̃ derogauit Moyſi
cũ Aethiopiſſam nigram accepiſſe uxorẽ?quo ignoratis illius imagis adũbratõem in me nũc ueritate com
pleri?Ego ſum illa Aethiopiſſa:ego ſum nigra q̃dem pro ignobilitate generis:formoſa uero,ꝓpter pniam &
fidẽ.Suſcepi,n.in me filiũ dei:recepi uerbũ carnẽ factũ:Acceſſi ad eũ q̃ eſt imago dei primogenitus oĩs crea
turæ:& q̃ eſt ſplendor gloriæ & fulgor ſubſtãtiæ eius:& facta ſum formoſa.Tu ergo q̃d improperas conuer
tenti ſe a peccato:q̃d lex fieri uetat?Et quo tu gloriaris in lege p̃uaricans legẽ?Verũ quoniam in his locis ſu
mus:ubi eccleſia q̃ ex gentibus uenit nigrã ſe eſſe dicit & formoſam:q̃uis lõgũ uideat eſſe & operoſum col
ligere ex ſcripturis diuĩs:in q̃bus uel qualiter facĩ huius forma p̃ceſſerit:tamẽ non mihi penitus omitten
dum uideť:ſed q̃ potuerit breuiter memorandũ.Primo ergo in numeroꝝ libro de æthiopiſſa ita ſcriptũ é.
Et locuta eſt Maria ad Aaron:& derogauerũt Moyſi ꝓpter mulierẽ æthiopiſſam,quã accepit uxorem:& di
xerũt.Nunq̃d Moyſi ſoli locutus eſt dominus?Nõne & nobis locutus eſt?Et iteꝝ in tertio regnoꝝ libro ſcri
ptum eſt de regĩa Saba:q̃a uenit a finibus terræ audire ſapiam Salomonis:hoc modo regĩa Saba audiuit no
men Salomonis & nomẽ dominĩ:& uenit tentare eum in parabolis:& uenit in hieruſalem ĩ uirtute magna
ualde:& cameli portantes odoramẽta & auꝝ multũ ualde & lapidẽ p̃cioſum:& ĩgreſſa eſt ad Salomonẽ : &
locuta eſt ei oĩa uerba q̃ erant in corde ſuo:Et enũciauit ei Salomon oĩa uerba eius.Et non fuit uerbum q̃d
omiſerit rex:& non enũciauerit rex ei.Et uidit regina Saba oẽm prudentiam Salomonis & domũ quã ædifi
cauit & cibos Salomonis & ſedem pueroꝝ eius:& ordinẽ miſtroꝝ eius:& ueſtes eius:& uini fuſores eius:&
holocauſta eius:q̃ offerebat in domo domĩni:& obſtupuit:& dixit ad regẽ Salomonẽ. Verus eſt ſermo quẽ
ego audiui in terra mea de uerbo tuo & prudẽtia tua:& non credidi his q̃ loq̃bant mihi uſq;quo uenirẽ :&
uiderũt oculi mei:& ecce nec media pars eſt q̃ nũciabantur mihi:Addidiſti,n,ſuper oẽm auditõem quã au
diui in terra mea.Beatæ mulieres tuæ:beati pueri iſti:q̃ aſſiſtũt in conſpectu tuo ſemper:& audiũt oẽm pru
dentiam tuã:Sit dominus deus tuus benedictus q̃ tibi dedit ſedem iſrael.Quoniã dilexit dominus iſrael: &
uoluit eũ permanere in æternũ:poſuit te regem ſuper eos:ut facias iudicium cũ iuſticia:& iudices eos:& de
dit Salomoni,c.xx.talenta auri:& odoramenta multa ualde:& lapidem p̃cioſum.Nunq̃ talia uenerant odo
ramenta:nec in tanta multitudie:q̃ dedit regina Saba regi Salomoni.Hanc aũt paulo latius repetere uoluĩ
mus:& inſerere huic expoſitõi noſtræ:ſcientes in tantũ conuenire hæc ad pſonã eccleſiæ q̃ ex gentibus ue
nit ad Xp̃m:ut ipſe dominus ĩ euangeliis reginæ huius faceret mentõem:dicẽs eam ueniſſe a finibus terræ:
ut audiret ſapiam Salomonis.Auſtri aũt reginã dicit eam pro eo q̃ æthiopia in auſtri partibus iaceat:& a fi
nibus terræ quaſi in ultimo poſita.Inuenimus aũt huius ipſius regĩæ etiam Ioſephum in hiſtoria ſua facere
mentõem:addentẽ etiam hoc q̃ poſtea q̃ egreſſa eſt inqt a Salomone cũ abiſſet rex eſſet miratus eius ſapĩa
quã ſine dubio ex Salomonis ſapĩa ſuſceperat:cognouit inq̃ nomẽ eius meroen . Refert autẽ q̃ non ſolum
æthiopiæ ſed & ægypti regnũ tenuerit.Addemus ãt adhuc & ea quæ in,lxvii.pſalmo de hac eadẽ forma cõ
tinentur.ait ergo ibi diſperge gentes q̃ bella uolunt:uenient legati ex ægypto:æthiopia p̃ueniet manus eius
deo.Et adhuc quarto in loco apud Sophoniam,ꝓphetã de hac eadem figura hoc modo ſcriptũ . Propterea
ſuſtine me dicit dominus in die reſurrectionis meæ in martyrio hoc eſt ĩ teſtimonio quoniam iudiciũ meũ
eſt & congregationes gentiũ:ut ſuſcipiam reges:& effundam ſuper eos oẽm iram indignatiõis meæ:in igne
zeli mei conſumetur omnis terra.Quoniã tunc conuertã in populis linguam in generatõem eius:ut inuo
cent omnes nomen domini:& ſeruient ei ſub iugum unũ.De ultra flumina ſuſcipiam eos æthiopiæ q̃ diſp
ſi ſunt:& afferent ſacrificiũ mihi.In die illa non confunderis Saba ab omnibus adinuentionibus tuis in qui
bus impie egiſti in me.ſed & in Hieremia ſcriptum eſt:Quod princeps q̃dam populi iſrael miſerit Hieremi
am in lacum melchiæ filii regis qui erat in domo carceris:& depoſuerunt eum cum funibus:& in lacu non
erat aqua ſed cœnum:& erat in cœno.Audiens autem Abdimelech æthiops uir eunuchus qui erat ĩ domo
regis:quia miſerunt Hieremiam in lacum:locutus eſt regi & dixit.Domine rex male fecerunt uiri iſti oĩa q̃

fecerunt in Hieremiam pphetam: q̃ miserunt eum in lacũ & morietur ibi a facie famis: quoniam non sunt 183
iam panes in ciuitate. Et p̃cepit rex ip̃i Abdimelech æthiopi dicens. Tolle hinc triginta hoīes: & educ eũ de lacu: ut nõ ibi moriat̃. Et q̃d plura? Abdimelech æthiops fuit q̃ Hieremiam eduxit de lacu. Et ¦paulopost factus est sermo domini ad Hieremiã dicens. Vade & dic Abdimelech dicens: sic dixit dom̃us deus israel. Ecce ego adduco uerba mea sup̃ ciuitatem istam in mala & non in bona: & saluabo te in die illa: & nõ te dabo in manus hoīum quos tu times. A facie eor̃ saluans saluabo te: & in gladio nõ cades: sed erit aīa tua in salutem: quoniã cõfisus es in me dicit dominus. Hæc interim ad p̃sens de scripturis sanctis occurrere potuerũt: q̃bus mihi uideẽ ¦ppositi de canticis canticor̃ uersiculi mysteriũ comprobari: in quo dicit: Fusca sum siue nigra & formosa filiæ hierusalem sicut tabernaculũ cedar: & sicut pelles Salomonis. Inuenit̃ ergo Moyses ī Numeris accipere æthiopissam uxorẽ fuscã uel nigrã pro qua Maria & Aaron derogant ei: & indignãtes dicunt: Nunq̃d Moysi soli dominus locutus est? Nonne & nobis locutus est? In quo si diligẽter cõsideres hæc nõ consequẽtiã sermo iuenitur habere historicus. Quid. n. cõuenire ad rem uidebitur: ut īdignãtes ¦p æthiopissa dicant: Nunq̃d soli Moysi locutus est dominus? nõne & nobis locutus est? Oportebat. n. si hoc erat in causa: dici ab eis: nõ oportuit te Moyses uxorem accipe æthiopissam & de semĩe Cain: sed de genere tuo & de domo Leui. Hor̃ nihil dicũt: sed aiunt. nũquid Moysi soli locutus est deus? nõne & nobis locutus est? In quo & mihi uideẽ scd̃m mysteriũ magis intellexisse quod gestũ est: & uidisse q̃d iam Moyses ideſt spiritalis lex in nuptias & cõiugiũ congregatæ ex gentibus migrarẽt ecclesiæ: ¦& Mariã quæ synagogæ derelictæ formam: & Aaron q̃ sacerdotii carnalis tenebat imaginẽ: uidentes ablatũ esse a semetipsis regnũ: & datũ esse gẽti facienti fructus eius dicere. Nũq̃d Moysi soli locutus est deus? nõne & nobis locutus est? Deniq̃ & Moyses ipse cũ tanta & tam magnifica eius opa fidei ac patientiæ referant̃: nunq̃ tantis a deo elatus est laudibus & nũc: cũ æthiopissam ducit uxorem. Nũc de eo dr̃: q̃a Moyses homo mansuetus ualde sup̃ oẽs hoīes q̃ sũt sup̃ terram. nũc & illud de eo dicit dominus. q̃a si fuerit in uobis ¦ppheta: in uisionibus loquar ei aut in somniis: nõ ita ut famulo meo Moysi: q̃ in omni domo mea fidelis est: Os ad os loquar ad eũ. In specie & non in ænigmatæ gloriam domĩ uidit. & cur non timuistis detrahere de famulo meo Moyse? Hæc oīa pro coniugio æthiopissæ Moyses audire meruit a domĩo. Ver̃ de his plenius in libro numer̃ ¦psecuti sumus: quæ siquis dignũ iudicat noscere: illa pquirat. Nũc aũt sufficiat approbare ex his: q̃ ipsa est nigra & formosa: quã Moyses ideſt lex spiritalis: quæ sine dubio uerbũ dei & x̃ps est: in cõiugiũ suũ ascisc̃it: licet obtrectẽt & derogent filiæ hierusalem: plæbs scilicet ista cũ sacerdotibus suis. Videamus aũt & ea quæ ex tertio regnor̃ libro ¦ptulimus de regina Saba: & ipsa nihilominus Aethiopissa: cui testimoniũ dat dominus in euangeliis: q̃ in die iudicii ueniat cum uiris generatiõis incredulæ: & cõdẽnet eos: q̃a uenit a finibus terræ audire sapiam Salomonis: & addit. Quia plus Salomone hic docens p̃ hoc plus esse ueritatẽ q̃ ueritatis figuras. Venit ergo & hæc: imo & scd̃m figurã eius ecclesia uenit ex gentibus audire sapiam Salomonis ueri & ueri pacifici domini nostri iesu x̃pi. Venit & hæc primo q̃dem tentans eũ p̃ ænigmata & q̃stiones: q̃ ei prius insolubiles uidebant̃: atq̃ ab ipso de agnitõe ueri dei & de creaturis mũdi: uel de īmortalitate aīæ: & iudicio futuro quod apud eam & apud doctores eius gentiles dũtaxat philosophos īcertũ semp̃ aut dubiũ manebat absoluitur. Venit ergo in hierusalem ad uisionẽ scilicet pacis cũ multitudine & uirtute multa. non enim cum una sola gente ut prius synagoga solos habuit hebræos: sed cum totius mũdi gentibus uenit: deferens etiam munera digna x̃po: odoramẽto r̃ siq̃dem suauitates: opa scilicet bona quæ ad deũ per odorẽ suauitatis ascẽdunt: sed & auro uenit repleta sensibus sine dubio & rõnalibus disciplinis: quas ante fidem adhuc ex cõi & schola ri eruditõe collegerat. Detulit etiam lapidem p̃cios̃um. quæ ornamenta mor̃ possumus intelligere. Cũ hoc ergo apparatu ītrat ad pacificũ regem x̃pm: & ipse aperit cor suũ in cõfessione & pnia: scilicet p̃cedentiũ delictor̃. & locuta est ei oīa q̃ erant in corde suo. ¦pter q̃d & x̃ps q̃ est pax nostra enunciauit ei omnia uerba eius: & non est uerbũ quod omiserit rex: & non enũciauerũt ei. Deniq̃ cũ iam tempus passionis appropinquerit: sic loq̃tur ad eam. ideſt ad electos discipulos suos: Iam non dicam uos seruos: sed amicos: q̃a seruus nescit q̃d faciat dominus eius. Ego aũt nota feci uobis oīa: quæcũq̃ audiui a patre meo. Sic ergo impleẽ q̃d dixit: q̃a nõ fuerit uerbũ: q̃d nõ enũciauerit pacificus dominus reginæ Sabæ: ideſt ecclesiæ ex gentibus cõgregatæ. Quod si intuearis ecclesiæ statum & dispensatões eius: ordinationesq̃ eius cõsideres: tũc aduertes quo modo regina mirata sit oẽm prudentiam Salomonis. simul & reqre cur non dixerit oẽm sapientiã sed omnem prudentiã Salomonis. quoniam q̃dem eruditi uiri prudentiam de humanis negociis: sapientiam de diuinis intelligi uolunt. Iccirco fortassis & ecclesia nunc interim x̃pi prudentiam mirat̃ dum in terris est: & iter hoīes conuersatur. Cum aũt uenerit quod perfectũ est: & de terris translata fuerit ad cælum: tũc uidebit oẽm sapiam eius: cum iã non per spẽm: non p̃ ænigmata: sed facie ad faciẽ de singulis quibusq̃ perspiciet. Vidit aũt & domũ quã ædificauit sine dubio incarnationis eius mysteria. Ipsa est enim domus quã ædificauit sibi sapientia. uidit & cibos salomonis: illos puto de quibus dicebat meus cibus est ut faciam uolũtatẽ eius qui misit me: ut perficiam opus eius. Et uidit ordinẽ puer̃ eius: Ecclesiasticum puto ordinem dicat: q̃ in epatus uel p̃sbyteri sedibus habetur. Vidit & ordinationes siue stationes ministerior̃ eius: Diaconorum ut mihi uidetur ordinem memorat astantium diuino ministerio. Sed & uestes eius uidit: illas credo quibus induit eos de quibus dicitur: Quicũq̃ autem in x̃po baptizati x̃pm iduistis. Sed & uini fusores eius arbitror dici doctores: qui uerbum dei & doctrinam quasi uinum populis miscẽt: quod auditorum corda lætificet. Vidit & holocausta eius orationum sine dubio supplicationũq̃ mysteria. Hæc ergo omnia ubi uidit in domo regis pacifici: immo pacifici christi: nigra hæc & formosa obstupuit: & ait ad eũ. Verus est sermo quem audiui in terra mea: de uerbo tuo: & de prudentia tua. Propter enim uerbum tuum quod agnoui uerũ esse

uerbum ueni ad te. Oĩa etenim uerba quæ dicebantur & quæ audiebam cum eſſem in terra mea a doctoribus ſcilicet ſæculi & philoſophis nō erant uera. Iſtud eſt ſolum uer̄ uerbum quod eſt in te. Sed fortaſſis q̄rendum uidebitur: quomodo dicebat regi regina hæc: quia non credidi his quæ dicebantur mihi de te: cū utiq; nec ueniſſet ad xp̄m: niſi credidiſſet. Sed uide ſi poſſumus hoc modo ſoluere quod propōitur. Nō his inq̄t credidi qui loq̄bantur mihi. Non enim fidem meā in illos q̄ locuti ſunt de te: ſed in te direxi: ideſt non hoĩbus ſed tibi credidi deo. Et per illos q̄dem audiui: ad te aūt ueni: & tibi credidi. Apud quem multo plura uiderunt oculi mei q̄ annūciabantur mihi. Re uera enim cum p̄uenerit nigra hæc & formoſa in hieruſalem cæleſtē: & ingreſſa fuerit uiſionē pacis: multo plura & magnificētiora q̄ nūc ei ſunt ánunciata perſpiciet. Nunc enim tanq̄ in ſpeculo & ænígmate: tūc aūt uidebit facie ad faciem: cum conſequetur ea quæ oculus non uidit: nec auris audiuit: nec in cor hoĩs aſcenderunt. Et tunc uidebit q̄a nec medietas eor̄ eſt: q̄ audiuit in hac ſua terra poſita. Beatæ ergo ſunt mulieres Salomonis aĩæ ſine dubio: quæ uerbo dei & paci eius participes fiunt. Beati pueri eius q̄ aſſiſtunt ĩ conſpectu eius ſemper: non illi q̄ aliquando aſſiſtunt: & aliquādo non aſſiſtunt: ſed q̄ ſemper & ſine ītermiſſione aſſiſtunt uerbo dei: uere beati ſunt. Talis erat & illa Maria q̄ ſedebat ſecus pedes leſu: & audiebat eum: cui & teſtimoniū reddidit ipſe dicens ad Martha. Maria optimā partem elegit: q̄ non auferetur ab ea. Adhuc nigra hæc & formoſa dicit Benedictus q̄ uoluit dare te ſup ſedem iſrael. Vere. n. q̄a dilexit dominus iſrael: & uoluit ut ſtaret in æternū: poſuit te regem ſup eum. Quem? Pacificū ſine dubio: Xp̄s eſt pax noſtra: q̄ fecit utraq; unū: & mediū parietem ſepis ſoluit. Et poſt hæc oĩa dicit inq̄t. c. xx. talenta auri regi Salomonis regina Saba. Numerus hic. c. xx. cōſecratus eſt uitæ hoĩum eor̄ q̄ fuerunt in diebus Noe: q̄bus iſtud concedit ſpatiū uitæ: quo inuitantur ad pniam. Ip̄e aūt numerus annor̄ & Moyſi uitæ fuit. Offert ergo xp̄o eccleſia in auri ſpecie & pondere non ſolū multitudiné ſenſuū ſuorū & intellectuū: ſed lege dei conſecratos indicat ſenſus ſuos. p̄ hunc q̄ Moyſi annos uitæ continet numer̄. Offert etiā ſuauitates odoramētor̄: q̄les & q̄te nunq̄ uenerant. Vel oĩones in hoc uel opa miſericordiæ intelliget: nunq̄ enim uel tam recte orauerat ut nūc cum acceſſit ad xp̄m: uel tam pie operata fuerat ut cū cognouit iuſticiam ſuam non facere coram hoĩbus ſed coram p̄e: q̄ uidet in abſcondito & reddet palam. Sed multum eſt alienis in locis ſimul uniuerſa perſeq̄ hæc q̄ nec teſtimonii gr̄a uidentur aſſumpta. Sufficiant iſta de tertio libro regnor̄. Videamus aliqua & ex his quæ de. lxvii. pſalmo protulimus: ubi ait æthiopia p̄ueniet manus eius deo. Si enim intuearis q̄o ex delicto iſrael ſit ſalus gentibus: & q̄ illor̄ lapſus ītroeūdi uiam nationibus dedit: aduertes quomodo p̄uenit & p̄cepit æthiopiæ manus: hoc eſt gentiū populos illos ad deū: q̄bus primis data ſunt eloq̄a dei. & ĩ hoc compleri: æthiopia p̄ueniet manus eius deo: & ſit nigra iſta formoſa: etiam ſi uolūt: etiam ſi inuident: & obtrectāt filiæ hieruſalem. Sed & pphetæ teſtimoniū quod poſuit ſuſcepit dominus, etiam eos q̄ ueniūt de locis q̄ ſunt ultra flumĩa æthiopū: & offerunt hoſtias deo ſimili ſenſu aduertendū puto. Videt enim mihi q̄ ultra flumĩa æthiopiæ eſſe dr̄ ille: q̄ nimiis & ſupabūdantibus peccatis iſuſcatus eſt: & atro malitiæ fuco ĩfectus niger & tenebroſus eſt redditus: & tamē ne hos q̄dem repellit dominus: ſed omnes q̄ ſacrificia contribulati ſpūs & humiliati cordis offerunt deo: confeſſiōis ſcilicet ac penitentiæ titulo ad eū conuerſi non repellunt ab eo. Sic. n. pacificus dicit dominus noſter. Ego ueniētem ad me nō repello. Pōt aūt & de illis dictū uideri: q̄ ultra flumĩa æthiopū poſiti uenient etiam ipſi ad deum hoſtias deferentes: q̄ poſtea q̄ ītrauerit oĩs plenitudo gentium: quæ flumĩbus æthiopū cōparatur: uenient etiā ipſi: & tūc omnis iuda ſaluabitur. & pro eo ultra flumĩa dicātur: quaſi q̄ ulteriores & poſteriores ſint ſpatiis: in q̄bus currit iundatq; gentium ſalus. Et ita forte compleri uidetur hoc quod dicit: q̄a ĩ die illa nō cōfunderis oĩs iſrael ex oĩbus adiuentōibus tuis: q̄bus ipie egiſti in me: Supereſt ut illud teſtimoniū quod de Hieremia aſſumpſimus explicet: ubi Abdimelech nihilomius æthiops uir eunuchus cū audiſſet: q̄a Hieremias ĩ lacum miſſus eſt a pricipibus populi: educit eum ĩde. Et puto iconueniens non uideri: ſi dicamus q̄ principes iſrael condēnauerūt: & ĩ lacū mortis miſerunt: iſte alienigenæ & obſcūræ gentis homo & degeneris. i. populus gentiū educit eum de lacu mortis: reſurrectōem ſcilicet eius a mortuis credens: & fide ſua hūc q̄ illi ĩ mortem tradiderant: iſte de ĩfernis reuocat ac reducit. Sed & eu; nuchus hic æthiops eſſe dr̄: credo q̄ ſtrauerit ſemetip̄m ppter regnum dei: uel ét q̄ ſemé malitiæ ĩ ſemetip̄o non habebat: ſeruus quoq; eſt regis q̄a ſeruus ſapiens ĩperat ſtultis domĩs. Interp̄tatur aūt Abdimelech ſeruus regū. Et ideo domĩus reliquens populū iſrael pro peccatis ad æthiopē uerba dirigit: & ad ip̄m mittit pphetam: & ipſi dicit. Ecce ego adduco uerba mea ſuper ciuitatem iſtam ĩ mala & non ĩ bona: & ſaluabo te ĩ die illa: & non te dabo ĩ manus hominum: ſed ſaluans ſaluabo te. Salutis aūt cā hæc eſt ei: q̄a eduxi pphetam de lacu: ideſt q̄ a fide ſua q̄ Xp̄m reſurrexiſſe credat a mortuis: eduxiſſe eum ex lacu uidetur. Habet ergo pluria teſtimonia fuſca hæc uel nigra & formoſa ĩ q̄bus libere agat: & cū fiducia dicat ad filias hieruſalem q̄a fuſca ſum q̄dem uel nigra ſicut tabernacula Cedar: formoſa aūt ſicut pelles Salomonis. De pellibus Salomonis ſcriptum aliq̄d proprie non memini. Puto aūt referre poſſe ad gloriam eius: de qua dicit ſaluator: q̄a nec Salomon ĩ oĩ gloria ſua opertus eſt: ſicut unū hor̄. Nomen tamē ipſum pellium ĩ tabernaculo teſtimonii ĩuenimus frequenter referri: ſicut cum dicit: Et facies pelles ex capra; pilis operimentum ſuper tabernaculum teſtimōii. xi. pelles facies. Longitudo pellis unius. xxx. cubitor̄: latitudo quatuor cubitor̄. Eadem menſura erit. xi. pellibus: & coniūges q̄nq; pelles ſimul & alias ſex ſimul: & replicabis ſextam pellem a fronte tabernaculi: & facies quīquaginta anſulas per oram pellis unius: & quīquaginta anſulas per oram pellis alterius: per quas coniūgantur una ad alteram: & facies circulos æreos q̄nquagenos & cōiūges ex ipſis pelles: & erit unum totum. & replicabis quod ſupereſt ex pellibus medietatem pellis unius a fronte tabernaculi. & ex alia medietate quod ſupereſt uelabis poſteriora tabernaculi: cubitum hic: & cubitum ĩde: ex eo quod abundat ĩ longitudie pelliū. & erit

adopertum tabernaculum ex lateribus hīc & inde.Puto ergo q̄ haꝛ pellium mentio fiat ī cantico cantico- 184
rum:& iſtæ dicantur eſſe Salomonis:q̄ accipitur ī pacificum Xp̄m.Ipſius ergo eſt tabernaculum: & ea quæ
ad tabernaculum pertinent.& p̄cipue ſi illud tabernaculū conſideremus:qđ dr̄ tabernaculum ueꝛ:quod fi
xit deus & non homo & quod ait:nō.n.ī manu facta ſancta ītrauit Ieſus exemplaria ueroꝛ.Si ergo pulchri-
tudinem ſuam ſponſa pellibus comparat Salomonis:illaꝛ ſine dubio pellium gloriam & pulchritudiné di
cit:quæ operiūt illud tabernaculū quod fixit deus & non homo.Si uero nigredinem ſuam quæ exprobrarī
a filiis hieruſalem uidebaf:pellibus contulit ſalomonis huius tabernaculi quod exemplar ueri tabernaculi
uocatur:accipiendæ ſunt pelles quaſi q̄ & ipſæ nigræ ſint q̄dem:utpote capraꝛ pilis textæ:& tamen uſum
ornatūq̄ exhibeāt diuīo tabernaculo.Quod aūt uidetur eſſe perſona una quæ loq̄tur:& pluribus ſe uel ta-
bernaculis cedar ī nigredie uel Salomonis pellibus comparauit:ita accipiendū eſt:q̄a una q̄dem perſona ui-
detur eccleſiæ:īnumeræ tamen ſunt q̄ per orbem terræ diffuſæ ſunt atq̄ īmenſæ congregatōis ac multitu-
dis populoꝛ.Sicut & regnum cæloꝛ unum q̄dem dr̄:& multæ tamen ī eo māſiones memoranf eſſe apud
patrem.Poteſt aūt & de una quaq̄ aīa:quæ poſt peccata plurima conuertitur ad pniam dici: q̄ nigra ſit pro
peccatis:formoſa propter pniam & fructus pniæ.Deniq̄ & de hac ipſa quæ nunc dicit:nigra ſum & formo
ſa:q̄a non in finem in nigredie iſta permanſit.poſt hæc dicunt de ea ipſa filiæ hieruſalem.Quæ eſt iſta quæ
aſcendit dealbata īcumbens ſuper fratrem ſuū.Ne uideatis me quoniam infuſcata ſum ego:q̄a deſpexit me
ſol.Infuſcata ſiue denigrata:ſi competēter nobis uidetur aptata expoſitio:quam ī ſuperioribus:uel de æthio
piſſa quæ a Moyſe ſuſcepta eſt ī coniugium:uel de regīa Saba æthiopum:quæ ſapiam Salomonis uenit au-
dire.texuimus:merito nunc hæc quæ fuſca uel nigra eſt & formoſa:ſatiſfacere uidef pro nigredie:uel fuſca
tione ſua:cauſaſq̄ reddere exprobrantibus:quaſi quæ non natura talis:nec ita a conditore ſit:ſed ex accidē-
tibus hoc paſſa ſit.Ex eo inq̄t:q̄a ſol deſpexit me.In quo oſtendit:non de nigredine corporis fieri ſermonē
quod utiq̄ ſol obſcurare & denigrare ſolet:cum reſpicit magis quā cum deſpicit.Ita deniq̄ & apud illā oēm
illam gentē æthiopum ferunt:cui naturalis q̄dam ineſt ex ſemīs carnalis ſucceſſione nigredo q̄ in illis locis
ſol radiis acrioribus ferueat:& aduſta iam ſemel atq̄ infuſcata corpora gemini uitii ſucceſſione permaneāt.
Contrarii uero ordīs eſt aīæ nigredo.Nam neq̄ aſpectu:ſed deſpectu ſolis inurif:neq̄ naſcendo:ſed negligē
do conq̄ritur:& ideo ſicut ignauia aſſumif:ita & induſtria repellif:& repulſaf.Deniq̄ ut ſuperius dixi:hæc
ipſa quæ nūc nigra dr̄ eſſe:in fine cantici huius dealbata memoraf aſcendere īcumbens ſuper fratrem ſuū.
effecta eſt ergo nigra q̄a deſcendit.Si aūt cœperit aſcendere īcumbēs ſup fratrem ſuū:& adhærebit ei: & nō
oīno ſeparabitur.Dicit ergo nunc ad filīas hieruſalem:pro nigredie ſua ſatiſfaciens.Non putetis o filiæ hie
ruſalem q̄ naturalis eſt iſta nigredo:quā uidetis in uultu meo.Sed ſcitote quoniam deſpectu ſolis eſt facta.
Sol.n.iuſticiæ q̄a me non īuenit recte ſtantem:nec ipſe ī me rectos direxit lucis ſuæ radios.Ego.n. ſum po-
pulus gentiū q̄ prius non aſpexi ad ſolem iuſticiæ:nec ſteti ante dominū:& ideo nec ille me aſpexit:ſed de-
ſpexit:neq̄ aſtitit mihi:ſed p̄teriit.Hoc aūt ita eſſe etiam tu q̄ iſrael diceris re ipſa expertus iam iāq̄ cogno-
ſces:& dices.Sicut.n.me aliquādo non credente:tu aſſumptus es:& miſericordiam conſecutus:& te reſpexit
ſol iuſticiæ me aūt utpote īobedientem & īcredulum deſpexit & ſpreuit:Ita & nūc q̄a tu īcredulus & inobe
diens factus es:ego ſpero reſpici a ſole iuſticiæ:& miſericordiam conſeq̄.Quod aūt mutua nobis ſit ſol iſta
deſpectio:& ego primo pro īobedientia mea deſpectus ſum:tu uero reſpectus.Nūc autem etiam tibi nō ſo-
lum deſpectus ſolis:ſed & cæcitas q̄dam:licet ex parte contigerit:teſtem tibi producam magnificum & cæ
leſtis ſecreti conſcium Paulum:qui ita dicit.Sicut enim uos de gentibus ſine dubio loquens: aliquando nō
credidiſtis deo.nūc autem miſericordiam conſecuti eſtis propter illorum incredulitatem:ita & iſti non cre
diderunt in ueſtra miſericordia:ut & ipſi miſericordiam conſequanf.Et item in aliis dicit.Quia cæcitas ex
parte contigit in iſrael:donec plenitudo gentiū intraret.Hinc ergo eſt in me quem exprobrat iſta nigredo:
q̄a deſpexit me ſol ꝓpter īcredulitatem & inobedientiā meam.cum uero recte ſtetero ante eum: & non fue
ro oblitus in aliquo:neq̄ declinauero ad dexteram neq̄ ad ſiniſtram:ſed fecero rectas ſemitas pedibus meis
contra ſolem iuſticiæ īcedens ī omnibus iuſtificatōibus eius ſine q̄rela:tūc & ipſe ſol iuſticiæ me reſpiciet:& nul
la erit obliq̄tas:nec erit cauſa ulla deſpectus:& tunc reddetur mihi lux mea:& ſplendor meus.In tantūq̄ ꝓ-
pelletur a me:quā nunc exprobraris iſta nigredo:ut etiam lux mundi merear appellari. Sic ergo ſol iſte q̄dē
uiſibilis:ea corpora q̄bus a ſūmo libramīe inſederit:infuſcat:& urit.ea uero quæ procul ſunt & ab iſta colli-
bratione longius poſita:conſeruat in candore ſuo:nec omnino urit ea:ſed illumīat. Sol uero ſpiritalis q̄ eſt
ſol iuſticiæ:in cuius pennis ſanitas eſſe dr̄:econtrario eos q̄dem quos recti cordis inuenerit:& ad libram ſui
ſplendoris conſiſtens illuminat:ſed & omni fulgore circundat.eos autem qui oblique incedunt cum eo:ne-
ceſſario etiam ipſe oblique non tam reſpicit:q̄ deſpicit:hoc eis p̄ſtante inconſtantia ſua & iſtabilitate. Quo
modo enim qui peruerſi ſunt:poſſunt ſuſcipere quod rectum eſt:uelut ſi curuo ligno adhibeas rectiſſimā
regulam:uidebitur quidem per regulam argui materiæ prauitas:non tamen regula eſt quæ ligno cauſam p
uerſitatis impoſuit.Et ideo feſtinandum eſt ad uias rectas:& ſtandum in ſemitis uirtutum:ne forte ſol iuſti
ciæ rectus incedens:ſi nos obliquos ſtare inueniat & peruerſos:deſpiciat nos:& efficiamur denigrati. inquā
tum uero capaces fuerimus lucis eius:in tantum tenebris & nigredini dabimus locum.Hīc enim eſt ipe ſol
qui & lux uera illuminans omnem hominem uenientem in hunc mundū & q̄ in mūdo erat.& mundus per
ipſum factus eſt.Non enim per iſtud uiſibile lumē mūdus factus eſt:cū & ipm portio ſit mūdi:ſed per iſtud
ueꝛ lumē.a quo lumine ſi nos peruerſi inceſſerimus:deſpici dicimur:& ipm enim nos puerſe incedentibus
peruerſum quoq̄ incedit.ſicut ſcriptum eſt in maledictionibus Leuitici.Et ſi inceſſeritis inquit mecum p-
uerſi:& nolueritis obedire mihi:adiiciam uobis plagas ſeptem.Et poſt pauca.Et ſi inquit non fueritis emē-

dati:sed incesseritis mecū puersi:incedam & ego uobiscum peruersus.Siue ut ī aliis exemplaribus legimus. Si icesseritis mecum obliq;incedam & uobiscū obliquus.Et post aliq̄ta itez dicit ad ultimū.Et quoniā am bulauerunt in conspectu meo obliqui:& ego ambulo cum eis in furore obliquus.Hæc assumpsimus ex q̄ bus,pbaremus qualiter despicere hoc est oblique aspicere sol dicatur.Et euidenter claruit q̄ hos despiciat: & cū his oblique īcedat ac peruerse:q̄ oblique incedūt cum eo:Sed & hoc quod admonuit p̄sens locus indi scussum non omittamus:qa sol duplicis uidetur esse uirtutis:unius qua illuminat:alterius qua adurit.Sed,p rebus aut materiis subiacentibus aut illuminat aliquid luce:aut infuscat & obdurat ardore. Secundum hoc ergo fortassis & īduratse dr̄ deus cor Pharaonis:q̄ scilicet talis fuerat materia cordis ipsius:quæ p̄sentiā so lis iusticiæ non ea parte qua illuminat:sed qua adurit & indurat exceperit ,ppter hoc sine dubio q̄ & ipse af fligebat hebræoz uitam in operibus duris:& q̄ luto & latere conficiebat eos.Et erat utiq; cor eius scdm ea quæ cogitabat luteū & limosum.Et sicut materiā luti sol iste uisibilis stringit & indurat:ita sol iusticiæ his eisdem radiis qbus illuminat populum israel:Pharaonis cor cui inerant luteæ cogitatiōes:pro ipsis motuū suoz qualitatibus indurabat.Hæc aūt q̄ ita se habeant:& non cōem ut hoibus uidetur:historiam famulis dei per spūm sanctū scribebat:ostenditur etiā inde:q̄ ubi refert ingemuisse filios israel:non dicit a luto neq; a latere neq; a paleis ingemuisse eos:sed ab opibus suis iquit.Et rursum.Et ascendit inquit clamor eoz ad deum.nō dixit a luto & latere:sed itez ab operibus suis;ppter quod & subiūgit. Quia exaudiuit dominus gemitus ipsoz:cum utiq; non exaudiuit eoz gemitum:qui nō ex operibus clamant ad dominū.Hæc q̄is per excessum dicta uideantur:tamen locoz opportunitate cōmoniti:nequaq̄ iudicauimus omittenda:ma xime cum habeant aliquid similitudinis ad hoc quod dicit:hæc quæ infuscata est:quia despexerit eam sol. Quod utiq; ostenditur ibi accidere:ubi peccatoz causa p̄cedit.& ibi infuscari uel aduri aliquē sole:ubi pec cati materia subsistit.ubi uero non est peccatum:sol neq; adurere dicitur:neq; infuscare,sicut de iusto refer tur in psalmis.Per diem sol non uret te:neq; luna per noctem. Vides ergo quia sanctos in quibus peccatoz nulla causa est:sol nunq̄ adurit. Vt enim diximus:duplicis uirtutis est sol:iustos autem illumiat: peccatores uero non illuminat:sed adurit,quoniam & ipsi oderunt lucem:quia male agunt.Deniq; ob hoc & deus no ster ignis dicitur esse consumens.nihilominus lux in quo tenebræ non sunt:lux sine dubio iustis:& ignis ef ficitur peccatoribus:ut consumat in eis omne quod in anima eoz corruptibilitatis aut fragilitatis inuene rit.Quod autem in multis scripturæ locis & sol & ignis non iste uisibilis sed ille inuisibilis & spiritalis dica tur:ipse etiam si recenseas abundanter inuenies.Filii matris meæ dimicauerunt in me:posuerunt me custo dem in uineis:uineam meam non custodiui.Adhuc ipsa quæ fusca quidem pro delictis prioribus: formosa uero est pro fide & conuersione etiam hæc dicit:asseuerans q̄ filii matris suæ dimicauerunt non contra eā sed in ea.& post hoc bellum quod in ea gesserunt:constituerunt eam uineaz custodem:non unius uineæ: sed multarum.Astruit autem hæc eadem:q̄ preter has quas a filiis matris suæ custodire posita est: habuerit aliam propriam uineam quā non custodierit.Hæc est propositi drāmatis fabula.Sed nunc inquiramus quæ sit mater sponsæ huius:quā hæc allegat:qui sint etiam filii eius qui dimicauerunt in ea:& cōfecto bello tra diderint ei uineas quas custodiret:quasi quæ non potuisset seruare eas:nisi ab illis dimicatum fuisset. Illam uero suscepta aliarū custodia uinearum:propriam uineam noluisse uel non potuisse seruare. Ad Galathas Paulus scribens ait.Dicite mihi qui sub lege uultis esse:legem nō audistis?Scriptum est enim:quoniā Abra ham duos habuit filios:unum ex ancilla:& unum de libera.sed iis quidem qui de ancilla secūdū carnem na tus est:qui uero de libera secūdum repromissionem quæ sunt allegorica. Hæc enim sunt duo testamenta: unum quidem in monte Syna in seruitutem generans:quæ est Agar.Syna enim mons est in arabia: qui con fertur huic quæ nūc est hierusalem:& seruit cum filiis suis.Quæ autem sursum est hierusalem:libera est: q̄ est mater oīum nostrum.Hac ergo hierusalem cælestem dicit esse Paulus & suam & oīum nostrū credentiū matrem.Deniq; addit in posterioribus & dicit,ppter quod fratres non sumus filii ancillæ sed liberæ.qua li bertate liberauit nos Christus.Euidenter ergo Paulus pronūciat:q̄ omnis qui per fidem a Xp̄o consequit libertatem:filius sit liberæ:& hanc dicit esse sursum hierusalem quæ libera est:quæ est mater oīum nostrū. Huius ergo matris & ipsa sponsa filia esse intelligitur:in his qui dimicauerunt in ea:& constituerūt eam cu stodem uineaz. Vnde uideantur isti:qui tantū potestatem habuerint:ut & bellū gererēt in ea:& ordinarēt eam uineaz custodē;non cuiuscūq; humilis:aut conténendi loci fuisse.Possumus ergo & apostolos Xp̄i ac cipere filios matris spōsæ:hoc est hierusalem filios cælestis:q̄ pugnauerunt prius in ista quæ ex gentibus cō gregatur.Pugnauerunt aūt:ut uincerent in ea illos:quos prius habuit infidelitatis & inobediētiæ sensus; & oém elatōem;extollentem se aduersus sciam Christi.sicut Paulus dicit:Cogitatōes destruentes;& oém alti tudinem extollentem se aduersus sciam Xp̄i.Pugnauerunt ergo non aduersus eam:sed in ea:hoc est in sensi bus & corde eius:ut destruerent:& depellerent oém infidelitatem;omne uitiū;oésq; doctrinas:quæ ei inter gentes positæ;fallis sophistaz assertionibus inoluerant.Fuit ergo apostolis Xp̄i grande bellum:donec ex ea mendacii turres & muros peruersæ doctrinæ subruerent:donec iniq̄tatis argumenta ,psternerent:& operā tes hæc atq; succédentes in corde eius dæmones debellarent: Vbi ergo effugauerūt ab ea oés sensus infideli tatis antiquæ;non eam relinquūt ociosam;ne forte per ocium rursus antiqua surrepāt;& redeāt quæ depul sa sunt:sed dant ei opus:quod egat:& cōsignāt ei custodiam uineaz. Vineas accipiamus singula q̄cūq; uolu mia legis ac pphetaz.Erat.n.unusq;sq; eoz sicut ager plenus:quē benedixit dominus.Hæc ergo isti uiri for tes post uictoriam bella seruanda ei & custodienda consignāt.nō enim relinquūt eam ut diximus ociosam. sed & euangelistaz scripta atq; ipsoz apostoloz litteras possumus similiter uineas accipere:quas huic quæ ex gentibus cōgregat pro qua etiam dimicauerūt;custodiendas colēdasq; tradiderūt.Quod uero ait:qa suā

propriam uineam non custodierit.illā possumus eruditionē dicere.qua unusq; exercebaī ante fidē:quā si ne dubio credēs relinquit ac deserit & ea quæ sibi lucra uidebanī:dicit ꝓpter xp̄m detrimēta.Sicut & Paulus gloriaī legis obseruantias & oēm iudaicæ istitutiōis gloriā:fuisse sibi ut stercora:tātū ut ī xp̄o inuenire tur:non habens suā iustitiā:quæ ex lege est:sed iustitiā quæ ex deo ē.Sicut ergo paulus accepta xp̄i fide; nō custodiuit uineā suā:iudaicæ scilicet traditionis obsequia:& iccirco fortasse nō custodiuit.qa cum plantata eēt a deo uitis uera cōuersa ē in amaritudinē uitis aliena:& erat iā uitis Sodomoꝝ uinea eoꝝ.& palmes eorum ex gomorra.& botrus amaritudinis ī eis & furor draconū uinū eoꝝ:& furor aspidū insanabilis: ita & apud gentes erāt plurimæ huiusmodi doctrinæ:quas post illa bella qbus pro fide & agnitione christi a doctoribus dimicatū est:superatas dicit:puto q; oīo criminis loco ducaī.Si custodierit aliquis huiusmodi uineas:& agrū colat ultra uenenatis & noxiis cōsitū disciplinis:nec mireris si his culpis aliquādo fuisse uidea tur obnoxia hæc quæ ex nationū dispersione colligiī:& iam christo sponsa præparaī.Recordare quomodo prima mulier seducta est:& ī præuaricatione facta:quæ nō aliter salua fieri dicīt:nisi per filioꝝ generationē.illoꝝ dūtaxat:qui pmanent in fide & charitate cū sanctitate.Hoc ergo qđ de adā & eua scribitur: sic assēuerat apostolus.Mysteriū magnum est ī christo & ī ecclesia:qui eam ita dilexit:ut semetipsū traderet,p ea cum esset adhuc impia hæc ipsa:sicut ipse dixit.Cū enim adhuc scdm tēpus ipii essemus:christus pro nobis mortuus est.Et iterū.quia cum adhuc essemus infideles:christus pro nobis mortuus ē.Nō ergo mirum est:si hæc quæ seducta.& ī præuaricatione facta & quæ ipia scdm tempus fuit & peccatrix talē dicaī uineā coluisse eo tpe:cum adhuc impia erat:quā relinquere debuerit:& nequaq; omnino seruare.Quod si etiā ,tertium explanatiōis locum placet exequi referamus hæc ad unāquāq; aīam.quæ cōuersa ad deum & ad fidē ueniens:patitur sine dubio cogitationū pugnas & obluctatiōes dæmonū:reuocare eā nitentiū ad prioris uitæ illerebras:uel īfidelitatis errorē.Sed ne hoc fiat.ne ue rursum dæmonibus ī ea tantū liceat.prospexit diuina ,puidentia:ut paruulis quibusq; & his qui pro semetipsis aduersus astutias diaboli , & dæmonum pugnas dimicare non possūt utpote infantes adhuc & lactantes in christo:daret angelos ,ppugnatores & defensores:qui uelut tutores & ,pcuratores cōstituti sunt a deo eoꝝ qui in īfirma ætate positi pro semetipsis ut diximus:pugnare non possūt.Et ut hoc cū maiori fiducia agant:cōcediī eis semp uidere faciem patris qui ī cælis est:& istos puto esse paruulos:quos uenire ad se christus iussit;& non sinit ,phiberi:& quos semper dixit uidere faciē patris.Nec tibi cōtrariū uideatur:si eos hæc anima quæ ad deū tendit:matris suæ filios appellat.Si enī aīarū mater hierusalē cælestis est,& angeli nihilominus cælestes nominanī:nihil dissonās uidebiī.si hi qui similiter ut ipsa cælestes sūt:ab ea filii matris appellanī.Super oīa autem congruū uidebiī & cōueniens:ut qbus unus ē pater deus:una sit hierusalem mr̄.Quod uero ait Vineā meā non custodiui . ī stituta illa ac mores & propositū in quo exercebaī scdm ueterem hominē uiuens indicare uideī laudabiliter a se non eē seruata.ex quo aūt adiutorio angeloꝝ dimicauit & uicit eā penitus a se effugauit ueterē hominē cū actibus suis:cōstitutaq; est ab eis uineaꝝ custos sensuū scilicet & dogmatū diuinoꝝ: ex qbus possit uinū bibere.quod lætificet cor eius.Annuncia mihi quē dilexit aīa mea.ubi pascis:ubi cubas in meridie ne forte efficiar sicut adoperta super greges sodaliū tuoꝝ.Adhuc spōsa loquiī ēt hæc:sed ad sponsum & nō iā ad filias hierusalē.Igiī ab initio ubi ait Osculeī me usq; ad hunc locū sup greges:cūcta quæ dicta sūt uerba sūt spōsæ.Sed primo sermo eius ad deū factus ē.secūdo ad sponsū.tertio ad adolescētulas.iter quas & spō sum media quædā ut se drāmatis huius species habet quasi mesochorus effecta:nūc ad ipsum.nūc etiam ad filias hierusalē respōdēs dirigit uerba.Hoc ergo nunc ultimos sermones suos ad sponsū facit.requirēs ab eo ubi pascat in meridie.ubi collocet gregem:uerens nedum requirit eum:incurrat in ea loca ubi sodales spō si locatos per meridiem greges seruant.Ostenditur autem per hoc quia sponsus hic etiam pastor sit.In superioribus autem didiceramus eum esse & regem pro eo sine dubio q; homines regat.pastorem uero pro eo q; oues pascat sponsum autem pro eo q; habeat sponsam:quæ cum eo regnet scdm q; scriptum est.Astitit regina a dextris tuis in uestitu deaurato.Hæc interim continet drāmatis ipsius:qui est quasi historicus ordo. Nunc autem requiramus intelligentiam mysticam.& si oportet præuenire paululum ea:quæ in posterioribus proserenda est.quo quis effectus sit horum sodalium pateat:memoremus illud quod scriptum ē quia reginæ sunt.lx.sed & ex his omnibus una sit columba:& una perfecta ac particeps regni.cæteræ uero iam ī feriores sunt quæ.lxxx.appellantur concubinæ.Adolescentulæ uero quarum numerus nullus est:post ordinem concubinarum ponuntur.Istæ autem omnes animarum earum differentiæ sunt:quæ in christo credē tes diuersis ei affectibus sociantur. Vt uerbi gratia dicamus Omnem ecclesiam per illam figuram corpus eē christi apostolus dicit.in quo corpore diuersa membra esse pronunciat.& alios esse oculos.alios manus, alios etiam pedes:& singulos pro operum studiorūq; suorum meritis in membra corporis huius aptari.Secūdum autem speciem & hæc intelligenda sunt.& alias quidem animas putandum est in hoc sponsali drāmate quæ magnificentiori affectu sponso atq; illustriori sociantur.apud eum reginarum loco & affectu haberi.alias quarum inferior sine dubio in profectibus & uirtutibus honor est: concubinarum loco duci . & alias adolescentularum.quæ uidentur extra aulam quidem positæ:non tamen extra urbem regiam.Posteriores uero & post omnes quæ supra memoratæ sunt esse eas animas:quæ oues appellantur.Si uero perspicamus attentius adhuc fortassis etiam harum omnium inueniemus inferiores alias & ultimas oium.illas scilicet quæ in sodalium eius gregibus numerantur:& ipsi enim habere greges quosdā dicunī in quos nō uult spōsa īcurrere.& ob hoc petit a spōso.ut annūciet sibi ubi pascat:ubi meridiē faciat:ne forte īquit efficiar sicut adoperta sup greges sodaliū tuoꝝ.Quæriī ergo sodales isti qui habere quosdā greges dicunī:utrū spō so operā dātes.& sub ipso uelut pastoꝝ principe agētes hoc faciāt:quādoq; dē sodales eius noīanī . an ,ppriū

aliquid & ſequeſtratum habentes:& quod non ſit cum animo ſponſi quandoquidē refugit ſpōſa:& ueretur
ne forte incurrat ſodaliū greges:dum ſpōſum ſuū reqrit.Sed & qđ dixit ne forte efficiar nō adoperta:ſed ſi-
cut adoperta:reqre ne forte inuat p hoc eſſe aliqs ſodaliū q̄ſi ſpōſas habentes ét ipſas habitū ſpōſalē: & eē
adopertas:& ſicut apoſtolus dicit uelamē & ptātē habētes ſup caput:& ut manifeſtior ſermōis huius expla-
natio fiat itex q̄ſi drāmatis ordine qđ dicit exequamur.Expoſcit ab ipſo ſpōſo ſuo ſpōſa:ut ei locū ſecreti
ſui indicet & qetis:quādoqdē amoris ſpatiens etiā per meridiē cupit audire ſpōſū:eo p̄cipue tpe quo clarior
lux & ſplēdor diei p̄fectus & purus ét:ut aſſiſtat ei oues paſcēti uel refrigeranti.& ſtudioſe uult uiā diſcere:q̄
ire ad eum debeat:ne forte ſi nō fuerit edocta itineris huius anfractus:ſcurrat greges ſodaliū:& uideat ſimi
lis eē alicui illax q̄ adopertæ ueniūt ad ſodales eius:nec pudoris curā gerūt:aut uerent paſſim diſcurrere:
& multis apparere.Ego aūt quæ a nullo inquit alio uideri uolo niſi a te ſolo:ſcire deſidero: quo ad te itine
re uēiam:ut ſecretū ſit:ut nemo ſit medius:ut malus arbiter peregrinus:& alienus nō occurrat.Et forte ob
hoc requirit iſta loca:in qbus paſcit ſponſus oues ſuas:& oſtēdit ei uerecūdiā ſuā:pro qua nō uult incurre-
re greges ſodaliū:ut ille ſegreget oues ſuas a ſodalibus:& ſeorſū paſcat:ut non ſolū ſpōſa nō uideat ab aliis:
ſed & arcanis & ineffabilibus myſteriis ſponſi ſecretius pfruat.Nūc ergo uideamus per ſingula:& primo qui
dē uide ſi poſſimus dicere:q̄ dominus cuius portio fuit iacob:& funiculus hæreditatis eius iſrael:ipſe intel
ligendus ſit ſponſus.Sodales uero angeli illi:ad quox numex cū diuideret excelſus gentes:& diſpergeret fi
lios adā:ſtatuit terminos gētium ſcdm numex ut ait angelox dei:& iſti ſint fortaſſis greges ſodalium ſpō-
ſi gentes cūctæ quæ uelut pecora ſub angelis paſtoribus cōſtitutæ ſūt. Grex uero ſpōſi ille ouiū dicat:de q̄
bus ipſa in euangelio ueritas dixit.Oues meæ uocē meā audiēt.Vide enim & obſeruanter intende: quoniā
dixit oues meæ q̄ſi ſint & aliæ oues quæ nō ſint eius:& ipſe in aliis dixit:uos non eſtis de ouibus meis quæ
ſingula huic occulto myſterio cōuenienter uidebunt aptari.Quæ ſi ita ſe habent:cōpetenter ſpōſa uniuſcu
iuſq; ſodaliū gregē ſponſā eius itelligi uoluit: quā adopertam noſauit.Sed quoniā certa erat q̄ ſup oēs illas
ſpōſa eēt:nō uult ſimilis uideri alicui illax: utpote quæ ſciret tantū ſe debere præcellere illas ſodaliū ſpon-
ſas q̄s ſponſa nominat uelut adoptas:quātū eminentiæ ſpōſus ſuus hēat ad ſodales.Sed & pro hoc adhuc ui
debitur p̄cunctandi cauſas habuiſſe:quādoqdē boni paſtoris ſcit eē ſtudiū:ut optima ouibus paſcua requi-
rat:& ut uiridantia atq; opaca quæq; ad requiē nemora meridiani æſtus iueniat.Quod qdē ſodales ſponſi
facere neſciūt:nec itelligēdis paſcuis aut ſcientiæ tantum:aut ſollicitudinis gerāt:& ob hoc dixit: Annūcia
mihi ubi paſcis ubi cubile hēs ī meridie cupiēs tps ſcilicet illud quo copioſius mūdo lumē ifundit:quo ma
gis merus eſt dies & purior:& florulentior ē lux. Tūc inqt. Annuncia mihi o tu quem dilexit aīa mea: ubi
paſcis:ubi cubile hēs ī meridie:ne forte efficiar ut adoperta ſup greges ſodalium tuox. Nouo nunc nomine
ſpōſa appellauit ſpōſum.ſciēs.n.ipſū eſſe filiū charitatis:īmo ipſū eē charitatē:quæ ex deo ē:q̄ſi uocabulū ei
iſtud poſuit quē dilexit aīa mea:& tamē nō dixit quē dilexi ſed quē dilexit aīa mea:ſciens nō q̄licunq; dile-
ctiōe:ſed ex tota aīa:& ex totis uiribus:& ex toto corde habēdā eſſe dilectionē ſpōſi:ubi paſcis iqt:& ubi cu
bile habes.Puto aūt q̄ & ppheta de hoc loco:quē nūc ſpōſa diſcere ab ſponſo deſiderat & audire: etiā ipſe
ſub eodē poſitus paſtore dicat. dominus regit me.ſiue ut ī aliis legimus: dominus paſcit me & nihil mihi
deerit.Et quoniā ſciebat alios paſtores:uel ignauia uel īperitia faciēte:greges ī locis aridioribus collocare:
& de hoc optimo paſtore dominus dixit.In loco uiridi ibi me collocauit.Sup aquā refectiōis educauit me
oſtēdēs paſtorē hūc nō ſolū abundantes aq̄s ouibus ſuis:ſed & ſalubres & puras:& quæ p oīa reficiāt ,puide
re.Sed quoniā ab hoc ſtatu quo ut ouis ſub paſtore deguerat:cōuerſus ad rōnabilia ī excelſiora ,pfecit: idq;
adeptus ē per cōuerſionē:ſubiunxit & dixit aīam meā cōuertit.Eduxit me ſup ſemitas iuſticiæ ,ppter nome
quoniam plenum fide fuit iſtud unguẽtum & præcioſi affectus:ob hoc & ieſus teſtimonium reddidit ei dicens:bonum opus operata eſt in me.Sic ergo rurſus ī cantico canticoꝝ poſt aliquãta amplectiẽ emiſſiones ſponſæ:ſicut hic opus mariæ ait enī emiſſiones tuæ paradiſus cũ fructu pomorũ; cyprus cũ nardis, nardus cũ crocis.Amplectiẽ ergo & in his emiſſiões ac munera ſponſæ.Obſeruauimus ſane q̃ ī iis quæ nũc memorauimus pluraliter primo:poſtmodũ ſingulariter nardũ poſuit.qđ puto ſcđm illam rationem dictũ:qa negociator regni cæloꝝ:plures primo Margaritas negociaẽ:uſq; quo ad unam perueniat præcioſam.Et forte quod dixit emiſſiones tuæ paradiſus cũ fructibus pomoꝝ:illos ídicat fructus cũ nardis plurimis:quos aferimus ex iſtitutiõibus & doctrina ꝓphetica.Ex doctrina uero ipſius domini noſtri ieſu chriſti: emiſſiões noſtræ & munera non plures habent nardos ſed unam:ſed nunc redeamus ad eam quæ dicit, Nardus mea dedit odorẽ ſuũ:& uide ſi poſſumus adhuc etiã hoc in loco ītelligere præſenti quod ſiquando ualuerimus ītegre & decenter exponere de deitate chriſti:uirtutéq; eius ac maieſtaté dignis aſſertionibus cõſignare:túc fortaſſis merito dicet:uel eccleſia illa:uel anima illa quæ ita máifeſte potuerit gloriã eius exponere.Nardus mea dedit odorẽ ſuũ.Nec mirũ uideri debet ſi chriſtus quemadmodũ fons eſt & flumẽ aquæ uiuæ:de quo procedunt:& quẽadmodũ panis eſt & uitam dat:ita & nardus eſt:& odorem dedit:& unguentũ eſt quo qui uncti fuerint chriſti fiant:ſicut dicit in pſalmo.Nolite tãgere chriſtos meos.Et fortaſſe ſcđm illud quod dicit apoſtolus.His qui exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni uel mali:ſingulis q̃buſq; ſenſibus animæ ſingula quæq; chriſtus efficitur.Iccirco enī & uerũ lumen dicitur:ut habeant oculi animæ quo illuminentur.Iccirco & uerbũ:ut habeant aures qđ audiant.iccirco & panis uitæ:ut habeant guſtus animæ quod deguſtet.iccirco ergo & unguentũ uel nardus appellatur:ut habeant odoratus animæ fragrantiam uerbi.iccirco & palpabilis:& manu tractabilis;& uerbũ factũ dicitur.ut poſſit interioris animæ manus contingere de uerbo uitæ.Hæc aũt omnia unũ atq; idem eſt uerbũ dei:quod per hæc ſingula affectibus orationis commutatũ nullũ animæ ſenſum gratiæ ſuæ relinquat expertẽ.Alligamẽtum guttæ fratruelis meus mihi ī medio uberum meoꝝ manebit ſiue cõmorabitur.Eiuſdem adhuc uerba ſponſæ ſunt ad adoleſcentulas loquẽtis.Prius quidem dixerat:qa nardus ſua dediſſet ei odorem ſponſi:& qa per unguentum quo unxerat eum: odoris eius fragrantiam recepiſſet:nũc autem ait fraternus meus mihi guttã redolet:Et hanc non diffuſam neq; ut libet diſperſam:ſed colligatam & cõſtrictã quo.ſ.odor ipſius ſuauitatis denſior reddaẽ & uehementior.Et hic inquit cum talis ſit in medio uberum meorũ demoratur:& cõmanet:& requiem ac manſionem ſuam facit ī loco pectoris mei.Verũ quod nunc proximum cognominauit eum fraternum ſuum ſponſa: & nominis huius appellatione per totũ pene libelli textũ frequenter utiẽ:dignum puto:ut prius requiramus appellationis ipſius cauſam:& quid uel unde fraternus dicẽ:exponamus.Fraternus appellatur fratris filius. Requiramus quis ſit primo frater ſponſæ:cuius hic filius habeatur:uide ſi poſſumus dicere ſponſam quidẽ eſſe ex gentibus eccleſiam:fratrẽ uero eius priorem populũ:& fratrem ídicat utiq; ſeniorem.Quia ergo ex illo populo chriſtus ſcđm carnẽ naſciẽ:ob hoc ab eccleſia gentium fratris filius appellatur. Quod ergo ait alligamentum guttæ fraternus meus mihi:corporeæ natiuitatis eius ídicat ſacramentum.Videtur .n. quo dámodo alligamentũ eſſe & uinculum quoddam animæ corpus:quod alligamentũ gutta ī chriſto diuinæ uirtutis ac ſuauitatis aſtringiẽ.Si autem ad unãquanq; animã quæ dicta ſũt referũtur:alligatura guttæ dogmatum cotinentiæ:& conſtrictio diuinarũ ſententiarũ:ac nodoſitas intelligitur.Innexæ enim ſibi inuicem ſunt fidei ratiões:& uinculis ueritatis aſtrictæ.Deniq; & lex mundum dicit eſſe omne uas quod alligatũ eſt ímundũ uero quod ſolutũ fuerit & non ligatum, cuius rei hæc profecto figura erat:q; chriſtus ī quo nunq; fuit ulla immunditia peccati:alligamentum guttæ dicitur.Et ideo anima non debet contingere aliquid diſſolutũ:& quod non ſit ratione ſubnixũ:& dogmatum ueritate conſtrictũ:ne ímunda fiat.Qui enim ímundũ contigerit ímundus erit ſcđm legem.Continget náq; eum ſenſus irrationabilis & alienus a ſapientia dei & faciet eũ ímundũ.Vide aũt ſi forte filium dei in carne guttam dictũ:& quaſi breue aliqđ & exiguum nominatum poſſumus accipere: ſicut & daniel de eo dicit.Lapidem paruum de monte exciſum ſine manibus & poſt hæc montem magnum:uel ſicut ī libello.xii.prophetarum nihilominus gutta quidem futura dicitur quæ congreget populum.Eſt ergo & in populis ita ſcriptum.Et erit ex gutta populi huius congregatus congregabitur iacob.Decebat enim eum qui ueniebat congregare non ſolum iacob ſed & omnes gentes: quæ ſicut propheta dicit reputatæ ſunt tanq; gutta ex ſitula;exinanientem ſe diuinitatis forma effici ipſum ut guttã:& ſic uenire ad congregandam guttam gentiũ:& guttã nihilominus reliquiarum iacob.Sed & in. xliiii.pſalmo dicitur ad dilectum cui etiam ipſe pſalmus aſcribitur.Myrrha & gutta & caſia a ueſtimentis tuis:A ueſtimentis ergo uerbi dei quæ eſt doctrina ſapientiæ procedit myrrha mortis dũtaxat indiciũ pro humão genere ſuſceptæ.Gutta ut ſupra diximus exinanita diuinitatis forma ſeruilis formæ ſuſcepta digna tio.Caſia quoq; quoniam id genus herbæ aquis indefinentibus nutriri dicitur & coaleſcere:redéptionẽ humani per aquas baptiſmi ídicat datam.Sic ergo alligaturam guttæ fraternũ ſuum ſponſa tanq; nuptiali drámate loquens:iter medium uberum ſuorum commorantem dicit. Vbera ut ſuperius iam diximus principale cordis aduerte ī quo eccleſia chriſtum:uel anima uerbum dei deſiderii ſui uinculis alligatum tenet: & aſtrictum.Siquis enim uerbum dei toto affectu ī corde ſuo:& toto amore cõſtringit:ipſe ſolus poterit odorem fragrantiæ eius & ſuauitatis accipere.Botrus cypri fraternus meus mihi.ī uineis engaddi, Quãtum ad litteræ ipſius explanationem habet aliquid ambiguum:q; ait botrus cypri fratruelis mihi:qa & uua florens cyprus appellatur:& ſpecies quædam extrinſecus uirgulti ẽ quæ cyprus dicitur ferens etiam florídum quẽdam fructum in modum florentis uuæ prolatum.Sed uidetur magis ad fructum uitis reſpicere ſermo:quoniam quidem uinearum engaddi facta eſt memoria.Engaddum autem ager terræ iudææ eſt non tantum

uineis:quantum balſamis florens.Hic ergo erit hiſtoricus ſenſus ſponſæ loquentis ad adoleſcentulas. ut in 190
telligatur dicens:primo qdem nardus mea odorem mihi ſponſi mei reddit. ſecundo uero alligamentū gut
tæ effectus ē fraternus meus mihi demorans inter media ubera mea.tertia botrus cypri ex uineis engaddi
ſuperans oē quicqd eſt in odoribus & floribus ſuauitatis:quo.ſ. audientes hæc adoleſcentulæ magis ac ma
gis ad claritatē ſpōſi concitentur & amorē.iccirco autē ſingulatim & per ordinē primo nardū ſuam:deinde
guttam: poſt hæc etiā botrum cypri nominat:ut per eos gradus quoſdā ꝓfectus doceat charitatis.Sed uide
amus iā quid ſpiritalis habeat intellectus.Siquidē hic qui appellat botrus ad fructū uitis referendus ē.Ver
bū dei accepimus ſicut ſapientia & uirtutem & theſaurū ſcientiæ:aliaq; multa:ita & uitē ueram dici. Sicut
ergo his quibus efficit ſapientia:& ſcientia non ad ſubitum ſed per profectus quoſdam & gradus pro ſtudi
is & intentione ac fide eorū:qui ei uel in ſapientia uel in ſcientia uel in uirtute participant:ſapientes eos &
ſcientes reddit uigenteſq; uirtutibus:ita & in quibus uitis uera efficit:non eis ad ſūmū maturos botros ꝓ-
ducit & dulces:nec repente eis efficitur uinū ſuaue:& lætificans cor hominis:ſed primo producit eis ſuaui-
tatē tantūmodo odoris in florem.Botrus hic florens eſſe memorat in uineis engaddi:ut gratia fragrantiæ
ipſius imitatur in initiis animæ:ut poſt hæc pati poſſit acerbitatem tribulationū & tentationū:quæ ꝓpter
uerbū dei credentibus excitantur.& ita demū maturitatis eius dulcedinem præbet:uſq; dū perducat eos ad
torcularia ubi effundit ſanguis uuæ:ſanguis noui teſtamenti:q bibatur in die feſto in ſuperioribus:ubi ſtra
tum magnum paratū eſt.Sic ergo per ſingulos hos profectus graduū incedere oportet eos qui per ſacramē
tū uitis & botrū cypri initiati ad perfectionem ferūtur:& calicem noui teſtamenti ab ieſu ſuſceptū bibere
contendunt.Quod ſi cyprus ſui generis arbor accipiendus eſt:cuius fructus etiam flos non tantum odoris
ſuauitatē:quantū & uim calefaciendi ac fouendi dicitur poſſidere:illa ſine dubio accipit ſponſi uirtus:q̄ in-
calescūt aiæ erga fidē eius & charitatem:quæ contingebat eos q dicebant.Nōne cor noſtrum erat ardens ī
tra nos:cū adaperiret nobis ſcripturas? Vel certe quoniam de uineis engaddi botrus hic florens nominatur
eſſe,engaddi aūt interpretatur oculus tentationis meæ.Siquis eſt q intellectū habere poteſt quomodo ten-
tatio ē uita hominis ſuper terram:& itelligit quomodo qs ī deo eripitur a tentatione:& qui agnoſcit quali
tatem tentationis ſuæ:ita ut poſſit de ipſo dici:Quia in his omnibus nō peccauit labiis ſuis corā deo:huius
botrus cypri de uineis engaddi efficitur uerbū dei.Obſeruandū tamen ē ꝙ uerba ſponſæ ita referunt: ut &
nardus & alligamentū guttæ & botrus cypri:ipſi ſoli ſint:utpote quæ in hos iam profectus aſcenderit.Sola
enim perfecta aia eſt:quæ ita habeat purum & purgatū odoramentū ſui ſenſus: ut poſſit nardi & guttæ &
cypri ex uerbo dei procedentis fragrantiam capere:& gratiam diuini odoris haurire.

Homelia Tertia.

Cce es ſpecioſa proxima mea:ecce es ſpecioſa:oculi tui colūbarum. Secundo iam ſponſus cū ſpō
ſa in uerbo colloquioq; miſcet.Et primo quidē ſermōe iuitauit eā ad hoc ut cognoſceret ſemet
ipſam: dicēs ei ꝙ bona quidē eſſet inter mulieres:ſed niſi cognoſceret ſemetipſam:certa quæq;
pateret:& quaſi quæ uelociter ad agnitionē ſui ſenſu intellectuq; cucurrerit cōparat eam equis
ſuis uel equitatui:q̄bus obtinuerit currus pharaonis.ſimul & genas eius pro inſigni uerecūdia & conuerſati
onis pernicitate turturibus cōparat:ceruicēq; eius ornamentorū redimiculis:Nūc autē iam ſpecioſam pro
fitet:eam:& ſpecioſam nō ſicut prius in mulieribus tantū:ſed quaſi proximam ſibi:& adhuc in maius titu-
lum laudis extollit:& affirmat:quia non tantum cum proxima eſt ei ſpecioſa ſit:ſed & ſi contingat ei abſen
tem eſſe etiā ſic ſpecioſa ſit.Hoc enim īdicatur ī eo ꝙ cum dixiſſet:ecce es ſpecioſa proxima mea:addit poſt
hæc abſolute & ſine ulla adiunctiōe:ecce es ſpecioſa. Sed ī ſuperioribus non laudauerat uiſum eius: credo
quia nondū ad intuitū profecerat ſpiritalis intelligentiæ.Nūc ergo ait oculi tui colūbarū.Grandis ī hoc ꝓ-
fectus eius oſtenditur:ut quæ prius tantū ſpecioſa ī mulieribus dicta eſt:nunc ut proxima ſpecioſa dicatur
ex ipſo ſine dubio ſponſo ſplendorem decoris accipiens:ut ſemel ab ipſo ſumpta pulchritudine:etiā ſi acci
dat ei paululū ſponſi abſentiam pati:nihilominus pulchra permaneat.Quod autē oculi eius cōparātur co-
lūbis:ob hoc profecto contingit:quia diuinas ſcripturas non iā ſecundū litterā ſed ſcām ſpiritum itelligat:
& aſpiciat in eis ſpiritalia myſteria.Colūba enim indiciū eſt ſpiritus ſancti.Spiritali ergo ſenſu intelligere le
gem & prophetas:hoc eſt oculos colūbæ habere.Et hic quidē colūbæ oculi eius appellantur:in pſalmis ue
ro huiuſmodi anima pennas ſibi dari colūbæ deſiderat:ut uolare poſſit ī intellectum ſpiritalium myſterio-
rū:& requieſcere ī atriis ſapientiæ.ſed & ſi dormire quis poſſit:hoc eſt collocari & requieſcere ī medio for-
tiū:atq; intelligere fortiū uirtutes:& cognoſcere diuini iudicii cauſas:non ſolū pennæ colūbæ quibus ī ſpi-
ritalibus intellectibus uolet promittunt ei:ſed deargentatæ pēnæ.i.uerbi & rōnis ornamento decoratæ.
Scapulæ quoq; eius in ſpecie auri fieri dicūtur:ubi conſtantia fidei & dogmatum ſtabilitas indicatur perfe-
ctorū.Ergo ſi caput eſſe chriſtus dicitur:nihil puto abſurdū uideri:ſi & oculi eoꝝ qui ſecundū interiorem
hominem ſpiritaliter itelligunt:& ſpiritaliter diiudicant:ſpiritus ſanctus eſſe dicant.Et ob hoc fortaſſis in
lege ſicut agnus poſitus eſt:per cuius hoſtiam populus purificaret in paſcha:ita & columbæ poſitæ ſunt:q-
bus purificatur homo īgreſſus hunc mundū.Sed & de eo nunc dicere:& hoſtiarum qualitates diſcutere lō-
gior uidetur exceſſus:& propoſito operi minime cōueniens.Hæc autē memoraſſe ſufficiat pro eo ꝙ p̄ſens
ſermo continet oculi tui colūbæ:quaſi diceret oculi tui ſpiritales ſūt:ſpiritaliter uidentes:ſpiritaliter intel-
ligentes.Poteſt adhuc profundiore fortaſſis ſacramento quod dixit. Ecce es ſpecioſa proxima mea intelli-
gi de præſenti ſæculo dictum:quia ſpecioſa quidem ſit & hic eccleſia:cū proxima eſt xpo:& cū imitat chri-
ſtum.Quod uero iterauit & dixit ecce es ſpecioſa:pōt ad futurū ſæculū pertinere:ubi iam nō ſolum imita-
tione:ſed ipſa ſui perfectione formoſa ē & ſpecioſa.& ibi dicat eſſe oculos eius colūbarum:ut duoꝝ oculo-

rum columbæ duæ intelligantur esse filius dei & spiritus sanctus. Et ne mireris si colūba simul dicat: cum uterq; similiter aduocatus dicat: sicut ioannes euangelista declarat: spiritū quidē sanctū dicens paraclytum quod est aduocatus, & de iesu christo nihilominus i epistola sua dicit quia ipse sit aduocatus apud patrē p peccatis nostris. Sed apud zachariam prophetā duæ oliuæ ad dexterā & ad sinistrā candelabri positæ unige nitū nihilominus & spiritū sanctū designare creduntur. Ecce es bonus fraternus meus: & quidē ecce es spe ciosus cubile nostrū umbrosū. Nunc primū uidet attentius inspexisse sponsi sui pulchritudini sponsa: & cō sideransse illis oculis qui colūbæ dicti sunt decus & speciē uerbi dei. Quia re uera nō potest prius pspici nec agnosci quanta sit in uerbo magnificentia nisi prius oculos quasi colūbæ. i. intelligentiam spiritalem acci piat. Cōmune autē cubile sibi quod dicit eē cū sponso corpus hoc mihi uidet indicari animæ: i quo adhuc posita digna habita sit ascisci ad cōsortium uerbi dei. idq; umbrosū utpote non aridum sed fructuosum me morat: & tanq; densitate boni operis memorosū. Sed hæc spōsa dicit anima duntaxat: quæ colūbæ iam ocu los habet. Hi uero qui tantūmodo credūt sponso: nō tamen perspicere potuerūt in uerbo dei quanta sit pul chritudo: dicūt: & uidimus: & nō habebat speciem neq; decorē: sed species eius idecora & deficiens præ filiis hominū. Quæ autē bene profecit: & supergressa ē adolescentulas: & octoginta cōcubinarum: & lx. regina rum ordinē: ista anima potest dicere. ecce es decorus fraternus meus & quidē speciosus. Sed & si adhuc i cor pore positus intelligā densitatē spiritaliū sensuum intelligentiā scripturarum diuinas tā crebra opacitate cōtextam: ut rapidior æstus q multos solet adurere: & arefacere fructus eos: ne tamen penetrare nō possit: nec ulla nis tentationū fidei in germen arefacere: tūc possum dicere quia cubile nostrū: quasi cōmunē sibi cum sponso corporis sui indicans eē locū: ad illam similitudinē dictū intellige: qua & paulus dixit: quia cor pora nostra mēbra christi sunt. Cū enim dicit corpora nostra: quasi sponsæ id esse corpus ostendit. Cum ue ro mēbra christi memorat: eadē corpora etiā sponsi eē corpus indicat. Hæc ergo corpora si umbrosa sint ut superius diximus: bonis dūtaxat operibus referta: & spiritaliū sensuū densitate cumulata: de his talibus dici pōt. Per diē sol nō uret te: neq; luna per noctem. Iustū nāq; tentatiōis sol non adurit requiescenté sub um bra uerbi dei. Iste enim sol qui adurit iustū: non est laudabilis: sed ille magis qui se transfigurat i angelū lu cis. Bonus ergo & decorus dicit fraternus: & quanto magis ispici potuerit oculis spiritalibus: tanto speciosi or iuenit & pulchrior: qa non solum illius species & pulchritudo mirabilis apparebit: uerum & inspicienti atq; intuenti eū decus ingens & species formæ noua ac mirabilis orie: scām illā quod apostolus uerbi dei intuens pulchritudiné dicit. Nam etsi is q foris ē homo noster corrūpit: sed qui intus est renouat de die in diē: merito ergo talis hæc aīa cōmune habet cubile cū uerbo corpus suū. Peruenit enim diuina uirtus usq; ad corporis gratiā: cū in eo uel castitatis donū uel continentiæ aliorūq; bonorū opes collocat gratiā. Con sidera sane ne forte possit etiā illud corpus qđ assumpsit iesus cōmune ei cū sponsa cubile nominari, quo niam quidem uidet per ipsum ecclesia christo eē sociata: & participium uerbi dei capere potuisse: scām qđ mediator dei & hominū dicit: & scām q apostolus dicit. quoniā in ipso habemus accessum per fidem i spe gloriæ dei. Tigna domos nostras cædri: trabes nostræ cypressi. Videtur ab sponso respōderi ad gratiā eo rum quæ dicta fuerūt prius ab sponsa. qbus edoceat eā cuiusmodi sint tecta ista cōmunia: & qualis i eis ma teria contignationis habeatur. Hæc habet historica narratio. Videt aūt ecclesia describi a christo: q est do mus spiritalis & domus dei: sicut docet paulus dicēs. Si autē tardius uenero: ut scias quomō te oporteat in domo dei cōuersari: quæ ē ecclesia dei uiui colūna & firmamentū ueritatis. Si ergo ecclesia domus dei ē: qa omnia quæ habet pater filii sūt: ecclesia domus filii dei est. Frequenter autē & plurali numero appellantur ecclesiæ: ut ait ibi. Nos talē cōsuetudinē nō habemus: neq; ecclesiæ dei. Et iterū scribit ecclesiis gallatiæ pau lus: q ioannes septē ecclesiis. Sūt ergo siue ecclesia uel ecclesiæ domus sponsi & spōsæ siue animæ uerbi do mus: i qbus tigna sūt cædrina. Legimus etiam q̄sdā cædros dei: super quas uinea quæ translata est de ægyp to. extēdisse dicit traduces siue arbusta sua: sicut ait i psalmis operuit mōtes umbra eius: & arbusta cædros dei. Euidēter igit per quadam ecclesia cædri dei nominatur. Cū ergo dicit sponsus. tigna domos nostrarū cædri intelligere debemus cædros dei esse eos qui ecclesiam cōtegunt: & esse aliquos hos ualidiores q tra bes appellant. Et puto q cōuenienter hi q episcopatum bene ministrant: i ecclesia trabes dici possunt: qbus sustentat & tegit omne ædificiū uel ab ibriū labe: uel ab ardoribus solis. Secūdo autē horū loco tigna præ sbyteros appellari: & trabes qdem dici cypressos: qbus & fortitudo robustior: & odoris suauitas inest: p qđ & in operibus solidū: & i doctrinæ gratia fragrātem designat episcopū. Similiter autē & tigna cædros appel lauit: ut per hoc icorruptionis uirtutis & odoris scientiæ christi plenos designaret debere esse præsbyteros: ego flos cāpi: & liliū cōuallium. sicut liliū i medio spinarū: ita proxima mea i medio filiarū. Hæc ille q spō sus & uerbum: & sapientia est de semetipso & de sponsa ad amicos ac sodales suos loqui uidetur sed scām p positæ expositionis ordinem christus hæc de ecclesia loqui itelligendus est: & ipse dicere se florem eē cam pi: & lilium cōuallium. Cāpus planities terræ dicit cui cultura adhibet & excolit ab agricolis. cōualles ue ro saxosa magis & inculta idicant loca. Possumus autem & cāpum illum intelligere populum: q per pphe tas colebat & legem. conuallem uero saxosum & icultum gentium locū. sponsus ergo hic i iudæorum po pulo flos fuit. Sed quoniā neminem ad perfectū adduxit lex: iccirco i illo non potuit uerbū dei ad floré p ficere: & ad perfectionem fructuū peruenire. In ista tamen conualle gētium effectus ē lilium. cuiusmodi au tem lilium: tale sine dubio: quale & ipse i euangeliis dicit: q pater cælestis uestit. Et neq; salomō i omni glo ria sua idutus sicut unum existis. Fit ergo liliū i hac cōualle sponsus i eo quod uestiuit eū pater cælestis tali uestimento carnis quale nec salomon i omni gloria sua habere potuit. Non enim salomon habuit absq; cō cupiscentia uiri & concubitu mulieris imaculatam: & nulli prorsus peccato obnoxiam carnem. Sed & cām

cur is qui ī cāpo flos fuerat: uoluerit eē ī conuallibus liliū uidetur ostendere. Cum enim multo tēpore flos fuisset ī cāpo nullum dicit ex ipso cāpo florem ad imitatiōem sui ac similitudinē ꝓcessisse. Vbi uero factus est in cōuallibus liliū continuo etiā efficitur ꝓxima eius imitatiōe ipsius liliū: ut operæpreciū fuerit quoniam ipse effectus ē liliū ut etiā proxima sua. i. unaquæq; aīa quæ ei approximat & exēplum eius imitationēq; sectatur liliū fiat. Quod ergo ait. sicut liliū ī medio spinarū: ita ꝓxima mea ī medio filiarū accipiemus ecclesiā gentium dici q; uel e medio ifidelium: & non credentium quasi ex spinis emerserit: uel propheticorum circūstrepentiū se morsibus ī medio spinarū posita dicat. Quod & magis uidebit uerisimile: pro eo qđ dicit: ita ꝓxima mea ī medio filiaꝝ. nō. n. filias appellasset illas aīas q̄ nunq̄ oīo uenerūt ad credēdū. Oēs ergo hæretici prīo ad credulitatē ueniūt: & post hæc ab itinere fidei & dogmatū ueritate dei declināt: sicut & Ioānes apostolus ī epistola sua dicit. Quia a nobis exierūt: sed nō erāt ex nobis. Nā si fuissēt ex nobis pmānissent utiq; nobiscū. Possumus autē & ad unāquāq; aīam id referentes: huic qdem animæ quæ pro simplicitate sui & planitiæ nel eqtate campus dici pōt: florem fieri uerbū dei. & initia bonoꝝ operum docere. His uero q profundiora iam quærūt: & demersiora scrutant q̄si ī cōuallibus: uel pro claritate pudicitiæ uel ꝓ fulgore sapientiæ efficit liliū: ut & ipsi fiant lilia erūpentia de medio spinarū. i. pungentes cogitatiōes & solicitudines sæculares quæ spinis ī euangelio cōparatæ sunt. Sicut arbor mali ĩter ligna siluæ: ita fraternus meus ĩter mediū filioꝝ. In umbra eius cōcupiui & sedi: & fructus eius dulcis ī faucibus meis. Decuit quidē spō sum: & de semetipso dicere: qd esset ī campo: qd etiam ī conuallibus: & de sponsa quæ esset: uel qualis inter cæteras filias haberet. Spōsam uero ad hæc respondētem: non conueniebat de semetipsa aliquid dicere sed effici totam erga admiratioīe sponsi & ipsius laudibus ihærere. Cōparat ergo eum arbori mali. Sed ne ex similitudine sermonis simpliciores aliq arborem mali malam arborem putent: & a malitia dictam: dicamus nos arborem meli græco qdem nomine utētes: sed simplicioribus q̄busq; latinoꝝ plus notiore q̄ mali. Melius est enim ut grāmaticos offendamus: q̄ legentibus scrupulū aliqđ ī ueritatis explanatione ponamus. Cōparat igit eum arbori mali: sodales uero eius reliquis arboribus siluæ. Sed sponsum ita arbori huic mali similē dicit: ut etiā cōcupisse se dicat sub umbra eius sedere: fructūq; eius dulcem sibi effectum ī faucibus assereret. Et hæc ad adolescentulas loq uidetur sicut & sponsus locutus ē prius ad sodales suos. sed nunc uideamus scđm mysterium quos dicat sponsa filios: ĩter quos tanq̄ arborem mali p̄cellere reliqua siluæ ligna asserat spōsum. & uide si possumus scđm ea q̄ ī superioribus de filiabus & spinis dupliciter exposuimus: ita hic etiā filios: uel eos q aliquando fuerunt & nō sūt uel multitudinem cælestiū ministroꝝ dictos eē ītellige re. Ad oēs enim ī initio ptinet illud qđ scriptū est. Ego dixi dii estis: & filii excelsi oēs. Sed differentia ĩtercesit p hoc: qđ ait. Vos autē ut hoies moriemini: & sicut unus de principibus cadetis. Sed & illud ī hoc respicit: quoniā qs ī nubibus æquabit domino aut qs assimilabit ei ĩter filios dei? Sicut ergo arbor mali ĩter reliqua ligna siluæ: sic ē sponsus ĩter reliquos filios: habēs fructū q non solum sapore oēs sed & odore p̄cellat: & duos aīæ sensus. i. gustū & odoratū efficiat. Diuersis nāq; copiis mensam nobis p̄parat sapientiā: ī qua non solū panē uitæ apponit: sed īmolat carnes uerbi: & nō solū miscet ī cratere suū uinū: sed & mella odorata satis adhibet & dulcia: q̄ non ī ore & labiis suauitatē reddant: sed & ĩterioribus tradita faucibus dulcedinem seruent. Possumus aūt ligna siluæ accipere eos angelos q uniuscuiusq; hæreseos auctores fautoresq; nisi sūt extitisse ita ut uideat ecclesia cōparans suauitatem doctrinæ xp̄i ad asperitatem hæreticoꝝ dogmatum: ac sterilem ifructuosāq; doctrinā dicere: mella qdem suauia & dulcia esse dogmata ecclesiastica: quæ in xp̄i ecclesia p̄dicant. Ligna uero siluæ eē ea quæ diuersis hæreticis affirmant. Et de istis uidebit ifructuosis lignis siluæ dici: qđ ī euangeliis scriptū est: Ecce iam securis ad radicem arboris posita ē. Oīs ergo arbor quæ non facit fructū bonū: excidet: & ī ignem mittet. Fraternus ergo spōsæ ē ut arbor meli ī ecclesia spōsī. cæteri uero hæresiarchæ tanq̄ ifructuosa ligna siluæ diuino iudicio ut securi excidēda: & ī ignem mittēda. Igit ī huius meli umbra cōcupiscit spōsa residere: uel ut diximus ī ꝓtectione filii dei: uel aīa refugiēs oēs reliquas doctrinas: & adhærēs uni soli uerbo dei: cuius etiā dulcē habeat fructū meditādo. s. idesinēter legē dei: & semp eā uelut mūdū aīal ruminādo. Veꝝ de appellatiōe umbræ istius sub q̄ sedere cōcupisse se dicit ecclesia: non puto absurdū si ea quæ iuenire possumus ī scripturis diuinis ꝓferamus ī mediū: ut quæ sit umbra meli huius dignius & diuinius agnoscat. Ait Hieremias ī lamētatiōibus Spiritus uultus nostri: xp̄s dominus cōprehēsus ē ī corruptionibus nostris: cui diximus ī mēbra eius uiuemus ī gentibus. Vides ergo quō spiritusancto ꝓmotus ꝓpheta uitā de umbra xp̄i p̄beri gentibus dicit. Et quō non uitam nobis p̄beat eius umbra: cū & ī conceptu corporis illius ad Mariam dicatur Spiritus sanctus ueniet sup te: & uirtus altissimi obūbrabit tibi. Si ergo obūbratio fuit altissimi ī cōceptu corporis eius: merito umbra eius uitā gētibus dabit. Et meri to spōsa eius ecclesia sub meli umbra sedere cōcupiscit: sine dubio ut uitæ quæ est ī eius umbra particeps fiat. Reliquoꝝ uero lignorū siluæ umbra talis est: ut qui sederit sub ipsa sedere uideat in regiōe umbræ mortis. Sed adhuc ut magis ac magis planior reddat locus: qui habetur ī manibus: requiramus quomō apostolus dicat. Legem umbram habere futurorū bonorū: & oīa quæ uel de diebus festis uel sabbatis: uel neomeniis scripta sūt umbram eē memorat futuroꝝ bonoꝝ ī his. s. q̄ scđm litteram gerebant: & quomodo oēm ueterū culturā exēplar & umbrā ꝓnūciet esse cælestium. Quod utiq; si ita ē: ostendunt sub umbra legis sedisse omnes quicunq; sub lege erant: & umbram magis ueræ legis habebant. Nos autē alieni sumus ab umbra eorum: quoniam non sumus sub lege: sed sub gratia. sed quanuis non sumus sub umbra illius quam legis littera faciebat: sumus tamen sub umbra meliore. In umbra enim christi uiuimus inter gētes. Et est profectus quidā de umbra legis uenire ad umbram christi: ut qa christus est uita & ueritas & uia: efficiamur primo ī umbra uiæ: & ī umbra uitæ: & ī umbra ueritatis: ut cōprehēdamus ex parte: & ī speculo ac ī enigmate:

ut post hæc si ĩcedamus per hanc uiam quæ est christus:quo peruenire possĩmus ĩ hoc ut facie ad faciẽ com
prehẽdamus ea quæ prius quasi ĩ umbra & ĩ enigmate uideramus.Nõ enĩ quis poterit ad illa quæ uera sũt
& perfecta ꝑuenire:nisi prius desiderauerit & cõcupierit ĩ hac umbra residere.Sed & iob oẽm hominum ui
tã dicit eẽ super terrã:credo pro eo ꝙ aĩa ĩ hac uita uelamento huius crassi corporis obũbrat. Oẽs ergo qui
ĩ hac uita sũt necesse est ĩ umbra quadam esse.sed alii qdem sũt sedentes ĩ regione umbræ mortis:hi profe
cto q non credunt christo.Ecclesia uero cũ fiducia dicit.In umbra sponsi concupiui & sedi:q̃uis certe fuerit
tẽpus quo potuerit qs sub umbra legis residens defendi a duritia arboris & æstus.Sed transiit illud tẽpus.
Veniendũ est nunc ad arboris meli umbrã:& q̃uis diuersa qs utatur umbra uidetur tamẽ oĩs anima donec
in præsenti uita est umbram habere necessariam.Propter illud credo ardorẽ solis:q cũ exortus fuerit:conti
nuo semen qđ ĩ alta radice demersũ est aresĉit:& deperit.Sed hũc ardorem tenuiter qdem legis umbra pro
pellit:christi uero umbra ĩ qua nũc ĩ gentibus uiuimus.i.ĩcarnatiõis eius fides auertet penitus & extĩguet.
Ille enim adurebat ambulantes sub umbra legis tẽpore passionis xp̃i sicut fulgur uisus est cecidisse de cælo
q̃uis etiã huius umbræ tẽpus ĩ finem sæculi complcatur:quia sicut diximus post cõsumationẽ sæculi iã nõ
per speculũ nec ĩ enigmate sed facie ad faciem uidebimus ueritatem:simile eẽ puto & illud qđ scriptum est
sub umbra alarũ tuarũ exultabo.sed & ĩ sequentibus huius libelli ita dicit sponsa Fraternus meus mihi: &
ego illi ipsi:q pascit ĩter lilia donec respiret dies:& amoueant umbræ.edocens ꝑ hoc qa ueniet tẽpus: cum
oẽs ũbræ remouebũtur:& ꝑ misericordiam dei patebit ueritas sola.sed & qđ ait & fructus eius dulcis ĩ fau
cibus meis:illius aĩam hoc credo dicere q̃ nihil emortuũ:nihil ĩsẽsibile habet ĩ faucibus suis:& ĩ nullo pror
sus similis est illis:de qbus dicit.sepulchrum patens ẽ guttur eorum.Quicũq; enĩ uerba mortis & ĩteritus
de faucibus ꝓferũt:ipsorũ fauces sepulchra dicũtur:sicut sunt oẽs q uel contra ueram fidẽ loquũtur: uel cõ
tra disciplinam castitatis & iusticiæ & sobrietatis aliqd proferũt.Ipsi ergo sunt quorũ fauces sepulchra sunt
& loca mortis:unde matris uerba ꝓferunt.iustus autẽ dicit.Quã dulcia faucibus meis eloqa tua.Et alius q
uerba uitæ docebat:ita dicit.Os nostrũ patet ad uos o corinthii:cor nostrũ dilatatũ est.sed & alius q uerbo
aperuit os suũ:Os meum aperui & attraxi spiritũ.introducite me ĩ domum uini.sponsæ uerba adhuc sunt:
sed ad amicos & familiares spõsi ut arbitror diriguntur:a qbus uidet exposcere:ut introducant eã ĩ domũ
lætitiæ:ubi uinũ bibit & epulæ parantur.Quæ autẽ uiderat cubiculũ regiũ desiderat etiã nunc regale ĩtro
ire cõuiuiũ:& frui uino lætitiæ:supra iã diximus amicos spõsi ꝓphetas & omnes qui ministrauerũt uerbũ
dei ab initio sæculi ĩtelligẽdos:ad quos recte uel ecclesia christi:uel aĩa uerbo dei adhærens dicat:ut se ĩtro
ducant ĩ domũ uini.i. ubi sapientia miscuit ĩ cratere uinũ suũ:& deprecat per seruos suos oẽm insipiẽtem
& egentẽ sensu dicẽs. Venite manducate panes meos:& bibite uinũ qđ miscui uobis.Ista ẽ domus uini:do
muq; cõuiuii:ĩ quo cõuiuio omnes q ueniunt ab oriente & occidente recũbent cũ abrahã isaac & iacob ĩ
regno dei: Ad quã domũ & ad qđ cõuiuium ꝓphetæ perducunt aĩas:quæ tamen eos audiunt:& ĩtelligunt.
sed & sancti angeli cælestesq; uirtutes q in ministerio mittunt ꝓpter eos qui hæreditatem capiunt salutis:
istud ẽ uinũ cui scribunt illi psalmi q pro torcularibus attitulãtur istud est uinũ quod attulerũt illi palmi
tes qui in iesu ꝑmanserunt:nõ solũ ĩ terris sed etiã ĩ cælis.sic enim audio illud qđ dicit.Quia omnis palmes
qui non manet ĩ me nõ põt afferre fructũ.Nemo enĩ producit fructũ uini huius nisi q ꝑmanet in uerbo &
sapientia & ueritate & iusticia & pace:oĩbusq; uirtutibus.Istud ẽ uinũ quo etiã inebriari iustis & sanctis qui
busq; optabile dicit.Hæc puto & in spiritu:iã tunc noe cõtuens inebriatus esse dicit. & Dauid admiratus
huius cõuiuii calicẽ dicit.Et poculũ tuũ inebrians q̃ pclarũ est.Ad hãc ergo domũ uini ecclesia uel anima
unaquæq; desiderant quæ pfectæ sũt ĩtrare & dogmatibus sapientiæ mysteriisq; sciẽtiæ:epularũ uelut sua
uitate & uini lætitia ꝑfrui.Sciendũ sane est:quia sic est:ut istud uinũ quod de dogmatibus ueritatis pfũm
cõmiscet in cratere sapientiæ:ita & cõtrarium uinũ:cũ inique inebriatur peccatores:& hi qui falsæ sciẽtiæ
dogmata pernitiosa suscipiunt.De quibus salomon ĩ prouerbiis dicit.Hi autẽ edũt cibos ipietatis:uino au
tem iniquo iebriant.De hoc eodẽ uino iniquo etiã ĩ Deuteronomio leg:imus ita scriptũ:ex uineis sodomo
rum uitis eoꝝ & palmes eoꝝ:ex gomorra uua eoꝝ uua fellis:& botrus amaritudinis eis.Furor draconum
uinũ eoꝝ:& furor eoꝝ aspidũ ĩsanabilis.Illud autem uinum qđ de uite uera procedit nouũ semp ẽ. semp
enim ꝑ ꝓfectus discẽtium scientiæ & sapiẽtiæ diuinæ innouat agnitio.Et ideo dicebat iesus discipulis suis
qa nouũ bibã illud uobiscũ in regno patris mei innouat enim semp agnitio secretorũ arcanorũq; reuela
tio ꝑ sapientiã dei:nõ solũ hominibus sed & angelis cælestibusq; uirtutibus.Ordinate ĩ me charitatem eiuſ
dem sponsæ ad eosdem uerba sunt:nisi ꝙ possunt fortasse etiam apostoli christi ĩter eos haberi ad quos ista
memorantur.Quod ergo ait ordinate in me charitatem:hunc habet sensum.Oẽs hoies amant sine dubio
aliquid:& nullus est qui ad id ætatis uenerit ut amare iam possit:& non aliquid amet sicut etiam in pfatio
ne huius operis sufficienter ostendimus.sed hic amor:uel hæc charitas ĩ nõnullis quidem suo ordine & cõ
uenienter aptata procedit.in plurimis uero cõtra ordinem.Dicit autem contra ordinem eẽ in aliquo cha
ritas:cũ aut id diligit:quod non debet:aut quod debet diligit.sed plus iusto diligit:aut minus iusto.In istis
ergo inordinata esse charitas dicitur:in illis uero quos ualde paucos arbitror esse qui.s.per uiam uitæ ince
dunt:& non declinant neq; ad dextrã neq; ad sinistrã in ipsis solis ordinata est charitas & ordinem suum te
net.est autẽ ordo eius & mensura huiusmodi. Verbi gratia Deum diligere nullus modus nulla mẽsura ẽ ni
si hæc sola:ut ei totum exhibeas quantum habes. in christo enim iesu diligendus est deus ex toto corde &
ex tota anima & ex totis uiribus.In hoc ergo nulla mensura est.Diligere uero ꝓximum est mensura aliqua
ꝓximum inquit tuũ dilige:sicut teipsum.Si ergo aut in dei dilectione minus aliquid feceris q̃ potes:& q̃ in
uiribus tuis est:aut inter te & proximum tuum non seruaueris æquitatem:sed aliquid differentiæ habueris

non est in te charitas ordinata: nec ordinem suum tenes. Verum quoniam nobis sermo de ordine charitatis est: diligentius p singula requiramus: uel quos diligi: uel quantū diligi oporteat. Nā si ut dicitur mēbra alterutrū sumus puto q̄ hunc effectū erga proximos habere debeamus: ut eos nō quasi aliena corpora: sed ueluti mēbra nostra diligamus. Secūdū hoc enī q̄ mēbra nostra inuicē sumus æqualē erga oēs habere dilectionē: similēq̄ cōueniet. Secūdū hoc uero q̄ sūt ī corpore aliqua mēbra honorabiliora & honestiora: alia uero ihonestiora & iferiora: puto q̄ rursum ꝑ mēbrorum meritis & honore: etiā dilectiōis librari debeat modus. Siqs ergo rationabiliter cūcta agere scdm uerbū dei ac suos etiā affectus tēperare ꝓponit puto q̄ erga hæc singula ordinē charitatis & scire debeat & tenere. Verū ut apertius fiat qđ dicimus: paulo euidentioribus utamur indiciis. Siqs uerbi gratia laboret ī uerbo dei atq̄ animas nostras īstruat & illuminet: uiam salutis doceat: uiuendiq̄ ordinem tradat: nō tibi uidetur & hic ꝓximus eē quidem sed multo amplius alio ꝓximo diligēdus: q̄ hoc nihil gerit? Nam & ille qdem diligendus ē pro eo q̄ mēbra unius corporis sumus: uniusq̄ substantiæ: sed hic multo amplius qcunq̄ & ius ꝓximi nobiscū habeat: quod cæteri homines habent, dat tamē hanc maiorem charitatis erga se cām: q̄ uiam dei ostēdit: & aiæ salutem diuini uerbi illuminationibus cōfert. Quod si aliqs me errantē & ī præcipitio positū muliebris peccati ad lucē reuocet ueritatis: & de ipso iā īteritu eripiat: ac trahat ad salutē: atq̄ ex ipsis faucibus æternæ mortis arripiat: nō tibi uidet q̄ illa ipsa si fieri pōt plenitudine charitatis qua deū diligimus: diligendus sit post deū? Et ne putes q̄ nos p̄ sumamus: audi apostolū paulū de his q̄ in uerbo dei laborant dicērem: ut supabundanter habeatis ī charitate eos q̄ huiusmodi sunt ꝓpter opus ipsoꝝ. Videamus & aliū adhuc ordinem charitatis eius dūtaxat: q̄ erga ꝓximos haberi uidet. Si sit nō habēs qdem docendi uel īstruendi gratiā: neq̄ uerbū domini p̄dicādi: sed tamē sanctæ uitæ uir īnocēs īmaculatus: & q̄ ī iustificationibus & mandatis dei īgrediat sine q̄rela: uidetur ne talis tibi hic uir in eodē charitatis ordine habēdus: quo ille q̄ nihil agit: quandoqdē uterq̄ ꝓximus dicitur? Nōne & hic ꝑp opus suum: & uitæ meritū secūdū apostoli dictū ut ille q̄ in uerbo dei laborat: supabūdantius habēdus ē ī charitate ꝓpter opus uitæ suæ. Est adhuc alius ordo charitatis. Iubemur enim & inimicos nostros diligere. Sed uideamus si etiam ī ipsis unus solus modus erit dilectionis: an ibi habebit locū sermo iste: qui dicit, ordiate ī me charitatem. Puto ergo q̄ ī his sit ordo charitatis. Verbi gratia. Est aliqs mihi inimicus & aliis tamen bene agens: pudicus: sobrius: mandata plurima dei ex parte custodiens: ī aliquibus tamen errans ut hō. Et alius qui inimicus quidē sit & ipse nobis: tamē sit suæ uitæ atq̄ aiæ inimicus: paratus ad scelera: p̄ceps ad flagitia: nihil sancti: nihil religiosi ducēs: nō tibi uidet etiā esse iter ipsos inimicos quædam diuersitas habēda charitatis? Puto quidē q̄ ex his satis patuerit eē ui quidē charitatē unā: multas tamē habere causas: & multos ordines diligendi: & ꝓpter hoc nūc dicere sponsam: ordinate ī me charitatē: hoc est docete me diuersos ordines charitatis. Quod si adhuc addendū his aliquid uidetur: possumus illud ī medium adducere quod ait apostolus. Viri diligite uxores uestras: sicut corpora uestra: sicut christus dilexit ecclesiam. Quid ergo debent quidem uiri uxores suas diligere: alias uero mulieres non debent omnino diligere ī omni castitate & sanctitate? An nō uidebuntur etiā ipsæ eē de ꝓximis? sed ipēdēda quidē est dilectio uel ī cōiugē: uel ī mrem: uel ī sororē: si tamē fideles sint: & deo adhærētes: & erga aliam mulierē nullā scdm illā q̄ ꝓxima dicit: ē nobis ipendēda dilectio, q̄ si hoc absurdū uidet (Debet autē scdm mandati ordinem etiā erga eas casta haberi dilectio) prorsus iter ipsas personas fœminarū q̄bus ipēdēda dilectio est: habendus ꝓfecto est ordo quidā in charitate: cōuenienq̄ distinctio: & maiori qdem cū honorificentia matri deferenda ē dilectio. Sequenti uero gradu cū quadā nihilominus reuerētia etiā sororibus. Proprio uero quodā & sequestrato ab his more charitas cōiugibus exhibenda. Post has uero personas pro meritis etiā & causis unicuiq̄ ī omni ut diximus castitate deferenda dilectio est. Secūdū hæc etiā de patre uel fratre atq̄ aliis propinquis obseruabimus. Erga sanctos uero q̄ nos ī xp̄o genuerūt: sed & pastores atq̄ episcopos: uel q̄ uerbo dei p̄sunt p̄sbyteri: aut qui beati ministrant ī ecclesia: uel q̄ ī fide præcellunt cæteros. Quō uero pro uniuscuiusq̄ meritis affectio pēsabitur charitatis? lōge eminētior: q̄ erga eos haberi pōt. Qui autē nihil horū aut nō integre egerūt: sed & inter parētes fideles & īfideles: & fratres fideles ac īfideles sororesq̄: pōt ne fieri: ut nō erga hos singulos diuersus ordo habeatur charitatis? Quas diuersitates ītuens sponsa: & uidens de his oībus animæ ad perfectionem tēdenti: necessariā uideri scientiā earum reꝝ: ut uniuscuiusq̄ loci & ordinis mēsuras possit tenere charitatis: dicit ad amicos spōsi: eos uidelicet qui uerbū dei ministrant: ordinate ī me charitatē, hoc ē docete me: & tradite mihi: quō per hæc singula ordinē seruare debeam charitatis. Oēs enim homines sicut iam diximus: scdm hoc q̄ similes & ex nobis sunt similiter diligendi sunt: imo omnis rōnabilis natura a nobis utpote rationabilibus æqualiter diligēda ē. Adiiciēdū tamē ī charitate ē unicuiq̄ ad hoc quō ē: & ad hoc q̄ rōnabilis ē. Si uerbi gra, aut ī moribus, aut ī opere: aut ī ꝓposito, aut ī sciētia: aut ī studiis cæteros p̄cellit: ꝓ his singulis scdm suū quēq̄ meritum ad generalem dilectionē: addendū ē etiā specialis aliqd charitatis. Verū ut maior de his habeatur auctoritas: ab ipso deo capiamus exemplum. Ipse enim amat omnia quæ sunt: æqualiter ut nihil oderit eorum quæ fecit. Neq̄ enim fecit aliquid: quod odio haberet. nō tamen ob hoc similiter dilexit hebræos ut ægyptios: & pharaonem ut moysē & aaron. Nec rursus aliquos filios israel similiter dilexit ut Moysem & aaron & mariā, nec iterum aaron & mariam similiter dilexit: ut moysem. q̄uis uerum sit: ut dicit ad eū. Parcis autē omnibus qa omnia tua sunt domine amator animarū, spiritus enim īcorruptionis est in omnibus, tamen ille qui mensura & numero & pōdere dispōsuit omnia secundū mensuram sine dubio uniuscuiusq̄ meritoꝝ & dilectionis suæ tēperat libram. Nunquid non putabimus: qa nō similiter ab eo dilectus est paulus cum persequeret ecclesiam dei sicut diligebat: dum ipse cū ea persecutiōes cruciatusq̄ tolerabat: & cum dicebat: sibi inesse sollicitudiem omniū ecclesiarum? Multum ē nunc ut iter istos

ordines charitatis:etiam de effectu odii:qui uidetur huic charitatis:effectui cõtrariis:iſeramus.quia etiã dominus dicit inimicus ero inimicis tuis,& aduerſabor aduerſariis tuis.Et itez ſi peccator tu aſſiſtis:& ei quẽ odit dominus:amicus es:q̃ utiq; hanc habent abſolutionem:quã & illud qđ dictum eſt:honora patrẽ tuum & matrẽ tuam,& iterum qui non odit patrẽ:& reliqua.In quo ꝓfecto inimicus charitatis ĩ deum his q̃ aduerſantur:cõtrarium uidet generare effectũ:dũ nulla põt eſſe conſonantia luci & tenebris:& chriſto cũ belial:nec eadẽ portio eſſe fideli cũ ifideli.His ergo ut potuimus de charitate ordinibus expoſitis patet ad itelligendum:qđ ſit:quod poſcat ſponſa,i.eccleſia uel anima tendens ad perfectionem ꝑſtari ſibi ab amicis ſpõſi:quoniã itroduci ſe popoſcerat ĩ domũ uini : ubi ſine dubio itellexerat ĩ oĩbus quæ uiderat eminere & ꝑcellere gratiam charitatis & ipſam didicerat maiorẽ omnium:ſolãq; eſſe charitatem:quæ nunq̃ cadet. Ideo depoſcit:ut ordiné eius diſcat:ne forte aliquid iordinatum faciens uulnus ab ea aliquod accipiat:ut ĩ poſterioribus dicit. Vulneratæ charitatis ego ſum.Ea auté ſiue ad angelos dei accipiamus:a q̃bus ſe iſtrui poſtulat:& muniri nihil abſurdũ uidebit ſcđm hoc quod de populo dicitur.Lætamini gentes cũ populo eius : & cõſortent eos oés angeli dei.& ut ĩ alis dicit.Circũdat angelus domini ĩ circuitu timẽtiũ eũ,& eripiet eos. Et itẽ alibi.Nolite cõtẽnere unũ ex minimis iſtis:q̃ ĩ eccleſia ſũt:qa angeli eoꝝ ſemper uidẽt faciẽ ꝑris mei: qui ĩ cælis eſt.Sed & ĩ apocalypſi ioannis angelo tiatirẽſi teſtimoniũ dat filius dei:præ charitate quã ordinauit angelus ipſe ĩ eccleſia ſibi cõmiſſa.Sic enim ſcriptum é:Scio opera tua & charitatem tuam & fidẽ; & miniſteriũ & patientiam:& opera tua nouiſſima maiora q̃ priora.Sed &ſi ad prophetas hæc referamus q̃ miniſtrauerunt uerbum dei ante aduentum ſponſi:ut per ipſorũ doctrinam uideatur eccleſia uelle ordinem diſcere charitatis,i.propheticis inſtrui uoluminibus:non uidebit abſurdum.Sed & omnes ſancti q̃ de hac uita deceſſerunt:habentes adhuc charitatem erga eos q̃ in hoc mundo ſunt:ſi dicantur curam gerere ſalutis eorum:& iuuare eos precibus ſuis atq; ĩteruentu ſuo apud deum:non erit ĩconueniens. Scriptum nanq; eſt ĩ machabæorum libris,ita Hic eſt hieremias propheta dei q̃ ſemper orat ꝓ populo. Sed & ad apoſtolos hæc dici ut ſupra iã dixi non uidebitur alienum.Per hos enĩ oĩs eccleſia dei uel anima quærens deũ introducitur ĩ domum uini ut ſupra diximus:& aromatibus atq; odoribus repletur:& cõponit ĩ melius:ſicut in poſterioribus legimus:& edocemur oẽm ordinem rationẽq; charitatis.Cõfirmate me ĩ ũguẽtis:ſtipate me ĩ malis:quia uulneratæ charitatis ego ſum.in græco quidem habetur cõfirmate me in amyris,Amyrrim genus quoddam arboris nominans:quod latini putantes myrrhã dictum unguenta interpretati ſunt.Igit ordo ſermonis huiuſmodi eſt.Poſtea q̃ ſponſa & uerba ex ore ipſius ſponſi audiuit:& cubiculum regis ingreſſa eſt:& domum uini locũq; cõuiuii ac ſapientia:& ĩ eo uictimas & craterem mixtum ſacramentis eius aſpexit:quaſi ĩ horum oĩum admiratiõe ſtupens & ſaucia poſtulat ab ipſis nihilominus amicis & ſodalibus ſpõſi ut cõfirmaret:& quaſi deficiens ſuſtẽtaret incũbens paululum ſuper arborem amyram uel meliam.Amoris etiam uulnere percuſſa arborũ ſolatia ſiluarũq; ſectatur.Hæc ſcđm litteram. Sed ex his ut exequi poſſimus intelligentiam ſpiritalem ĩdigemus illa gratia:quam conſequi a deo meruit ipſe ſalomon : q̃ omnium quæ ſunt radicũ & arborum & uirgultorum naturas didicit:ut ſciremus & nos: q̃ uis & quæ natura ſit arboris amyræ;quo cõpetenter ex hac ſpiritalis aptari poſſit expoſitio.Hoc eſt autem q̃ ſolum peruenire ad nos de huius arboris notitia potuit:quia odorem ſolum habeat ſuauem:nullum tamẽ afferat fructum.Melia uero arbor notũ cunctis eſt:quod nõ ſolum ferat fructũ.ſed & dulciſſimũ & ſuauiſſimum ferat. Omnes igit hoĩes arbores dicũt ſiue bonæ ſiue malæ & fructuoſæ ſiue ĩfructuoſæ:ſicut & dominus ĩ euãgelio dicit. Aut facite arborẽ bonã:& fructum eius bonũ:aut facite arborem malam:& fructũ eius malũ.Et omnis arbor quæ non facit fructũ bonum excidetur:& in ignem mittetur.Tres ergo differentiæ ĩ hominibus uidẽtur eſſe.Quidam q̃ oĩo nullũ fructũ afferũt:& ecce alii qui afferant.Sed in his qui afferunt,aut mali ſũt fructus aut boni.Hic ergo ſponſa,i.eccleſia xp̃i confirmari ſe poſtulat:& reclinari qdem ſuper unam arborem meliã afferentẽ fructus bonos:& recte ac cõpetenter.Super his enim cõfirmat & ſtipatur eccleſia q̃ ĩ bonis operibus fructificant & creſcunt Quid autem eſt qđ in amyris ĩfructuoſis.ſ.arboribus cõfirmari uult: odore ſolo gaudentibus.Ego puto q̃ iſtos q̃ ſolo odore gaudent:& necdũ fructus fidei afferũt:illos dicat quos paulus ad corinthios ſcribens dicit:q̃ iuocant nomen domini noſtri ieſu xp̃i in omni loco ipſorũ & noſtrũ pro eo ergo q̃ iuocant nomẽ domini noſtri ieſu chriſti habẽt ĩ ſemetipſis odoris quandã ex ipſa iuocatiõe nominis ſuauitatem.Pro eo uero q̃ nõ cũ omni fiducia & libertate accedũt ad fidem nullos fidei afferunt fructus.In loco hoc poſſumus nos cathecuminos eccleſiæ itelligere:ſup quos ex parte aliq̃ cõfirmant eccleſiæ.Habẽt.n.& ĩ ipſis nõ parũ fiduciæ & ſpei plurimũ qđ & ipſi fiant aliquando arbores fructiferæ: & plantẽtur ĩ paradiſo dei ab ipſo agricola patre.Ipſe enĩ é qui plãtat huiuſmodi arbores ĩ eccleſia xp̃i : q̃ é paradiſus delitiaꝝ ſicut & dominus dicit.Oĩs plãtatio quã nõ plãtauit pater meus cæleſtis eradicabit.Stipat eccleſia & ĩter melias & ſup ipſas requieſcit.Quæ meliæ illæ putãdæ ſũt aĩæ q̃ quotidie inouant ad imaginem eius q̃ creauit eas.Quia enim ꝑ inouationem ſui imaginé reparãt filii dei:merito & ipſæ arbores meliæ appellant:qa & ipſe ſpõſus eaꝝ in ſuperioribus dictus é ſicut arbor meliã eẽ ĩ lignis ſiluæ.Et ne mireris ſi idẽ ipſe & arbor uitæ & diuerſa alia dicatur:cũ idẽ & panis uerus:& uitis uera:& agnus dei & multa alia nominet.Oĩa nãq; hæc uerbũ dei unicuiq; efficit prout méſura uel deſideriũ participantis expoſcit ſe.ad quod ſignificãdũ illud q̃ é & manna unicuiq; eſſet unus cibus:unicuiq; tamen deſiderii ſui reddebat ſaporem.Præbet ergo ſeipſum non ſolum eſurientibus panem & ſitientibus uinum ſed & delitiari uolentibus ſemetipſũ & fragrantia exhibet poma.Propterea ergo & ſponſa uelut refecta iam & bene paſta fulciri in meliis ſe poſcit:ſciens in uerbo eſſe ſibi non ſolum omnem cibum:ſed & omnes delitias:& per ea maxime diſcurrit:dũ ſe uulneratam ſentit eſſe iaculis charitatis.Siquis uſq̃ eſt;qui fideli hoc amore uerbi dei arſit aliquãdo:ſigs é

ut ꝑpheta dicit:q electis iaculis eius dulce uulnus plagāq; accepit:ſiqs eſt q ſcientiæ eius amabili confixus eſt telo:ita ut diurnis eum deſideriis nocturniſq; ſuſpiret:aliud quid loq non poſſit:audire aliud nolit:cogitare aliud neſciat:deſiderare ꝓter ipm aut cupere aliud uel ſperare non libeat:iſta anima merito dicat, Vulnerate charitatis ego ſum & ab illo uulnus accepi de quo dicit eſaias, Et poſuit me ſicut iaculū electū: & in pharetra ſua abſcondit me. Tali uulnere decet deū percutere animas:talibus iaculisteliſq; configere ac ſalutaribus eas uulneribus ſauciare, ut qa deus charitas eſt:dicāt & ipæ. Quia uulneratæ charitatis ego ſum. Et qdem in hoc quaſi amatorio drāmate ſpōſa charitatis ſe dicit uulnera ſuſcepiſſe. Poteſt aūt ſimiliter feruēs anima erga ſapiam dicere:qa uulneratæ ſapiæ ego ſum:illa.ſ.quæ ſapiæ eius pulchritudinem potuit ītueri. Poteſt & alia aīa uirtutis eius magnificentiā contuens:& admirata potētiā uerbi dei diceī:qa uulneratæ uirtutis ego ſum. Talis credo aliqua ſicut erat illa quæ dicebat:Domīnus illumīatio mea & ſaluator meus:quē timebo. Sed & aīa erga morem iuſticiæ eius feruens:& diſpenſationū ac ꝓuidentiæ eius iuſticiam contuens dicit ſine dubio. Vulneratæ iuſticiæ ego ſum. & alia bonitatis eius ac pietatis īmenſitatem reſpiciens: ſimilia loquīt. Sed & hoꝝ oīum generale eſt iſtud charitatis uulnus:quo ſe uulneratam ꝑdicat ſponſa. Sciendū tamen eſt:q; ſicut ſunt iſta dei iacula:quæ animæ habēti deſideriū bonoꝝ ſalutis uulnus infligūt:ita ſūt & iacula maligni ignita:qbus anima q̄ non eſt ſcuto fidei protecta uulnerat in mortem. De ipſis dicit prophe ta. Ecce peccatores intenderūt arcum:parauerūt ſagittas ſuas in pharetra ſua:ut ſagittent in obſcuro rectos corde. Hic peccatores de occulto ſagittantes dæmones inuiſibiles dicit, & ipi ſūt habentes q̄dam iacula fornicationis:alia cupiditatis & auaritiæ:qbus q̄plurimi uulnerant. habent etiam ſpicula iactātiæ & uanæ gloriæ. ſed iſta ualde ſubtilia ſunt:ita ut confixam ſe anima ab eis:ſauciatāq; uix ſentiat:niſi ſi induta eſt armis dei:& ſtat uigilās & īmobilis erga aſtutias diaboli:ſcuto ſemetipam fidei per omnia contegens:& nullā corporis partem fidei nudam relinquens. Quīntacūq; aūt dæmones fecerint tela:ſi inueniant mentem hoīs ſi de munitam etiam ſi fuerīt ignita:etiam ſi cupiditatū flāmis:& incendiis ardeant uitioꝝ:fides plena cūcta reſtrīgit. Leua eius ſub capite meo:& dextera eius amplectet me. Deſcriptio eſt qdem amatorii drammatis ſponſæ feſtinantis ad cōnubiū ſponſi:uelut tamen paulo apertioribus corporis appellationibus currit, Sed conuerte te uelocius ad ſpūm uiuificantē:& refugiens appellationes corporeas:uere perſpice quæ ſit uerbi dei leua:quæ ſit dextera:quod etiam caput ſponſæ eius aiæ.ſ.perfectæ uel eccleſiæ:& non te rapiat carnalis & paſſibilis ſenſus. Ipa enim eſt hic ſponſi dextera & leua:quæ in prouerbiis de ſapientia dicitur ubi ait. Longitudo enim uitæ in dextera eius. In ſiniſtra uero eius diuitiæ & gloria. & ſicut hic ſapientiam non ideo aliquam fœminam dici putabis quia fœmineo nomīe appellari uidetur:ita ne in hoc qdem quoniam maſculino genere ſponſus uerbū dei dī:corporaliter intelligere debes leuam eius aut dexteram uel amplexus ſponſæ uel aniæ pro fœmīnei generis declinatione percipere:ſed uerbum dei q̄uis apud græcos maſculino:apud nos neutro proferatur. Super maſculinum tamen & neutrū ac fœmininū genus & ſuper omne omnino qđ ad hoc reſpicit eſſe cogitanda ſunt iſta:de qbus ſermo eſt. & non ſolū uerbū dei:ſed & eccleſia eius atq; anima perfecta:quæ & ſponſa nomīatur. ſic.n. & apoſtolus dicit:in chriſto enim neq; maſculus neq; fœmina: ſed omnes ī ipſo unum ſumus. Hæc autem propter hoīes qui aliter audire non poſſunt niſi his uerbis quæ in uſu habentur:in ſcriptura diuina humani more referuntur eloquii:ut uerbis quidem notis eas & ſolitis audiamus. ſenſu tamen illo quo dignum eſt de diuinis rebus & incorporeis ſentiamus. Nam ſicut is q amatorem dicit ſe eſſe pulchritudinis ſapientiæ:hoc oſtendit q; naturalem qui ī ſe eſt charitatis affectum ad ſtudia tranſtulerit ſapientiæ:& hic ſponſa depoſcit uel anima uel eccleſia:ut ſponſus ſuus qui eſt uerbum dei. Leua quidem ſua caput eius ſuſtentet:dextera uero eius omne eius reliquū complectatur:& conſtrīgat corpus. Eſt autem leua in qua ſapientia diuitias continere & gloriam dī. Quas autem habet diuitias eccleſia & quam gloriam niſi illas:quas accepit ab eo qui cum diues eſſet:pauper factus eſt:ut illius paupertate eccleſia fieret diues? Quæ autem eſt gloria? illa ſine dubio de qua dicit:pater clarifica filium tuum:paſſionis ſine dubio gloriam deſignans. Fides ergo paſſionis chriſti gloria & diuitiæ eccleſiæ ſunt quæ in leua eius continentur:Leuā autem puto uerbum dei hoc modo debere intelligi:quoniam quidem ſunt in eo quædam diſpenſationes ante incarnationem geſtæ:Sunt uero aliquæ & per incarnationem. Illa pars uerbi dei quæ ante aſcenſionem carnis in diſpenſationibus pacta eſt:dextera poteſt uideri. hæc uero quæ per incarnationem ſiniſtra appellari. Vnde & ſiniſtra diuitias & gloriā habere dī. Per incarnationem nāq; diuitias & gloriā quæſiuit oīum ſcilicet ſalutem. In dextera aūt longitudo uitæ eſſe dī:per qđ ſine dubio illa eius pars q̄ in principio apud deum deus erat uerbum:ſempiternitas indicatur. Hanc ergo leuā eccleſia cuius chriſtus eſt caput: optat habere ſub capite ſuo:& fide incarnationis eius caput ſuum muniri. Dextera uero eius amplecti.i. illa agnoſcere. & de illis inſtrui:quæ ante huius qūoq; per incarnationem geſta diſpenſationis tempus in arcanis habentur & reconditis. Dextera namq; ibi putāda ſunt eſſe omnia:ubi nihil de peccatoꝝ miſeriis: nihil de fragilitatis lapſu continetur. Hic uero leua ubi uulnera noſtra curauit:& peccata noſtra portauit: factus etiā ipſe pro nobis peccatum:& maledictum. Quæ oīa quāuis caput & fidem ſuſtentent eccleſiæ: merito tamen ſiniſtra uerba dei appellabunt:in qbus aliqua etiā ꝓter illā naturam quæ tota dextera eſt:& tota lux & ſplendor & gloria ptuliſſe memoratur. Adiuraui uos filiæ hieruſalem ī uirtutibus:& ī uiribus agri:ſi eleuaueritis & ſuſcitaueritis charitatem quoaduſq; uelit. Sponſa adhuc ad adoleſcētulas loqtur ꝓuocās eas & exhortās immo & adurās per ea quæ eis cara eſſe nouit & amabilia:ut ſi forte eleuare cœperint charitatē iacētem quippe in eis:& excitare eā:utpote adhuc dormientem apud eas:in tātum eleuent eā:in tātum ſuſcitēt: inquantum uoluerit ſponſus:nec minus aliquid in ea agant q̄ uoluntas ipſius patitur. Hæc eſt enim amantis ſponſæ perfectio:ut a nullo uelit contra animos & uoluntatem eius fieri quem diligit:& ut hoc non ne-

gligenter aut ſegniter agant:ꝑ uirtutes agri.i.ꝑ plantaria & uirgulta quæ in agro ſunt:& ꝑ uires eius ſine dubio:ꝑ ea quæ in eo ſata ſunt adiuranť. Tali ordine taliq; uerboꝝ cõpoſitione textus hiſtorici drámatis dirigatur. Núc iam qd arcani intríſecus contegat:reqramus. Oís aía p̃cipue quæ filia eſt hieruſalé habet aliquē agrū ꝓprium:q ei ſecreta quadam ꝓieſum meritoꝝ ſorte delatus eſt:ſicut fuit & ille ager iacob:cuius ſuauitate ꝑmotus iſaac patriarcha myſticis aiebat eloqis:ecce odor filii mei ſicut odor agri pleni quem benedixit dominus. Habet ergo unaquæq; aía:ut diximus agrū ſuū. Vita náq; & conuerſatio eius ager eſt eius. In hoc agro anía quæ diligens & ſtudioſa eſt ſatis agit & ſtudet plantare bonos ſenſus:& oés excolere animi uirtutes. non ſolū aút animi uirtutes ſed & uires operū:qbus uidelicet impleri poſſunt míſteria mandatoꝝ. Eſt ergo ut diximus:unicuiq; aíus ſuus ager:quem colit & plantat & ſeminat ſcđm hæc quæ diximus. eſt aút & oium ſimul filiarū hieruſalem unus qđã & cõmunis ager:de quo paulus ait. Dei agricultura eſtís uos. Qué agrū cõmuné:exercitiū eccleſiaſticæ fidei & conuerſationis accipiamus:in quo certū eſt uirtutes ineſſe cæleſtes & uires ſpiritaliū gratiaꝝ. Vnaquæq; anima quæ núc filiæ hieruſalem hic appellanť:ſciétes q̃ mírem habeat hieruſalem cæleſté conferat aliqd neceſſe eſt ad agrum húc excolendū:& cæleſti eum poſſeſſione dignum cupiat effici. In iſtius ergo agri uirtutibus eleuari charitaté chriſti & exercitari ab adoleſcétulis & initia fidei habentibus proteſtať eccleſia:& dicit ad eas. Si leuaueritis & exercitaueritis charitaté quoaduſq; uelit:hoc eſt ſi iam in hoc ueneritis:ut incipiatis agi non ſpiritu timoris & adoptionis:& in hoc ꝓfeceritis ut ꝑfecta in uobis dilectio foras mittat timoré:& ut eleuetis atq; exaltetis in uobis charitatem:& excitetis eá: tádiu eleuate eam:& tádiu extollite:quádiu ipſe uelit filius charitatis:imo ipſe q ex deo eſt charitas:nec forte putantes ſufficere humanæ charitatis menſuras in charitate dei minus aliqd q̃ deo dignū eſt agatis. Menſura.n.charitatis hæc ſola eſt:ut tantū quantū ipſe uult diligať. Volútas auté dei ſemp eadem eſt: nec unq̃ mutať. Nunq̃ ergo imutatio aliqua aut finis ullus in dei charitate recipitur. Notandū ſane eſt q̃ nõ dixit ſi acceperitis charitatem:ſed ſi leuaueritis:quaſi quæ eſt qđem in uobis:ſed iacet & nunq̃ erecta eſt. Et rurſum non dixit ſi iueneritis:ſed ſi excitaueritis charitaté:quaſi quæ ſit ítrinſecus qđem:ſed iaceat & dormiat í eis donec iueniat ſuſcitantem. Ipſam credo & paulus ſuſcitabat tũc adhuc in diſcipulis dormiénté:cũ dicebat. Exurge q dormis:& continges chriſtũ. Vox fraterni mei: frequenter nos admonere cõuenit:q̃ libellus hic in modũ drámatis texitur. Præſens.n.uerſiculus quem ꝓpoſuimus tale aliqd indicat:q̃ cum ſponſæ ſermo eſſet ad adoleſcentulas filias Hieruſalem:ſubito quaſi eminus uocem ſponſi ſenſerit:quaſi cũ aliquibus loquentis ĩterruptoq; ſermone:qué faciebat ad adoleſcentulas ſponſa auré conuerterit ad auditũ:q ad eam ꝓuenerat:& dixerit. Vox fraterni mei. Sponſum uero ítellige primo qđem anteq̃ appareret oculis ſpõſæ uoce ei ſola agnitũ. Poſt hæc uero etiam conſpectibus eius apparuiſſe ſuper montes quoſdam uicinos illi loco in quo ſponſa morabať ſalientem:& magnis quibuſdam paſſibus non tanq̃ ſaltibus colles monteſq; in modũ cerui uel capreæ tranſcendenté:& ita ad ſponſam ſuam omni cum ꝓperatione uenientem. Vbi uero ad domũ intra quam ſponſa cõmorabatur aduenit:ſtetiſſe eum paululũ intellige poſt domũ:ita ut ſentiretur qđem adeſſe:nondũ tamen modum palam uellet & euidenter intrare:ſed prius quaſi ſub amatoris ſpecie per feneſtras aſpicere uelle ſponſam intellige:aut retia quædam ꝓpe domũ ſpõſæ aut laqueos eſſe poſitos: ut ſi forte ipſa uel aliqua ſodalium eius ex filiabus hieruſalem exiſſet aliquãdo caperet. Ad iſta uero retia ueniſſe ſponſum certum eſt:q capi ab eis non poſſet:ſed fortior eoꝝ effectus diruperit ipſa retia: diruptiſq; eis ſup ipa incedens etiam per ipſa proſpexerit:& poſtq̃ hoc opus fecerit dicat ad ſponſam. exurge ueni proxía mea ſponſa mea:columba mea. Hoc aút dicat ut ipſo opere oſtendat ei quomodo cum fiducia debeat conténere iam retia quæ ei tetenderat inimicus:nec timeat laqueos quos ad ſe iam uiderat eſſe diruptos. & adhuc ut amplius ad ſe ſponſam prouocet feſtinare:dicat ei. Quia omne tempus quod iam graue uidebatur tranſiuit:& hyems quæ ei cauſa exorta uidebatur abſceſſit: pluuiæq; inutiles abierunt: & tempus iam floridum uenit nihil moreris iter aggredi: ueni ad me. Ecce enim & agricolæ:quia ueris iam tempus arriſit:& uineas colunt. Vox enim cum & aliarum auiũ:tum etiam ſonora & grata turturis uernátis auditur. Sed & ficus de ueris certa temperie germé ſuũ produxit. Vitis uero in tantum de temporis tranquillitate non dubitát: ut flores ſuos iam audeant odoreſq; proferre. Hæc quidem de tranqllitate temporis indicat ſponſæ: ut maiore cum fiducia arripere iter augeat pergendi ad ſponſum. Sed & locum deſcribit ei í quo uult eam ſecum requieſcere:& dicit uelaméto cuiuſdam ſaxi quod muro ipſi uel loco promurali contiguum ſit opaciſſimũ quendam effici locum:ad quem uenire eam uult:& ablato uelamine ibi eius reuelatam faciem contineri:ut facie ad faciem innoteſcat ſponſo ſuo:& non ſolum faciem eius reuelatam uideat ſponſus & liberam: ſed & uocem eius ibi audeat:certus iam q̃ & facies eius pulchra ſit:& uox eius ſuauis eſt ac delectabilis. Hæc auté ꝑuenientes coniũximus:ne ordiné drámatis & hiſtoriæ textum uideremur irrũpere. Sed ꝑuenientes paululum uſq; ad illũ locũ fabulæ ordinem proſecuti ſumus:ubi ait. Quoniam uox tua ſuauis:facies tua ſpecioſa. Núc ergo repetéres uideamus primo quid eſt quod ait: Vox fraterni mei. Et uoce ſola ab eccleſia ſua primo chriſtus agnoſcitur. Primo enim uocem ſuá ꝑmiſit per prophetas:& cum non uideretur audiebatur tamen. Audiebatur autem per ea quæ annunciabantur de eo:& tamdiu ſponſa:ideſt eccleſia quæ ab initio ſæculi congregabatur ſolam uocem eius audiuit:uſq; quo oculis ſuis eum uideret:& diceret ecce hic uenit ſaliens ſuper montes:tranſiliens ſuper colles. Saliebat enim ſuper propheticos montes & ſanctos colles. Illos ſcilicet qui in hoc mundo imaginem eius formamq; geſſerunt. Sed & ſi in apoſtolis eum ponas quaſi in mõtibus ſalientem & eminentem cunctis: & in collibus nihilominus his duntaxat qui ſecundo loco electi ab eo & miſſi ſunt non erit inconueniens. In his enim ſimilis efficitur capreæ & hinnulo ceruorum. Capreæ q̃ omnem uiſum uiſus eius præcellit. Et ceruo quod ad interitum ſerpentis aduenit. Sed & unaquæq; aía

ſi qua tamen eſt quæ uerbi dei amore conſtringitur:ſi quando in diſputatione ſermonis eſt poſita:ut nouit omnis qui expertus eſt quomodo cum in arctum uenitur:& anguſtiis propoſitionum quæſtionũq; cõcluditur:ſi quando eum legis ac prophetaꝝ uel ænigmata uel obſcura quæq; dicta concludunt ſi forte adeſſe eum ſentiat anima:& eminus ſonitum eius accipiat:ſubleuatur ſtatim:& ubi magis ac magis ꝓpinare ſenſibus eius cœperit:& illuminare quæ obſcura ſunt:tunc eum uidet ſalientem ſupra montes & colles altæ.ſ.& excelſæ ſenſus ſibi intelligentiæ ſuggerentem:ita ut merito dicat hæc anima:ecce hic uenit ſaliens ſup mõtes:tranſiliens ſuper colles.Hæc autem dicimus non ĩmemores q̃ iam & in ſuperioribus coram poſitus preſenti collocutus ſit ſponſæ.Sed quoniam ut ſæpe diximus drãmatis ſpẽm libellus hic continet:nũc in p̃ſenti dicuntur aliqua:nunc etiam in abſenti:& ſic agitur ĩmutatio perſonaꝝ:ut uterq; ordo competenter dirigi uideatur.Quãuis enim promittat ſponſus & dicat ad ſponſam ſuã q̃ ſunt electi diſcipuli eius:qa ecce ego uobiſcũ ſum oĩbus diebus uſq; ad conſumatõem ſæculi:tamẽ iteꝝ per parabolas dicit qa paterfamilias uocauit ſeruos ſuos:& unicuiq; diſtribuit pecuniam negociandi gr̃a:& profectus eſt.Et iterũ dicit.Quia abiit petere ſibi regnum.Et iterum quaſi de abſente ſpõſo dicitur. Quia media nocte clamor factus eſt:dicentiũ qa uenit ſponſus.Sic ergo nunc p̃ſens eſt ſponſus & docet:nũc abſens dicitur & deſideratur:& utrũq; uel eccleſiæ uel animæ ſtudioſe conueniet.Cum enim pati perſecutiones & tribulationes permittitur eccleſia:abſens ei uidetur.Et rurſum cum in pace proficit & in fide ac bonis operibus floret:p̃ſens ei eſſe ĩtelligit. Sed & aĩæ cum q̃rit aliquem ſenſum agnoſcere obſcura quæq; & arcana deſiderat: donec inuenire non poteſt: abſens ei,ſine dubio eſt uerbum dei.Vbi uero occurrerit & apparuerit quod requiritur:quis dubitat adeſſe uerbum dei:& illuminare mentem ac ſcientiæ lumen ei p̃bere?& iteꝝ ſubduci nobis eum:atq; iteꝝ adeſſe ſentimus per ſingula quæ aut aperiunt aut clauduntur in ſenſibus noſtris?Et hoc eo utiq; patimur: donec tales efficiamur:ut non ſolum reuiſere nos:ſed & manere dignetur apud nos:ſecundũ q̃ interrogatus a quodam diſcipulo dicente,domine q̃d eſt factum:q̃ ĩcipis nobis manifeſtare temetipſum & non huic mundo. reſpondit ſaluator.Siq̃s diligit me:uerbum meum cuſtodit:& pater meus diligit eum:& ad ĩp̃m ueniemus: & manſionem apud eum faciemus.Si ergo & nos uolumus uidere uerbum dei:atq; animæ ſponſum ſalientem ſuper montes & exultantem ſuper colles:primo audiamus uocem eius:& cum audierimus eum in omnibus:tunc etiam eum uidere poterimus:ſecũdum ea quæ in p̃ſenti loco uidiſſe deſcribitur ſponſa.Nam & ipſa q̃uis & prius eum uiderit:non eum tamen ita uiderat ut nunc ſalientem ſuper montes:& exilientem ſuper colles:neq; per feneſtras ſuas ꝓcũbentem:neq; per retia proſpicientem:ſed magis uidet q̃ prius hyemis tẽpore eũ uiderit. Nunc enim dicit.Quia hyems tranſiit.Igitur ut res indicat etiam per hyemẽ ſponſæ ſuæ apparet.i.tribulationũ & tentationum tempore.ſed & alia eſt uiſitatio:in qua uiſitatur paululum:& iterum deſeritur:ut ꝓbetur ac rurſus requiritur:ut caput eius ſuſtentetur:& ut tota complectat ne forte aut ĩ fide titubet:aut corpus eius tentationũ pondere p̃grauetur.Et ideo uidetur mihi hyems fuiſſe illud tempus: cũ caput ſuũ fidei.ſ.ſũmitatẽ leua ſponſi.ſ.cõtineri poſcebat:& dextera eius omne corpus amplecti.Nũc aũt iſta uiſio quæ de montibus apparet & collibus:gratiaꝝ puto ſpiritaliũ altitudies potẽtiaſq; deſignet. Sed & p̃ feneſtras q̃d p̃ſpicere dr̃ ſenſibus mihi lumẽ uidet p̃bere.Et retia q̃ dirũpit & conterit laqueos ĩdicari diabolicos puto:utpote tentationũ tẽpore:tanq̃ hyeme iam p̃fecta.Oſtendunt etiã ſigna ueris & æſtatis: ſicut in pſalmis dictũ ẽ.Aeſtatẽ & uer tu feciſti ea.Inde deniq; & flores ꝓfectuũ ꝓtulit eccleſia tẽtatõibus ſupatis & putatõis diſpenſatione tranſacta:ſicut ĩ ſuis locis cũ ad hæc diſſerenda uentũ fuerit oſtendet.Ecce hic uenit ſaliens ſup montes:tranſiliẽs ſup colles.Hiſtoricũ ordinẽ iam ꝓſecuti ſumus.Nũc aũt q̃o xp̃s ad eccleſiam ueniens ſaliat ſup montes:& exiliat ſup colles uidendũ eſt.Exiliẽs.n.magis q̃ tranſiliens propoſiti ſermonis ꝓprietas habet.Iſaac.n.ambulans & ꝓgrediens maior fiebat:uſq; quo fieret magnus ualde.Paulus autem non tã ambulando ꝓfecit ſed currendo:cũ dicit curſum conſumaui.Saluator aũt noſter & eccleſiæ ſpõſus neq; ambulare neq; currere:ſed ſup hæc ſalire dr̃ & exilire.Si.n.cõſideres q̃o parui temporis ſpatio occupatũ falſis ſuperſtitõibus mundũ ſermo dei percucurrit:& agnitõem ueræ fidei reuocauit:intelliges quomodo ſaliat ſuper montes:magna uidelicet quæq; regna ſaltibus ſuis ſuperans,& ad recipiendã cognitionẽ diuinæ religionis iclinans:& exiliat ſup colles:cum etiã minora regna uelociter ſubiugat atq; ad pietatẽ ueri cultus adducit:& ſic de loco ad locũ:de regno ad regnũ:de prouinciis ad prouincias p̃dicationis illuſtratione tranſiliens p eum q̃ dicebat.Quia ab hieruſalem in circuitu uſq; ad illyricũ repleuit euangelium dei: intelliges quomodo ſuper montes ſaliens ueniat & exiliẽs ſuper colles.Sed & alio modo poteſt ĩtelligi ſicut ſupra diximus.Quoniã q̃dem Moyſes de ipſo ſcripſit:& ꝓphetæ nihilominus de ipſo annũciauerũt. Sed & hæc annũciatio in lectione ueteris teſtamenti uelamẽ habet ſuppoſitum. Vbi uero ſponſæ eccleſiæ. ſ. ad eũ conuerſæ ablatũ eſt uelamẽ:ſubito uidet eum in iſtis montibus legis dũtaxat uoluminibus ſalientẽ:& ĩ collibus ſcripturæ ꝓpheticæ per aperta & euidenti manifeſtatione nõ tam apparentẽ q̃ exiliẽtem:uerbi gratia quaſi reuoluens ſingulas ꝓpheticæ lectionis paginas ĩueniat de ipſis exiliẽte xp̃m:& per loca ſingula lectionum ablato nũc demũ quo prius tegebat uelamĩe ebulire eum cernat & emergere:atq; euidenti iam manifeſtatione ꝓrumpere.ob hoc credo & ipſe ieſus cũ ad trãſformãdũ ſe uenit non ĩ aliqua planicie aut cõualle fuit:ſed montẽ cõſcendit. Vbi & trãſformatus eſt:ut ſcias eũ ſemp in mõtibus aut ĩ collibus apparere: & ut te doceat ne uſq̃ eum niſi in legis & prophetarum montibus quæras.Quod autem ſancti quiq; montes appellantur:multis ſcripturæ locis inuenies indicari:ſicut ait in pſalmis. Fundamenta eius in montibus ſanctis.Et iterum.Leuaui oculos meos in montes: unde uenit auxilium mihi. Auxilium nanq; in tribulationibus & ſcripturarum diuinarum ſenſibus capimus. Poſſumus adhuc & montes in quibus ſalire uerbum dei dicitur & quaſi liberius efferri: nouum accipere teſtamentum. Colles uero de quibus quaſi diu

compreſſus & occultatus exiliit ueteris teſtamẽti ſentire uolumina. Sed & apud hieremiam uenatores & piſcatores qui mittuntur capere homines ad ſalutem montibus & collibus eos capere dicuntur. Sic. n. ait. Ecce mitto multos piſcatores & multos uenatores: & capiẽt eos ſup oẽm mõtẽ & ſuper oẽm collẽ: qđ ego magis ad futurũ tempus in cõſumatione ſæculi iplendũ puto: ut cũ miſſi fuerint angeli ſcđm euangelicam parabolã meſſis tẽpore ut ſeparent frumẽta a zizaniis: q excelſioris uitæ & eminentioris fuerit conuerſatiõis: iſte in montibus iuenietur aut in collibus. Non iuenieẽ in humilibus & deiectis locis: ne ibi mixtus uideaẽ eſſe zizaniis: ſed ĩ excelſioribus ſenſibus & ĩ eminentia fidei poſitus ſalienti ĩ montibus uerbo dei: & exilienti ĩ collibus ſemper adhærens. Quod per aliã nihilominus parabolã ſub eodem tamẽ ĩtellectu dr̃ in euangelio: Siqs in tecto eſt non deſcẽdat tollere aliqd de domo. Poteſt adhuc & aliũ nobis ſenſum p̃diues iſte p̃ſentis uerſiculi ſermo ſuggerere. Poſſibile nãq; eſt oẽm q plena fide credit in deũ uel montem uel collem appellari: pro qualitate. ſ. uitæ & magnitudine ĩtelligentiæ: etiam ſi fuerit aliquando uallis p̃ficientem in eo ieſu ætate & ſapĩa & gr̃a: oĩs uallis replebitur. Supbi autem quiq; & elati ut mõtes & colles humiliabunt̃: quoniam q ſe exaltat humiliabiẽ: & q ſe humiliat exaltabitur. De ip̃is. n. dr̃ q confidunt in domĩo ſicut mons ſyon. Et de hieruſalem dr̃. Montes ĩ circuitu eius. Vnde puto q; merito etiam ſaluator noſter: quoniam & ip̃e dr̃ lapis de monte exciſus ſine manibus: & factus eſſe mons magnus. ſicut rex regum & pontificũ pontifex: poteſt etiam mons mõtiũ appellari. Ver̃ ut etiam tertia expoſitio habeat locum: ad unãquãq; aĩam ſermo dirigatur. Siq ſint capatiores uerbi dei: q ab ieſu aquã ſibi datam biberunt: & hæc facta eſt in eis fons aquæ uiuæ ſalientis ĩ uitam æternam: in his. ſ. in qbus uerbum dei crebris ſenſibus & copioſis uelut perennibus ebulit fluentibus: in his uitæ ac ſcĩæ & doctrinæ merito montibus & collibus effectis: digniſſime ſalire uerbum dei dr̃ & exilire: factus in eis p affluentiam doctr̃iæ fons aquæ uiuæ ſaliẽtis in uitam æternam. Similis eſt fraternus meus capreæ hĩnuloq; ceruo ꝛ in montibus bethel. Caprea uel ceruus q; ĩter munda habeanẽ aĩalia manifeſte ex his quæ ĩ deuteronomio ſcripta ſunt ĩdicaẽ: eſt. n. hoc modo ſcriptũ. Hæc. n. ſunt aĩalia q̃ mãducabitis uitulum: & agnum ex pecoribus: & hircũ ex capris: ceruum & capream & bubalum: & tragelaphũ: & ibicẽ: camellum & pardalũ. Sed & quod ſanctus ceruo comparatur in multis ſcripturæ diuĩæ locis: ut in pſalmo ubi dicit. Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquaꝛ: ita deſiderat aĩa mea ad te deus. Verũtamen ĩ ſermonibus quos ex deuteronomio aſſumpſimus: etiam hoc non negligenter conſiderandũ uidetur q̃ dignum ĩ animalibus mundis enumerandis ordiné tenuerit: ut primo uitulũ: ſecũdo agnũ: tertio hircum ſcriberet. In his uero q̃ ſecundũ eundem moyſem non offerunt̃ ad altare primo ceruũ: ſecũdo capream noĩat. Et ita poſt hæc reliqua per ordinem ſcribit aĩantia. Quoꝛ ratio his qbus abundantior gr̃a ſpiritalis in dono ſcientiæ conceſſa eſt: per ſpũm ſanctum manifeſta & euidens fiet. Nobis ĩterim quoniam de ceruo & caprea dicere nunc ĩ expoſitõe p̃ſentis uerſiculi ĩcumbit: conueniens uidetur ex ſcripturis diuinis congregare pro uiribus quæ de his animalibus referuntur: de qbus idem Moyſes cum de carnibus loq̃retur quæ ĩ omni deſiderio animæ comederẽt̃: nõ oblatæ ad altare: ſicut caprea inqt: & ceruus. Egregiũ uero qd uiceſimus octauus pſalmus ubi de uirtutibus & efficacia uocis dei p ordinem ſcribit de ceruo hoc modo dicit. uox domini perficientis ceruos. ĩ. perfectos facientis ceruos: & reuelabit condenſa. ſicut enim uox domini ĩtercidere dicitur flãma ignis: & concutere deſertum: ita perficere ceruos ac reuelare condenſa memoratur. Sed & ĩ iob de ceruo ita inuenimus referri: ibi dominus ad iob per turbinem loquens & nubem ait. Aut ergo obſeruaſti partus ceruoꝛ. aut numeraſti menſes eorum plenos ad partum: dolores autem eorum ſoluiſti: aut nutriſti eoꝛ natos: aut ſine doloribus partus eoꝛ emittes. Abrumpent filii eoꝛ & multiplicabunt̃ in natiuita te: exibunt & non reuertentur. His adiungenda ſunt etiam illa quæ in prouerbiis legimus hoc modo. Ceruus amiciciarum: & pullus gratiarum loquatur tibi. Hæc interim ad p̃ſens de ceruo nobis ſcripta occurre potuerunt. Quæ ob hoc aſſumpſimus: ut loquamur non in doctrina humanæ ſapientiæ: ſed in doctrina ſpiritus: ſpiritalibus ſpiritalia computantes. Et ideo iuocemus deum patrem uerbi: quo nobis uerbi ſui manifeſtet arcana: ſenſumq; noſtrum remoueat a doctrina humanæ ſapientiæ: & exaltet atq; eleuet doctrinam ſpũs: ut non ea quæ ſentit carnalis auditus: ſed ea quæ continet uoluntas ſpiritus ſancti proloquamur. Paulus nos apoſtolus docet: q; inuiſibilia dei ex uiſibilibus intelligantur: & ea quæ non uidẽtur ex eorum quæ uidentur ratione & ſimilitudine contemplentur: oſtendens q; uiſibilis hic mundus de iuiſibili doceat: & exẽplaria quædam cæleſtium contineat poſitio iſta terrena: ut ab his quæ deorſum ad ea quæ ſurſum ſunt poſſimus aſcendere: atq; ex his quæ uidemus in terris: ſentire & intelligere ea quæ habentur in cælis. Ad quoꝛ ſimilitudinem quandam quo facilius colligi per hæc ac ſentiri poſſent diuerſitates creaturarum: quæ in terris ſunt ſimilitudinem conditor dedit. Et fortaſſis ſicut hominem deus ad imaginem & ſimilitudinem ſuã fecit: ita etiam cæteras creaturas ad alias quaſdam cæleſtes imagines per ſimilitudinem condidit: & fortaſſe in tantum ſingula quæq; quæ ĩ terris ſunt habent aliqd imaginis & ſimilitudis in cæleſtibus: ut etiam granum ſinapis quod minimũ eſt ĩ omnibus ſeminibus habeat aliquid imaginis & ſimilitudis in cælis. Et hoc q; talis ei quædam compoſita eſt alternatio naturæ: ut cum minimũ ſit oĩum ſeminũ maius fiat oĩbus holeribus: ita ut poſſint uenire aues cæli: & habitare ĩ ramis eius: ſimilitudiné ferat nõ ſolũ alicuius cæleſtis imaginis ſed ipſius regni cæloꝛ. Sic ergo poſſibile eſt etiã cætera ſemĩa q̃ in terris ſunt ut habeant aliqd in cæleſtibus ſimilitudis & rõnis. Quod ſi ſemina: ſine dubio & uirgulta: & ſi uirgulta: ſine dubio & animantia uel alitum: uel repentiũ & quadrupedum. Sed & illud adhuc poteſt intelligi: q; ſicut granum ſinapis non unam ſimilitudinem tenet regni cælorum: habitationis ſcilicet & auium in ramis ſuis: ſed habet & aliam ſimilitudinem uel imaginem perfectionis ſcilicet fidei: ita ut ſiqs habeat fidem ſicut granum ſinapis: & dicat monti trãſferri ſe: & trãſferret: ita poſſibile eſt ét cætera nõ ĩ uno aliquo ſed ĩ pluribus ſpẽm & imaginẽ cæleſtiũ ſe-

rant.Et cū plures ſint.uerbi gr̄a in grano ſinapis uirtutes.quæ rex cæleſtiū imagines teneant:ultimus & extremus eius uſus eſt iſte:q̄ habeť apud hoſes in miniſterio corporali.ita etiā in reliqs.uel ſeminibus uel uirgultis uel herbax radicibus uel etiā in aīantibus intelligi poteſt:ut uſum q̄dem & miniſteriū hoibus p̄beant corporale.Habeant aūt incorporaliū rex formas & imagines:q̄bus doceri aīa poſſit & inſtrui ad conté planda etiā ea quæ ſunt inuiſibilia & cæleſtia:& hoc fortaſſis eſt q̄d ille ſcriptor diuīæ ſapīæ dicit.Ipſe enim mihi dedit eox q̄ ſunt ſciam ueram:ut ſciam ſubſtantiā mūdi & uirtutes elemētox.initiū & finé & mediętatem tēporū:uiciſſitudinū permutationes & conuerſiones tēpox.anni circulos:& ſtellax poſitiones.naturas aīaliū:& iras beſtiax:ſpirituum uiolentias & cogitationes hoium. differentias uirgultox:& uirtutes radicum:ſed & quæcūq̄ occulta ſunt & manifeſta ſunt cognoui.Vide ergo ſi poſſumus ex his ſcripturæ ſermonibus ea q̄ diſcutere,ppoſuimus:lucidius euidentiuſq̄ colligere.Etenim ſcriptor iſte ſapīæ diuinæ cum ſingula quæq̄ enumeraſſet ad ultimū dixit:qa occultox & manifeſtox acceperit ſcīam.oſtendens ſine dubio q̄ unūquodq̄ eox quæ ī māifeſto ſunt referať ad aliquid eox quæ in occulto ſunt:ideſt ſingula quæq̄ uiſibilia habere aliq̄d ſimilitudis & rōnis ad inuiſibilia. Quia ergo impoſſibile eſt hoi ī carne uiuenti agno ſcere aliq̄d de occultis & inuiſibilibus.niſi imaginé aliquā & ſimilitudiné conceperit de uiſibilibus: ob hoc arbitror q̄ ille q̄ omnia in ſapīa fecit.ita creauit unāquāq̄ uiſibiliū ſpém in terris ut in his doctrinam quādam & agnitōem rerum inuiſibilium & cæleſtium poneret:quo per hæc aſcenderet mens humana ad ſpiritalem ītelligentiam:& rerū cauſas in cæleſtibus q̄reret:ut poſſet edocta per ſapīam dei etiam ipſa dicere:q̄ in occulto ſunt & q̄ in manifeſto cognoui.Secūdū hæc quoq̄ agnoſcit & ſubſtantiam mūdi:non ſolū hanc uiſibilem corporeāq̄ q̄ palam eſt:ſed & illam ĩcorpoream iuiſibiléq̄ quæ in occulto eſt.Agnoſcit etiam elementa mūdi non ſolū uiſibilia:ſed & iuiſibilia & utrorūq̄ uirtutes.Sed & initiū quod dicit & finem & mediętatem tempox.Initiū ait uiſibilis q̄dem mūdi quod ante ſex milia nō ītegros ānos initiū deſignat Moyſes:mediętaté quoq̄ ſc̄dm tempox rōnem:finéq̄ illū q̄ ſperať cum cælum & terra trāſibit.Secūdum occultox uero ſciam initium illud quod intelligit is quē ſapīa dei docuerit:q̄d nulla poſſunt tempora:nulla ſæcula comphendere.Mediętatem uero hæc quæ nūc ſunt.Finé uero ea q̄ futura ſunt:ideſt pfectionem cōſummatōemq̄ uniuerſitatis:q̄ tamé ex his uiſibilibus coniici poſſunt & ītelligi.Sed & uiciſſitudinū pmutationes & tempox cōuerſiones & anni circulos ex his quæ uidenť refert ad iuiſibiles rex ĩcorporalium permutatiōes ac uiciſſitudines:circulos quoq̄ annox temporaliū & pſentium refert ad antiqores aliquos ac ſempiternos annos:ſc̄dm eum q̄ dicebat.Et annos æternos in mente habui.Sed & ſtellax poſitiones non dubitauit ab his q̄ palam uidentur referre ad illa quæ in occultis ſunt:q̄ occultox manifeſtorūq̄ ſciam meruit:& dicit eſſe aliq̄d ſanctox genus:quod de abraham p̄cipue ſtirpe deſcendit ſicut ſtellas cæli.Sed & reſurrectionis futuræ gloriam ſtellas eſſe ſc̄dm occultox ſciam ,pnunciauit ſequens eum q̄ dixit, Alia gloria ſolis: & alia gloria ſtellarum.Stella enim a ſtella differt in gloria:ita & reſurrectio mortuorum.Niſi ſc̄dm hæc intelligereť illud quod ait naturas aīalium:nūq̄ dixiſſet in euangeliis ſaluator.dicite uulpi huic.Neq̄ ioannes de q̄buſdam dixiſſet:ſerpentes generatio uiperarū.Sed neq̄ ,ppheta diceret de nonnullis.q̄ equi emiſſarii facti ſunt.Et item alius homo cū in honore eſſet non ītellexit.cōparatus eſt iumentis inſipientibus:& ſimilis factus eſt illis.Sed & ille diligenter agnouit iras beſtiarū q̄ dicebat:furor illis ſc̄dm ſimilitudiné ſerpentis ſicut aſpidis ſurdæ & obturantis aures ſuas.Hæc erit rō etiam de eo quod ait ſpirituū uiolentias.uiſibiliter q̄dem de uentis & flatibus aeris:iuiſibiliter uero de uiolentiis imundox ſpirituū loquens:quos & paulus uētos doctrinæ nomīauit.Poſt hæc iam ſequitur ut & cogitationes hoium ſciat:corporaliter q̄dem hæc de humano corde ,pcedūt.Inuiſibiliter aūt ītelligat eos q̄ iniiciunt hoibus malas & peſſimas cogitatiōes : ſicut in euangelio ſcriptum eſt.Cū diabolus miſiſſet ī cor iudæ ſchariothis ut traderet dominū . Et ut in ,puerbiis dr̄. ſi ſpūs poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te.locū tuum ne derelinquas:qa ſanitas compeſcit peccata magna.Sed & bonax cogitationum eſt aliqs auctor:propter quod & ī pſalmis puto ſcriptū eſt, Beatus homo cuius eſt auxiliū abs te domīe aſcenſus in corde diſpoſuit.Et iterum, Cogitatio hoīs confitebitur tibi. & reliqæ cogitationum diem feſtum agent tibi.Ita igitur cuncta ſc̄dm ea quæ p̄fati ſumus.ex uiſibilibus referri poſſunt ad iuiſibilia.& a corporalibus ad ĩcorporea:& a manifeſtis ad occulta ut ipſa creatura mundi tali quadam diſpenſatione condita intelligatur per diuinam ſapīam quæ rebus ipſis & exemplis inuiſibilia nos de uiſibilibus doceat:& a terrenis nos tranſferat ad cæleſtia.Hæc autem rationes non ſolum in creaturis omnibus habentur:ſed & ſcriptura diuina tali quadam ſapīæ arte conſcripta eſt.Propter quædam nanq̄ occulta & myſtica uiſibiliter populus educitur de ægypto iſta terrena.& iter agit per deſertum:ubi ſerpens erat mordens & corpius.& ſitis ubi non erat aqua:& cætera quæ in his geſta referunť.Quæ omnia ut diximus occultox quorūdam formas & imagines tenent.Et hoc non in ſcripturis tantū uetex:ſed & in geſtis domī & ſaluatoris noſtri quæ ī euangeliis referuntur inuenies.Igitur ſi oīa quæ ī manifeſto ſunt ſc̄dm ea q̄ ſuperius approbauimus ad aliqua referuntur:quæ in occulto ſunt conſequens ſine dubio eſt ut ceruus iſte uiſibilis uel caprea quæ in cantico canticox ſcribitur ſc̄dm rōnem naturæ ſuæ quā corporaliter gerunt.referanť ad aliquas rex ĩcorporalium cauſas:ut illis occultis & iuiſibilibus ceruis uideatur poſſe cōuenire q̄d dictū eſt.Vox domini pficiētis ceruos.Quæ.n.pfectio ex uoce domini fiat iſtis uiſibilibus ceruis . Aut q̄ ad eos doctria unq̄ ex domī uoce deſcēdit? Si uero ſpiritales ceruos quæramus quox formā & imaginé tenet illud aīal corporale:illos iuenias ad ſūmam perfectionis ex uoce domī poſſe pduci.Sed & quox ceruorū dominū ſeruare decuerit ptus.& uelut medēdi officia p̄benté parturiētibus aſtare cōuenerit:donec parerēt filios tales q̄ aduerſarenť & pſeq̄renť ſerpentiū genus ut dignum eſt diuīa maieſtate:debemus aduertere qualium ceruox domī decet ſeruare partus:ne ī aborſum decidant.ſed & mēſes eorū numerare plenos ad ptū:

eorũq; labores & dolores custodire:ut generationes eorꝝ non cadant in uanum sed ut pfecta sit eorꝝ natiui-
tas:& tãdiu parturiant donec formet xps in eis.Huiusmodi ceruorꝝ pullos dominus nutrit:eorꝝ dũtaxat q
iactãt in domino cogitatõem suã:ut ipe eos nutriat.& ipse seruet doloris partus eorꝝ:cum ex timore dei in
uentre conceperint.& parturierint:& spũm salutis pepererint.Huiusmodi partus dolores ipse dominus ser
uat & curat.Sed & emittit dolores eorꝝ:ut euntes eant & fleant portãtes semina sua.& sint in doloribus ho-
minũ:ac flagellent cum hoibus:ne forte teneat eos supbia.Isti quoq; ipsi cerui abrumpũt ut ait natos suos.
Quos.n.genuerint p euãgelium abrumpũt eos a uinculis peccatorꝝ & a laqis diaboli:ne ultra uolũtati eo-
rum teneãtur obstricti.Isti etiã multiplicabunt & ut ait reuertent.Non.n.imitabunt uxorem Loth:non re
dibunt retrorsum.Sciunt.n.qa q mittit manum suã ad aratrũ:si retro spexerit:aptus nõ erit regno cælorꝝ.
sed semp quæ retro sunt obliuiscũtur.& in ea quæ ante sunt se extẽdunt.Tales.n. ceruos uox domini facit
esse pfectos.Quæ uox domini nisi illa quæ in lege & in ꝓphetis habet & peruenit usq; ad ioãnem qui erat
uox clamãtis in deserto?Et ipa.n.uox ioãnis qui dicebat.Parate uiã domini:rectas facite semitas dei nostri.
Perfectos faciebat seruos:ut essent pfecti in eodem sensu & in eadem scia.Qui enim talis ẽ merito dicit .Si-
cut ceruus desiderat ad fontes aquarꝝ:ita desiderat aia mea ad te deus.Ceruus quoq; amiciciarꝝ qs alius ui-
debitur:nisi ille q peremit serpẽtem illum q seduxerat euam.& eloquii sui flatibus peccati in ea uenena dif
fundẽs oẽm posteritatis sobolẽ contagio ꝑuaricationis infuderat:& uenerat soluer inimicicias in carne sua.
quas inter deum & hoiem noxius mediator effecerat?Pullus uero gr̃arꝝ põt accipi spũs sanctus a quo sitien
tes & desiderãtes deum:spiritales gr̃as & dona cælestia consequũtur.Hæc aũt oia a nobis dicta sunt: ut ma-
nifestior fieret cã:qua sponsa comparare uidetur fraternũ suum hinnulo ceruorꝝ.Quod si etiã hoc requiꝛ
dum est:cur non ceruo ut in aliis sed hinnulo ceruorꝝ comparat;illud aduerte q cum in forma dei esset:fi-
lius datus est nobis:& puer natus est nobis:cuius potestas sup humerꝝ eius.Ideo ergo hinnulo ceruorꝝ quia
paruulus puer natus est.Et forte possunt cerui accipi sancti quiq;:ut abrahã isaac & iacob & dauid & salo-
mon & omnes ex quorꝝ semine xps scdm carnem descẽdit.Quos ceruos uox domini pfectos facit: & ipso-
rum est hinnulus iste:qui ex ipsis scdm carnem natus est puer.Mouet me etiam illud quod in.c. iii. psalmo
scriptum est:ubi ait.Montes excelsi ceruis.Et qdem de ceruis iam supius diximus:q; sancti quiq; accipiunt:
q ob hoc in hunc mundum uenerunt:ut serpẽtis uenena ꝑimerent.Qui aũt sint montes excelsi uideamus.
Quasi q soli cerui seqstrati uident:& ad quos nisi ceruus sit aliqs nõ possit ascendere.Ego puto q; personas
trinitatis montes excelsos appellauerit:ad cuius capacitatẽ nullus nisi ceruus efficiat ascendit.Sed iidem ipi
q hic montes excelsi pluraliter appellant:in aliis mons excelsus singulariter dr.sicut esaias.Ait in montẽ ex
celsum ascende:q euangelizas syon.exalta in fortitudine uocẽ tuã:q euangelizas hierusalem.Idem nãq; ipse
q ibi trinitas ꝓpter distinctõem psonarꝝ:hic unus deus itelligit pro unitate substantiæ.Satis sit ista de hin-
nulo ceruorꝝ.Nũc uideamus quomodo etiam capræ uel dãmulæ comparet fraternus.Hoc aial q̃tũ ad græ
ca uocabula nomẽ a uidẽdo atq; clarius ꝑspiciẽdo sortitum ẽ.Et qs est q ita uideat:ut uidet xps?Solus nãq;
est q uidet idest agnoscit pr̃em.Nam & si dicant hi q mũdo sunt corde.deũ uisuri uidebunt ipo sine dubio
reuelãte:qa & caprea habet in natura sua:ut nõ solum uideat ipsa & ꝑspiciat acerrime:sed & aliis uisum ꝓbe
at.Asserunt nãq; hi qbus medicinæ peritia est:inesse huic aiali intra uiscera humorem quendam q caliginé
depellat oculorꝝ:& obtusiores quousq; uisus exacuat.Merito ergo capreæ uel dãmulæ xps cõpat:qa nõ ui
det ipse patrem:sed & uideri ab aliis facit:quorum uisus ipse curauerit. Obserua autem ne audiens patrem
uideri corporeum aliquid sentias & deum uisibilem putes.Visus quo deus uidetur non est corporis sed mẽ
tis & spiritus.Quod etiam ipse saluator in euangelio uocabulo ꝓprio distinguens dixit:Nemo uidet pr̃em
nisi filius.Deniq; & his quos facit deum uidere dat spũm scíæ & spũm sapientiæ,ut per ipsum spũm uideãt
deum.Et ideo dicebat ad discipulos.Quia q me uidet uidet & pr̃em.Et utiq; non ita inepti erimus:ut pu-
temus q; qui secũdum corpus eum uidit uiderit etiam patrem.Alioqn inueniuntur & scribæ & pharisæi &
hipocritæ & pilatus q eum flagellis cædit:& omnis populus qui clamabat crucifige crucifige eum uidentes
Iesum secũdum carnem etiam deũ patrem uidisse.Quod utiq; non solum absurdum uidet esse:sed & impi
um.Sicut enim cum turbæ eum comprimerent euntem cum discipulis nullus eorꝝ q ꝑmebant & coarcta-
bant eum tetigisse dicitur eum nisi illa sola quæ ꝓfluxum sãguinis passa uenit:& tetigit fimbriam uestimẽ-
ti eius:& ipsi soli testimoniũ perhibet dicẽs.Quia tetigit me aliquis.Ego enim sensi uirtutem de me exisse.
Ita & cum plures essent q eum uidebant:nullus eum uidisse dicitur;nisi q agnouit q; uerbũ dei & filius dei
est.In quo utiq; simul agnosci & uideri dr̃ pater.Sed & hoc nos nõ ꝑtereat:q; prius capreæ & sic hinulo cer-
uorꝝ comparatur cũ utiq; maius aial ceruus q̃ caprea uideat.Sed aiaduerte ne illa potius in his habenda sit
rõ:qa cũ dupliciter cõstet salus credẽtiũ p agnitõem fidei & operꝝ pfectõem.Rõ fidei quæ,p intuitu & ispe
ctione contẽplatõis capreæ ut diximus cõparant:primus habeat salutis gradus.Secũdo uero in loco operꝝ
pfectio q cerui formã tenet:uicentis & ꝑimentis uenena serpentũ.i.artes diabolicas memoret.Sic ergo spõ-
sa similem dicit esse fraternũ suũ capreæ uel hinnulo ceruorꝝ in montibus bethel . Bethel uero domus dei
interpretatur:Montes ergo q in domo dei sunt:possunt legis & ꝓphetarꝝ:sed & euangelica & apostolica ac
cipi uolumia:in quibus & fides dei ꝑspicitur & contẽplat.& operꝝ pfectio dr̃ & adipleꝫ.Ecce hic stetit post
parietẽ nostrũ incũbens super fenestras:ꝑspiciens per retia.Respondet fraternus meus mihi . Cũ considero
difficultates inuestigandi sensus in his q propositi sunt scripturæ sermonibus : simile me aliqd pati uideor
huic:qui ad inuestigandũ uenationẽ odoratibus sagacis çanis ꝓcedit,ubi interdum moris est:ut cum uesti-
giis intentus proximũ se uenator latentibus effectum putauerit esse cubilibus:subito uestigiorꝝ deseratur
idiciis,& rursum fixius impssis odoratibus easdem quas explicauerat:retrorsum redeat uias:donec iueniat

locum:in quo se altius excutiens uenatio:latenter ad aliam trāstulit uitam.quā cum uenator inuenerit: alacrior insequtur:spe p̄dæ certior:& uestigii firmitate securior.Ita ergo & nos ubi se p̄positæ explanatōis quodāmodo subtraxere uestigia:paululū emensa repetentes:& planioré q̄ dudum uidebaſ exposītōis ordinem psequētes:speramus q̄ dominus deus noster tradat i manus nr̄as uenationé quā ꝓperātes,ppe amiseramus: & scd̄m sciam mr̄is Rachel rōnabilis:uerbis talibus cōdiat in nobis ut benedictiones mereamur cōseq̄ a spiritali pr̄e iacob.Propter qd̄ necessariū uidetur ut diximus:breuiter dicta repetere:explanationēq̄ prioré retexere:ut q̄ sit lucidior sensus aperiaſ.Intelligi ergo mihi uidetur ex initio ꝓpositi drāmatis: sponsam foris stare in biuio:& ob amorē sponsi hic atq̄ inde ꝓspicere:si forte ueniat:si forte appareat.ne uiam īgredi uelle aliquā:dum ignorat unde magis ueniat.nec domi sed foris stare:& desiderio eius agitari ac dicere:oscule-tur me ab osculo oris sui. Vbi aūt uenit sponsus:dicat.Bona sunt ubera tua sup uinū:& reliqua usq̄ ad eum locū ubi ait:post te curremus.Post hæc dilecta iam & uicem charitatis ab ipso sponso recipiens : ītroducaſ in cubiculo eius:& dicat.Introduxit me rex i cubiculum suū.Sed & cætera quæ postea sunt scripta:ītus posita loquaſ ad sponsum:p̄sentibus & assistentibus spōsæ qdem adolescētulis:sponsi uero sodalibus. Verūta men ītelligatur spōsus:utpote uir:nō semper in domo:neq̄ semp assidere sponsæ ītra domū positæ:sed exeat frequēter:& illa eū quasi amore eius sollicita requat absentem:sed & ipse interdū redeat ad eam . Propter qd̄ & uideaſ p totum libellum:aliquādo qdem uelut absens requi spōsus.aliquādo sicut p̄sens loq̄ cum spōsa.Ipsa aūt sponsa cū multa & magnifica in sponsi cubiculo puidisset:petit se etiam i domū uini introduci. Quo cū ingressa ꝓspexisset:sponsus utpote uir non resederit in domo.Ipa uero rursus amore exagitata exierit foras:& circuiens pagret circū:domū nō ingrediens:& ex omni parte,ꝓspiciat:quando ad eam redeat spōsus:& ecce subito uideat eū uicinoꝝ montiū iuga imensis saltibus supantem descendere ad domū:i q̄ amore eius sollicita æstuat sponsa.pueniens uero sponsus ad parieté domus stat paululū post ipsum : considerās ut fieri solet:aliqd & aīo retractans.Iam uero etiam ipse sentiens aliquid amoris erga spōsam altitudine sua: quæ attingit usq̄ ad domus fenestras:quæ fenestræ habeant aliquā partem opis ut aiunt reticulati.Et cum incubat.qdem p fenestras:eminentior aūt sic sit fenestris.attingatq̄ usq̄ ad supiora eaꝝ:quæ reticulato ut diximus ope distinctæ sunt.indeq̄ ,ꝓspiciens alloquaſ sponsam:& dicat ei.exurge.ueni,proxima mea: formosa mea:colūba mea:& reliqua.Hæc sunt:quæ ut supius designauimus:difficultatem plurimā dirigēdi ordis & aperiédæ ītelligentiæ habere nobis uisa sunt.quæ ut puto euidentiora fecerit repetita hæc nunc indago sermonū.Spiritalis aūt in his expositio nō ita laboriosa ac difficilis habeaſ.Spōsa.n.uerbi aīa quæ eius in domo regali:hoc est in ecclesia consistit doceturq̄ a uerbo dei:q̄ est sponsus suus:quæcūq̄ reposita sunt & recondita intra aulam regiam:& cubiculum regis discit in hac domo:quæ est ecclesia dei uiui:etiam uini cellas illius quod de sanctis torcularibus congregatū est:cellam uini non solum noui:sed & ueteris ac suauis:q̄ est doctrina legis & ꝓphetaꝝ:in qbus sufficienter exercitata recipiat in seipam q̄ erat in pricipio apud deū deus uerbum:sed non semp secum pmanentem.Non enim possibile est hoc humanæ naturæ:sed interdum quidem uisitetur ab eo:interdum uero relinquatur:ut amplius desideret eum.Cum uero uisitaſ a uerbo dei scd̄m ꝓpositum uersiculi sensum:per montes saliens uenire dicitur ad eam:excelsos scilicet & eleuatos reuelans ei cælestis scientiæ sensus ita ut perueniat usq̄ ad ædificationem ecclesiæ quæ est domus dei uiui:colūna & firmamentum ueritatis:& stet iuxta parietem:& post parietem:ut neq̄ penitus absondatur:neq̄ omnino in promptu sit. Verbum enim dei.& sermo scientiæ:non in publico & palam positus:neq̄ conculcandus pedibus apparet:sed cum q̄situs fuerit:inuenitur:& inuenitur:non ut diximus i ꝓpatulo positus:sed obtectus:& quasi post parietē latens.Anima autem quæ in ecclesia esse dicitur:non intra ædificia parietū collocata intelligitur:sed intra munimenta fidei:& ædificia sapiētiæ posita:celsisq̄ uestigiis charitatis obtecta. Propositū ergo bonū:& fides rectoꝝ dogmatū esse in domo ecclesiæ facit.cuius domus mēbra q̄dam sunt; quæ uel cubiculum:uel domus uini:uel alia huiusmodi pro gratiaꝝ scilicet gradibus:& donoꝝ spiritalium diuersitatibus appellantur.Sic ergo & paries nunc pars quædam domus huius est:quæ potest indicare dogmatum firmitatem:sub qua stare dicitur sponsus:& in quibus tam magnus & excelsus est:ut emieat omne ædificium:& ꝓspiciat sponsam ideſt aīam.Et nōdum qdem aptum se ei totūq̄ manifestet:sed quasi p retia ,ꝓspiciens hortetur eam:& ,puocet non sedere intrinsecus segnē:sed exire ad se foras:& conari:ut non iam p fenestras & retia:neq̄ per specula in enigmate:sed ,pcedens foras facie ad faciem uideat eum.Nunc enim qa nondū pōt ita eum itueri;ꝓpterea non ante sed retro ei & post parietē ster.Incūbit aūt p fenestras:quæ sine dubio patebant ad recipiendū lumē:ad illuminandam domū.Per has ergo sermo dei incūbens &,ꝓspiciens ,puocat exurgere:& ad se uenire aīam.Possumus aūt sensus corporeos fenestras intelligere:p quos aut mors aut uita ītrat ad aīam.Sic enim designat hieremias ꝓpheta:cū de peccatoribus loqtur dicens.Ascēdit mors p fenestras uestras.Quomodo ascendit mors p fenestras?si oculi peccatoris uideant mulierem:& mœcchētur eam in corde suo:sic mors īgressa est ad aīam p fenestras oculoꝝ.Sed & cū recipit qs auditum uanū : & p̄cipue falsæ sciæ dogmatū puersoꝝ tunc per auriū fenestras mors intrat ad aīam.Si uero aīa intuens ornamentum mūdi.& ex pulchritudine creaturaꝝ conditorē oium ītelligat deū:& opera eius miretur,laudetq̄ operaꝝ creatorem:ad animam hanc uita ingreditur per fenestras oculoꝝ.Sed & cum auditum iclinat ad uerbum dei:& rōnibus sapientiæ ac scientiæ eius delectatur:huic per auriū fenestras ad aīam sapiæ lumē ingreditur.Per has ergo fenestras ,ꝓspiciens uerbū dei:& ,pfectū suū ad sponsam aīam dirigens: assurgere hortaſ eā:& uenire ad se:ideſt corporea & uisibilia relinq̄re:& ad incorporea & inuisibilia ac spiritalia ,pperare.quoniam quæ uidentur temporalia sunt:quæ aūt non uidentur:æterna sunt.Sic & spūs dei circuiſ dicit:& q̄rere dignas aīas:q̄ apte rectēq̄ fieri possint ad habitaculum sapiæ. Quod aūt p retia fenestrarum,ꝓspicere dī:

ſus reges ſodomorum bellum geſſit.Sodoma ciuitas impiorum diuino igne cõſumpta iuxta mare mortuũ Sebomi & hæc ciuitas impiorum in æternos cineres diſſoluta iuxta urbem ſodomã.Sophera mons orientis in india:iuxta quem habitauerunt filii iectam:filii heber:quos ioſephus refert a confene flumĩe & indiæ regionibus uſq; ad id locoꝝ peruenisſe:ubi appellabatur regio iera.ſed & claſſis ſalomonis per triennium hinc quædam commercia deportabat.Sora urbs iuxta ſodomam quæ eſt Segor & Zora:de qua ſupra diximus Sane ciuitas antiqua in qua habitauerunt ozei gens ualida ſuper regionem ſodomæ quam excidit chodorlamogor.Seir mons in terra edom:in quem habitauit eſau in regione gabalena:quæ ex eo q; eſau piloſus eſſet & hiſpidus:Seir:ideſt piloſi nomen accepit.in quibus locis prius habitauit Chorreus:quem interſecit chodorlamogor:meminit montis ſeir & eſaias in diuiſiõe idumææ.Salem ciuitas ſichomorum quæ eſt Sichen.Sed & alia uilla oſtenditur uſq; ad præſentem diem iuxta æliam contra orientalem plagam hoc nomine:in octauo quoq; lapide a ſintopoli in campo uicus ſalimias appellatur:Ioſephus uero Salem eſſe affirmat:in qua regnauit melchiſedech:quæ poſtea dicta eſt Salima:& ad extremum Hieroſolymæ nomen accepit.Sur ubi inuenit angelus ancillam ſaræ agar inter cades & barach.Extenditur autem deſertum Sur uſq; mare rubrum quod ad confinia peruenit.Porro cades ſollitudo eſt ſuper urbem petram:ſed & ſcriptura deſertum cades contra faciem ægypti extendi memorat:ad quod primum uenere hebræi rubro mari tranſuadato.Segor quod & Bala & Azoara una de q̃q; ciuitatibus ſodomoꝝ ad præces loth de incendio reſeruata:quæ uſq; nunc oſtenditur:meminit huius & eſaias in uiſione contra moab:de qua & ſupra diximus.Soene:ideſt tabernacula locus in quo habitauit iacob regreſſus meſopotamia:qui lingua hebraica appellatur Sochoc.Sochoch prima manſio filiorum iſrael in deſerto poſtq̃ de ægypto ſunt profecti ante q̃ mare tranſirent rubrũ.Sin deſertum inter mare rubrum:& ſolitudinem Sima . nam a deſerto ſin filii iſrael uenerunt: & raphidim & araphidim in deſertum ſina iuxta montem ſina ubi moyſes tabulas legis accepit: Deſertũ autem ſin idem dicit eſſe ſcriptura quod & cades:ſed hoc iuxta hebræos . Cæterum in.lxx.interprætibus non habetur.Salmona caſtra filioꝝ iſrael.Saphar mons in deſerto caſtra filioꝝ iſrael.Sartim ubi populus polluitus eſt fornicatione filioꝝ moab.Eſt autem iuxta montem Phogor.unde & ieſus exploratores ad inueſtigãdam & noſcendam terram miſit ierico.Sabama ciuitas moab in terra galaad:quæ cecidit in ſortem tribus ruben:& huius meminit eſaias:in uiſione contra moab.Semia terminus iudææ:& uſq; hodie oſtenditur in ſeptimo lapide ierici contra ſeptẽtrionalem plagam uilla nomine Magdal ſemia:quod interprætatur turris ſemia.Selcha ciuitas regionis og in regione baſſanitide.Sephania terminus iudææ ad ſolis ortum,Sedala terminus iudææ.Semeron & hanc cepit ieſus rege illius interfecto.Dicunt autem nunc pro ea Sebaſte uocari oppidum palæſtinæ:ubi ſancti ioannis baptiſtæ reliquiæ conditæ ſunt.Legimus in regnorum libris q; auri rex iſrael emerit ioptem Somerõ a quodam ſemora:& ædificauerit in uertice eius ciuitatem:quam ex nomine domini appellauit Semeron.Seyra & hanc cepit ieſus.Selcha ciuitas in regione Baſſanitide. Sior locus contra faciem ægypti: ſed & oſtenditur uilla nomime Sior inter Aeliam & Eleutheropolim in tribu iuda. Super hoc in libris hebraicaꝝ quæſtionũ plenius diximus.Saorth in tribu ruben ſuper iordanem. Sachoth in tribu gad ſuper iordanem.Sapham in tribu gad ſuper iordanem. Sacharna in tribu iuda . Samen in tribu iuda.Saal in tribu iuda uel ſymeonis. Siceleg quam achis rex alienigenaꝝ dedit ad habitandum dauid : Eſt autem in Daroma ſortis iudæ uel ſymeonis.Suſana in tribu iuda. Salei in tribu iuda. Saara uicus in finibus Eleutheropoleos contra ſeptentrionem pargentibus Nicopolim quaſi in decimo miliario in tribu dan ſiue iuda.Socho in tribu iuda.Sunt autem uſq; hodie uiculi duo pargentibus Aeliam de Eleutheropoli in nono miliario uiæ publicæ imis in monte:& alter in campo poſitus:qui Sochoth nuncupatur . Saraim in tribu iuda.Semain in tribu iuda.Saphir uilla in montanis ſita inter Eleutheropolim & Aſcalonem in tribu iuda.Sotho de qua ſupra dictum eſt.Dicuntur autem ſamaritani qui de babylone profecti ſunt hunc uiculũ condidiſſe.Seacha in tribu iuda. Selo in tribu ephraim:in quo loco arca teſtamenti manſit: & tabernaculũ domini uſq; ad tempora ſamuelis.Eſt autem in decimo miliario neapoleos in regione Athabithana. Sed & iudæ patriarchæ filium ſelon appellatum legimus.Secheu ĩ tribu manaſſæ ciuitas ſacerdotalis eſt fugitiuorum in monte ephraim:ubi ſepelierunt oſſa ioſeph:de qua & ſupra diximus.Sames:ideſt fons in tribu benia min:pro quo aquila interprætatur fontem ſolis.Semri in tribu beniamin.Sela in tribu beniamin. Sabeæ in tribu ſymeon.Sarith terminus zabulon.Samis pro quo aquila & ſymmachus tranſtulerunt ſolis. Semron ĩ tribu zabulon.Sulem in tribu iſachar:& uſq; hodie mons oſtenditur nomine ſule in quinto miliario Thabor montis contra auſtralem plagam.Seon ſiue ſoen in tribu iſachar hodieq; oſtenditur uilla iuxta monte Thabor.Siaſima terminus iſachar.Son in tribu aſſer.Sinam quercus pertinens ad tribum neptalim.Soreth in tribu dan:ubi ſampſon fuiſſe legimus iuxta eſtaol:de qua ſupra diximus.Sames in tribu dan:de qua & ſupra memoriam fecimus ſub nomine Bethſamus.Salab in tribu dan:uſq; hodie grandis uicus oſtenditur in finibus Sebaſtenis nomine Salaba.Sepheth cananæorum locus.Soroth quo confugit iudex ahoc: diximus autem ſupra de ſeyra.Simoreb quod aquila interprætatur Oreb.Sehnon mons quem conſcédit abimelech aduerſus ſethimam dimicans.Sephima pro quo aquila & ſymmachus interprætantur aquilonem . Sorech nomen torrentis:de quo loco fuit dalida illa ſampſonis.Sed & uſq; hodie ad ſeptentrionalem plagam eleutheropoleos uicus oſtenditur nomine Caphar.Soreth iuxta uillam ſacra unde fuit ſampſon.Sophim mons ephraim in loco aramathan.Saliſa quam ſaul tranſiit.Seuá nomen petræ.Saalim uilla quam pertranſiit ſaul in finibus eleutheropoleos contra occidentem ſeptem ab ea millibus diſtant.Sciph ubi ſamuel inuenit ſalem.Sabin ubi ſaul probatus eſt.Sunam unde fuit mulier ſunamitis:Eſt autem uſq; hodie in finibus ſebaſte in regione atrabitena uocabulo ſauí.Sophamoth ad quem locum miſit dauid. Seyrar nomen putei : a quo

ioab fecit reuerti principem exercitus abner. Soba cuius regem percussit dauid. Sarthan quæ est ad radices iezrael. Sophera quæ est in sophir: unde ueniebãt naues salomonis: de qua supra diximus. Est autem mons orientis pertinens ad indiæ regionem. Sarara ciuitas ꝓgentibus edõ. Saba ciuitas regalis æthiopiæ: quam Iosephus & cãbyse rege meron cognominatam ex fororibus uocabulo refert. Sela ubi ꝓcussus est Ioas. Saphar nã de quibus locis assyrii transmigrantes habitauerunt in Samaria: & ab ipsis samaritanorum gens sumpsit exordium, meminit horum & esaias. Sademoth ubi ozias rex idolorum signa combussit. Sarepta ciuitas sydoniorum in uia publica sita, ubi habitauit quondam helias. Saram cuius & esaias meminit dicens in paludes uersus est. Sarõ usq; in præsentem autem diem regio intet montem Thabor & stagnum tyberiadis Sizonas appellatur: sed & a cæsarea palæstinæ usq; ad oppidum ioppe omnis terra quæ cernitur dicitur Sazonas Sephela sicut scribit esaias: pro quo aquila campestrẽ: symmachus uallẽ interꝓtatur: usq; hodie omnis regio iuxta eleutheropolim campestris & plana quæ uergit ad aquilonem & occidentem cephela dicitur. Senaar pro quo aquila semia: symmachus iterꝓtatur uberem, meminit huius & micheas propheta. Sadrach terra damasci legimus in zacharia Samaria: quæ nunc Sebastis dicitur. Syon mons urbis hierusalem. Samaria ciuitas regalis in israel: quæ nunc sebaste dicitur. Sed & omnis regio quæ fuit circa eam a ciuitate quondam nomen acceperat. Sortyrus metropolis phœnicis: in tribu neptali. Soane ciuitas thebaidis sicut scribit ezechiel. Sabarim inter damascum & emath: sicut scribit ezechiel. Sais ciuitas ægypti cuius meminit ezechiel a q̃ & sarthes pagas. Sadala terminus iudæ, sicut scribit ezechiel. Sarisa pro quo aquila interꝓtatur triennalem, meminit huius hieremias. Sichar ante neapolim iuxta agrum qué dedit iacob filio suo ioseph, ĩ quo dominus noster atq; saluator secundũ euangelium samaritanæ mulieri ad puteum loquitur: ubi nunc ædes fabrí cata est.

Igris fluuius de paradiso exiens iuxta scripturæ fidem, pergensq; contra assyrios: & post multos circuitus ut uult iosephus in mare rubrum effluens: uocatur autem hoc nomine propter ueloci tatem instar bestiæ nimia ꝓnicitate currentis. Terebinthus in sichiniis sub qua abscondit iacob idola iuxta neapolim Thabath ubi pugnatum est aduersus madian. Thobteram ĩ qua habitauit iepte. Thopher in ualle filiorum emon: ubi populus israel gentium simulacra ueneratur. Est autem locus in suburbanis hierusalem. Thanis ciuitas sicut esaias & ezechiel scribunt. In hac habitauerunt qui ob metum babyloniorum cum hieremia fugerunt. Traconitus regio siue ithuria: cuius tetrarches fuit philippus iuxta euangelium lucæ diximus de hac & supra. Est autem trans bosdrã arabiæ ciuitatem in deserto contra australem plagam quasi ad Damascum respiciens. Hucusq; per. T. simplicem litteram legimus. Verum quoniam quæ sequuntur apud hebræos non exthet: sed ex thau scilicet scribuntur cum aspiratione legere debemus. Thoman regio principum edom in terra gebalitica zatheman filio elifaz filii esau sortita uocabulũ, sed usq; hodie est uilla nomine. Theman distans ab urbe Petra quinq; milibus ubi est romanorum militum presidium. Sed & de quo loco fuit elifaz rex themanorum unus quoq; filiorum ismael appellabatur theman. Sciendum autem ꝙ omnis australis regio hebraice theman dicitur. Thamnan ubi oues suas totondit iudas: ostenditur hodie grandis uicus in finibus diospoleos euntibus. Aeliam in tribu dan siue iudæ. Thannia ciuitas alia principum edom. Sed & concubina elifaz filii esau thãnia appellata est: quæ peperit ei amalech: unde amalechitæ. Thaphol locus in deserto trans iordanem: in quo deuteronomium scripsit moyses contra Iericó. Thath castra filiorum israel. Thara castra filiorum israel. Thaphu in tribu iuda ciuitas: quam expugnauit iesus rege illius interfecto: diximus & supra de termino palæstinæ: & ægypti quæ appellatur. Bethaphu. Thanath ciuitas: quam expugnauit iesus rege illius interfecto. Fuit autem in tribu manassæ separata leuitis: & nunc in quarto miliario oppidi legionis hoc nomĩe uicus ostẽditur. Thenath in tribu ioseph: hodieq; uilla ẽ thena ĩ. x. miliario neapoleos cõtra oriẽtẽ descẽdẽtibus iordané. Thaphiphur ĩ tribu ioseph. Thaphur ĩ tribu manassæ. Theto usq; hodie iuxta desertũ ciuitas. Aeliæ uicus ostẽdit, unde & amos prophe ta fuit. Thersa & hác cũ rege suo cepit iesus. Therma ĩ tribu bẽiamin. Thola ĩ tribu iuda siue simeonis. Thabor terminus zabulon. Est autem mons in medio galilææ campo mira rotunditate sublimis distans a dioc æsarea. x. milibus contra orientalem plagam: qui confinium inter tribum isachar & neptalim fuit. Thalcha in tribu symeon nunc uicus grandis iudæorum dicitur. Thala: quasi in sextodecimo miliario eleutheropoleos contra orientalem plagam. Thamnasara ciuitas iesu filii naue in monte sita: de qua & supra sub nomine Thamne diximus: in qua usq; in præsentem diem sepulchrum magnum ostenditur in tribu dan. Thaariae ciuitas iuxta quam delbora aduersus sisaram dimicauit in tribu manassæ separata leuitis: quam tenere non potuit pristinis custodibus nequaq̃ eleuatis. Est autem uilla nunc pergrandis distans e legione milibus tribus. Thebes urbs: quam cum oppugnaret abimelech fragmine molæ ictus iteriit. Est autem usq; hodie uicus nomine thebes in finibus neapoleos pergentibus finthopolim quasi in tertiodecimo eius lapide. Thánata posuimus: & supra thána in tribu iuda. Thalamuge locus: in quo abner misit ad dauid. Sed sciendum: ꝙ pro hoc uerbo Aquila iterpretatur extemplo: symmachus pro semetipso. Thaath iuxta Galad. Thanusa terminus regni salomonis. Theremoth: quam ædificauit salomon. Est ĩ deserto cuius in libris hebraicarum: quæstionum mẽtionem plenius fecimus. Tharsis: unde aurum afferebat salomõi. Hãc putat iosephus tharsum urbem esse ciliciæ, ꝙm iuxta Ezechielem prophetam Carthago sentitur. Siquidem in eo loco ubi secundum septuaginta interꝓtes legimus carthaginem: in hebræo habemus Tharsis scriptum, nonnulli Indiam putauerunt. Et de hoc tam in libro epistolarum quas ad marcellam scripsimus: q̃ in libro hebraicarũ quæstionum plenius dictum est. Tharsa ubi Assa rex israel fuit. Tharsilla unde fuit manẽe usq; hodie est uicus samaritanorum in regione bathanea quæ tharsilla dicitur Thesba, unde ortus est helias propheta Thes

bytes. Themã iuxta ezechielem ciuitas idumææ.Porro eſaias in uiſione ponit eam arabiæ: Meminit huius & hieremias.Abdias autem ſcribit ciuitatem eſau.Sed & unus filiorꝝ Theman appellabatur ſicut ſupra diximus.Tharchat:quam in terra iudææ euei condidere.Thalaſſar regio ſyriæ.Thogorma:legimus in ezechiele.Thaphet:legimus in hieremia Aianitaphet.Eſt aũt in ſuburbanis Aeliæ uſqꝫ hodie locus q̃ ſic uocat iuxta piſcinam fullonis:& agrum Acheldemac.

R chaldæorum:ubi mortuus eſt arã frater abrahæ.cuius hodiecꝫ ſicut ioſephus refert tumulus oſtenditur.& ſupra hoc quid uobis uideatur in libris hebraicorꝫ quæſtionum plenius diximus.

Vlamans pro quo in hebræo ſcriptum habetur luza.Eadem eſt autem quæ erbethel ſicut ſupra diximus:ſed & quædam uilla ubaman in duodecimo cæſareæ lapide oſtenditur contra ſolis ortum.Vs unde fuit iob in regione auſitidi.Sed & unus de poſteris eſau us appellabat:de quo in libris hebraicorꝫ quæſtionum diximus.

Oopon regio principũ edom quæ nunc uocatur gabalena.Zib in tribu iuda.Zoab ciuitas amorræorum ſita in monte Arnone:de quo ſcriptum eſt:,,pterea in libro bellorꝫ domini ioab inflãmauit & torrens arnon.Zephrona terminus iudææ ad ſeptẽtrionem.Zaleth uallis iareth in parte deſerti.Ziph in tribu iuda.Zanohua in tribu iuda uſqꝫ hodie in finibus eleutheropoleos aeliã pargentibus uilla ianua nuncupatur.Zif.in octauo miliario chebron:uſqꝫ hodie uicus oſtẽd tur:ubi abſcõditus eſt dauid.Fuit autem tribus iudæ in daroma in finibus eleutheropoleos.Ziph mons ſqualliduſ uel caligans ſiue nebuloſus iuxta ziphin:quo ſedit dauid prope chermellam quæ in ſcripturis carmellus appellatur:uicus hodiecꝫ iudæorꝫ:unde fuit nabal carmellus:ſed & unus de poſteris caleph dictus é ziph:Lege paralipomenon.Zogora in hieremia ciuitas moabitarum:Hæc eſt quæ nunc uocatur zoara ſiue ſegor una de quinqꝫ ciuitatibus ſodomorꝫ.Zeb ciuitas aman:hodiecꝫ uilla oſtenditur in quintodecimo lapide philadelphiæ contra occidentem:de qua ſcribit hieremias.Zoleth nomen lapidis ubi Adomas imolauit uictimas: iuxta fontem rogel.

Epiſtola Paulæ & Euſtochii ad Marcellam hortatoria.ut urbe ſecedens migret in iudæam:ubi ciuitatẽ ſanctam hieruſalem & bethleemiticum rus miris effert præconiis.ad extremũ cuncta ſancta peregrinatiõis loca per iudæam breui epilogo concludit.

Enſuram charitas non habet:& impatientia neſcit modum:& deſiderium non ſuſtinet.Vnde & nos oblitæ uirium noſtrarum:& non quid poſſimus:ſed quid uelimus tantum cogitantes magiſtram cupimus docere diſcipulæ:& ut eſt uulgare prouerbium ſus artium repertricem. Tu quæ primam ſcintillam noſtro fomiti ſubieciſti:quæ ad hoc ſtudiũ nos & ſermone hortata es & exẽplo.& quaſi gallina congregaſti ſub alas pullos tuos.Nunc nos libere abſqꝫ matre uolitare patieris. & accipitris pauere formidinem.& ad omnem umbram præteruolãtium auium formidare? Igitur quod ſolum abſentes facere poſſumus querulas fundimus p̃ces.& deſiderium noſtrum non tam fletibus q̃ eiulatibus conteſtamur:ut marcellam noſtram nobis reddas.& illam mitem.illam ſuauem.illam omni melle & dulcedine dulciorem non patiaris apud eas eſſe rigidam.& triſtem rugare frontem:quas affabilitate ſua ad ſimile uitæ ſtudium prouocauit.Certe ſi ſunt meliora quæ poſcimus:non eſt impudens deſiderium.Si cunctæ ſcripturarum uoces noſtræ ſententiæ congruunt.non facimus audacter ad ea te prouocantes : ad quæ tu nos ſæpiſſime cohortata es.Prima dei uox ab abrahã exi inquit de terra tua.& de cognatione tua:& uade in terram quam monſtrauero tibi.lubetur patriarchæ ad quem primũ de chriſto facta eſt repromiſſio.ut relinquat chaldæos.relinquat confuſionis urbem.& roboothideſt latitudinem eius:relinquat campum ſenaar: in quo ſuperbiæ uſqꝫ ad cælum erecta turris eſt.& poſt fluctus huius ſæculi. poſt flumina ſuper quæ ſederunt ſancti & fleuerunt cum recordarentur ſyon.poſt gurgitem grauem cobar:de quo ezechiel capillo uerticis ſubleuatus hieruſalem uſqꝫ tranſfertur:ut habitet terram repromiſſionis quæ non rigatur ut ægyptus deorſum ſed deſurſum nec facit olera languentium cibos:ſed temporaneum & ſerotinum de cælo expectat imbrem.Hæc terra montuoſa & in ſublimi ſita quantum a delitiis ſæculi uacat:tantum maiores habet delitias ſpiritales.Denicꝫ & maria mater domini poſtq̃ ad eam angeli facta eſt promiſſio : & uterum ſuum intellexit eſſe domũ dei:derelictis campeſtribus ad montana perrexit.De hac urbe aliophylo quondam hoſte ſuperato.& diabolicæ percuſſa frontis audacia.poſtq̃ ille in faciem corruit.exultantium animarum turba,p ceſſit:& concinens chorus:decem milium dauid noſtri uictoriam prædicauit. In hac angelus gladium tenens.& totam impietatis deuaſtans urbem.in ornam iebuſæorꝫ regis area templum domini deſignauit iam tunc ſignificans eccleſiam chriſti non in iſrael:ſed in gentibus conſurgentem.Recurre ad geneſin & melchi ſedech regem ſalem huius principem inuenies ciuitatis. qui iam tunc in typo chriſti panem & uinum obtulit:& myſterium chriſtianum in ſaluatoris ſanguine & corpore dedicauit. Tacita forſitan mente repræhendes.cur non ſequamur ordinem ſcripturarum ſed paſſim.& ut quicquid obuiam uenerit: turbidus ſermo perſtringat.Et in principio teſtatæ ſumus.dilectionem ordinem non habere : & impatientiam neſcire menſuram.Vnde & in cantico canticorum quaſi difficile præcipitur:Ordinate in me charitatem : Et nunc eadem dicimus.nos non adulatione uel ignoratione:ſed affectu labi.Denicꝫ ut Paulo inordinatius aliquid proferamus:antiquiora repetenda ſunt.In hac urbe:immo in hoc tunc loco & habitaſſe dicitur & mortuus eſſe adam. Vnde & locus in quo crucifixus eſt dominus noſter caluaria appellatur:ſcilicet q̃ ibi ſit antiqui hominis caluaria condita:ut ſecundus adam.& ſanguis chriſti de cruce ſtillans:primi adam & iacentis prothoplaſti peccata dilueret.& tunc ſermo ille apoſtoli compleretur.Exurge qui dormis & exurge a mortuis:

& illuminabit te christus. Quantos hæc urbs prophetas, quantos emiserit sanctos uiros: longum est recen-
sere. Totum mysterium nostrum istius prouinciæ: urbisq; uernaculum est. In tribus nominibus trinitatis de-
monstrat fidem, iebus & salem, & hierusalem appellatur. Primum nomen calcata, secundum pax: tertiũ ui-
sio pacis. Paulatim quippe peruenimus ad finẽ: & post conculcationem ad pacis uisionem erigimur: Ex qua
pace salomon idest pacificus in ea natus est, & factus est in pace locus eius. Et in figura christi sub etymolo-
gia urbis dominus dominantium & rex regum nomen accepit. Quid referamus dauid: & totam progeniẽ
eius quæ in hac ciuitate regnauit? Quando enim iudæa cæteris prouinciis: tanto hæc urbs cuncta sublimi-
or est iudæa. Et ut coactius differamus totius prouinciæ gloria metropoli uindicatur: & quicquid in mem-
bris laudis est: omne refertur ad caput. Iam dudum te cupientem in uerba prorumpere ipsi litterarum api-
ces sentiunt, & uenientem contra: charta intelligit quæstionem. Respondebis quippe, & dices, hoc oli fuis-
se: quando dilexit dominus portas syon super omnia tabernacula iacob, & fuerunt fundamenta eius in mõ
tibus sanctis. licet & hæc possint altius interp̃tari. Postq̃ uero consurgentis domini uox illa pertonuit relin-
quetur uobis domus uestra deserta: & flebiliter ruinam eius prophetauit dicens. Hierusalem hierusalẽ quæ
occidis prophetas & lapidas eos qui ad te missi sunt, quotiens uolui congregare filios tuos, sicut gallina cõ-
gregat pulos suos sub alas & noluisti. Ecce dimittetur uobis domus uestra deserta. & postq̃ uelum templi
scissum est: & circundata ab exercitu hierusalem: & dominico cruore uiolata: tũc ab ea etiam angelorum p̃-
sidia & christi gratiam recessisse. Deniq; etiam iosephum qui uernaculus scriptor est iudæorum, asserere di-
citur. Illo tempore quo crucifixus est dominus: ex adytis templi uirtutum cælestium erupisse uocem dicen
tium. Transmigremus ex his sedibus, ex quibus & aliis apparet, ubi abũdauit gratia ibi superabundasse pec-
catum. & postq̃ audierunt apostoli euntes docete omnes gentes. & ipsi apostoli dixerunt. oportebat quidẽ
uobis primum annunciare uerbum dei, quoniam autem noluistis ecce transimus ad gentes: tunc omne sa-
cramentum iudææ: & antiquam domini familiaritatem per apostolos in nationes fuisse translatam. Valida
quidem quæstio: & quæ posset etiam eos qui scripturarum aliquid attigerunt, concutere: sed perfacile solui
tur. Nunq̃ enim eam fleret dominus corruentem: nisi diligeret. Fleuit & lazarꝝ: quia amabat eum. Et hoc ta
men prima fronte cognoscito: non loci sed hominum fuisse peccatum. Verꝝ quia interfectio populi capti-
uitas ciuitatis est: propterea urbs deleta est ut populus puniretur. Ideo templum subrutum: ut typicæ histo
riæ tollerentur. Cæterꝝ quantum ad locum pertinet, per profectus temporum: multo nunc augustior est: q̃
ante fuit. Venerabantur quondam iudæi sancta sanctorum, quia ibi erant cherubin. & propiciatorium, &
arca testamenti & mãna & uirga aaron, & altare aureum. Nonne tibi uenerabilius uidetur sepulchrum do-
mini. Quod quotiensc unq; ingredimur: totiens iacere in syndone cernimus saluatorem: & paululum ibidẽ
commorantes: rursum uidemus angelum sedere ad pedes eius: & ad caput sudarium conuolutum? Cuius se
pulchri gloria multo ante q̃ excideretur a ioseph esaiæ uaticinio prophetatum est, dicentis. Et erit requies
eius honor: quod scilicet sepulturæ domini locus esset ab homine honorandus. Sed dicis. Quomodo i apo
calypsi ioannis legimus: & occidet illos (haud dubium quin prophetas bestia) quæ ascendit ex abysso. & cor-
pora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ quæ uocatur spiritaliter sodoma & ægyptus: ubi & domi-
nus eorꝝ crucifixus est? Si enim ais, ciuitas magna in qua crucifixus est dominus: nulla est alia nisi hierusalẽ,
ubi autem crucifixus est dominus: spiritaliter sodoma appellatur & ægyptus, ergo hierusalem sodoma ẽ &
ægyptus: in qua crucifixus est dominus. Scire te uolumus oẽm sanctã scripturam: non posse sibi esse contra
riam, & maxime unũ aduersum se non discrepare librum, & ut plus adiiciamus, eundem eiusdem libri locũ
in apocalypsi de qua nunc testimoniũ ,ptulisti: ante decem circiter uersiculos scribitur. Surge & metire tem
plum dei: & altare: & adorantes in eo. Atriũ aũt quod est foris templũ eiice foras. & ne metiaris illud quoni
am datũ est gẽtibus: & ciuitatẽ sanctã calcabũt mẽsibus quadragintaduobus. Si enĩ apocalypsis multo post
passionẽ domini scripta est a ioanne: & in ea hierusalẽ sancta ciuitas appellatur, quomodo rursum spiritali-
ter sodoma uocat & ægyptus? Nec statim potes dicere sanctã dici hierusalẽ cælestem quæ futura est. & so-
domã quæ corruit appellari, qa de futura dicit q̃ bestia quæ ascensura est de abysso, faciet aduersus duos p̃-
phetas bellũ, & uincet illos & occidet: & corpora eorꝝ iacebũt in platea ciuitatis magnæ. De qua ciuitate &
in fine eiusdẽ libri scribitur, & ciuitas in quadro posita est, & lõgitudo eius & latitudo tãta ẽ, quãta & altitu-
do: & mensus est ciuitatẽ de arũdine aurea: p̃ stadia duodeci milia. Lõgitudo & latitudo & altitudo eius æq̃
lia sunt. Et mẽsus est muros eius centũquadragintaquatuor cubitorꝝ mẽsurã homis, quæ est angeli. Et erat
structura muri eius ex lapide iaspide: ipsa uero ciuitas auro mundo &c. Vbi quadrũ est: nec lõgitudo nec la-
titudo appellari põt. Et quæ est ista mensura ut tãta sit longitudo & latitudo, quãta & altitudo eius & muri
de lapide iaspide, & tota ciuitas de auro mũdo, & fundamenta & plateæ eius de lapidibus p̃ciosis. & duode-
cim portæ fulgentes margaritis? Cum ergo hæc non possint carnaliter accipi (absurdum q̃ppe est p. xii. mi-
lia stadiorꝝ tantam ciuitatis longitudinem & latitudinem: quantã & altitudinem p̃dicari) spiritaliter intelli-
genda sunt singula: & ciuitas magna quã uidelicet prius ædificauit cain, & nomiauit eam ex uocabulo filii
sui hic mũdus intelligendus est, qué accusator fratrũ suorꝝ diabolus. & fratricida periturus extruxit utiis-
sceleribus condidit, iniquitate compleuit, quæ spiritaliter appellatur sodoma & ægyptus. De qua sodoma
scribitur: Restituetur sodoma in antiquum: q̃ scilicet ita restituendus sit mũdus: ut ante fuit. Nec enim pos
sumus credere rursum ædificãdam sodomã: & cæteras gomorram scilicet & adamam, & seboin, sed in per-
petuos cineres relinquendas. Aegyptum autem nunq̃ pro hierusalem legimus: sed semper pro hoc mundo.
Et quia longum est de scripturis innumerabilia exempla congerere, unum testimoniũ proferamus: ubi ma
nifestissime mundus hic ægyptus appellatur. In epistola canonica iudas apostolus frater iacobi scribit di-

cens.Commonere autem uos uolo scientes semel omnia.quoniam iesus populum de terra ægypti saluans: secundo eos qui non crediderunt perdidit.Et ne putares de iesu dici filio naue:statim sequitur.Angelos uero qui non seruauerunt suum principatum:sed dereliquerunt suum domicilium in iudicium magni dei uinculis æternis sub caligine reseruauit.& ut credas ubicunq; ægyptus.& sodoma.& gomorra nominantur nō loca sed mundum hunc interpretari:statim subiungit exemplum Sicut sodoma & gomorra.& finitimæ ciuitates.simili modo exfornicatæ.& abeuntes post carnem alteram:factæ sunt exemplū ignis æterni pœnā sustinentes.Et quid necesse est plura conquirere.cum post passionem & resurrectionem domini matthæus euangelista cōmemoret.& petræ scissæ sunt.& sepulchra aperta.& plurima corpora dormientium sanctorū surrexerunt.& redeuntes de sepulchris post resurrectionem suam ingressi sunt sanctam ciuitatem. & apparuerunt multis?Nec statim hierosolyma cælestis sicut plærique ridicule arbitrantur in hoc loco intelligitur cum signum nullum esse potuerit apud homines domini resurgentis:si corpora sanctorum in cælesti hierusalem uisa sunt.Cum ergo & euangelistæ & omnes scripturæ hierosolymam sanctam nominent ciuitatem: & psalmista præcipiat:ut adoremus in loco ubi steterunt pedes eius:ne patiaris audire appellare eā sodomā & ægyptū:per quam dominus iurare uetat:quia sit ciuitas magni regis.maledictam terram nominat:q; crucem domini hauserit:Et quomodo benedicta loca putant:in quibus petrus & paulus christiani exercitus duces:sanguinem fudere pro christo?Si seruorum & hominum glorioſa confessio est:cur domini & dei nō sit,glorioſa confessio?Et martyrum ubiq; sepulchra ueneramur.& sanctam sauillam oculis apponentes: si liceat etiam ore contingimus:& monumentum in quo dominus conditus est:quidam æstimant negligendū. Si nobis non credimus:credamus saltem diabolo & angelis eius:qui quotiēscūq; ante illud de obsessis corporibus expelluntur:quasi in conspectu tribunalis christi stantes contremiscūt.rugiunt.& sero dolent cruci fixisse:quem timeant.Si post passionem christi:ut scelerata uox concrepat:hic detestabilis locus est: quid sibi uoluit paulus hierosolymam festinare:ut ibi faceret pentecosté? Qui retinentibus se locutus est dicens Quid facitis flentes & conturbantes cor meum?Ego enim non solum ligari sed mori ī hierusalem paratus sum pro nomine iesu.Quid cæteri sancti & illustres uiri:quorum uota & oblatiōes post prædicationē christi ad fratres qui erant hierosolymis deferebantur?Lōgum est nunc ab ascensu domini usq; ad præsentē diē per singulas ætates currere.qui episcopoꝝ.qui martyrum.qui eloquentium in doctrina ecclesiastica uiroꝝ uenerint hierosolymam.putantes minus se religionis.minus habere scientiæ:nec sūmam ut dicitur manū accepisse uirtutum:nisi in illis christum adorassent locis:de quibus primum euangelium de patibulo coruscauerat.Certe etiam si præclarus orator reprehendendum nescio quē putat: q; litteras græcas non athenis sed libyæ:latinas non romæ:sed sicilia didicerat:q; uidelicet unaquæq; prouincia habeat aliquid proprium: quod alia æque habere non possit:cur nos putamus absq; athenis nostris quenq; ad studiorum fastigia puenisse?Nec hoc dicimus q; renuamus regnū dei intra nos esse:& sanctos uiros etiam esse ī cæteris regionibus sed q; hoc asseramus uel maxime eos qui in toto orbe sunt primi:huc pariter congregari. Ad quæ nos loca non ut primi:sed ut extremi uenimus ut primos in eis omnium gentium cerneremus.Certe flos quidā & p̄ciosissimus lapis inter ecclesiastica ornamenta monachorū:& uirginum chorus est.Quicunq; in gallia fuerit primus huc properat.Diuisus ab urbe nostra britannus:si in religione processerit: occiduo sole dimisso quærit locum fama sibi tantum & scripturarum relatione cognitum.Quid referamus armenios.quid Persas.quid Indiæ & Aethiopū populos:ipsamq; iuxta ægyptū fertilem monachorum Pontum & Cappadociā: Syriā:Cœlen:& Mesopotamiam cūctaq; orientis examina?Quæ iuxta saluatoris eloquiū dicētis ubicunq; fuerit corpus.illuc congregabuntur aquilæ cōcurrunt ad hæc loca:& diuersarum nobis uirtutum speciē ostendunt. Vox quidem dissona:sed una religio Tot psallentium chori:quot gentiū diuersitates.Inter hæc quæ uel prima in xp̄ianis uirtus est:nihil arogantiæ nihil de continentia supercilii.Humilitatis īter omnes potentior est.Quicunq; nouissimus fuerit:hic primus putatur.In ueste nulla discretio:nulla admiratio.Vt cunq; placuerit incedere:nec detractionis est nec laudis.Ieiunia quoq; neminem subleuant nec deferuntur inediæ:nec moderata saturitas cōdēnatur.Suo domino stat unusquisq; aut cadit.Nemo iudicat alterum:ne a domino iudicetur.Et quod in plærisq; prouinciis familiaritate est ut genuino dente se laceret:hic penitus nō habet.Procul luxuria:procul uoluptas:Tanta in ipsa urbe orationum loca:ut ad ea peragranda dies sufficere non possit. Verū ut ad uillulam christi & mariæ diuersorium ueniamus(plus enī laudat unusq;q; qđ possidet)quo sermone qua uoce speluncam tibi possumus saluatoris exponere.et illud præsepe in quo infantulus uagiit?silentio magis q̄ infirmo sermone honorandum est.Vbi sunt latæ porticus?Vbi aurata laquearia?Vbi domus miseroruna pœnis & dānatorum labore uestitæ?Vbi ad instar palatii opibus priuatorū extructæ basilicæ.Vt uile corpusculum hominis præciosius inambulet:& quasi mundo quicq̄ possit esse ornatius:tecta magis sua uelint aspicere q̄ cælum?Ecce in hoc paruo terræ foramine cælorum cōditor natus est.Hic inuolutus pānis.hic uisus a pastoribus.hic demonstratus a stella.hic adoratus a magis.& puto locus sanctior est tarpeia rupe:quæ de cælo sæpius fulminata ostendit quid domino displiceret.Lege apocalypsin ioannis:& quid de muliere purpurata & scripta in eius fronte blassemia septē montibus aquis multis & Babylonis cantetur exitu contuere.Exite inquit dominus de illa populus meus.& ne particeps sitis delictorū eius:& de plagis eius non accipiatis.Ad hieremiam quoq; regrediens scriptū pariter attende.Fugite de medio babylonis:& saluate unusquisq; aīam suam.Cecidit enim cecidit babylon magna & facta est habitatio dæmonum:& custodia omnis spiritus imūdi.Est qđ ibi sancta ecclesia.iūt trophæa apostoloꝝ & martyꝝ est christi uera confessio.& ab apostolo prædicata fides:& gentilitate calcata.in sublime se quotidie erigés uocabulū xp̄ianū.Sed ipsa ambitio.potētia.magnitudo urbis.uideri & uidere.salutari & salutare.laudare &

detrahere.uel audire uel ꝓloqui:& tantã frequentiam hominum ſaltẽ iuitum uidere a propoſito monacho rum & quiete aliena ſũt. Aut enim uidemus uenientes ad nos & ſilentium perdimus:aut non uidemus:& ſu perbiæ arguimur. Interdũq; ut uiſitantibus reddamus uicem ad ſuperbas fores pergimus:& iter linguas ro dentium miniſtrorum poſtes ingredimur auratos. In chriſti uero ut ſupra diximus uillula tota ruſticitas:& extra pſalmos ſilentium eſt. Quocunq; te uerteris arator ſtiuam tenens alleluia decãtat. Sudans meſſor pſal mis ſe aduocat:& curua attondens uitem falce uinitor aliquid dauiticũ canit. Hæc ſunt ĩ hac prouincia car mina:hæ ut uulgo dicitur amatoriæ cãtiões. Hic paſtorum ſibulus:hæc arma culturæ. Verum qd agamus Nec quid deceat cogitantes:ſolum qd' cupimus:hoc uidemus. O quando illud tempus adueniet cum anhe lus nũtius uiator apportet. marcellam noſtram ad palæſtinæ littus appulſã. & toti monachorum chori. tota uirginũ agmina concrepabunt? Obuiam iam iãq; geſtimus occurrere:& nõ expectato uehiculo:cõcitum pe dibus ſerre corpus. Tenebimus manus. ora cernemus:& a deſiderato uix auellemur amplexu. Ergo ne erit il la dies. quãdo nobis liceat ſpelũcã ſaluatoris ĩtrare. ĩ ſepulchro domini flere cũ ſorore flere cũ mre. crucis de mũ lãbere lignum. & in oliueti mõte cum aſcendente domino uoto & animo ſubleuari. uidere exire lazarũ faſciis colligatum. & fluenta iordanis ad lauacrum domini puriora. inde ad paſtoꝝ caulas pergere. in dauid orare mauſoleo. Amos prophetam etiam nunc buccina paſtorali in ſua proſpicere rupe clãgentem. ad abra ham iſaac & iacob. Trium quoq; illuſtrium fœminarum uel tabernacula ꝓperare uel memorias. uidere fõ tem in quo a philippo eunuchus eſt tinctus. ſamariam pergere. & ioãnis baptiſtæ. heliſæi quoq; & abdiæ pa riter cineres adorare. ingredi ſpeluncas in quibus perſecutionis & famis tempore prophetarum agmina ſunt nutrita? Ibimus ad nazareth:& iuxta interpretationem nominis eius florem uidebimus galileæ. Haud pro cul inde cernitur cana:in qua aquæ in uinũ uerſæ ſunt. Pergemus ad Tabiriũ & ad tabernacula Saluatoris. non ut petrus quondam uoluit cum moyſe & helia:ſed cum patre cernemus & ſpiritu ſancto. Inde ad mare ueniemus genezareth. & de quinq; & ſeptem panibus uidebimus in deſerto quinq; & quatuor hominũ mi lia ſaturata. Apparebit oppidũ naim. in cuius portis uiduæ filius ſuſcitatus eſt. Videbitur hermon & torrẽs eudor. in quo ſuperatus eſt ſyſara. Capharnaũ quoq; ſignoꝝ domini familiaris:& omnis pariter galilæa cer netur. Et tunc comitãte chriſto. cum per ſylo & bethel & cætera loca in quibus eccleſiæ quaſi quædam ui ctoriarũ domini ſunt erecta uexilla:ad noſtram ſpeluncam redierimus Canemus iugiter. crebro flebimus. ĩ deſinenter orabimus:& uulneratæ iaculo ſaluatoris:in cõmune dicemus. Inueni quem quæſiuit aĩa mea:te nebo eum & non dimittam illum.

Tractatus Beati Hieronymi preſbyteri de decẽ tentationibus iſraeliticĩ populi quibus dominũ irritauit in deſerto:ubi tempora illarum & loca deſignat.

Aec ſunt uerba quæ locutus eſt moyſes ad oẽm iſrael: in trãſitu iordanis: ĩ ſolitudie cãpeſtri cõtra mare rubrũ:iter pharan:& tophel.& laban.& aſſeroth:& auri abũdantiã. undecim die rum iter:de horeb ad montẽ ſeir:uſq; cades barne. Hæc ſũt uerba quibus corripuit moyſes filios iſrael pro decẽ tentationibus quibus dominũ tentauerant. Vnde dominus in libro nu merorum dicit:Attamen omnes qui uiderunt maieſtatẽ meam:& ſigna quæ feci in ægypto & in ſolitudine & tẽtauerunt me iam per decem uices. nec obedierunt uocĩ meæ:nõ uidebũt terram:pro qua iuraui patribus ipſorum. Quas tentationes hic breuiter:& obſcure moyſes enumerat dicẽs in ſolitudine in qua oſtendit eos pro aquæ penuria:duabus uicibus tentaſſe dominum De prima tentatiõe ita in exodo legitur. Iurgatus populus cõtra moyſẽ ait:Da nobis aquam:ut bibamus. Quibus reſpõdit moy ſes. Quid iurgamini cõtra me? Cur tentatis dominum? De ſecunda tentatione:ita in libro numerorum dici tur. Cũq; indigeret aqua populus &c. uſq; ad eum locum in quo ait. Hæc eſt aqua cõtradictionis:ubi iurga ti ſunt filii iſrael contra dominum:& ſanctificatus eſt in eis. Tertia tentatio continetur in eo ꝙ ait. in cam peſtri contra mare rubrum:in quo loco murmuraſſe dicuntur contra dominum:quia peremptos ægyptios fuiſſe Moyſi non crediderunt ſibi de uerbo domini dicenti:ſed potius eos ſe ſubſequi timuerunt:unde dici tur in pſalmo:Patres non intellexerunt mirabilia:&c. Quarta & quinta tentatio continetur in eo ꝙ ait iter Pharan:& Tophel:& Labã. Pharã interpretatur onager. Tophel ſtultitia. Laban album. Quod ita intelligi tur. Quia ſimiles onagro facti filii iſrael ſtulte egerunt tẽtantes dominum duabus uicibus. ſuper albo:ideſt ſuper mãna. Mãna uero album dicitur:ut eſt illud exodi. Appellauitq; domus iſrael nomen eius man:quod erat quaſi ſemen coriandri albũ. Vna tentatio fuit ſuper eodem mãna:ſicut in exodo dicitur:Hic eſt ſermo quem præcepit dominus. Collĩgat ex eo unuſquiſq; quantum ſufficit ad ueſcendũ. Et poſt pauca dixit ad eos moyſe:Nullus ex eo reſeruet ĩ mane. Qui non audierũt eũ:ſed dimiſerunt ex eo quidã uſq; mane. Alte ra fuit tentatio de qua poſt pauca in eodem loco dicitur. Sex diebus colligite:in die autẽ ſeptima:ſabbatum eſt domini:iccirco nõ ĩuenietur. Venit autem ſeptima dies:& egreſſi de populo ut colligerent:non inuene runt. Dixit autẽ dominus ad moyſẽ. Vſq; quo non uultis ſeruare mandata mea & legem meã? &c. Sexta tẽta tio continet in eo ꝙ ait:& aſeroth. Aſeroth uero ciuitas eſt ſolitudinis uicina. & interpretat illa ĩ cuius ter ritorio:ideſt in ſepulchris concupiſcentiæ facta fuiſſe legitur ſecunda tentatio carnium:in qua etiam prima tentatio carnium cõplectitur. De prima ita in libro exodi legit. Dixerũt moyſes & aaron ad oẽs filios iſrael ueſpere ſcietis ꝙ dominus eduxerit uos de terra ægypti:& mane uidebitis gloriam domini. Audiuit. n. mur mur ueſtrũ cõtra dominũ:& poſt pauca:Locutus ẽ dominus ad moyſẽ dicẽs. Audiui murmuratiões filioꝝ iſrael. Loq're ad eos. Veſpe cõedetis carnes:& mane ſaturabimini pãibus:ſcietiſq; ꝙ ego ſũ dominus deus ue ſter. Factũ ẽ ergo ueſpe:& cõſcẽdẽs coturnix operuit caſtra. De ſeptima autẽ tentatiõe ĩ nũeris dicit. Interea

ortum est murmur populi:quasi dolentium pro labore contra dominum:quod cum audisset:iratus est: & accensus ignis domini deuorauit extremá partem castrorꝝ.Et post pauca:Sanctificamini:cras etenim comedetis carnes.Ego autẽ audiui uos dicere.Quis dabit nobis escas carnium?Bene nobis erat in ægypto.Dabit uobis carnes & cõedetis:nõ uno die:uel qnq; aut decẽ:aut uiginti qdẽ:sed usq; ad mẽsẽ dierũ donec exeat pnares uras: & uertat ĩ nauseá:eo q; reppuleritis dominum:qui in medio uestri est:& fleueritis corã eo dicentes.Quare egressi sumus de ægypto?Itẽ paulo post.Adhuc carnes erant inter dentes eorꝝ:nec defecerat huiusmodi cibus:& ecce furor domini concitatus est ĩ populũ:percussit eũ plaga magna nimis.Octaua tẽtatio continetur in eo q; ait:ubi auri est plurimũ. Notãdum náq; q; in hebræo & abũdantia auri habeat:Abũdãtia enim auri intelligitur uitulus aureus quẽ fabricati sunt filii israel sibi in deos: moráte moyse cum domino in monte synai.Iccirco abundantia auri dicit:qa in idolo moles oĩum peccatorũ consistit & idolum pro omnibus peccatis abundat.Nona tentatio continetur in eo q; ait:undecim diebus de horeb per uiam montis Seyr.Quod in hebræo ita habetur.Vndecim diebus iter de horeb ad montem seyr.Fabricato itaq; ĩ horeb idolo undecimo die uenerunt ad montem seyr:qui est ĩ suburbano ciuitatis cades barne:ubi filii israel tentauerunt dominũ.sicut in libro numerorꝝ scribit:Vsq;quo multitudo hæc pessima murmurat contra me?Querelas filiorum israel audiui.Dic ergo eis.Viuo ego ait dominus.sicut locuti estis audiente me:sic faciam uobis.In solitudine hac iacebunt cadauera uestra.Et post paululũ:luxta numerum quadraginta dierũ quibus considerastis terram:annus pro die cõputabit.quadraginta annis recipietis iniqtates uestras:& scietis ultionẽ meam:quoniam sicut locutus sum:sic faciam huic multitudini pessimæ:quæ cõsurrexit aduersum me:in solitudine hac morietur:& deficiet.Itẽq; locutus est moyses uniuersa uerba hæc ad filios israel: & luxit populus nimis:& ecce mane primo surgentes ascẽderunt uerticem montis & dixerũt. Parati sumus ascendere ad locum:de quo locutus est dominus quia peccauimus.Quibus moyses:cur inquit transgredimini uerbum domini quod uobis nõ cedit in prosperũ?Nolite ascẽdere.non enim est dominus ĩ medio uestrum:ne corruatis corã inimicis uestris.Itẽq; post pauca. At illi cõtenebrati ascenderunt in uerticem montis.Arca autem testamenti domini & moyses nõ recesserũt de castris.Descendit amelechites & chananæus q habitabant in monte:& pcutiens eos atq; cõcidens:persecutus est eos:usq; Orma.Mons iste:in quo amelechites & chananæus habitare dicuntur mons seyr intelligit:sicut in Deuteronomio scribit:Itaq; egressus amorræus qui habitabat in montibus:& obuiam ueniens persecutus est uos:sicut solẽt apes persequi.& cecidit de Seyr:usq; Orma.Decima tentatio cõtinetur in eo q; ait:usq; Cades Barne.Hæc tentatio fuit ĩ cades Barne.Vnde moyses misit exploratores ad cõsiderãdã terrã chanaan:sicut in libro Numerorꝝ dicitur. Et locutus est dominus ad moysem dicens.Mitte uiros qui considerent terrã Chanaan:quam daturus sum filiis israel &c.Et paulo post.Et dixit dominus ad moyse.,Vsq;quo detrahet mihi populus iste?quousq; nõ credent mihi in omnibus signis.quæ feci coram eis?Feriam igit eos pestilentia:atq; cõsumã.Te autem faciam ĩ gentem magnam.Iterũ post paululũ.Attamen omnes homines qui uiderunt maiestatẽ meam: quæ feci in ægypto:& in solitudine:& tentauerũt me &c.non uidebunt terram pro qua iuraui patribus eorꝝ:nec quisq; ex illis q detraxit mihi intuebit eam.nec moueat quis q; a deserto pharan:nõ de Cades Barne moyses exploratores misit.Cades enim Barne ipsa est Pharan.quod in libro iosue ita dicitur Locutus est caleph ad iosue. Nosti quid locutus sit deus ad moysen hominem dei de me & de te in Cades Barne. Quadraginta annorũ eram quando me misit moyses famulus domini ad terram cõsiderandam.

Siquis de locis sanctis amplius a beato Hieronymo nosse desiderat:requirat in epistola ad Damasum de melchisedech.& ad Dardanũ de terra repromissionis:& in funebri de obitu sanctæ Paulæ.quaꝝ priores inter quæstiones ueteris testamenti;alterã inter funebres inuenies.

Epistola Beati Hieronymi ad Paulã urbicã de alphabeto hebræorꝝ:ĩsinuãs uniuscuiusq; litteræ seu elemẽti interpretationẽ:atq; ad studia scripturaꝝ exhortans.

Vdiustertius cum centesimum octauũdecimum psalmum tibi insinuare conarer:& dicerem omnem moralem locum in eo esse cõprehensum.& quomodo philosophi solent disputationes suas in physicam:ethicam:logicamq; partiri.ita & eloquia diuina:aut de natura disputare:ut in Genesi:& in ecclesiaste:aut de moribus:ut in ,puerbiis:& in oĩbus sparsim libris. aut de logica:,p qua nostri theologicen sibi uẽdicant:ut ĩ cãtico canticorꝝ:& ĩ euãgeliis.licet apostolus sæpe ,pponat:assumat:coũfirmet:atq; cõcludat:quæ propria artis dialecticæ sunt:studiosissime perquisti:quid sibi uelint hebrææ litteræ:quæ in psalmo quem legebamus:uidebantur insertæ.respõdi scdm ordinem litterarum:eum esse compositum:quo uidelicet ex prima littera:quæ apud eos uocatur Aleph: octo uersus inciperent.rursus ex sequenti Beth totidem uersus exordium sumpserint.Ac postea ex Gymel idem numerus compleretur:atq; ita usq; ad Thau:quæ apud eos extrema littera est:psalmum esse conscriptum. & ex singulis quibusq; elementis scdm interpretationem eorum debere intelligi:quæ sequerentur. Idẽtidem flagitasti:ut tibi interpretationes litterarum edicerem singularum.Dixi fateor.Verum quia ,pter barbarie linguaꝝ memoria labit:oẽ quod diximus:desideras cõmentariolũ fieri:ut si in aliquo forte titubaueris:obliuionem lectio cõsolet.Ac prius q̃ de singulis differã:scire debes:quattuor psalmos scdm ordinẽ hebræorꝝ icipere elemẽtorꝝ:tricesimũsextũ:cẽtesimũdecimũ:& cẽtesimũoctauũdecimũ húc:de quo nũc scribimus:& cẽtesimũ q̃dragesimũq̃rtũ.Veꝝ debes scire ĩ prioribus psalmis singulis litteris: singulos uersiculos qui trimetro iãbico uersu cõstãt:esse subnexos.Inferiores uero tetrametro iambico constare scilicet: ut Deuteronõii cãticũ scriptũ est.in cẽtesimooctauodecimo psalmo singulas litteras octoni uersus uersus se-

quũtur:in cẽtesimo quadrageſimoquarto ſingulis litteris:ſinguli uerſus gemini deputant. Sunt qui & alios hoc ordine putant ĩcipere:ſed falſa eoꝝ opinio eſt. Habes & in lamentationibus hieremiæ quatuor alphabeta ex quibus duo prima quaſi ſapphico metro ſcripta ſunt. quia tres uerſiculos:qui ſibi cõnexi ſunt: & ab una tantũ littera ĩcipiunt. heroici cõma concludit. Tertium uero alphabetũ trimetro ſcriptũ eſt: & alternis litteris:ſed eiſdem tertii uerſus incipiunt. Quartum alphebetũ ſimile eſt primo & ſecundo. Prouerbia quoque ſalomonis extremum claudit alphabetũ:quod tetrametro iambico ſupputatur. ab eo loco: in quo ait mulierem fortẽ quis inueniet? Quomodo autem in his noſtris litteris non poteſt quis ad legenda uerba texendaq; procedere:niſi prius ab elementis cœperit:ita & in ſcripturis diuinis non ualemus ea: quæ maiora ſunt noſſe:niſi ab ipſis ethicæ mandatis habuerimus exordiũ:ſcđm illud quod propheta dicit. A mandatis tuis intellexi:quod uidelicet poſt opera:cœperit habere ſcientiã ſecretorũ. Verum iam cõplẽdum eſt: quod petiſti:ut ſenſum uniuſcuiuſq; elementi interpretatio annexa ſignificet. Aleph:doctrina interpretat. Beth: domus. Gimel:plenitudo. Deleth:tabulaꝝ. He:iſta. Vau & zai:hæc. Eth:uita. Thet:bonũ. Ioth: principum. Caph manus. Lamech:diſciplinæ ſiue cordis. Men:ex ipſis. Nun:ſempiternũ. Samech:adiutoriũ. Ain:fons ſiue oculus. Phe:os ab ore non ab oſſe dictum intellige:ne litteraꝝ ambiguitate fallaris. Sade iuſticiæ. Coph: uocatio. Res:capitis. Sen:dentium. Tau:ſigna. Poſt interpretationem elementorum:intelligentiæ ordo dicẽdus eſt. Aleph. Beth. Gimel:Deleth:prima cõnexio eſt:doctrina domus:plenitudo tabularũ:q; uidelicet doctrina eccleſiæ quæ domus dei eſt:in libroꝝ reperiatur plenitudine diuinorum. Secunda connexio eſt: He: Vau:zai:Eth. Iſta & hæc uita. Quæ enim alia poteſt eſſe uita:ſine ſcientia ſcripturarum. Per quas etiam ipſe chriſtus agnoſcitur:qui eſt uita credentium? Tertia cõnexio habet. Teth:Ioth:bonũ principum: quia q̃uis nunc ſciamus uniuerſa quæ ſcripta ſunt:tamen ex parte cognoſcimus:& ex parte prophetamus:& nunc per ſpeculum in enigmate uidemus:cũ autem meruerimus eſſe cũ chriſto:& ſimiles angelis fuerimus:tũc librorum doctrina ceſſabit:& tunc uidebimus facie ad faciẽ bonum principũ ſicuti eſt. Quarta connexio eſt: Caph:Lamech:manus diſciplinæ ſiue cordis. manus intelliguntur in opere:cor & diſciplina intelliguntur in ſenſu:quia nihil facere poſſumus:niſi prius quæ facienda ſunt ſcierimus. Quinta cõnexio eſt. Mem:Nun:Samech:ex ipſis ſempiternũ adiutoriũ. Hoc explanatione non indiget:ſed omni luce mãifeſtius eſt:ex ſcripturis æterna ſubſidia miniſtrari. Sexta connexio habet. Ain:Phe:Sade:fons ſiue oculus oris iuſticiæ:ſcđm illud quod in quarto numero expoſuimus. Septima cõnexio eſt:quæ eſt extrema:quo & in ipſo quoq; ſeptenario numero ſit myſticus intellectus. Coph:Res:Sen:Thau:uocatio capitis:dentium ſigna. Per dentes articulata uox promitur:& in his ſignis:ad caput omnium qui ẽ chriſtus:peruenitur. per quem uenitur ad regnũ ſempiternum. Oro te:quid hoc ſacratius ſacramento? Quid hoc ſacramenti uoluptate iocũdius? Qui cibi: quæ mella:ſunt dulciora q̃ dei ſcire prudentiã:& in abdita eius intrare:& ſenſum creatoris inſpicere:& ſermones domini dei tui:qui ab huius mundi ſapientibus deridentur:plenius diſcere:ſapientia ſpiritali? Habeant ſibi cæteri ſi uelint ſuas opes:uaſe gẽmato bibant:ſerico niteant. Plauſu populi delectentur: & per uarias uoluptates ſuas diuitias uincere nequeant. Noſtræ diuitiæ ſint in lege domini meditari die ac nocte: pulſare ianuã non patentẽ:panes trinitatis accipere:& ſæculi fluctus domino præeunte calcare. Saluta Bleſillã & Euſtochiũ tyrunculas noſtras. Saluta Fœlicianam ueræ carnis & ſpiritus uirginitate fœlicem. Saluta reliquum caſtitatis chorũ:& domeſticã tuã eccleſiã:cui omnia etiã quæ tuta ſunt timeo:ne dormiente paterfamilias: inimicus hõ zizania ſuperſeminet. q̃uis enim dicere audeant:ego ciuitas firma:ciuitas quæ non oppugnat: nullus hoſtili obſidente exercitu ſecurus eſt. Nemo ut beatus cyprianus ait:ſatis tutus:periculo proximus. Exemplar epiſtolæ ſi accipere uoluerit ſtudioſiſſima Euſtochiũ:noſtra Marcella tribuito:& memẽto mei: obſecrãs ut dominus noſter ieſus xp̃s cõterat ſathanã ſub pedibus noſtris uelociter Amen.

Beati Hieronymi p̃sbyteri ad Marcellã de decẽ nominibus q̃bus apud hebræos dicit deus & ſingula nomina latine exponentis.

Epiſtola.

Onageſimũ pſalmũ legens in eo loco:qui inſcribitur:Qui habitat in adiutorio altiſſimi in protectione dei cæli cõmorabitur:dixeram apud hebræos pro deo cæli eſſe poſitum Sadai:quod aq la interpretatur Canon ſiue quod nos robuſtũ & ſufficiẽtẽ ad omnia perpetranda percipere poſſumus:unũq; eſſe de decẽ nominibus:q̃bus apud hebræos deus uocatur. Illico ſtudioſiſſime poſtulaſti:ut tibi uniuerſa nomina cũ ſua interpretatiõe dirigerem. Faciã:qd petiſti. Primũ nomen dei eſt. El. quod. lxx. deum: aquila ἐτυμολογίαν eius exprimens ἰσχυρον: ideſt fortẽ interpretatur. Deinde Eloim:& Eloe:qd & ipſũ deus dicitur. Quartũ Sabaoth. quod. lxx. uirtutum: aquila exercituũ interpretatur. Quintũ Elion:quod nos excelſũ dicimus. Sextũ Eſerieie:quod in exodo legitur. Qui ẽ miſit me. Septimũ Adonai:qué nos dominũ generaliter appellamus. Octauum Ia:quod in deũ tantũ ponitur: & in alleluia extrema ſyllaba ſonat. Nonũ τετραγραμματον quod ἀνεκφωνητον: ideſt ineffabilẽ putauerunt aliqui:his litteris ſcribitur Ioth:He:Vau:He:quod quidam non intelligentes propter elementorũ ſimilitudinẽ cũ in græcis litteris reppererint ππι legere conſueuerunt. Decimũ quod ſuperius dictũ eſt Sadai:& in Ezechiel interpretatũ ponitur. Scire aũt debemus:q; Eloim cõmunis numeri ſit:q; & unus deus ſic uocetur:& plures ad quã ſimilitudinẽ cælũ quoq; appellatur:& cæli. i. Samaim. Vnde & ſæpe interpretes uariãt:cuius rei exemplũ nos in lingua noſtra habere poſſumus αθηναζωνβαθ Salonas.

Eiuſdem ad eandem Marcellam tria uerba hebraica ex pluribus exponentis:uidelicet Alleluia: Amen: Marantha:ubi rationem reddit:quare in aliam linguã a. lxx. iterp̃tibus uel ab apoſtolis reducta nõ fuerint.

Vper cũ pariter eſſemus:nõ per epiſtolã ut ante cõſueueras:ſed p̃ſens ipſa q̃ſiſti:qd ea uerba:q̃ ex hebræo ĩ latinũ nõ habemus expreſſa:apud ſuos ſonarẽt:curq; ſine iterp̃tatiõe ſint poſita. Vt eſt

illud Alleluia:Amen:Marantha:Ephod &c.quæ in ſcripturis reſperſa memoraſti.Ad quos nos:quia dictan 219
di anguſtia coartamur:breuiter reſpõdemus.Siue.lxx. iterpretes:ſiue apoſtolos id curaſſe:ut quoniã prima eccleſia ex iudæis fuerat cõgregata:nihil ad credẽtiũ ſcandalũ inouarent.ſed ita ut a paruo imbiberãt:tradẽ rent.Poſtea uero q̃ ĩ uniuerſas gẽtes euãgelii dilatatus é ſermo:non potuiſſe ſemel ſuſcepta mutari. Licet & illud ĩ libris ſuis quos ϗ τὴ τικους uocat: Origenes aſſerat:ꝓpter uernaculũ linguæ uniuſcuiuſq; idioma: nõ poſſe ita apud alios ſonare:ut apud ſuos dicta ſũt.& multo melius eſſe nõ iterpretata ponere:q̃ uim eoꝝ iterpretatione tenuare.Igit̃ alleluia exprimitur Laudate dominum.la quippe apud hebræos unũ de decem dei nominibus eſt:& in illo pſalmo ubi legimus laudate dominum quoniã bonus ẽ pſalmus:apud hebræos legit̃.Alleluia σικποβεξαωμεν.Amen uero Aqla ωεπισ τωμενοσ exprimit:quod nos fideliter poſſumus dicere:ductũ ad uerbũ ex nomine fidei.Amen.lxx.γενοι το:ideſt fiat.Vnde & ĩ fine librorꝝ(in quinq; ſiqui dem uolumina pſalterium apud hebræos diuiſũ eſt)fiat fiat trãſtulerũt.qđ ĩ hebræo legitur.Amen Amen. quo ſcilicet ea uere dicta:quæ ſunt ſupra:cõfirmenᵭ.Vnde & paulus aſſerit nõ poſſe aliquẽ reſpõdere Amẽ: ideſt cõfirmare:q̃ ꝑdicta ſunt:niſi itellexerit ꝑdicationẽ.Marantha magis ſyrũ eſt:q̃ hebræũ.Táetſi ex confi nio utrarũq; linguaꝝ aliqd & hebræũ ſonet:& interpretaᵭ.Dominus noſter uenit:ut ſit ſenſus. Siquis non amat dominum ieſum:anathema ſit:& illo cõpleto deinceps inferaᵭ.Dominus noſter uenit.q; ſupfluum ſit aduerſũ eũ odiis pertinacibus uelle cõtendere:qué ueniſſe iam cõſtet.Vellem tibi aliquid & de diapſalmate ſcribere:qđ apud hebræos ſcribit̃.Sela.& de Ephod:& de eo qđ ĩ cuiuſdã pſalmi titulo habeᵭ. Promelech: & cæteris iſtiuſmodi:niſi & modũ epiſtolici characteris excederẽ:& ubi auiditatẽ magis dilatæ deberẽt face re q̃ſtiones.Tritũ quippe eſt ꝓuerbiũ:Vltroneas putere merces.Vnde & nos de iduſtria dicẽda reticemus: ut auidius uelis audire:quæ tacita ſunt.

Vltroneas putere merces

Eiuſdem ad eandem quid ſignificet Diapſalma latine quod in fine pſalmorum ſcribitur:docens ſcđm Origenem poni pro ſemper uel ſempiterno.Et de tribus libris quorum alterum apud hebræos ĩ fine libro rum ſubnectitur.

Væ acceperis reddenda ſunt cũ fœnore.fortiſq; dilatio uſurã parturit.De diapſalmate nr̃am ſen tentiã flagitaras.epiſtolæ breuitatẽ cauſati ſumus:& rem libri nõ poſſe explicari litteris ꝓtexui- mus. Veꝝ quid ꝓdeſt αγενοτομοκτεῖν ad epulas cõcitare:cũ meo maior tibi cupiditas ſilentio cõciteᵭ?Itaq; ne te diutius trahã:habeto pauca pro pluribus.Quidã diapſalma cõmutationẽ me tri dixerunt eſſe.alii pauſationẽ ſpiritus ſancti:nonnulli alterius ſenſus exordiũ.Sunt qui rhithmi diſtictio- nẽ:& quia pſalmi tunc tẽporis iuncta uoce ad organũ canebantur:cuiuſdã muſicæ uarietatis exiſtiment ſilẽ tium:nobis nihil hoꝝ uideᵭ:cũ Aqla qui uerboꝝ hebræoꝝ diligentiſſimus explicator eſt.Sela.hoc eſt Dia- pſalma.quod ex Samech Lamech He ſcribit̃:ſemp tranſtulerit:& iueniamus in pſalmoꝝ quoq; fine Diap- ſalma poſitum:ut eſt illud in tertio.Dẽtes peccatoꝝ contriuiſti.Domini eſt ſalus:& ſuper populum tuũ be- nedictio tua. Sela:ideſt Semper.Et in uiceſimotertio.Quis eſt iſte rex gloriæ?dominus uirtutum ipſe ẽ rex gloriæ Semper:& contra in pſalmis multorum uerſuũ pẽitus nõ iueniatur in.xxx.uidelicet ſexto:&.lxxvii. & ĩ centeſimo.xviii.rurſus nonus pſalmus diſtinguaᵭ canticum Diapſalmatis:cum utiq; ſicut qbuſdam ui- detur.Diapſalma iudicium ſilentii eſſe non poſſit.Ex quo aĩaduertimus hoc uerbũ ſuperiora pariter inferi- oraq; cõnectere:aut certe docere ſempiterna eſſe:quæ dicta ſũt:ut eſt illud ĩ tertio,multi dicũt animæ meæ non eſt ſalus illi ĩ deo ſuo Semp.& rurſũ, Voce mea ad dominum clamaui:& exaudiuit me de monte ſãcto- ſuo Semp.& in quarto, Vt quid diligitis uanitatem & quæritis mendacium Semp?Et alibi: Quæ dicitis in cordibus ueſtris:& in cubilibus ueſtris cõpungimini Semper.& ĩ abacuch Deus ab auſtro ueniet:& ſanctus de monte Pharan Semper.& infra,Iuramenta tribubus quæ locutus es Semp.Scire autẽ debemus: apud he- bræos in fine librorũ:unũ e tribus ſolere ſubnecti:ut aut Amen ſcribãt aut Sela aut Salom:quod exprimũt Pacem.Vnde & ſalomon pacificus dicitur.Igit̃ ut ſolemus nos cõpletis opuſculis:ad diſtinctionem rei alte rius ſubſequentis medium interponere explicit:aut fœliciter: aut aliquid iſtiuſmodi:ita & hebræi:ut q̃ ſcri- pta ſunt roborenᵭ:facere ſolent:ut dicant Amen aut in ſempiternum & ſcribenda cõmemorant ut ponant Sela:aut tranſacta fœliciter ꝓteſtantur:pacem in ultimo ſubnotantes.Hæc nos de intimo hebræorũ fonte libauimus:nõ opinionũ riuulos perſequentes.neq; errorũ qbus totus mundus repletus ẽ: uarietate perterri ti:ſed cupientes & ſcire:& docere quæ uera ſunt.Quod ſi tibi non uideᵭ:quid Origenes de Diapſalmate ſenſerit:uerbum interpretabor ad uerbum:ut quia nouitia muſta conténis:ſaltem ueteris uini auctoritate ducaris.Sæpe quærens cauſas:cur in quibuſdam pſalmis iterponaᵭ Diapſalma.obſeruaui diligẽtiſſime ĩ he bræo:& cũ græco cõtuli.iueniq;,qa ubi lingua hebræa Sela:græca uero habet Semp:aut quid iſtiuſmodi: ibi.lxx.& Theodotion & Symmachus trãſtulerunt diapſalma.Neq; uero nocet exemplis affirmare:qđ dici mus.In ſeptuageſimo quarto pſalmo.cuius principium eſt.Cõfitebimur tibi deus confitebimur: & inuoca- bimus nomen tuum.poſt illud:ego cõfirmaui colũnas eius:apud ſeptuaginta & theodotionem: & ſymma- chum:eſt Diapſalma.pro quo apud Aquilam ponderaui colũnas eius Semper.In ſexta uero firmaui colũnas eius iugiter.Porro in hebræo habet poſt Ammuda:qđ eſt columnas eius.Sela.Et rurſum in.lxxv.cuius prĩ cipium eſt:notus in iudæa deus inuenimus apud.lxx.& Theodotionem poſt ſcutum & frammeam: & bel- lum.Diapſalma.apud ſymmachum:poſt clypeum & gladium & bellum ſimiliter Diapſalma.Pro quo aqui- lam poſt clypeum & gladium & bellum Semper.apud quintam editionem:poſt ſcutum: & rompheam: & bellum Semper.In ſexta uero poſt ſcutum:& gladium & bellum in finem.Eratq; rurſum in hebraico Oma- lama quod eſt & bellum Sela.Et ĩ eodem pſalmo poſt illum locum ut ſaluos faciat mites terræ.Diapſalma: apud ſymmachũ ſimiliter Diapſalma.& apud aquilam Semper.necnõ & apud qntã.In ſexta uero in finem.

Et in hebraico erat poſt Aniares:quod ē mites terræ.Selaq;. atq; ita cū talē uniuſcuiuſq; editiōis opinionē repperiſſemus:hæc annotauimus:utrū aūt cuiuſdā muſicæ cātilenæ:aut rhithmi imutationē:qui interpreti ſūt.Diapſalma ſenſerint:aliud ue itellexerint:tuo iudicio derelinquo. Hucuſq; origenes:cuius nos malui mus in hac diſputatione dūtaxat iperitiā ſequi.q̄ ſtultā habere ſcientiam neſcientiū.

Beati Hieronymi p̄ſbyteri ad Dardanū de diuerſis generibus muſicorū.ſ.Organo:Tuba:Fiſtula: Cithara:Sambucca:Buccina:Pſalterio:Tympano:& Choro:quæ in ſcripturis memorant̄.oſtendens qualis eorum forma fuerit apud hebræos:& quid mvſtice ſpiritaliterq; ſignificēt.

Ogor a te:ut tibi Dardane de aliquibus generibus muſicoꝝ:ſicut res docet:uel uiſione uel audi tu:breui ſermone reſpōdeā.Alia enim ad lucidū ,pferre nō poſſum:qa unaquæq; res ſcām ingeniū eius eſt:quæ āt poſſunt enarrari libēter explicabunt̄.Primū oīum ad organoꝝ eo q̄ maius eſſe his ī ſonitu & fortitudie nimia cōputant̄ clamores ueniā.De duabus elephātoꝝ pellibus cō cauū cōiungitur:& p duodeci fabrorū ſufflatoria cōpenſat̄:p quindeci cicutas æreas in ſonitū nimiū: quos ī modū tonitrui cōcitat:ita ut p mille paſſuū ſpatia ſine dubio ſenſibiliter utiq; amplius audiat̄.Sic apud hebræos de organis quæ ab hieruſalē uſq; ad mōtē oliueti & amplius ſonant̄:audiunt̄:cōprobant̄:duo genera organi a plærisq; eſſe dicunt̄.Primū eſt qđ p̄diximus:& aliud qđ de pegrinatione iſraelitici populi apud babylonios ſcribit̄ ſup flumina babylonis &c.Hoc totū figuraliter ac ſpiritualiter ſignificat euāgeliū chriſti.Quod & illud duabus pellibus:ideſt duaꝝ legū aſperitate cōiungit̄:p quindecim ſufflatoria fabroꝝ .i.p patriarchas ac ,pphetas:per duodecim cicutas æreas:ideſt per apoſtolos ſonum nimiū emittit ſicut ſcriptū eſt.In omnē terram exiuit ſonus eoꝝ:& reliq̄.quod eſt in modū tonitrui:ideſt uox euangelii ī toto orbe terrarum:ſicut ſcriptum eſt.Vox tonitrui tui deus ī rota p mille paſſus:ideſt per pfectū numerū decē uerborū legis impleт:ſonus eius in ſalicibus:ideſt per laborē uniuſcuiuſq; doctoris labiorū euāgeliū p̄dicatur. Tuba itaq; de qua in daniele ſcriptū eſt.Cū audieritis uocē tubæ:fiſtulæ:citharæ & reliqua diuerſis figuris ac formis efficiuntur.Aliter enim eſt tuba cōgregationis populi:aliter cōductiōis:aliter uictoriæ:aliter perſequendi inimicos:aliter concuſſionis ciuitatum & reliqua. Tuba autem conſuetudinis apud rerum peritiſſimos hoc modo intelligitur tribus fiſtulis æreis in capite anguſto:inſpiratur in capite per q̄tuor uociductus æreos qui per æreum fundamentum quaternas uoces producūt:mugitū nimium uehemētiſſimūq; ,pfert. Ita euangelium terna cōfeſſione trium perſonarum ſanctæ trinitatis habebat in capite anguſto ī natiuitate xp̄i diuinitate iſpirat̄.& p quatuor uociductus quatuor euangeliſtas:per æreū fundamentum ſtabilitatē fidei & operum in toto orbe uoce nimia clamores quos imodū tubæ cōgregationis fortiter emittit.Fiſtula præterea artis eſſe myſticæ ſicut ſi fundes earū rerum affirmant:reperitur ita bōbulum æreum ductile quadratū latiſſimūq; quaſi ī modum coronæ cū fiſocolo æreo:ferreoq; cōmixto:atq; in medio cōcuſſo qđ in ligno alto ſpatioſoq; formatū ſuperiore capite cōſtringit̄:alterū altero capite demiſſo:ſed terram non tangi a plærisq; putatur:& per ſingula latera duodecim bōbula ærea:duodecim fiſtulis in medio poſitis in cathena fixis dependent:ita tria bōbula:uno in latere per circuitū utiq; figuntur:& concitato primo bōbulo & concitatis duodecim bōbulorum fiſtulis in medio poſitis clamorē magnū fragorēq; nimiū ſupra modum ſimul proferunt.Bōbulum itaq; cum fiſtulis:ideſt doctor in medio eccleſiæ eſt cum ſpiritu ſancto qui loquitur ī eo:conſtringit̄ in ligno alto:ideſt in chriſto:qui a ſapientibus ligno uitæ cōparatur:in cathena:ideſt in fide & non tangit terram:ideſt opera carnalia:duodecim.Bōbula:ideſt duodecim apoſtoli cum fiſtulis: ideſt diuinis eloquiis.Cithara de qua in quadrageſimo ſecundo pſalmo ſcriptū eſt.Confitebor tibi in cithara deus deus meus propriæ conſuetudinis eſt apud hebræos:quæ cū cordis uigintiquatuor:quæ in modū deltæ litteræ ſicut peritiſſimi tradunt:utiq; cōponit̄:& per digitos pindari uariis uocibus tinnuliſq; ictibus in diuerſis modis concitat̄.Cithara autem de qua ſermo eſt eccleſia ſpiritaliter quæ cum quatuor & uiginti ſeniorū dogmatibus trinam formā habēs:quaſi in modū deltæ litteræ per fidem ſanctæ trinitatis manifeſtiſſime ſine dubio ſignificat:& per manus uiri petri apoſtoli:qui prædicator illius eſt:in diuerſos modulos uetеris & noui teſtamenti,aliter in littera:aliter in ſenſu figuraliter cōcutitur.Sambuca itaq; quæ apud peritiſmos hebræorum ignota res eſt:antiquis tēporibus apud chaldæos fuiſſe reperit̄ ſicut ſcriptum eſt.Cum audieritis uocem tubæ:Fiſtulæ:Citharæ:Sābucæ:& reliq̄.Bucca uocatur Tuba apud hebræos:deinde per diminutionem buccina dicitur.Sambuca autē Sol apud hebræos interpretatur:ſicut ſcriptum eſt Sāpſon ſol eoꝝ.Propterea autem apud eos.Sambuca inſcribitur:quia multi corticem arboris eſſe putāt:& per ſoliditatem mel lis uenei ac mutabilitatem quaſi in modum tubæ de ramo arboris moueri poteſt:ideo Sambuca dicitur:qa æſtatis tempore fieri poteſt:& uſq; ad frigoris tempus durare poteſt.Areſcit enim ſcām cōmunem cōſnetudinem.Typus eorum q dominū ſuis in bonis laudāt in tempore frigoris eodem in tempore tribulatiōis uel perſecutionis laudare cum non poſſunt propter ifidelitatem uitæ & abūdātiam diuitiarū ſuarū.Pſalterium quoq; hebraice Nablon.Græce autem Pſalterium.Latine autem Laudatorium dicitur.De quo in quinquageſimo quarto pſalmo dicitur.Exurge pſalterium cum cithara.Eſt autem cum chordis decem: ſicut ſcriptum eſt.In pſalterio decem chordarum pſallam tibi.Forma quadrata.Pſalterium itaq; cum decem chordis ideſt cum decem uerbis legis contritis contra omnem hæreſim:quadrata per quatuor euangelia intelligi. Tympanum paucis uerbis explicari poteſt:quæ minima res eſt eo q̄ in manu mulieris portari poſſit, ſicut ſcriptum eſt in Exodo. Sūpſit autem maria prophetes ſoror aaron tympanum in manu ſua:& ē minima ſapiētia legis ueteris ī manu iudæoꝝ.Synagogæ antiquis tēporibus fuit.Chorus quoq; ſimplex pellis cū duabus cicutis æreis:& p primā iſpirat̄:p ſecūdā uocē emittit.Typus populi prioris q̄ anguſtā itelligētiam legis accepat:& p anguſtā uolūtatē p̄dicatiōis oīa ifirmiter p̄dicauit.Si āt terrena ſapiēter ac diligēter reſpiciam:

& ſpiritaliter ac myſtice ītelligenda ſunt.

Beati Hieronymi p̄ſbyteri ad Marcellā epiſtola. In qua uitioſā expoſitionē Rheticii Gallici in cantica cā ticoꝝ reꝑhendit eo maxime q̄ Tharſis urbē pro Tharſo: Ophaz pro petro ſit iterp̄tatus: docens iuxta hebraicam ueritatē pro Tharſis lapidē: pro Ophaz ſpecies auri ſignificari.

Vper cū rheticii auguſtudunēſis ep̄i: qui quondā a cōſtantinopolitano imperatore ſub ſilueſtro ep̄o ob cauſam montenſium miſſus eſt romā: cōmentarios in canticoꝝ canticū plegiſſem: quod hebræi uocāt Siraſirin: ueheméter miratus ſū uiꝝ eloquentē: præter ineptias ſenſuū cæterorum Tharſis urbē putaſſe Tharſū: in qua paulus apoſtolus natus ſit: & auꝝ Ophaz Petrū ſignificare q̄a Cephas in euangelio idē petrus ſit appellatus. Habuerat utiq; & in Ezechiele idipſū uerbū: ubi de quatuor aīalibus ſcribit. Et ſpecies rotaꝝ ſicut ſpecies Tharſis. Et i daniele de domino. Et corpus eiuſdē ut Tharſis: quod aquila Chryſolitum, ſymmachus Hyacinthū ītерpretant. Et i pſalmo in ſpū uiolento conteres naues Tharſis. Et inter lapides q̄ in ornatu ſacerdotis tribuū noībus ſculpti ſūt: eiuſdem lapidis nomē ſcribitur & oīs fere ſcriptura hoc uocabulo referta é. De Ophaz uero qd' dicā cū ſupradictus daniel ꝓpheta in tertio anno cyri regis pſaꝝ poſt tres hebdomadas ieiunii atq; triſtitiæ dicat: extuli oculos meos: & uidi: & ecce uir unus ueſtitus Baldin: & renes eius cincti auro Ophaz? Plura quippe apd hebræos auri ſūt genera: unde ob diſtinctionem nunc Ophaz poſitū eſt. ne qs zaab putaret: qd' in geneſi naſci cū lapide carbūculo p̄dicatur quæris ſi Tharſis lapis Chryſolitus ſit aut Hyacinthus ut diuerſi ītерpretes uolūt: ad cuius coloris ſimilitudinem dei ſpecies ſcribatur: quare ionas ꝓpheta Tharſis ire uelle dicat: & ſalomon & ioſaphat in regnorū libris naues habuerint quæ de Tharſis ſolitæ ſūt exercere cōmercia. Ad qd' facilis é reſpōſio. Omonymū eſſe uocabulū: q̄ & indiæ regio ita appellauit & ita etiā ipſū mare: q̄a cæruleū ſit & ſæpe ſolis radiis p̄cuſſum colorē ſupradictoꝝ lapidū trahat: & a colore nomē acceperit. licet ioſephus. Tau littera ob mutata græcos putet Tharſū appellare pro Tharſis. Innumerabília ſūt quæ in illius mihi cōmētariis ſordere uiſa ſūt. Et quidē ſermo cōpoſitus: & Gallicano coturno fluēs. Sed qd ad ītерpretē. Cuius ꝓfeſſio eſt: nō quō ipſe diſertus appareat. ſed quō eū qui lecturus eſt. ſic faciat ītelligere. quō ipſe intellexit qui ſcripſit? Rogo: non habuerat de cē Origenis uolumina? Non interpretes cæteros? Nō certe aliquos neceſſarios hebræoꝝ? Vt aut interrogaret: aut legeret: qd ſibi uellent: q̄ ignorabat. Sed tam male uideť æſtimaſſe de cæteris: ut nemo poſſit de eius erroribus iudicare. Fruſtra ergo a me eiuſdē uiri cōmētarios poſtulas: cū mihi in illis multo diſpliceant plura: q̄ placeant. Quod ſi oppoſueris cur cæteris dederī: audies nō oēs eiſdē ueſci debere cibís. Ieſus in deſerto plures hordeaceis panibus paſcit: frumētaceis pauciores Corinthii in q̄bus audiebať fornicatio: qualis nec inter gentes: lacte paſcunť: qui necdū poterant ſolidū cibū capere. Epheſii aūt in q̄bus nullū crimē arguitur ab ipſo domino cæleſti ueſcunť pane: & ſacramētū qd' a ſæculis abſcōditū fuerat agnoſcūt. Neq; uero eoꝝ qui a me exemplaria acceperūt uel auctoritate uel ætate ducaris. cū & daniel puer ſenes iudicet: & amos paſtor capraꝝ in ſacerdotiū princeps inueniať.

Incipit q̄ntus tractatus ſecūdæ partis principalis. Vbi de ſcriptoribus græcis atq; latinis diuerſis ītерpretibus ac optimo mō ītерpretādi ac ſcribēdi genere tractat. Argumentū í librū uiroꝝ illuſtriū: ex epiſtola beati Hieronymi ad Deſideriū excerptū.

Cripſi librū de uiris illuſtribus ab apoſtolis uſq; ad noſtrā ætatē: imitatus Trāq̄llū græcūq; Apollonium. Et poſt catalogū plurimorū me quoq; in calce uoluminis: q̄ſi abortiuū & minimū oīum xp̄ianoꝝ poſui ubi mihi neceſſe fuit: uſq; ad quartūdecimū annū Theodoſi principis q̄ ſcripſerī breuiter annotare.

Prologus.

Ortaris Dexter ut trāq̄llū ſeq̄ns eccleſiaſticos ſcriptores ī ordīe digerā: & qd ille í enumerādis gētiliū litteraꝝ uiris fecit illuſtribus: ego í nr̄is faciam ideſt ut a paſſione xp̄i uſq; ad. xiiii. Theodoſii ꝑatoris annū oēs q̄ de ſcripturis ſanctis memoriæ aliqd ꝓdiderūt tibi breuiter exponā. Fecerūt qdē hoc idē apud græcos Hermippus: Peripateticus: Antigonus: Caryſtius: Satyrus doctus uir: & longe oīum doctiſſimus Ariſtoxenus muſicus. Apud latinos aūt Varro. Sātra nepos. Iginus: & ad cuius nos exemplū uiri ꝓuocaſti. Tranquillus: ſed non mea & illoꝝ ſimilis é cōditio. Illi enim ueteres hiſtorias annaleſq; replicantes potuerūt: q̄ſi de ingenti prato nō paruam opuſculi ſui coronā texere. Ego qd acturus ſū: q̄ nullū præuium ſequens peſſimū ut dicí magiſtrū memetipſū héo? q̄q̄ & Euſebius p̄aphili í decem eccleſiaſticæ hiſtoriæ libris maximo nobis adiumento fuerit: & ſinguloꝝ de q̄bus ſcripturi ſumus: uolumina ætates auctorū ſuorū ſæpe teſtenť. Itaq; dominum Ieſū p̄cor ut qd Cicero tuus: q̄ í rōanæ arce ſtetit eloq̄ntiæ non eſt facere dedignatus in Bruto oratoꝝ latinæ linguæ texens catalogū: id ego in eccleſiæ ſcriptoribus enumerandis digne cohortatione tua ipleam. Siqui tamen de his qui uſq; hodie ſcriptitant a me í hoc uolumine p̄termiſſi ſunt: ſibi magis q̄ mihi iputare debebunt. Neq; enī cælantes ſcripta ſua de his quæ non legi noſſe potui. Et quod aliis forſitan ſit notum mihi hoc terraꝝ angulo fuerit ignotū: certe cū ſcriptis ſuis claruerint nō magnopere noſtri ſilentii diſpendio ſuſpirabunt. Diſcant ergo Celſus Porphyrius Iulianus rabidi aduerſus xp̄m canes: diſcāt eoꝝ ſectatores: q̄ putāt eccleſiā nullos philoſophos & eloq̄ntes: nullos habuiſſe doctores: q̄ti & q̄les uiri eā fūdauerint: extruxerint: & ornauerint: & deſinát fidē nr̄am ruſticæ tantū ſimplicitatis arguere: ſuāq; potius imperitiam agnoſcant.

Explicit prologus Incipiunt capitula.

Imon petrus. Iacobus frater domini. Matthæus qui & leui dictus eſt. Iudas frater iacobi. Paulus q̄ & ante ſaulus. Barnabas q̄ & ioſeph. Lucas euangeliſta. Marcus euangeliſta. Ioannes apoſtolus & euāgeliſta. Ermes q̄ & paſtor. Philo iudæus. Lucius anneus ſeneca. Ioſephus mathatiæ filius.

Iuſtinus tyberienſis. Clæmens epiſcopus. Ignatius epus. Policarpus epus. Papias epus. Quadratus epus Ariſtides philoſophus. Agrippa caſtoris. Hegeſippus hiſtoricus. Iuſtius epus. Melito epiſcopus. Theophilus epiſcopus. Apollinaris epus. Dionyſius epus. Cynicus epus. Tatianus epus. Philippus epus. Muſanus. Modeſtus Bardeſanes epus hæreticus. Victor epus. Hirenus epus. Pantenō philoſophus. Rhodon tatiani diſcipulus. Clæmens pſbyter. Milciades. Apollonius. Serapio. Apollonius alter ſenator. Theophilus alter epus. Bachillus epus Pollicrates epus. Heraclytus epus. Maximus. Candidus. Appion. Sextus. Arabianus. Iudas. Tertullianus præſbyter. Origenes pſbyter qui Adamantius. Ammonius. Ambroſius diaconus. Tripho origenis diſcipulus. Minutius fœlix. Gaius. Berillus epus. Hippolytus epiſcopus. Alexander epiſcopus. Iulius africanus. Geminus pſbyter. Theodorus epus & gregorius. Cornelius epiſcopus. Cyprianus. Pōtianus diaconus. Dionyſius epus. Nouatianus hæreticus. Martion pſbyter. Archelaus epus. Anatholius epus. Victorinus pſbyter. Curius pſbyter Lutianus epus. Páphilus præſbyter. Phileas epus Arnobius rhetor. Firmianus rhetor. Euſebius epus. Rhetitius epiſcopus. Methodius. Iuuencus preſbyter. Euſtochius epiſcopus. Marcellus epus. Athanaſius epus. Antonius monachus. Baſilius epiſcopus. Theodorus epus Euſebius alius epus. Triphyluſ epus. Donatus hæreſiarcha Aſterius pſbyter. Lucifer epiſcopus. Euſebius alius eps. Fortunatianus epiſcopus. Achatius epiſcopus. Serapion epiſcopus. Hilarius epiſcopus. Victorius rhetor. Titus epiſcopus. Damaſus epiſcopus. Apollinaris epus. Gregorius epus. Martianus epus. Photinus hæreſiarcha. Phenadius epus. Didymus. Optatus epus. Attilius epus. Cyrillus epus. Eſitius epus. Philanius epus. Effrem diaconus. Baſilius alter epus. Gregorius alter epus. Lucius epus. Diodorus epus. Eunomius hæreſiarcha. Lucilianus epus. Letronius epus Tyberianus epus. Ambroſius epus. Euagrius epus. Ambroſius didymi diſcipulus. Maximus philoſophus. Gregorius alius epus. Ioannes epiſcopus preſbyter. Gelaſius epiſcopus. Theotimus epiſcopus. Dexter uir conſularis. Amphilotius epiſcopus. Sophronius epiſcopus. Hieronymus preſbyter.

Expliciunt capitula fœliciter.

Liber de uiris illuſtribus editus a beato Hieronymo: cui quæ addidit Gennadius annectuntur.

Imon petrus filius ioānis: ꝓuinciæ galilææ: uico bethſaida: frater andreæ apoſtoli: & princeps apoſtolorū: poſt epatum antiochenſis eccleſiæ: & ꝓdicationē diſperſionis eoꝝ: q̄ de circūciſione crediderāt: In pōto: Galatia: Cappadocia: Aſia: & Bithynia: ſecūdo claudii anno ad expugnandū ſimonē magū romā pergit. Ibiq̄. xxv. annis cathedrā ſacerdotalē tenuit: uſq; ad ultimū annum neronis: ideſt. xiiii. A quo & affixus cruci martyrio coronatus ē: capite ad terram uerſo: & in ſublime pedibus eleuatis: aſſerens ſe indignum: ut ſic crucifigeret ut dominus ſuus. Scripſit duas epiſtolas q̄ canonicæ nomiantur: quarum ſecūda a plæriſq; eius eſſe negatur: propter ſtili cum priore diſſonantiam. Sed & euangelium iuxta marcum qui audi tor eius & interprex fuit huius dicitur. Libri autem eius e quibus unus actorum eius ſcribitur. Alius euangelii. Tertius ꝓdicationis. Quartus Apocalypſis. Quintus iudicii: inter Apocryphas ſcripturas reputanē. Sepultus romæ in uaticano iuxta uiā triumphalem totius urbis ueneratione celebratur.

Acobus qui appellatur frater domini: cognomento iuſtus: ut nonnulli exiſtimant ioſeph: ex alia uxore: ut autē mihi uidetur Mariæ ſororis matris domini: cuius ioannes in libro ſuo meminit: ſi lius poſt paſſionem domini: & reſurrectionē: ſtatī ab apoſtolis hieroſolymorū epus ordiatus. Vnā tantū ſcripſit epiſtolā: q̄ de ſeptē canonicis ē: quæ & ipſa ab alio quodā ſub nomine eius edita aſſeritur. Licet paulatim tpe ꝓcedente: obtinuerit auctoritatē. Hegeſippus uicinus apoſtolicoꝝ tēporū ī quinto cōmentarioꝝ libro de iacobo narrans ait. Suſcepit eccleſiam hieroſolymæ poſt apoſtolos frater domini iacobus: cognomento iuſtus. Multi quidē iacobi uocabanē. Hic de utero matris ſanctus fuit: uinū & ſicerā non bibit: carnē nullā comedit: nunq̄ attonſus eſt: nec unctus unguēto: nec uſus balneo. Huic ſoli licitū erat īgredi ſancta ſanctorū. Siquidē ueſtibus laneis non utebaē: ſed lineis. ſoluſq; ingrediebatur templum: & fixis genibus pro populo deꝑcabatur: in tantum ut ín cameloꝝ duritiā tranſiſſe eius genua crederentur. Dicit & alia multa: q̄ enumerare longum eſt. Sed & ioſephus in. xx. libro antiquitatum refert & Clæmens in. vii. Hypotipoſeon. i. diſputationū uel informationū: mortuo Feſto qui iudeā regebat: miſſū a nerone eſſe ſucceſſo rē eius albinū. Qui cū necdū ad ꝓuinciam peruenīſſet: Auanus inquit pontifex adoleſcēs. Auani filius de genere ſacerdotali: accepta occaſione concilium congregauit. & cōpellens publice iacobum: ut xp̄m dei filium denegaret: contradicentem lapidari iuſſit: qui cum ꝓcipitatus de pinna tēpli cōfractis cruribus adhuc ſemiuiuus tendens ad cælum manus diceret. domine ignoſce eis: quod enim faciunt neſciunt. fullonis fuſte: quo rudia ueſtimenta extorqueri ſolent: in cerebro percuſſus iteriit. Tradit item ioſephus tātæ eū ſanctitatis fuiſſe: & celebritatis in populo: ut ꝓpter eius necē creditum ſit ſubuerſam eſſe hieroſolymam. Hic eſt de quo paulus apoſtolus ſcribit ad galathas dicens. Alium autē apoſtolorum uidi neminem niſi iacobum fratrem domini. Et apoſtolorum ſuper hoc crebrius acta teſtantur. Euangelium quoq; quod appellaē ſcām hebræos: & a me nuper in græcum latinumq; ſermonem tranſlatum eſt: quo & Origenes ſæpe utiē poſt reſurrectionem ſaluatoris refert. Dominus autem cum dediſſet ſindonem ſeruo ſacerdotis: iuit ad iacobum: & apparuit ei. Iurauerat enim iacobus ſe non comeſturum panem ab illa hora: qua biberat calicem domini: donec uideret dominum reſurgentem a mortuis. Rurſuſq; poſt paululū: Afferte ait dominus méſam & panem ſta timq; additur. Tulit panem: & benedixit ac fregit: & dedit iacobo iuſto: & dixit ei. Frater mi comede panem tuum quia reſurrexit filius hominis a dormientibus. xxx. itaq; annis hieroſolymis rexit eccleſiam: ideſt uſq;

ad ſeptimum neronis annum.& iuxta templum:ubi & præcipitatus fuerat ſepultus eſt.Titulum uſq; ad obſidionē Titi & ultimā Hadriani notiſſimū habuit.Quidam e noſtris in monte oliueti eum putauerunt conditum,ſed falſa eorum opinio eſt.

Atthæus qui & leui ex publicano apoſtolus primus ī iudæa ꝓpter eos:qui ex circūciſione crediderant:euangeliū chriſti hebræis litteris uerbiſq; cōpoſuit.Quod qs poſtea in græcū trāſtulerit non ſatis certū ē.Porro ipſū hebraicum habetur uſq; hodie ī cæſarienſi bibliotheca:quam pamphilus martyr ſtudioſiſſime cōſecit.mihi quoq; a nazareis:qui in berſabeæ beroza urbe ſyriæ: hoc uolumine utuntur deſcribendi facultas fuit.In quo animaduertendū q; ubicunq; euangeliſta:ſiue ex perſona ſua:ſiue ex perſona domini ſaluatoris ueteribus ſcripturis & teſtimoniis utitur:non ſequatur.lxx.tranſlatorum auctoritatem:ſed hebraicam.e quibus illa duo ſunt. Ex ægypto uocaui filium meum. Et quoniā nazareus uocabitur.

Vdas frater iacobi paruā quidē quæ de ſeptem canonicis eſt epiſtolam reliquit.Et quia de libro Enoch:q apocriphus ē in ea aſſumit teſtimoniū:a plærisq; reiicit:tamen auctoritatem uetuſtate iam & uſu meruit:& inter ſanctas ſcripturas cōputatur.

Aulus apoſtolus:qui ante ſaulus:extra numerū duodecim apoſtolorū de tribu beniamin & oppido iudææ giſcalis fuit:quo a romanis capto:cū parentibus ſuis tharſū cilice cōmigrauit:a qbus ob ſtudia legis miſſus hieroſolymam:a Gamaliele uiro doctiſſimo:cuius lucas mēinit: eruditus ē.Cū aūt iterfuiſſet necī ꝓthomartyris ſtephani:& acceptis a pōtifice tēpli epiſtolis:ad perſequē dos eos:q xp̄o crediderant:damaſcū pergeret:reuelatiōe cōpulſus ad fidem:quæ in actibus apoſtoloꝝ ſcribit:in uas electionis de perſecutore trāſlatus eſt.Cūq; primū ad p̄dicationē eius Sergius Paulus ꝓcōſul cypri credidiſſet:ab eo q; eū chriſti fidei ſubegerat:ſortitus eſt nomen:& iūcto ſibi barnaba multis urbibus pagratis:reuertenſq; hieroſolymam:a petro iacoboq; & ioanne gētiū apoſtolus ordinat'.Et qa in actibus apoſtoloꝝ pleniſſime de eius conuerſatiōe ſcriptum eſt:hoc tantū dicā:q; poſt paſſionē domini.xxv.anno:ideſt ſecundo neronis:eodem tpe quo feſtus ꝓcurator iudææ ſucceſſit fœlici:romā uinctus mittit': & biennium in libera manēs cuſtodia aduerſus iudæos de aduentu chriſti quotidie diſputauit.Sciendū aūtē in prima ſatiſfactione necdū neronis īperio roboratō:nec ī tanta erūpēte ſcelera quanta de eo narrant hiſtoriæ: Paulū a Nerone dimiſſū:ut euangelium:chriſti in occidentis quoq; partibus p̄dicaret.ſicut ipſe ſcribit in ſecunda ad timotheū:eo tpe quo & paſſus eſt:de uinculis dictat epiſtolā.In prima mea ſatiſſactiōe nemo mihi affuit ſed oēs me dereliquerunt.Nō eis īputetur.Dominus aūtē mihi affuit:& confortauit me:ut per me p̄dicatio cōpleret'.& audirent oēs gentes:& liberatus ſum de ore leonis.manifeſtiſſime leonē ꝓpter crudelitatē neronem ſignificans:ut in ſequentibus:liberatus ſum de ore leonis.Et ſtatim liberauit me dominus ab oī opere malo:& ſaluauit me ī regnū ſuū cæleſte.q; ſcilicet præſens tibi ſentiret īminere martyriū.Nā & in eadē epiſtola p̄miſerat.Ego enī iam īmolor:& tēpus reſolutiōis meæ iſtat.Hic ergo.xiiii.neronis āno eodē die quo petrus romæ pro chriſto capite truncatus:ſepultuſq; eſt in uia oſtienſi anno poſt paſſionem domini.xxxvii. Scripſit aūtē decē ad ſeptem eccleſias epiſtolas: Ad romāos unā: Ad corithios duas:ad galathas unā: Ad epheſios unam: Ad philippēſes unā: Ad theſſalonicenſes duas.Præterea ad diſcipulos ſuos: Timotheo duas. Tito unam: Philomeni unam.Epiſtola aūt quæ ferē ad hebræos non eius creditur ꝓpter ſtili ſermoniſq; diſtantiā.ſed uel barnabæ iuxta tertullianū:uel lucæ euangeliſtæ iuxta quoſdam:uel clæmētis romanæ poſtea eccleſiæ ep̄i:quem aiunt ipſam adiunctā ſententiis pauli ꝓprio ordinaſſe & ornaſſe ſermone.Vel certe qa paulus ſcribebat ad hebræos:& ꝓpter īuidiam ſui apud eos noīs:titulū in principio ſalutationis amputauerat: Scripſerat ut hebræus hebræis hebraice:ideſt ſuo eloquio diſertiſſime:ut ea quæ eloquēter ſcripta fuerant in hebræo eloquentius uerterentur ī græcū:& hanc cauſā eſſe:q a cæteris pauli epiſtolis diſcrepare uidētur. Legunt quidam & ad Laodicenſes.ſed ab omnibus expellit'.

Arnabas cyprius:qui & ioſeph:leuites.cū paulo gentiū apoſtolus ordinatus unā ad ædificationē eccleſiæ pertinētē epiſtolam cōpoſuit:quæ iter apocryphas ſcripturas legitur.Hic poſtea ꝓpter ioannem diſcipulum:qui & marcus uocabatur:ſeparatus a paulo nihilominus euangelicæ prædicationis iniunctū ſibi opus exercuit.

Vcas medicus antiochenſis:ut eius ſcripta indicant:græci ſermonis nō ignarus fuit.Sectator apoſtoli pauli:& oīs peregrinationis eius comes.ſcripſit euangelium de quo idē paulus, miſimus inquit cū illo fratrē.cuius laus eſt in euangelio per oēs eccleſias:Et ad collocēſes.Salutat uos lucas medicus chariſſimus Et ad timotheū.Lucas eſt mecū ſolus.Aliud quoq; edidit uolumen egregium:quod titulo apoſtolicarum actionum p̄notatur.Cuius hiſtoria uſq; ad biennium romæ cōmoráti paulo peruenit:ideſt uſq; ad quartum neronis annū Ex quo intelligimus in eadem urbe librū eē compoſitum. Igitur, ideſt uiſionem pauli:& Teclæ:& totā baptizati leonis fabulam:iter apocryphas ſcripturas cōputamus.Quale enim eſt:ut indiuiduus comes apoſtoli inter cæteras eius res hoc ſolum ignorauerit:Sed & tertullianus uicinus eorum temporum refert præſbyterum quendam in Aſia ideſt amatorem pauli cōuictum apud ioannem:q; auctor eſſet libri:& confeſſum ſe hoc pauli amore feciſſe:loco excidiſſe:Quidam ſuſpicantur quotienſcūq; in epiſtolis ſuis ꝓaulus dicat:iuxta euangelium meum:de lucæ ſignificare uolumine.Et lucam non ſolum ab apoſtolo paulo didiciſſe euangelium:q; cum domino in carne non fuerat.Sed & a cæteris apoſtolis quod ipſe quoq; in principio ſui uoluminis declarat dicens: Sicut tradiderunt uobis qui a principio ipſi uiderunt:& miniſtri fuerunt ſermonis.Igitur euangelium ſicut audierat ſcripſit.Acta uero apoſtolorū ſicut uiderat:compoſuit. Vixit.lxxx.&.iiii.annos:uxorem habens. Sepultus ē

conſtantinopoli. Ad quam urbem. xx. conſtantii anno oſſa eius cum reliquiis andreæ apoſtoli. tranſlata ſũt de Achia.

Arcus diſcipulus & interpres petri: iuxta ꝙ petrũ referentem audierat rogatus romæ a fratribus breue ſcripſit euangeliũ. Quod cũ petrus audiſſet: ꝓbauit: & eccleſiæ legẽdũ ſua auctoritate edidit: ſicut clæmens in ſexto υποτυποσεων. ideſt informationum libro ſcribit. Et papias hierapolitanus eps meminit huius marci & petrus in epiſtola primo ſub nomine babylonis figuraliter romam ſignificans. Salutat uos eccleſia quæ eſt in babylõe collecta. & marcus filius meus. Aſſũpto utiq; euangelio: qd' ipſe confecerat: prexit ægyptũ: & primũ alexandriæ chriſtũ annuncians cõſtituit eccleſiam tantæ doctrinæ & uitæ continentia: ut oẽs ſectatores chriſti ad exemplum ſui cogeret. Deniq; philo diſertiſſimus iudæorum uidens alexandriæ primã eccleſiam adhuc iudaizantẽ: quaſi in laudẽ gentis ſuæ librum ſuper eorum conuerſatione ſcripſit: & quomõ lucas narrat hieroſolymæ credentes omnia habuiſſe coĩa ſic ille qd' alexandriæ ſub Marco fieri doctore cernebat memoriæ tradidit. Mortuus ẽ autẽ. viii. neronis anno & ſepultus alexandriæ ſuccedente ſibi Aniano.

Oannes apoſtolus quẽ ieſus amauit plurimũ: filius zebedei: frater Iacobi apoſtoli. quem herodes poſt paſſionẽ domini decollauerat: nouiſſimus oĩum ſcripſit euangelium rogatus ab aſiæ epiſcopis aduerſus Cherintũ alioſq; hæreticos: & maxime tũc Ebionitaꝝ dogma cõſurgẽs: qui aſſerũt chriſtũ ante mariã nõ fuiſſe. unde & cõpulſus ẽ diuinã eius natiuitatẽ edicere. Sed & aliã cauſam huius ſcripturæ ferũt: quod cũ legiſſet Matthæi: Marci: & Lucæ uolumina: ꝓbauerit quidẽ textũ hiſtoriæ: & uera eos dixiſſe firmauerit: ſed unius tantũ anni ĩ quo & paſſus eſt: poſt carcerẽ ioannis hiſtoriã texuiſſe. Prætermiſſo itaq; anno: cuius acta a tribus expoſita fuerant ſuperioris tpis ante q̃ ioannes clauderet ĩ carcere geſta narrauit: ſicut manifeſtũ eſſe poterit his: q̃ diligenter quattuor euangelioꝝ uolumina legerit. Quæ res etiam diaphoniã quæ uidetur ioannis eſſe cũ cæteris tollit: & ſoluit. Scripſit aũt & unã epiſtolã: cuius exordiũ eſt. Quod fuit ab initio: qd' audiuimus: & uidimus oculis noſtris: qd' perſpeximus: & manus noſtræ contrectauerunt de uerbo uitæ. quæ ab uniuerſis eccleſiaſticis: & eruditis uiris ꝓbat'. Reliquæ autẽ duæ: q̃rum principium ẽ. Senior electæ dominæ: & natis eius: & ſequentis. ſenior Caio chariſſimo: quẽ ego diligo ĩ ueritate: ioannis p̃ſbyteri aſſerunt'. cuius & hodie alterũ ſepulchrũ apud epheſũ oſtẽditur: & nõnulli putant duas memorias eiuſdẽ ioannis euãgeliſtæ eſſe. ſuper qua re cũ per ordinẽ ad papiam auditorẽ eius uẽtũ fuerit: differemus. Quartodecimo igit' anno: ſecũdã poſt neronẽ p̃ſecutionẽ monẽte domitiano ĩ pathmos inſulam relegatus ſcripſit apocalypſim: quã interp̃tant' iuſtinus martyr & hireneus. Interfecto autẽ domitiano: & actis eius ob nimiam crudelitatẽ a ſenatu receſſis: ſub Nerua p̃cipe redit epheſum: ibiq; uſq; ad traianũ principẽ perſeueranſ: totas aſiæ fũdauit: rexitq; eccleſias: & cõfectus ſenio. lxviii. poſt paſſionẽ domini anno mortuus iuxta eandem urbem ſepultus eſt.

Ermas cuius apoſtolus paulus ad romanos ſcribẽs meminit: ſalutate Phlegontam. Hermã. Patrobã. Hermã: & qui cũ eis fratres ſũt. aſſerunt auctorẽ eſſe libri: qui appellatur paſtor: & apud quaſdam græciæ eccleſias etiã publice legi'. Re uera utilis liber: multiq; de eo ſcriptoꝝ ueterũ uſurpauerũt teſtimonia. Sed apud latinos pene ignotus eſt.

Hilo iudæus natiõe alexandrinus de genere ſacerdotum: iccirco a nobis inter ſcriptores eccleſiaſticos poni' qa librũ de prima Marci euangeliſtæ apud alexandriã ſcribẽs eccleſia: in noſtrorum laude uerſatus eſt. Nõ ſolum eos ibi. ſed in multis quoq; ꝓuinciis eſſe memorans: & habitacula eoꝝ dicẽs monaſteria. ex quo apparet talẽ primũ xp̃o credentium fuiſſe eccleſiã: quales nũc monachi eẽ nitunt': & cupiunt: ut nihil cuiuſq; ꝓprium ſit. nullus inter eos diues: nullus pauper. patrimonia egẽtibus diuidant': oratiõi uacet': & pſalmis. doctrinæ quoq; & cõtinentiæ quales & lucas refert primũ hieroſolymæ fuiſſe credentes. Aiunt hunc ſub Caio caligula romæ periclitatũ quo legatus gẽtis ſuæ miſſus fuerat. cũ ſecunda uice ueniſſet ad claudiũ: in eadẽ urbe locutum eſſe cũ apoſtolo petro: eiuſq; habuiſſe amicicias. & ob hanc cauſã etiam eccleſiam marci diſcipuli petri apud alexandriã ſectatoris ornaſſe laudibus. Extant huius præclara: & innumerabilia opera in q̃q; libros moyſi. De confuſione linguarũ Liber unus. De natura & inuentione beſtiaꝝ repentiũ: uolatiliũ. & piſciũ Libri tres. De his quæ ſenſu præcamur: & teſtamur. Liber unus. De eruditiõe Liber unus. De hærede diuinarũ rerũ Liber unus. De diuiſione æqualium & cõtrarioꝝ Liber unus. de tribus uirtutibus Liber unus. Quare quorũdã in ſcripturis mutata ſunt nomina Liber unus. De pactis Libri duo: de uita ſapientis Liber unus: de gigantibus Liber unus. ꝙ ſemnia mittãtur a deo Libri. v. Quæſtionũ & ſolutionũ in exodo. Libri. v. de tabernaculo & catalogo Libri. iiii. Necnon de uictimis & repromiſſionibus ſiue maledictis. Et de prouidentia. De iudæis De cõuerſatione uitæ De Alexandro dicente ꝙ propriam rõnem multa animalia hẽant: & ꝙ oĩs inſipiens ſeruus ſit. Et de uita noſtrorũ. librũ de quo ſupra diximus: ideſt de apoſtolicis uiris quæ & ſcripſit theodoretitii ideſt heteõ. hoc ẽ de uita cõtẽplatiua. ꝙ uidelicet cæleſtia cõtẽplent': & ſemper deũ orẽt: & ſint ab aliis iudicibus iudices. De agricultura duo De ebrietate duo. Sunt & alia eius monumenta ĩgenii: quæ in noſtras manus non ꝓuenerunt. De hoc uulgo apud græcos dicitur. νοπλατον φιλονιζει η ο φιλων πλατονιζει. ideſt aut plato philonem ſequitur: aut platonẽ philo: tanta eſt ſimilitudo ſenſuum & eloquii.

Vcius Anneus Seneca Cordubenſis Sotionis Stoici diſcipulus: & patruus Lucani poetæ: continentiſſimæ uitæ fuit: quem non ponerem in catalogo ſanctorum: niſi me illæ epiſtolæ prouocarent quæ leguntur a plurimis: pauli ad ſenecam: & ſenecæ ad paulum. In quibus cum eſſet nerõis magiſter: & illius temporis potentiſſimus: optare ſe dicit eius eẽ loci apud ſuos: cuius ſit paulus apũ

christianos.Hic ante biennium q̃ petrus & paulus coronarẽtur martyrio a neroẽ interfectus est.

Osephus mathatiæ filius ex hierosolymis sacerdos:a Vespasiano captus cũ tito filio eius relictus est hierosolymis.Hic romã ueniẽs septẽ libros iudaicæ captiuitatis iperatoribus patri filioq; obtulit.qui & bibliothecæ publicæ traditi sũt.Et ob hoc ingenii gloriã statuã quoq; meruit romæ.

Scripsit aũt & alios.xxiiii.antiquitatum libros.ab exordio mundi usq; ad.xiiii.annũ Domitiani cæsaris:Et duos archeotecos:idest conflictus aduersũ Appioné grãmaticũ alexandrinum:q̃ sub Caligula legatus missus ex parte gentiliũ cõtra Philoné:Etiã librũ uituperationem gentis iudaicæ cõtinẽtem scripserat.Alius quoq; liber eius q̃ inscribitur ϖερι αυτοκαρτυσ λογισ μου idest de potentia dicendi:inde elegans habetur.in quo & machabæorũ sunt digesta martyria.Hic enim in.xviii.antiquitatũ libro manifestissime confitetur ꝓpter magnitudinẽ signorũ xp̃m a pharisæis interfectũ:& ioannem baptistã uere prophetã fuisse:& propter interfectionẽ iacobi apostoli diruptã hierosolymam.Scripsit autem de domino ĩ hũc modum.Eodem tpe fuit iesus uir sapiens.si tamen uir eũ oportet dicere.Erat enim mirabilium patrator operum & doctor eor̃.qui libẽter uera suscipiunt:plurimos quoq; tã de iudæis:q̃ de gentibus sui habuit sectatores:& credebatur eẽ xp̃us.Cũq; inuidia nostror̃ principum cruci eũ pilatus addixisset:nihilominus q̃ eũ primum dilexerant:perseuerauerunt in fide.Apparuit enim eis tertia die uiuens.Multa & hæc & alia mirabilia:carminibus prophetarum de eo uaticinantibus:& usq; hodie christianorum gens ad hoc sortita uocabulum non defecit.

Vstus tyberiensis de prouincia galilæa conatus ẽ & ipse iudaicarũ rer̃ historiam texere:& quosdam cõmentariolos de scripturis cõponere.Sed hunc iosephus arguit mendacii.Constat aut̃ illum eo tempore scripsisse:quo & iosephus.

Læmens de quo apostolus paulus ad philippenses scribens ait.Cũ clæmente:& cæteris coopatoribus meis quor̃ noia scripta sunt in libro uitæ.Quartus post petrũ romæ epũs.Siqdẽ secundus Linus fuit:& tertius Cletus.Tãetsi plæriq; latinor̃ secundũ post petrũ apostolũ putãt fuisse clæmẽtẽ.scripsit ex ꝓsona rõanæ ecclesiæ ad ecclesiã corinthior̃ ualde utilẽ epistolã:q̃ & ĩ nõnullis locis publice legitur:quæ mihi uidetur characteri epistolæ:quæ sub pauli noie ad hebræos fertur conuenire. Sed & multis de eadem epistola non solum sensibus:sed iuxta uerbor̃ quoq; ordinem abutitur. Omnino grandis in utraq; similitudo est.Fertur & secũda eius nomine epistola:quæ ueteribus reprobatur.Et disputatio petri & appionis longo sermone conscripta:quam Eusebius in tertio historiæ ecclesiasticæ uolumine coarguit.Obiit tertio traiani anno:& nominis eius memoriã usq; hodie romæ extructa ecclesia custodit.

Gnatius antiochenæ ecclesiæ tertius:post petrũ apostolũ epũs.Cõmouẽte persecutionẽ traiano: damnatus ad bestias romã uinctus mittit.Cũq; nauigans Smyrnã uenisset:ubi polycarpus auditor ioannis epũs erat scripsit unã epistolam ad ephesios:Alterã ad magnesianos:Tertiam ad trallẽses.Quartã ad romanos:& ide regrediens scripsit ad philadelphios & ad smyrneos:Et propriam ad polycarpũ:cõmendans illi antiochensem ecclesiã:ĩ qua & de euangelio:qd̃ nuper a me translatũ est:super ꝓsona xp̃i ponit testimonium:dicẽs.Ego uero & post resurrectionẽ in carne eũ uidi.Et credo qa sit:& quãdo uenit ad petrũ.& ad eos qui cum petro erant:& dixit eis.Ecce palpate me:& uidete quia non sum dæmonium icorporale.Et statim tetigerũt eũ:& crediderũt.Dignũ aut̃ uidet̃ qa tanti uiri fecimus mentionem & de epistola eius quã ad romanos scribit:pauca ponere.De Syria usq; ad romam pugno ad bestias in mari & in terra:nocte dieq; ligatus cũ decem leopardis:hoc est militibus:qui me custodiunt:qbus & cum benefecerim:peiores fiunt.Iniquitas autem eorum mea doctrina est:sed non iccirco iustificatus sum.Vtinam fruar bestiis:quæ mihi sunt præparatæ:quas & oro mihi ueloces esse ad iteritum:& ad supplicia:& allici ad comedendum me:ne sicut ad aliorum martyrum non audeant corpus attingere q̃ si uenire noluerit:ego uim faciam:ego me urgeam:ut deuorer:Ignoscite mihi filioli:quid mihi prosit:Ego scio.Nunc icipio xp̃i esse discipulus:nihil de his quæ uidentur desiderans ut iesum christum inueniam.Ignis:crux:bestiæ:cõfractio ossium:membror̃ diuisio:& totius corporis cõtritio:& tormenta diaboli:in me ueniant:tãtum christo fruar. Cũq; iã damnatus esset ad bestias & ardore patiendi rugientes audiret leones ait.Frumentũ xp̃i sum: dentibus bestiar̃ molar:ut panis mũdus inueniar.Passus est ãno.xi.traiani.Reliquiæ corporis eius Antiochiæ iacent extra portam daphniticam in cimiterio.

Olycarpus ioannis apostoli discipulus:& ab eo smyrnæ epũs ordinatus totius asiæ princeps fuit. Quippe qui nõnullos apostolorum & eorum qui uiderant dominum:magistros habuerit:& uiderit.Hic propter quasdam super die paschæ quæstiones:sub imperatore antonio ecclesiam ĩ urbe regente anacleto:romã uenit:ubi plurimos credentium:martionis & ualẽtini persuasione deceptos reduxit ad fidem.Cũq; ei fortuito obuiam fuisset martion:& diceret.cognoscis nos. respondit. Cognosco primogenitum diaboli.Postea uero regnante.M.Antonio.&.L.Aurelio:Commodo quarta post neronem persecutione smyrnæ sedente proconsule:& uniuerso populo in amphiteatro aduersus eum personante:igni traditus est.Scripsit ad philippenses ualde utilem epistolam:quæ usq; hodie in asiæ conuentu legitur.

Apias ioannis auditor hieropolitanus episcopus in asia quinq; tantum scripsit uolumina:quæ ꝓnotauit explanatio sermonum domini.In quibus cum se in præfatione asserat non uarias opiniones sequi.sed apostolos auctores habere ait.Considerabam quid Petrus quid Andreas dixissent quid Philippus:quid Thomas:quid Iacobus:quid Ioannes:quid Matthæus:uel alius quilibet discipulorum domini.Quid etiam Aristion & senior Ioannes discipuli domini loquantur. Non enim tantũ

mihi libri ad legendum prosunt: quantum uiua uox: & usq; hodie in suis auctoribus personant. Ex quo apparet ex ipso catalogo nominū: alium esse ioannem: qui inter apostolos ponit: & alium seniorē ioannē: quē post Aristionē enumerat. Hoc aūt diximus ꝓpter superiorē opinionē: quā a plærisq; retulimus traditā: duas posteriores epistolas ioannis: nō apostoli esse sed p̄sbyteri. Hic dicit mille annorū iudaicā edidisse uēo idest nouitatem: quem secuti sunt Hiræneus & Apollinaris: & cæteri qui post resurrectionem aiunt in carne cū sanctis dominum regnaturum. Tertullianus quoq; in libro de spe fideliū. & Victorinus pictauiensis: & Lactantius hac opinione ducuntur.

Vadratus apostolorū discipulus Publio athenaꝝ epō ob xp̄i fidē martyrio coronato: in locum eius substituit: & ecclesiā grandi terrore dispersam fide & industria sua cōgregat. Cūq; Hadrianus athenis exegisset hyemē Symmistesq; Eleusinæ in oibus pene græciæ sacris initiatus dedisset occasionem his qui christianos oderant. absq; p̄cepto imperatoris uexare credentes: porrexit ei libellum pro religiōe nostra cōpositum: ualde utilē. plenūq; rōnis & fidei: & apostolica doctrina dignū. In quo & antiquitatē suæ ætatis ostendens ait plurimos a se uisos: q; sub domino uariis in iudæa oppressi calamitatibus: sanati fuerant. & qui a mortuis resurrexerant.

Ristides athenien sis philosophus eloquentissimus: & sub pristino habitu discipulus christi uolumen nostri dogmatis rationem continens: eodem tempore quo & Quadratus Hadriano principi dedit: idest Apologeticum pro christianis: quod usq; hodie perseuerans apud silogos ingenii eius pro iudicio est.

Grippa cognomento Castoris: uir ualde doctus aduersum. xxiiii. Basilidis hæretici uolumina: q̄ i euangelium confecerat: fortissime disseruit: prodens eius uniuersa mysteria: & prophetas enumerans Barrabā & Barthecab: & ad terrorē audientium alia q̄dam barbara noia: & deum maximum eius Abraxas: qui quasi annū continens iuxta græcorum numerum suppet. Mortuus ē autem Basilides: a quo Gnostici i alexandria temporibus hadriani qua tempestate & Chocebas dux iudaicæ factionis xp̄ianos uariis suppliciis enecauit.

Gesippus uicinus apostoloꝝ: tempoꝝ: & omnes a passione domini usq; ad suam ætatē ecclesiasticoꝝ operum texens historias: multaq; ad utilitatē legentium pertinentia hincinde congregās quinq; libros cōposuit: sermōe simplici. ut quoꝝ uitam sectabat: dicendi quoq; exprimeret characterē: asserēs se uenisse sub Aniceto Romā: qui decimus post petrū eps fuit: & perseuerasse usq; ad Eleutherium eiusdem urbis episcopum: qui Aniceti quondam diaconus fuerat. Præterea aduersū idola disputans quo primum errore creuisset subtexit historiam. Ex quo ostendit qua floruerat ætate. Ait. n. tumulos mortuis: templaq; fecerunt sicut usq; hodie uidemus: e quibus est & Antinous seruus hadriani cæsaris: cui & Gymnicus agon exercetur. apud Antinoum ciuitatem: quam ex eius nomine uocatam cōdidit. & statuit ꝓphetas in tēplo. Antinoum autem in delitiis habuisse cæsar hadrianus scribitur.

Vstinus philosophus: habitu quoq; philosophorū icedens: de neapoli urbe palæstinæ ꝓ religiōe xp̄i plurimū laborauit. In tantū ut antonio quoq; p̄icipi: & filiis eius & senatui librū cōtra gētes scriptū daret: ignominiāq; crucis nō erubesceret. Et aliū librū successoribo eiusdē Antonini. M. Antonio quoq; &. L. Aurelio cōmodo dedit. Extat eius & aliā uolumē cōtra gētes: ubi de dæmonum quoq; natura disputat. Et quartum aduersus gentes cui titulū prænotauit ελεγχοσις idest castigatio Sed & alium de monarchia dei. Et alium librū quem prænotauit psalteri. Et alium de anima. Dialogus contra iudæū quē habuit aduersus triphonem principem iudæorum. Sed & cōtra martionē insignia uolumina quoꝝ hiræneus quoq; in quinto aduersus hæreses libro meminit. Et aliū librum cōtra omnes hæreses: cuius facit mentiōem i apologetico: quem dedit antonino pio. Hic cū i urbe roma haberet διατριβασ: idest ludos exercitatorios: & Crescensē Cynicū qui multa aduersum xp̄ianos blasfemabat redargueret gulosum: & mortis timidum: luxuriæq; & libidinum sectatorē. ad extremū studio eius & insidiis attractus accusatusq; ꝙ xp̄ianus esset: pro xp̄o sangninem fudit.

Elito asianus sardensis episcopus: librū imperatori. M. Antonino secundo: qui Frōtonis oratoris discipulus fuit: pro xp̄iano dogmate dedit. Scripsit quoq; & alia: de quibus ista sunt: quæ subiecimus. De pascha libros duos: De uita prophetarū librum unum. De ecclesia librum unum. De dominica librum unum. De sensibus librum unum. De fide librum unum. De lapsis librum unum De anima & corpore librum unum. De baptismate librum unum. De ueritate librum unū. De generatione xp̄i librum unum. De prophetia sua librum unum. De philoxenia librum unum. Et alium librum q̄ clauis inscribitur. De diabolo librum unum. De apocalypsi ioannis librū unum. Et elegaꝝ libros sex. Huius elegans & declamatorium ingeniū. tertullianus i septem libros quos scripsit aduersus ecclesiā pro mōtano calūniatur: dicens eū a plærisq; nostroꝝ prophetam putari.

Heophilus sextus antiochensis ecclesiæ episcopus: sub imperatore. M. Antonino secūdo: librum cōtra Martionē cōposuit: q̄ usq; hodie extat. Ferūtur eius & ad Autolicum tria uolumina. Et cōtra hæresim Hermogenis liber unus. Et aliis breues eleganteq; tractatus ad ædificationē ecclesiæ ꝓtinentes legi sub nomine eius i euāgelio & i ꝓuerbia salomonis cōmentarios: q̄ mihi cū superioꝝ uoluminū elegātia: & phrasi non uidentur cōgruere.

Pollinaris asiæ hieropolitanus episcopus sub imperatore. M. Antonino secūdo floruit: cui & insigne uolumen pro fide christianorum dedit. Extant eius & alii quinq; aduersum gentes libri. Et de ueritate duo: Et aduersum cataphrygas qui tunc primum cū Prisca & Maximilla insaniebant

uaticinantes incipiente montano.

Ionysius corinthoꝝ eccleſiæ ep̃us:tantæ eloquẽtiæ & iduſtriæ fuit:ut nõ ſolum ſuæ ciuitatis & ꝓuinciæ populos:ſed & aliaꝝ urbiũ & prouinciarum ep̃os epiſtolis erudiret.E qbus eſt una ad lacedæmonios.Alia ad athenienſes.Tertia ad nicomedienſes.Quarta ad cretẽſes.Quinta ad eccleſiã Amaſtrinã Et ad reliquas Ponti eccleſias.Sexta ad Gnoſianos:& ad pynitũ eiuſdẽ urbis epiſcopũ.Septima ad romanos quã ſcripſit ad Sotyrem epiſcopũ eoꝝ.Octaua ad Chryſophorã ſanctam fœminam.Claruit ſub imperatore Antonino ſecũdo:&.L.Aurelio cõmodo.

Ynicus cretenſis Gnoſiæ urbis ep̃s ſcripſit ad dionyſiũ corinthiorum epiſcopũ ualde elegantem epiſtolam:in qua docet:non ſemper lacte populos nutriẽdos:ne quaſi paruuli ab ultimo occupẽtur die:ſed & ſolido ueſci debere cibo:ut ĩ ſpiritalem ꝓficiant ſenectutẽ.Et hic ſub.M.Antonino ſecundo;&.L.Aurelio cõmodo floruit.

Atianus q primũ oratoriã artẽ docens nõ paruã ſibi ex arte rhetorica gloriam cõparauerat.Iuſtini martyris ſectator fuit.florẽs in eccleſia q̃diu ab eius latere nõ diſceſſit.Poſtea uero ĩflatus eloquentiæ tumore nouã cõdidit hæreſim q̃ Encratitaꝝ dicit̃:quã poſtea ſeuerus auxit:a quo eiuſdẽ patris hæretici Seueriani uſq; hodie appellant̃.Porro Tatianus ĩfinita ſcripſit uolumina. Eqbus unus cõtra gentes florentiſſimus extat liber:qui ĩter oĩa opera eius ferꝛtur ĩſignis.Et hic ſub ĩperatore .M.Antonino ſecundo;&.L.Aurelio cõmodo floruit.

Hilippus ep̃s cretenſis hoc eſt urbis cortynæ:cuius dionyſius in epiſtola ſua meminit : quã ſcripſit ad eiuſdem ciuitatis eccleſiam.Præclarũ aduerſum martionem edidit librũ.tẽporibuſq;.M. Antonini ſecũdi:&.L.Aurelii cõmodi claruit.

Vſanus nõ ignobilis ĩter eos q de eccleſiaſtico dogmate ſcripſerũt:ſub ĩperatore.M.antonino ſecũdo cõſecit libro aduerſus quoſdã fratres:q de eccleſia ad Encratitaꝝ hæreſim declinauerant. Odeſtus & ipſe ſub ĩperatore.M.antonino:&.L.aurelio cõmodo aduerſum martionẽ ſcripſit libros q uſq; hodie ꝓſeuerant.Ferunt̃ ſub nomiue eius & alia cynagmata.i.dogmata.Sed ab erudi tis:q̃ſi pſeudepigrapha.i.falſæ ſupſcriptiõis repudiantur.

Ardeſanes.ĩ meſopotamia clarus habitus eſt:q primum ualentini ſectator:deinde confutator no uam hæreſim cõdidit:ardens eius ab aſſyriis p̃dicatur ĩgenium.et ĩ diſputatione uehemẽs . Scripſit ĩfinita aduerſum omnes pene hæreticos:qui ætate eius pullulauerant.In quibus clariſſimus ille eſt & fortiſſimus liber:quẽ.M.antonino de faſto tradidit.Et multa alia ſuper ꝓſecutione uolumina:quæ ſectatores eius de ſyra lingua uerterunt ĩ græcã.Si aũt tanta uis eſt: & fulgor ĩ ĩterpretatione : q̃tam putabimus ĩ ſermone proprio?

Lector tredecimus romanæ urbis ep̃s:ſuper q̃ſtiones paſchæ utilia quidẽ ſcribens opuſcula : rexit eccleſiam ſub ſeuero principe annis decem.

Iræneus photini ep̃s:qui lugdunenſem ĩ gallia regebat eccleſiã:præſbyter a martyribns eiuſdem loci ob quaſdã eccleſiæ q̃ſtiones legatus romam miſſus:honorificas ſup nomine ſuo ad eleutherii epiſcopum profert litteras.Poſtea iã photino ꝓpe nonagenario ob xp̃i martyꝝ coronato : in loco eius ſubſtituit̃.Conſtat autem polycarpi:cuius ſupra fecimus mentiõem ſacerdotis & martyris hunc fuiſſe diſcipulnm.Scripſit quinq; aduerſus hæreſes libros:& cõtra gentes uolumen breue. Et de diſciplina aliud.Et ad martianũ fratrem de apoſtolica prædicatiõe:Et librum uariorum tractatuum: Et ad baſilicũ de ſciſmate.Et ad florinum de monarchia:ſiue q̃ deus nõ ſit cõditor malorum . Et de octaua ideſt ogdoade egregium συνταγμα:ideſt documentũ.In cuius fine ſignificans ſe apoſtolicoꝝ tempora uicinũ fuiſſe:ſic ſcripſit.Adiuro te qui tranſcribis librum iſtũ:per dominum ieſũ chriſtum:& per glorioſũ eius aduentum quo iudicaturus eſt uiuos & mortuos:ut conferas:poſtq̃ tranſcripſeris:& emendes illum ad exemplar:unde ſcripſiſti diligentiſſime.Hanc quoq; obteſtationẽ ſimiliter tranſferas:ut iueniſti ĩ exemplari. Feruntur eius & aliæ ad uictorem epiſcopum romanum de quæſtione paſchæ epiſtolæ:ĩ quibus cõmonet eũ non facile debere unitatem collegii ſcindere.Siquidem uictor multos aſiæ & orientis ep̃os q.xiiii.luna cum iudæis paſcha celebrãt:dãnãdos crediderat.In qua ſnĩa etiã hi qui diſcrepabãt ab illis Victori non dederunt manus.Floruit maxime ſub cõmodo principe:qui.M.antonino ſecũdo ĩ ĩperium ſucceſſerat.

Antenõ ſtoicæ ſectæ philoſophus iuxta quandã ueterem ĩ Alexandria cõſuetudinem:ubi a marco enangeliſta ſemper eccleſiaſtici fuere doctores:tãtæ prudẽtiæ & eruditionis:tam in ſcripturis diuinis:q̃ ĩ ſæculari litteratura fuit:ut Indiã quoq; rogatus ab illius gentis legatis a demetrio alexãdriæ ep̃o mitteret̃.ubi repperit Bartholomæũ unũ de duodecim apoſtolis:aduentum domini ieſu chriſti & matthæi euangeliũ p̃dicaſſe:qd̃ hebraicis litteris ſcriptum:reuertens alexandriã ſecũ retulit . Huius multi quidẽ ĩ ſanctã ſcripturã extant cõmẽtarii.Sed magis uiua uoce eccleſiis ꝓfuit.Docuitq; ſub ſe uero principe:& Antonino cognomento Caracalla.

Hodon genere aſianus a Tatiano de quo ſupra diximus romæ ĩ ſcripturis eruditus:edidit plurima opuſcula.præcipuũq; aduerſus martionem opus:in quo refert:quomodo ipſi quoq; inter ſe martionitæ diſcrepẽt:& appellẽ aliũ hæreticũ a ſe quondã fuiſſe cõuictũ:& riſui habitum: eo q̃ deũ quẽ coleret:ignorare ſe diceret.Meminit in eodem libro quẽ ſcribit ad Galiſtionem tatiani ſe romæ fuiſſe adiutorẽ:ſed & ĩ hexameron elegãtes tractatus cõpoſuit:& aduerſũ Cataphrigas inſigne opus. tpibuſq; cõmodi & ſeueri floruit.

Læmens alexandrinæ eccleſiæ preſbyter.Pãtheni.de quo ſupra retulimus auditor:poſt eius mor

tem alexandriæ eccleſiaſticam ſcholam tenuit catetheſeon:ideſt doctrinaꝝ magiſter fuit.Feruntur eius inſi
gnia uolumina plenaq; eruditionis & eloquentiæ tã de ſcripturis diuinis q̃ de ſæcularis litteraturæ inſtrumẽ
to:e qbus illa ſunt:Stromatũ ideſt uarietatũ octo ὑποτυπωσέων.i.informationũ libri octo aduerſus gẽtes
Liber unus.Pædagogi Libri tres:De paſcha Liber unus:De ieiunio Liber unus;De diſputatiõe Liber unus.
Et alius Liber qui ſcribit.Quiſnã diues ille ſit:qui ſaluet.De obtrectatiõe Liber unus De canonibus eccle
ſiaſticis;& aduerſum eos q iudæoꝝ ſequunt erroꝛẽ:Liber unus:quẽ proprio alexandro hieroſolymorũ epo
προσεφωνησέν ideſt oſtendit.Meminit aũt ĩ ſtromatibus ſuis uoluminis tatiani aduerſus gentes de quo ſu
pra diximus:& caſſiani cuiuſdã χωρογραφι οισ:qd opuſculũ iuenire nõ potui.necnõ & de iudæis ariſto
bolum quendã:& demetriũ:& eupolemũ ſcriptores aduerſus gẽtes refert:qui ĩ ſimilitudinem ioſephi αρχα
ιογιαν ideſt principia tẽporum moyſi & iudaicæ gentis aſſeruerũt.Extat alexãdri hieroſolymitarũ epi:qui
cũ narciſſo poſtea rexit eccleſiã epiſtola ſuper ordinatione Aſclepiadis cõfeſſoris ad antiochenſes cõgratulã
tis eis:in qua ponit in fine.Hæc uobis domini fratres ſcripta trãſmiſi:per clæmentem beatum p̃ſbyterũ: uiꝝ
illuſtrẽ:& ꝓbatum:quem uos quoq; ſcitis.& nunc plenius recognoſcetis:qui cũ huc ueniſſet: iuxta ꝓui
dentiã:& uiſitationẽ dei cõfirmauit:& auxit domini eccleſiam.Conſtat origenẽ huius fuiſſe diſcipulũ. Flo
ruit autẽ ſeueri & antonini filii eius tẽporibus.

Ilciades cuius rhodon ĩ opere ſuo:quod aduerſum Montanum:Priſcam:Maximillãq; compoſu
it:recordatur.Scripſit contra eoſdem uolumen præcipuum.et aduerſus gentes iudæoſq; Libros
alios:& principibus illius temporis apologeticum dedit.Floruit autem.M.antonini commodi
q; temporibus.

Pollonius uir diſertiſſimus ſcripſit aduerſus montanũ:Priſcũ:& Maximillã inſigne & longũ uo
lumen:ĩ quo aſſerit montanũ & ĩſanas uates periſſe ſuſpendio:& multa alia ĩ quibus de Priſca &
Maximilla refert:ſi negant eas accepiſſe munera confiteant non eſſe prophetas:qui accipiant:&
mille hoc teſtibus approbabo.Sed & ex aliis fructibus ꝓbant ꝓphetæ.Dic mihi:Crimen fucat;p
phetes?Stibio oculos linit?Prophetæ ueſtibus & gẽmis ornantur?Prophetes tabula ludit & teſſeris?Prophe
ta fœnus accipit?Reſpondeant.Vtrum hoc fieri liceat an non.meũ eſt approbare:quod fecerint.Dicit ĩ eo
dem libro.xl.eſſe annum:uſq; ad tempus quo ipſe ſcribebat librum:ex quo hæreſis cataphrygaꝝ habuerit
exordium.Tertullianus ſex uoluminibus aduerſus eccleſiam editis:quos ſcripſit de extaſi. ſeptimum ꝓprie
aduerſus apollonium elaborauit.in quo omnia quæ ille arguit:conatur defendere.Floruit autem apolloni
us ſub cõmodo ſeueroq; principibus.

Erapion undecimo cõmodi imperatoris anno antiochiæ epus ordinatus:ſcripſit epiſtolã ad car
nium & Pontium de hæreſi montani:in qua & hæc addit.Vt autem ſciatis falſi huius dogmatis
ideſt noui prophetæ ab omni mundo iſaniam reprobari:niſi uobis apollinaris beatiſſimi:qui fu
it in hierapoli aſiæ epiſcopus:litteras.Ad donium quoq; qui perſecutiõis tempore ad iudæos de
clinauerat uolumen cõpoſuit:& alium de euangelio:quod ſub nomine petri ferẽt:librũ ad rhocẽſem ciliciæ
eccleſiæ:quæ in hæreſim eius ex lectione diuerterat.Leguntur & ſparſim eius breues epiſtolæ auctoris ; ſui
αχεσι ideſt intelligentiæ:& uitæ cõgruentes.

Pollonius romanæ urbis ſenator ſub cõmodo ac ſeuero principe:ꝓditus q̃ xp̃ianus eẽt:ĩpetrato
ut rationẽ fidei ſuæ redderet:iſigne uolumen cõpoſuit:qd in ſenatu legit:& nihilominus ſnia ſe
natus ꝓ chriſto capite trũcatus eſt:ueteri apud eos obtinẽte lege abſq; negatiõe nõ dimitti chri
ſtianos:q ſemel ad eoꝝ iudiciũ pertracti eẽnt.

Heophilus Cæſariæ palæſtinæ:quæ olim Turris ſtratonis uocabat:eps:ſub ſeuero pricipe:aduer
ſũ eos;qui.xiiii.luna cũ iudæis paſcha faciebant;cũ cæteris epiſcopis ſynodicam & ualde utilem
compoſuit epiſtolam.

Achillus corinthi eps ſub eodẽ ſeuero principe clarus habitus:de paſcha ex omni q ĩ achaia erat:
epiſcopoꝝ perſona elegantẽ Librum ſcripſit.

Olycrates epheſiorum eps cum cæteris epis aſiæ;qui iuxta quandam ueterem cõſuetudinem cũ
iudæis.xiiii.luna paſcha celebrant.ſcripſit aduerſus uictorem epiſcopum romanum epiſtolã ſy
nodicã.In qua docet ſe apoſtoli ioannis & ueterum auctoritatẽ ſequi:de qua hæc pauca excerpſi
mus.Nos igit iuiolabilem celebramus diẽ:neq; addentes aliquid neq; dementes.Etenim in aſia
elementa maxima dormierunt:quæ reſurgent in die domini:quando uenturus eſt in nomine patris de cæ
lis in maieſtate ſua:& ſuſcitaturus omnes ſanctos.philippum loquor de duodecim apoſtolis qui dormiuit
hieropoli.& duas filias eius q̃ uirgies ſenuerũt:& alia filiã ſuã q̃ ſpũ ſãcto plena ĩ epheſo occubuit:Sed & ioã
nes q ſup pectus domini recubuit:& põtifex eius fuit aureã laminã ĩ frõte portãs:martyr & doctor ĩ epheſo
dormiuit:Et polycarpus epũs & martyr ſmyrnæ reqeſcit.Traſeas quoq; eps & martyr de ennia ĩ eadẽ ſmyr
næ requieſcit.Quid neceſſe eſt fugaris epiſcopi & martyris recordari:qui in laodiceam ſoporatur.& Papirii
& beati Militonis in ſancto ſpiritu eunuchi:qui ſemper domino ſeruiens poſitus eſt in ſardis.& expectat in
aduentu eius reſurrectionem.Hi omnes obſeruauerunt paſchæ diem.xiiii.luna ab euangelica traditione in
nullam partẽ declinantes:& eccleſiaſticum ſequentes canonem.Ego quoq; minimus omnium ueſtrum Po
licrates ſecundum doctrinam propinquorum meorum:quos & ſecutus ſum Septem ſiquidem fuerunt pro
pinqui mei epiſcopi:& ego octauus:Semper paſcha celebraui quando populus iudæorũ azima faciebat. Ita
q; fratres.lxv.annos ætatis meæ natus in domino:& a multis de toto orbe fratribus eruditus ꝓgrata omni
ſcriptura:non formidabo eos:qui nobis mínantur.Dixerunt enim maiores mei;Obedire deo magis opor-

tet q̄ hominibus.Hoc ꝓpterea posuit ut ingenium & auctoritatem uiri & paruo opusculo demonstraret. Floruit temporibus seueri principis eadem ætate qua narcissus hierosolymæ.

Eraclitus sub cōmodi seueriq; imperio in apostolum cōmentarios cōposuit.

Aximus sub iisdem principibus famosam quæstionem insigni uolumine uetilauit.Vnde malū: & q̄ materia a deo facta sit.

Andidus regnantibus suprascriptis in hexameron pulcherrimos tractatus edidit.

Ppion sub seuero principe similiter in hexameron tractatus fecit.

Extus sub imperatore seuero librum de resurrectione scripsit.

Rabianus sub eodē principe edidit quædam opuscula ad xp̄ianū dogma pertinentia.

Vdas de.lxx.apd̄ danielem hebdomadibus plenissime disputauit:& christoriographiam superiorū temporū: usq; ad decimū seueri ꝓduxit annū:in qua erroris arguit:q̄ aduentū antichristi circa sua tempora futurum esse dixerit.sed hoc ideo:quia magnitudo persecutionū p̄sentē mundi minabatur occasum.

Ertullianus præsbyter nūc demū primus post uictoré & apollonium latinorum ponit': ꝓuinciæ africæ ciuitatis carthaginēsis:patre cēturione ꝓcōsolari.Hic acris & uchementis ingenii sub seuero principe & antonino caracalla maxime floruit.Multaq; scripsit uolumina:q̄ quia nota sūt pluribus:p̄termittimus.Vidi ego quædam paulū cōcordiæ:qd' oppidum italiæ est senem:qui se beati cypriani iā grandis ætatis notariū:cū ipse admodū esset adolescens:romæ uidisse diceret:referreq; sibi solitum nunq̄ cyprianum absq; tertulliani lectione unā diem p̄teriisse.ac sibi crebro dicere.da magistrū uideli cet.tertullianū significans.Hic cū usq; ad mediā ætatem p̄sbyter ecclesiæ ꝑmansisset:inuidia postea & contumeliis clericoꝝ romanæ ecclesiæ:ad montani dogma delapsus:i multis libris nouæ ꝓphetiæ meminit. Specialiter aūt aduersum ecclesiam texuit uolumina:De pudicitia:De persecutione:De ieiuniis: De monogamia:De extasi libros sex:& septimū quem aduersū apollonū cōposuit.Feruntq; uixisse usq; ad decrepitā ætatē:& multa quæ non extant opuscula cōdidisse.

Rigenes:qui & Adamātius:decimo seueri pertinacis anno aduersum xp̄ianos psecutiōe cōmota a leonide patre christi martyrio coronato:cū sex fratribus & matre uidua paup relinquit':annos natus circiter decē & septē.Rem enī familiarē ob cōfessionē xp̄i fiscus occupauerat.Hic alexandriæ dispersa ecclesia decimooctauo ætatis suæ anno catetheseon idest doctrinarū opus aggressus.postea a demetrio eius urbis epō i locum clæmētis p̄sbyteri cōfirmatur:per multos annos floruit.Et cū iā mediæ eēt ætatis:& ꝓpter ecclesias achaiæ q̄ pluribus hæresibus uexabant:sub testimonio ecclesiasticæ epistolæ athenas per palæstinā pergeret:a Theochristo & alexādro cæsareæ & hierosolymitaꝝ epis p̄sbyter ordinatus:Demetrii offendit aīos:qui tanta i eū debacchatus est īsania:ut per totū mundū pro nomine eius scriberet.Et cōstat eū ante q̄ cæsareā migraret fuisse romæ sub zepherino epō:& statim alexandriā reuersū: Heraclā p̄sbyterum iteꝝ:qui sub habitu philosophi perseuerabat adiutoré sibi fecisse.

Qui qdem & post demetrium alexandrinā tenuit ecclesiam.Quantæ aūt gloriæ fuerit:hinc apparet q̄ firmianus cæsareæ eps:cū omni cappadocia eū inuitauit& diu tenuit.Et postea sub occasione sanctorū locoꝝ palæstinā ueniens diu cæsareæ i sanctis scripturis cōuersatus est.Sed & illud:quod ad māmeā matrem alexandri iperatoris religiosam fœminā rogatus uenit antiochiā:& sūmo honore habitus est. q̄q; ad philippū iperatoré:qui primus de regibus romanis xp̄ianus fuit:& ad matré eius litteras fecit.quæ usq; hodie extāt. Quis ignorat:q̄ tantum i scripturas diuinas habuerit studium:ut etiam hebræā linguā cōtra ætatis gentis, q; suæ naturā edisceret:& exceptis.lxx.interprætibus alias quoq; editiones in unum cōgregaret uolumen. aquilæ scilicet pontici:,pselitu:& theodotionis hebionei:& symmachi eiusdē dogmatis:qui i euangeliū quo q; cata matthæū scribit cōmentarios:de quo & suū dogma affirmare conat'.Præterea quintam & sextam & septimā editionē:quas etiam nos de eius bibliotheca habuimus:miro labore repperit.& cum cæteris editionibus cōparauit:& qa indicem operum eius in uoluminibus epistolarum quas ad paulā scripsimus in quadam epistola contra uarronis opera conferens posui:nunc omitto.Illud de imortali eius ingenio non tacēs q̄ Dialecticam quoq; & Geometriam:Aritmethicā:Musicā:Grāmaticam:Rhetoricā:Omniūq; philosophorū sectas ita didicit:ut studiosos quoq; sæcularium litterarum sectatores haberet:& iterpretaret' eis quotidie.cōcursusq; quotidie ad eū miri fierent:quos ille ꝓpterea recipiebat:ut sub occasione sæcularis litteraturæ in fide xp̄i eos institueret.De crudelitate autem persecutionis quæ aduersum xp̄ianos sub decio cōsurrexit:eo q̄ in religione philippi desæuiret:q̄tos interfecerit superfluum est dicere.cum etiam fabianus romanæ eccleſiæ episcopus:in ipsa occubuerit.et alexander babylasq; hierosolymoꝝ & antiochenæ eccleſiæ pōtifices in carcerem pro confessione dormierit.Et super origenis statu siquis scire uelit:quid actum sit: primum quidem de epistolis eius:quæ post persecutionem ad diuersos missiæ sunt.Deinde & de sexto eusebium cæsarienſis eccleſiasticæ historiæ libro.et pro eodem origene in.vi.uoluminibus:possit liquido cognoscere. Vixit usq; ad gallum & uolusianum:idest usq; ad.lxix.ætatis annum: & mortuus est tyri.in qua urbe & sepultus est.

Ammonius uir disertus & eruditus in philosophia eodem tempore alexandriæ clarus habitus ē qui inter multa ingenii sui & præclara monumenta etiam De consonantia moysi: & iesu elegās opus composuit:& euangelicos canones excogitauit:quos postea secutus est eusebius cæsarienſis.Hunc falso accusat porphyrius q̄ ex christiano ethnicus fuerit.Cum constet eum usq; ad extremam uitam:christianum perseuerasse.

Mbrosius primū martionites.deinde ab origine correctus eccleſiæ diaconus:& confeſſionis dominicæ gloriæ ſignis fuit.Cui ꝑ theochriſto p̄ſbytero liber origenis de martyrio ſcribitur.huius induſtria & ſūptu & iſtātia:dū uiueret adhuc infinita origenes dictanit uolumina.Sed & ipe qꝑ pe ut uir nobilis nō ſelegātis ingenii fuit:ſicut eius ad origenē epiſtolæ idicio ſūt.Obiit ante mortē origenis:& i hoc a plærisq; reꝑhēditur:q uir locuplex amici ſui egeni ſenis & pauperis nō recordatus ſit.

Riphon origenis auditor:ad quē nōnullæ eius extāt epiſtolæ:i ſcripturis erudientiſſimus fuit: qđ qdē & multa eius ſparſim oſtendūt opuſcula:ſed p̄cipuæ Liber quē cōpoſuit De uacca ruffa i deuteronomio:Et de dichotonomatibus:ideſt de qualibet ætate animalibus q̄ offerebātur i lege:q̄ cū columba & turture & abraham ponuntur i geneſi.

Inutius fœlix romæ inſignis cauſidicus ſcripſit dialogum chriſtiani & ethniti diſputantium qui octauus inſcribit.Sed & alius ſub nomine eius fertur.De fato;uel contra mathematicos:qui: cū ſit & ipſe diſerti hominis non mihi uidetur cum ſuperioris libri ſtilo conuenire.Meminit huius minutii & lactantius in libris ſuis.

Aius ſub zepherino romanæ urbis epo.& ſub antonino ſeueri filio diſputationē aduerſū ꝑculū mōtani ſectatorē ualde iſignē habuit:arguens eū temeritatis ſuper nouā ꝓphetiā defendēdā.Et i eodē uolumine epiſtolas quoq; pauli.xiii.tātū enumerans.xiiii.q̄ ferē ad hebræos:dicit nō eius eē:ſed & apud romanos uſq; hodie quaſi pauli apoſtoli nō habetur.

Erillus arabiæ botrenus eps cum aliquanto tpe glorioſæ rexiſſet eccleſiam:ad extremū lapſus i hæreſim quæ chriſtū ante icarnationē negat;ab origene correctus:ſcripſit uaria opuſcula. & maxime epiſtolas in quibus origeni gratias egit.Sed & origenis ad eū litteræ ſunt. Extat dialogus origenis & berilli i quo hæreſeos coarguitur Claruit autē ſub alexandro māmeæ filio & maximiano & gordiano qui in ꝑium ſucceſſerunt.

Ippolytus cuiuſdā eccleſiæ eps(nomē qppe urbis ſcire non potui)rōnē paſchæ tēpoꝝ canonūq; ſcripſit uſq; ad primū annū alexādri ꝑatoris.Et ſedeci annoꝝ circulū quē græci ἑξκαι δεκατεριδα uocāt: repperit.Et euſebio;q ſuper eodē paſchæ canone decē & nouē annoꝝ circulum ἐννεα καὶ δεκα τεριδα cōpoſuit:occaſionē dedit.Scripſit nōnullos in ſcriptura cōmentarios. ꝙbus hoc repperi In numeꝝ:Et in exodū:Et i cāticū cāticoꝝ.In geneſim:Et i zachariā:i eſaiam De daniele.De apocalypſi:De prouerbiis:De eccleſiaſte;De ſaul:De phitoniſſa:De antichriſto:de reſurrectione cōtra martionē:De paſcha aduerſum oēs hæreſes Et ſimilia de laude dei ſaluatoris:in qua p̄ſente origene ſe loqui i eccleſia ſignificat.In huius æmulationē ambroſius quē de martionis hæreſi ad uerā fidē correctū diximus cohortatus ē origenē i ſcripturas cōmentarios ſcribere:præbens ei ſeptē & eo amplius notarios ; eorūq; expēſas:& librariorū parē numerū.Quodq; his maius eſt icredibili quotidie ſtudio ab eo opus exigēs. Vnde i quadā epiſtola dioethē ideſt operis cōpulſorē:eū origenes uocat.

Lexander eps cappadociæ cū deſiderio ſactorū locoꝝ hieroſolymā pgeret:& narciſſus eps eiuſdē urbis iā ſenex regeret eccleſiā;& narciſſo:& multis clericis eius reuelatū ē:altera die mane intrare epm:q auditor ſacerdotalis cathedræ eē deberet.Itaq; re ita cōpleta:ut p̄dicta fuerat:cūctis i palæſtina epis in unū cōgregatis:admittēte quoq; ipo uel maxime narciſſo hieroſolymitanæ ecclеſiæ cū eo gubernaculū ſuſcepit.Hoc i fine cuiuſdā epiſtolæ quā ſcribit ad Aronitas ſup pacē eccleſiæ ait. Salutat uos narciſſus:qui ante me hic tenuit epālē locum.et nūc mecū eundē oratiōibus regit annos natus circiter.c.xvi.&c.& uos mecū præcatur:ut unū idēq; ſapiatis.Scripſit & aliam ad Antiochenſes per clæmentē p̄ſbyterū alexandriæ:de quo ſupra diximus:Necnō ad origenē Et pro origene cōtra demerium:& q̄ iuxta teſtimoniū demetrii eū p̄ſbyterum conſtituerit.Sed & aliæ ad diuerſos ferunt epiſtolæ. Ardente autē perſecutione ſub decio:quo tempore babylas antiochiæ paſſus eſt:ductus cæſareā & clauſus i carcere: ob confeſſionem chriſti martyrio coronatur.

Vlius africanus:cuius q̄nq; de tēporibus extant uolumina:ſub ꝑatore.M.aurelio antonino q macrino ſucceſſerat:legationē pro inſtauratione urbis Emaus ſuſcepit quæ poſtea Nicopolis appellata eſt.Huius ē epiſtola Ad origenem ſup q̄ſtionē ſuſannæ eo q̄ dicat i hebræo hanc fabulā nō haberi:nec cōuenire cū hebraica ueritate.a potu primi priſecoa:a potu ſchichiſæ:contra quē doctā epiſtolā ſcribit origenes.Extat eius ad Ariſtidē alia epiſtola:i qua ſupra diaphonia q̄ uideꝝ eē in genealogia ſaluatoris apud matthæū & lucā pleniſſime diſputat.

Eminus āthiochiæ eccleſiæ p̄bſbr pauca ingenii ſui monumēta cōpoſuit.Florēs ſub alexādro p̄cipe & epo urbis ſuæ Ethebruno:eo maxime tpe quo heraclas alexādrinæ eccleſiæ pōtifex ordinatus eſt.

Heodorus;q poſtea Gregorius appellatus ē.neocæſareæ ponti eps ad modū adoleſcēs ob ſtudia græcaꝝ & latinaꝝ lrāꝝ de cappadocia beritū:& ide cæſareā palæſtinæ tranſiit:iuncto ſibi fratre theodoro:Quoꝝ cū egregiā idolē uidiſſet origenes hortatus ē eos ad philoſophiā: in q̄ paulatī xp̄i fidē ſub introducēs ſui quoq; ſectatores reddidit & ꝙnquēnio itaq; eruditi ab eo remittūtur ad p̄rem.E ꝙbus theodorus proficiſcens ϖανηγυρικον ἐυχαριστιαϖ ſcripſit origeni.Et cōuocata grandi frequētia ipſo quoq; origene præſente recitauit:q uſq; hodie extat.Scripſit Et μεταφρασιν in eccleſiaſten: breuē qdē:ſed ualde utilē:Et alia huius uulgo ferunt epiſtolæ.Sed p̄cipue ſigna atq; miracula: q̄ iā epūs cū multa eccleſiarum gloria perpetrauit.

Ornelius romanæ urbis epūs:ad quē octo cypriani extāt epiſtolæ:ſcripſit epiſtolā Ad fabiū āntiochenæ eccleſiæ epiſcopū de ſynodo Romana;Italica Africana;Et aliam de nouatiano:Et de his:

qui lapſi ſunt tertiam de geſtis ſynodi:quartam ad eundem fabium ualde prolixam & nouatianæ hæreſeos 225
cauſas & anathema continentem Rexit eccleſiam ſub Gallo & Voluſiano annis.ii.cui ob xp̃i amorē marty
rio coronano ſucceſſit Lucius.

Yprianus Afer primū glorioſæ rhetoricā docuit.Exide ſuadēte p̄ſbytero Cecilio a quo & cogno
mētum ſortitus eſt:xp̃ianus factus:oēm ſubſtantiam ſuā paupibus erogauit.ac poſt nō multum
tp̄is electus etiā in p̄ſbyteꝝ:ep̄s carthaginēſis cōſtitutus eſt.Huius īgenii ſupfluū eſt indicē texe
re:cum ſole clariore ſint eius opera.Paſſus eſt ſub Valeriano & Galieno principibus p̄ſecutione
octaua eodem die quo Romæ Cornelius ſupraſcriptus:ſed non eodem anno.

Ontius diaconus cypriani uſq; ad diem paſſionis eius cum ipſo exilium ſuſtinens; egregium uo
lumen uitæ paſſionis cypriani reliquit.

Ionyſius alexandrinæ urbis ep̄s ſub heracla καθεδρεων ſcholam præſbyter tenuit.origenis uel in
ſigniſſimus auditor fuit:Hic in cypriane & africanæ ſynodi dogma conſentiēs de hæreticis ba
ptizandis ad diuerſos plurimas miſit epiſtolas:quæ uſq; hodie extāt:Sed ad fabium antiochenæ
urbis ep̄m ſcripſit de pnīa Et ad romanos p̄ hippolytum alteram:ad ſyxtum:q; ſtephāo ſucceſſe.
rat:duas epiſtolas:Et ad philemonē:Et ad dionyſiū romanæ eccleſiæ p̄ſbyteros:duas epiſtolas:Et ad eundē
dionyſiū poſt romæ ep̄m:Et ad nouatianū cauſantē q̄ inuitus romæ ep̄s ordiatus eſſet:cuius epiſtolæ hoc
exordiū eſt:Dionyſius nouatio fratri ſaluté.Si inuitus ut dicis ordinatus es;p̄babis:cū uolens ſeceſſeris.Eſt
eius ad dionyſiū Et ad didymū altera epiſtola:Et cortaſticæ de paſcha plurimo declamatorio ſermone con
ſcriptæ:Et ad alexādrinam eccleſiam de exilio: Et ad heraclam ī ægypto ep̄m Et alia de mortalitate: Et de
ſabbato:& perigymnaſio.Et ad hermanionem:Et alia de p̄ſecutiōe decii:Et duo libri aduerſum Nepotem
ep̄m qui mille ānorum corporale regnū ſuis ſcriptis aſſeuerat.In quibus Et de apocalypſi ioannis diligentiſ
ſime diſputat.Et aduerſum ſabellium Et ad damonē beronicis ep̄m:Et ad deliſpoꝝ Et ad euphrā: Et qua
tuor libri ad dionyſium romanæ urbis ep̄m:Et ad laodicenſes de pœnitentia.Item canō de pœnitentia Et
ad origenem de martyrio:Ad armenios de pnīa:De ordine dilectoꝝ:De natura ad timotheū: De tentatiōi
bus ad euphranorem:Ad baſilidē quoq; multæ epiſtolæ:in quaꝝ una ſe aſſerit etiam in eccleſiaſten cœpiſ
ſe ſcribere cōmentarios.Sed aduerſus paulum ſamoſatenum ante paucos dies q̄ moreretur:inſignis eius fer
tur epiſtola.Moritur.xii.Galieni anno.

Ouatianus romanæ urbis p̄ſbyter aduerſus corneliū cathedrā ſacerdotalē conatus inuadere:no
uatianoꝝ græce dr̄ Cheron:dogma cōſtituit:& nolens apoſtatas ſuſcipere pœnitētes.Huius au
ctor nouatus cypriani p̄ſbyter fuit.Scripſit aūt De paſcha:De ſabbato:De circūciſione: De ſacer
dote:De or̄one:De cibis iudaicis:De inſtantia:De attalo.Multaq; alia:Et de trinitate grande uo
lumē quaſi ἐπιτομὴν operis tertulliani faciens:qđ plæriq; neſciētes cypriani exiſtimant.

Alchion diſertiſſimus antiochenæ eccleſiæ p̄ſbyter:q̄ppe q̄ in eadē urbe rhetoricā florētiſſime
docuerat:Aduerſum paulū ſamoſatenū:q; antiochenæ eccleſiæ ep̄s dogma artemonis ſtauraret.
excipiētibus notariis diſputauit:q; dialogus uſq; hodie extat.ſed & alia grādis epiſtola ex p̄ſona ſy
nodi ab eo ſcripta ad dionyſiū & maximū romanæ & alexādrinæ eccleſiæ ep̄os dirigit.

Rchelaus ep̄s Meſopotamiæ:librū diſputationis ſuæ quē habuit aduerſum manichæum exeun
tem de perſide ſyro ſermone compoſuit:qui trāſlatus in græcum habetur a multis. Claruit ſub
imperatore Probo qui Aureliano Tacitoq; ſucceſſerat.

Natolius alexādrinus Laodiceæ ſyriæ ep̄s:ſub Probo & Caro impatoribus floruit.Mire doctri
næ uir in Arithmetica.Geometria.Aſtronomia.Grāmatica.Rhetorica.Dialectica. Cuius īgenii
magnitudinem de uolumīe quod ſup paſcha compoſuit:Et decem libris de Arithmeticæ inſti
tutionibus intelligere poſſumus.

Ictorinus pictauiēſis ep̄s:nō æque latinam ut græcam linguā nouerat.Vnde opa eius grādia ſe
ſibus:uiliora uidētur cōpoſitione uerboꝝ.Sūt aūt hæc cōmentaria In Geneſim:In Exodum: In
Leuiticū:In Eſaiam:In Ezechielem:In Abacuch:In Eccleſiaſtē:In cāticū Canticoꝝ:In Apocaly
pſin ioānis aduerſum oēs hæreſes.Et multa alia:ad extremū martyrio coronatus eſt.

Amphilius p̄ſbyter Euſebii Cæſarienſis epi neceſſarius tanto bibliothecæ diuino amore flagra
uit:ut maximā partem origenis uoluminū ſua manu deſcripſerit:quæ uſq; hodie in cæſariēſi bi
bliotheca reſeruaē:Sed & in.xii. pphetas.xxv.ζητησεων ideſt q̄ſtionum origenis uolumina ma
nu eius exarata repperi:Quæ tāto amplector & ſeruo gaudio:ut croeſi opes habere me credam.
Si enim læticia eſt:unam epiſtolam habere martyris:q̄to magis tot milia uerſuū:quæ mihi uidentur ſui ſan
guinis ſignaſſe ueſtigia:Scripſit ante q̄ euſebius ſcriberet Apologeticū pro origene.& paſſus eſt cæſareæ pa
læſtinæ ſub perſecutione maximi.

Vrius alexandrinæ eccleſiæ p̄ſbyter:ſub Caro & Diocletiano principibus eo tempore quo eādē
eccleſiam Theonas ep̄s regebat:florentiſſime docuit populos:& tantā ſermonis diuerſorūq; tra
ctatuū:q; uſq; hodie extant iuenit elegantiam:ut origenes iunior uocaretur.Conſtat hunc mire
ασκησεος ideſt induſtriæ:& appetitorem uoluntariæ paupertatis:ſcientiſſimumq; dialecticæ ar
tis poſt perſecutōem omne uitæ ſuæ tempus romæ fuiſſe uerſatū Huius eſt longiſſimus tractatus:De pphe
tia oſee quē in uigilia paſchæ habitū ipſe ſermo demonſtrat.

Vcianus uir diſertiſſimus:ātiochenæ eccleſiæ p̄ſbyter tātū ī ſcripturaꝝ ſtudio laborauit:ut uſq;
nūc qdā exemplaria ſcripturaꝝ Luciana nuncupentur.Feruntur eius de fide libelli: & breues ad

nonnullos epistolæ.Passus nicomediæ ob confessionem xp̄i sub persecutione maximi. sepultusq; Helenopoli bithyniæ.

Hileas de urbe ægypti:q̄ uocaſ Tynus:nobili genere:& nō paruis opibus susceptō ep̄atu elegātissimū librū de martyr̄ laude cōposuit.disputatiōeq; acto r̄ habita aduersum iudicē:q eū sacrificare cogebat:p xp̄o capite trūcaſ.eodē in ægypto p̄secutōis auctore:quo Lucianus nicomediæ.

Rnobius sub dioclitiano principe sichæ apud africam florentissime rhetoricā docuit. Scripsitq; aduersum gentes quæ uulgo extant uolumina.

Irmianus:q & Lactantius arnobii discipulus sub dioclitiano principe attritus est cū famo grammatico cuius de medicinalibus uersu cōpositi extant libri.Nicomediæ rhetoricā docuit:ac penuria discipulor̄ ob græcam uidelicet ciuitatē:ad scribendū se contulit. Hémus eius Sympoſium qđ adolescentulus scripsit africæ Et Odoporicō de africa usq; ad nicomediá exametris uersibus: Et aliū librū q̄ inscribiſ Grámaticus.Et pulcherrimū De ira dei:Et institutione diuia aduersum gentes Libros septem.Et epitomē ideſt breuiariū eius opis í Libro uno:Acefalo:Et asclepiadem Libros duos. Et de p̄secutione Librū unū.Ad probū epistolar̄ Libros quatuor.Ad seuer̄ epistolar̄ Libros duos: Ad eundem de opificio dei:uel formatione hois Librū unum.Hic extrema senectute magister cæsaris Crispi filii constātini in gallia fuit:quí postea a patre interfectus est.

Vsebius cæsareæ palæstinæ ep̄s:in scripturis diuinis studiosissimus.& bibliothecæ diuinæ cum Pamphilo martyre diligentissimus puestigator:edidit infinita uolumina.de q̄bus hæc sunt.Euágelicæ ἀπoδειξεος ideſt expositiōis Libri.xx.Euangelicæ ꝓpaſtiles Libri.xv.Theophanias Libri.v.Eccleſiasticæ historiæ Libri.x.Chronicor̄ canonum oīmodam historiam. Et eor̄ epitomē:ideſt breuiauiū.Et de euangelior̄ diaphonia.In esaia Libri.x.Et contra Porphyriū qui eodem tempore scribebat in sicilia:ut q̄dam putant:Libri.xxx.De q̄bus ad me.xx.p̄uenerūt.Topicon Librū unum. Apologias ꝓ origene Libros sex.De uita pamphili Libros tres.De martyribus.alia opuscula Et in.c.l.psalmos eruditissimos cōmentarios: Et multa alia.Floruit maxime sub constantino impatore & constantio Et ob amiciciam Pamphili martyris ab eo cognomentum sortitus est.

Hetitius Eduor̄:ideſt augustudunensis ep̄s sub constantīo celeberrimæ famæ habitus est í galliis.Legūtur eius cōmentarii In canticū canticor̄ Et aliud grande uolumen aduersus nouatianum:nec præter hoc quicq̄ eius ope r̄ repperi.

Ethodius Olympii lyciæ & postea Tyri ep̄s:nitidi cōpositiq; sermonis:aduersū porphyrium cōfecit libros:Et sympoſium decem uirginū:De resurrectione opus egregium contra origené: Et aduersus eūdem de phitonissa:Et de antexusio.In geneſi quoq; Et in canticū canticor̄ commētarios Et multa alia quæ uulgo lectitātur.Et ad extremū nouissimæ persecutionis:siue ut alii affirmant sub Decio & ualeriano in chalcide græciæ martyrio coronatus est.

Vuencus nobiliſſimi generis hiſpāus p̄sbyter quatuor euāgelia hexametris uersibus pene ad uerbum tranferens.Quatuor libros compoſuit.& nonnulla eodem metro ad sacramentor̄ ordiné pertinentia.Floruit sub constantino principe.

Vstachius genere Pamphilus Sydeces:primū Herisæ syriæ:deinde antiochenæ rexit eccleſiam:& aduersum arrianor̄ dogma componens multa sub constantino principe pulsus est in exiliū traianopolin thaciar̄:ubi usq; hodie conditus est.Extant eius uolumina.De anima.De engastrinū co aduersum origenem.& infinitæ epistolæ quas enumerare longum est.

Arcellus Anticyranus ep̄s:sub constantino & cōstantio pricipibus floruit:multaq; diuersar̄ hypotheſeon ideſt disputationū scripsit uolumina:& maxime aduersum arrianos.feruntur contra hūc asterii:& apollinaris libri sabellianæ eum hæresis arguētes:Sed & hilarius in septimo aduersum arrianos libro noīs eius quasi hæretici meminit.Porro ille defendit se nō esse dogmatis:cuius accuſaſ.sed cōmunione lulii:& Athanasii Romanæ & Alexandrinæ urbis pontificū se esse inimicum.

Thanasius alexandrinæ urbis ep̄s multas arrianor̄ perpessus insidias ad constantem galliar̄ principem fugit. Vnde reuersus cum lr̄is:& rursum post mortem eius fugatus:usq; ad iouiniani imperium latuit:a quo recepta eccleſia sub ualente moritur.Ferūtur eius aduersum gentes duo Libri:Et contra ualentem unus:Et de uirginitate:Et de persecutionibus arrianor̄ plurimi: Et de ꝑsalmorum titulis:Et historia Antonii monachi uitam continēs:Et cortapsicæ epistolæ ideſt castigatiōes solénes:Et multa alia quæ enumerare longum est.

Ntonius monachus:cuius uitam Athanasius alexādrinæ urbis ep̄s insigni uolumíe ꝓsecutus est misit ægyptiacæ ad diuersa monasteria apostolici sermonis sensusq; epistolas septē:q̄ in græcā,liguā tranſlatæ sunt:quar̄ p̄cipua ad Arsenotas.Floruit constantino & filiis eius regnantibus.

Asilius Anquiranus ep̄s artis medicæ scripsit cōtra marcellum De uirginitate Librū: Et nōnulla alia.Et sub rege cōstantio macedoniæ partis cum eustasio sebasteno princeps fuit.

Heodorus Heracleæ Thraciar̄ episcopus elegantis apertiq; sermonis & magis historicæ intelligentiæ:edidit sub constantino principe commētarios In matthæum Et í ioannem: Et in psalterium:Et in apostolum.

Vsebius Emisenus episcopus elegantis & rhetorici ingenii ínumerabiles & q̄ ad plausum populi pertinēt:confecit libros.Magisq; historiam secutus ab his quí declamare uolunt:studiosissime legitur.Et q̄bus uel p̄cipui sūt:Aduersum iudæos Et gētes Et nouatianos Ad gallathas Libri.x.

Et in euangelia homeliæ breues sed plurimæ. Floruit temporibus constãtii. sub quo & mortuus antiochiæ sepultus est.

Riphylus Cypriletrensis siue Ieuconte episcopus eloquentissimus suæ ætatis: & sub rege constantino celeberrimus fuit. Legi eius In Cantico canticoꝝ cõmentarios. Et multa alia composuisse referũt: quæ in nostras manus minime peruenerũt.

Onatus a quo Donatiani sub constante constantioq; principibus asserés a nostris scripturas inꝑsecutione ethnicis traditas: totã pene africã & maxime iudæã sua psuasione decepit. Extant eius multa ad suã hæresim ptinẽtia. Et de spiritu sancto liber arriano dogmati congruens.

Sterius Arrianæ philosophus factionis scripsit regnãte constantio In epistola ad romanos Et in euangelia Et psalmos cõmentarios Et multa alia quæ a suæ partis hoĩbus studiosimimæ legũt.

Vcifer Caralitanus eps cum pancratio & hilario romanæ ecclesiæ clericis ad Constatiu m imperatorem a liberio epo pro fide legatus missus: cum nollet sub nomĩe athanasii nicenam dãnare fidem in palæstinam relegatus miræ constantiæ: & præparati animi ad martyrium contra cõstantium imperatorem scripsit. librũq; ei legendum misit. ac non multo post sub iuliano principe caralis reuersus ualentiniano regnante obiit.

Vsebius natione Sardus & ex lectore urbis romanæ Vercellensis eps ob confessionem fidei a cõstantio principe Scytopolim & inde Cappadociam relegatus: sub iuliano imperatore ad ecclesiã reuersus edidit In psalmos commentarios eusebii cæsariẽsis: quos de græco in latinum uerterat.

Mortuus est ualentiniano & ualente regnantibus.

Ortunatianus natione Afer Aquilegiensis episcopus imperante constantio In euangelia titulis ordinatis breui & sermone rustico scripsit commentarios. Et in hoc habetur detestabilis q; liberium romanæ urbis episcopum pro fide ad exilium pgentem primus sollicitauit & fregit: & ad subscriptionem heræseos compulit.

Chatius quem quia luscus erat Monopthalmõ idest unoculum nuncupabant: Cæsariensis ecclesiæ in palæstina eps elaborauit In ecclesiasten. xvii. uolumina Et synton Et zetematon: Et multos præterea diuersoq; tractatus. In tantũ aũt sub constantio iperatore claruit: ut in liberii locũ romæ fœlicem arrianum episcopum constitueret.

Erapion inhusæos qui ob elegantiam ingenii cognomen scholastici meruit carus antonii monachi: edidit aduersum mãichæum egregiũ Librum: Et de psalmoꝝ titulis alium. Et ad diuersos utiles epistolas. Et sub constantio principe etiam in confessione inclytus fuit.

Ilarius urbis Pictauoꝝ aq̃taniæ eps factione saturnini arelatensis epi de synodo hyterensi phrygiam relegatus: duodecim aduersum arrianos confecit libros. Et aliũ librum de synodo: quẽ ad galliaꝝ epos scripsit: & ĩ psalmos cõmentarios: primum uidelicet & secundum Et a. xviii. usq; ad extremũ. In quo opere imitatus origenem nõnulla etiam de suo addidit. Est eius ad constantiũ libellus quem uiuenti constantinopoli porrexerat: Et alius in constantium: quem post mortem eius scripsit Et liber aduersum ualentem Et ursatium historiam ariminensis & seleucensis synodi continens: Et ad præfatum salustinum siue contra diascoꝝ: Et liber hymnoꝝ: Et mysterioꝝ alius: Et commentarii in matthæum: Et tractatus in iob quos de græco origenis ad sensum transtulit: Et alius elegans libellus contra auxentiũ: Et nõnullæ ad diuersos epistolæ. Aiunt q̃dam scripsisse eum In cãticum cãticoꝝ. Sed a nobis hoc opus ignoratur. Mortuus est pictauis ualentiano & ualente regnantibus.

Victorinus natione Afer romæ sub constantio principe rhetoricam docuit: & in extrema senectute xpi se tradens fidei: scripsit aduersus arrium Libros more dialectico ualde obscuros: qui & ab eruditis non intelliguntur: Et commentarios in apostolum.

Itus Botrenus eps sub iuliano & iouiniano principibus fortes aduersum manichæum scripsit Libros Et nonnulla alia. Moritur autem sub ualente.

Amasus romanæ urbis episcopus elegans in uersibus componendis ingenium habuit. multaq; & breuia metro edidit & prope octogenarius sub theodosio principe mortuus est.

Pollinaris Laodicenæ syriæ eps patre ꝓsbytero magis grãmaticis in adolescentia operam dedit. Et postea in sancta scripturas inumerabilia scribens sub theodosio imperatore obiit. Extãt eius aduersum porphyrium. xxx. Libri: qui inter cætera opera eius uel maxime ꝓbantur.

Regorius Lacticus hiliuerti eps usq; ad extremam senectutem diuersos mediocri sermone tractatus composuit. & de fide elegantem librum: hodieq; supereſſe dicitur.

Artianus Nupermei urbis barcilonæ episcopus castitate & eloquẽtia: & tam uita q̃ sermone clarus scripsit uaria opuscula: de quibus est certus & contra nouatianos. Sub theodosio principe iã ultima senectute mortuus est.

Hotinus de Gallogræcia marcelli discipulus & smyrnino episcopus ordinatus Hebionis hæresim instaurare conatus est. & postea a ualentiano principe pulsus ab ecclesia plura scripsit uolumina. In quibus uel præcipua sunt: Contra gentes: Et ad ualentinianum libri.

Henadius genus galliarum episcopus edidit contra arrianos librum: Dicunt & eius esse alia opuscula: quæ necdum legi Viuit usq; hodie decrepita senectute.

Idymus Alexãdrinus captus a pua ætate oculis: & ob id elemẽtoꝝ quoq; ignarus: tãtũ miraculũ sui oĩbus ꝓbuit ut Dialecticã quoq; & Geometriã quæ mel maxie uisu indiget: usq; ad pfectum

didicerit.Is plura opa nobilia conſcripſit.Cõmentarios in pſalmos oẽs:Cõmentarios in euangeliũ Matthæi Et Ioannis Et de dogmatibus Et cõtra arrianos Libros duos:Et de ſpiritu ſancto Librũ unum:quem ego i latinum uerti.In eſaiam tomos decẽ.In Oſeæ octo ad me ſcribens cõmentariorꝫ Libros tres:Et in zachariã meo rogatu Libros qnq;.Et infinita alia quæ dirigere proprii iudicis eſt.Viuit uſq; hodie:&.lxxxiii. ætatis ſuæ exceſſit annum.

Ptatus Aſer eps mileuitãus ex parte catholica ſcripſit ſub ualentiãe & ualentino principibus aduerſum donatianæ ptis calũniã Libros ſex:i qbus aſſerit crimẽ donatianorꝫ i nos falſo retorq̃ri.

Ttilius Seuerus in hiſpania de genere illius ſeueri:ad quem lactantii duo epiſtolarꝫ ſcribuntur libri:compoſuit uolumẽ quaſi occepyricũ:totius ſuæ uitæ ſtatũ continens tam proſa q̃ uerſibus: q; uocauit cataſtrophẽ:ideſt cõuerſatõem ſiue perã:& ſub ualentiano principe obiit.

Yrillus Hieroſolymæ eps ſæpe pulſus ab eccleſia & receptus,ad extremũ ſub theodoſio principe octo annis inconcuſſum epatum tenuit.Extant eius cathaceſes:ideſt doctrinæ quas in adoleſcentia compoſuit.

Sitius apud theſphiſium rhetorem cum gregorio nazianzeno epo adoleſcens cæſareæ eruditus eſt:& eiuſdẽ urbis eps plurimo labore corruptã bibliothecã origenis & pamphili in membranis inſtaurare conatus eſt.Ad extremum ſub theodoſio principe propter eccleſiam paſſus eſt.Ferun tur eius uarii multipliceſq; tractatus quos noſſe perfacile eſt.

Hilanius Cypri ſalamine eps ſcripſit aduerſum omnes hæreſes libros:& multa alia:quæ ab eruditis ꝓpter res:a ſimplicioribus ꝓpter uerba quoq; lectitantur.Supereſt uſq; hodie:& i extrema ſenectute uaria cudit opera.

Ffrem Edeſſenæ eccleſiæ diaconus:multa Syro ſermone cõpoſuit ad tantã uenit claritatem : ut poſt lectionem ſcripturarꝫ publice in q̃buſdam eccleſiis eius ſcripta recitentur.Legi eius de ſpiritu ſancto egregiũ uolumẽ:quod quidam de ſyriaca lingua uerterat.Et acumẽ ſublimis ingenii etiam in tranſlatione cognoui.Deceſſit ſub ualente principe.

Aſilius Cæſareæ cappadociæ quæ prius Maza uocabatur epiſcopus: egregios contra eunomiũ elaborauit libros:Et de ſpiritu ſancto uolumẽ Et in hexameron homelias.ix. Et aſtericon ideſt intellectu.Et breues uarioſq; tractatus.Moritur imperante gratiano.

Regorius Nazianzenus uir eloquentiſſimus præceptor meus a quo ſcripturas explanante didici:ad.xxx.milia uerſuũ omnia opera ſua compoſuit.E quibus illa ſunt De morte fratris cæſaris: Laudes cypriani:Laudes Athanaſii:Laudes maximi philoſophi poſt exilium reuerſi : quem falſo nomine quidam herona ſupſcripſerunt:quia eſt & alius liber uituperationem eiuſdem maximi continens:quaſi non licuerit eundem & laudare & uituperare pro tempore.Et liber hexametro uerſu uirginitatis & nuptiarꝫ contra ſe diſſerentium.Aduerſum eunomium Libri duo.De ſpiritu ſancto Liber unus. Contra iulianum imperatorem Liber unus.Secutus eſt autem polẽnonũ dicendi charactere:uiuoq; ſe epiſcopum in loco ſuo ordinans ruri uitam monachi exercuit.Deceſſitq; ante hoc & ferme triẽnium ſub theodoſio principe.

Vcius poſt anathaſiũ arrianæ ptis eps uſq; ad theodoſiũ principẽ:a quo & expulſus eſt alexãdrinã eccleſiã tenuit.Extant eius ſolẽnes De paſcha epiſtolæ Et pauci uariarꝫ hypotheſeon libelli.

Iodorus Tharſenſis eps dũ antiochiæ eẽt p̃ſbyter:magis claruit.Extant eius In apoſtolũ cõmẽtarii:& multa alia ad euſebii magis emiſſeni characterem ptinentia.Cuius cum ſenſum ſecurus ſit: eloquẽtiam imitari non potuit ꝓpter ignorantiam ſæculariũ lr̃arum.

Vnomius arrianæ partis Cizycenus eps in apertã hæreſeos ſuæ ꝓrũpens blaſſemiã:ut qđ ille tegunt:iſte publice fatereẽ uſq; hodie uiuere dr̃:in cappadocia:& multa contra eccleſiam ſcribere. Reſpõderũt ei Apollinaris Didymus Baſilius Cæſarienſis Gregorius Nazianzenus & Niſenus.

Vcillianus Abileæ eps qui factione hyẽtitii & hytatii treueris a maximo tyranno cæſus eſt:Edidit multa epuſcula:de quibus ad nos aliqua peruenerunt.Hic uſq; hodie a nonnullis gnoſtice,i. baſilidis uel marci:de quibus hireneus ſcripſit:hæreſeos accuſatur:defendentibus aliis nõ ita eũ ſenſiſſe ut arguitur.

Atrononus ꝓuinciæ hiſpaniæ ualde eruditus:& in metrico opere ueteribus cõparandus cæſus ẽ & ipſe treueris cũ Priſcilliano Fœliciſſimo Iuliano Enchrotia eiuſdem factionis auctoribus.Extant eius ingenii opera diuerſis metris edita.

Yberianus Bericus ſcripſit pro ſuſpitiõe qua cũ priſcilliano accuſabaẽ hæreſeos apologeticũ:tumenti cõpoſitoq; ſermone,poſtea poſt ſuorꝫ cædem tædio uictus exilio mutauit ꝓpoſitũ:& iuxta ſanctã ſcripturã canis reuerſus ad uomitũ ſuũ,filiã deuotã xp̃o uirginẽ mr̃imonio copulauit

Mmbroſius Mediolanẽſis eps uſq; in p̃ſentẽ diem ſcribit:De quo qa ſupeſt meũ iudiciũ ſubtraham:ne in alterutrã partẽ aut adulatio in me reꝑhendatur:aut ueritas.

Vagrius acris & feruentis ingenii:cum adhuc eſſet preſbyter diuerſarum hypotheſeon tractatus mihi legit:quos necdum edidit.Vitam quoq; beati antonii de græco Athanaſii in ſermone noſtrum tranſtulit.

Mbroſius Alexandrinus auditor Didymi ſcripſit aduerſum Apollinarem uolumen multorum uerſuum de dogmatibus.Et ut ad me nuper quodam narrante perlatum eſt:cõmentarios in Iob qui uſq; hodie ſupereſt.

Aximus philoſophus natus alexãdriæ:cõſtãtinopoli ep̃s ordinatus eſt:& pulſus ſigné de fide aduerſus arrianos ſcripſit librũ:quem Mediolani gratiano principi dedit.

Regorius Emiſenus ep̃s frater baſilii:ante paucos annos mihi & gregorio nazianzeno contra eunomium legit libros:q & multa alia ſcripſiſſe & ſcribere dicitur.

Oannes Antiochenæ eccleſiæ p̃ſbyter:euſebii emiſeni diodoriq; ſectator multa componere dicitur de quibus periperiſenes tantum legi.

Elaſius Cæſareæ palæſtinæ poſt eunomiũ epiſcopus acurati limatiq; ſermonis fertur quædam ſcribere:ſed cælare.

Heotimus Cythiemor̃ epiſcopus in morem dialogorum & ueteris eloquentiæ breues commentarioſq; tractatus edidit.Audio eum & alia ſcribere.

Exter Patiãi de quo ſupra dixi filius clarus ad ſæculum & chriſti fidei deditus: Fertur ad me omnimodam hiſtoriam texuiſſe:quam necdum legi.

Mphilotius hiconii epiſcopus nuper mihi librum legit de ſpiritu ſancto q̃ deus eſt:& q̃ adorandus quoq; & omnipotens ſit.

Ophronius uir apprime eruditus laudes Bethleem adhuc puer & nuper de ſubuerſione idoli ſerapis inſigné librum compoſuit.De uirginitate quoq; ad euſtochium Et uitam hilarionis monachi opuſcula mea in græcum eleganti ſermone tranſtulit.Pſalterium quoq; Et prophetas quos nos de hebræo in latinum uertimus.

Ieronymus p̃ſbyter patre Euſebio natus:Oppido ſtridonis:qđ a gotthis euerſum dalmatiæ quõdam pãnoniæq; confinium fuit uſq; in p̃ſentem diem ideſt ãnum Theodoſii principis.xiiii. hæc ſcripſi.Vitam Pauli monachi,Epiſtolar̃ ad diuerſos Librũ unum.Ad Heliodor̃ exhortatoriã. Altercatõem Luciferiani.& Orthodoxi:chronicon oĩmodæ hiſtoriæ.In Hieremiam & in Ezechiele homelias.xxviii.quas de greco in latinum uerti.De Seraphin & Oſanna . De frugi & luxurioſo filio. De tribus quæſtionibus legis ueteris.Homelias In Canticum cãticor̃ duas.Aduerſus Heluidium de uirginitate mariæ ꝑpetua.Ad Euſtochiũ de uirginitate ſeruanda.Ad Marcellam Librũ unũ : Conſolatoriam de morte filiæ ad Paulam.In epiſtola pauli ad galathas cõmentarior̃ Libros tres.In epiſtola ad Titũ Librum unũ.In epiſtola ad philæmoné Librum unũ.In eccleſiaſten cõmentarios quæſtionũ hebraicarum.In Geneſi Librum unũ.De locis Librum unũ:De ſpiritu ſancto didymi quem in latinũ trãſtuli Librũ unum.In Lucam homelias.xxxix.In pſalmos uſq; ad.xvi.tractatus ſex.Captiui monachi uitã & beati Hilarionis . Nouũ teſtamentũ græcæ fidei reddidi.Vetus iuxta hebraicã tranſtuli.Epiſtolar̃ aũt ad Paulã & Euſtochiũ quia quotidie ſcribũtur incertus eſt numerus.Scripſi præterea In Michæa explanationũ Libros duos.In Sophoniam Librũ unum.In Naum Librum unũ.In Abacuch Libros duos.In Aggæũ Librũ unum . Multaq; alia de opere ꝑphetali:quæ nunc habeo in manibus:& necdũ expleta ſunt,Aduerſum iouinianũ Libros duos. Et ad Pammachiũ appologeticũ & epitaphium.

Euſebii Hieronymi explicit liber uirorum illuſtrium.

Incipit uiror̃ illuſtriũ poſt hieronymũ Gẽnadius quõdã p̃ſbyter Maſſiliẽſis fœliciter:Et prĩo capitula. Iacobus. Iulius. Paulinus. Vitellius. Macrobius preſbyter. Heliodorus p̃ſbyter. Pachomius monachus. Theodorus. Oreſieſis monachus. Macharius monachus. Euagrius monachus. Theodorus alius monachus. Prudentius. Audentius ep̃s. Cõmodianus. Fauſtinus p̃ſbyter. Ruffinus p̃ſbyter. Ticonius: Seuerus p̃ſbyter. Antiochus ep̃s. Seueriãus epiſcopus. Niceas epiſcopus. Olympius ep̃s. Baciarius preſbyter. Sabacius ep̃s. Iſaac. Vrſinus. Macharius Heliodorus alius epiſcopus. Ioannes epiſcopus. Paulus ep̃s. Heluidus. Theophilus epiſcopus. Euſebius. Vigilantius p̃ſbyter. Simplicianus ep̃s. Vigilius ep̃s. Auguſtinus ep̃s. Orſius p̃ſbyter. Maximus ep̃s. Petronius ep̃s. Pelagius hæreſiarches. Innocẽtius ep̃s. Cæleſtius. Iulianus ep̃s. Lucianus p̃ſbyter. Auitus preſbyter. Paulinus ep̃s. Eutropius p̃ſbyter. Euagrius alter. Vigilius alter diaconus. Atticus ep̃s. Neſtor hæreſiarches. Cæleſtinus ep̃s. Theodorus ep̃s. Faſtidius ep̃s. Cyrillus ep̃s. Timothæus ep̃s. Leporius preſbyter. Victorinus rhetor. Caſſianus p̃ſbyter. Philippus preſbyter. Eucherius ep̃s. Vincẽtius ep̃s. Syagrius.Iſaac preſbyter. Siluanus preſbyter. Hilarius ep̃s. Paulinus. Hilarius ep̃s. Leo ep̃s. Mocimus preſbyter. Timothæus hæreſiarches. Aſclepius ep̃s. Petrus ep̃s. Paulus ep̃s. Paſtor ep̃s. Victor ep̃s. Victorinus ep̃s. Muſæus p̃ſbyter. Vincẽtius alius preſbyter. Cyrus monachus. Samuel. Claudianus p̃ſbyter. Proſper. Fauſtinus ep̃s. Seruus dei ep̃s Victor alius. Theodorus ep̃s. Gẽnadius ep̃s. Theodorus p̃ſbyter. Ioannes preſbyter.

Expliciunt capitula.

Acobus cognomẽto ſapiens Nizibene nobilis perſar̃ modo ciuitatis ep̃s unus ex numero ſub maximiano pſecutore confeſſor̃:& eor̃ qui in nicena ſynodo arriana puerſitatẽ homouſion oppoſitõe dãnarunt.Hunt uir̃ beatus Hieronymus ĩ libro uelut magnar̃ uirtutũ hoiem nominãs in catalogo ſcripturar̃ cur non poſuerit facile excuſabitur:ſi conſideremus ipſos tres uel quatuor ſyros quos poſuit interptatos in græcũ relegiſſe tractatum. Vnde conſtat eum illo tpe ignoraſſe ſyram linguã uel litteras.Et ideo q necdũ in alia uerſus eſt lingua neſciſſe ſcriptorẽ.cõphendit aũt omne opus ſuũ in.xx.Et ſex libros.idem De fide cõtra oẽs hæreſes:De charitate generali:De ieiunio:De oſone:De dilectiõe erga ꝓximũ ſpãli: De reſur-

rectione:De uita post mortem:De humilitate:De pnia:De satisfactione:De uirginitate:De sensu aiæ:De cir cūcisione:De azimi benedictōe pro quo in esaia legitur.Nō extermīatur botrus:De xp̄o quod filius dei sit & cōsubstantialis p̄ris:De castitate aduersus gentes:De constructione tabernaculi:De gentiū cōuersatione: De regno persarꝝ:De p̄secutiōe xp̄ianorꝝ composuit xp̄o minoris quidem græcorꝝ curiositatis sed maioris fiduciæ:qa diuinarꝝ scripturarꝝ auctoritate cōstructum cōprimit ora eorꝝ q̄ præsumptuosa suspi tiōe de aduētu antixp̄i uel domini nr̄i inaniter philosophātur.Moritur hic uir cōstantii temporibus & iux ta p̄ceptum patris eius Cōstantini ītra muros Nizibenis sepelitur:ob custodiam uidelicet ciuitatis qd̄ secū dum fidem cōstantini euenit.Nam post ānos īgressus iulianus nizibē:uel gloriæ sepulti inuidēs:uel fidei cō stātini:cuius ob id donum p̄sequebat iussit efferri de ciuitate sancti corporis reliqas.& post paucos menses consulendæ.r.p.iouianus impator qui iuliano successerat tradidit barbaris ciuitatem:quæ usq; hodie per sarum ditioni cum finibus suis subiecta seruit.

Vlius ro.urbis ep̄s scripsit ad dionysiū quēdā De īcarnatōe domini epistolā unā:quæ illo q̄dem tp̄e utilis uisa est aduersum eos q̄ ita duas p̄ īcarnatōem asserebāt in xp̄o personas sicut naturas. nūc autem pnitiosa p̄batur.Fomentum enim est eutichyanæ & timothianæ impietatis.

Aulunas p̄sbyter discipulus beati Effrem diaconi hō acris ualde īgenii & in diuis doctus scriptu ris:sed uiuēte magistro clarus in doctoribus ecclesiasticis fuit:& maxīe ex tpis declamator. Post illius aūt obitū amore primatus & nois separās se ab ecclesia scripsit contraria fidei multa.Huic obiturus beatus Effrem astanti dixisse fertur. Vide Pauluna ne te mittas cogitationibus. Sed cū te ad parꝝ comp̄hendisse putaueris domini crede nec itellexisse:Præsenseras.n.illū ex studiis uel sermōibus eius noua iuestigare:& imensium itellectū tenere.unde eum frequēter bardesanem nouellū uocat.

Itellius Afer donatianorꝝ schisma defendens scripsit de eo q̄ odio sint mundo dei serui: in quo si tacuisset de nostro uelut p̄secutorꝝ nostrorꝝ egregiam doctrinam ediderat.Scripsit aduersum gentes.Et aduersum nos uelut traditores ī p̄secutōe diuinarꝝ scripturarꝝ:Et ad regulā ecclesiasti cam ptinētia multa disseruit.Claruit sub constante filio cōstantini principis.

in fine tãtũmodo librorum poneret̃:& nõ interdum:aut ĩ exordio:aut ĩ calce ſermonis:ſiue ſententiæ:nunq̃ ſaluator in euangelio loqueret̃ Amen Amen dico uobis:& pauli epiſtolæ in medio illud opere continerent.Moyſes quoq; & Hieremias & cæteri in hunc modum multos haberent libros qui in mediis uoluminibus ſuis Amen frequenter ĩterſerunt.Sed & numerus uigintiduo⁹ libro⁹ hebraicorum & myſterium eiuſdẽ numeri cõmutabitur.Nã & titulus ipſe hebraicus qđ interpretatur uolumen hymno⁹:apoſtolicæ auctoritati cõgruens non plures libros ſed unum uolumen oſtẽdit.Quia igit̃ nuper cũ hebræo diſputans:q̃dam pro domino ſaluatore de pſalmis teſtimonia protuliſti: uolenſq; te illudere per ſermones pene ſingulos aſſerebat non ita haberi in hebræo:ut tu de.lxx.interpretibus opponebas:ſtudioſiſſime poſtulaſti ut poſt Aquilam & Symmachũ & Theodotionẽ:nouã editionẽ latino ſermone tranſferrem.Aiebas enĩ te magis ĩterprætum uarietate turbari:& amorem tuũ quo laberis uel trãſlatione uel iudicio meo eſſe contentũ.Vnde impulſus a te cui & quæ poſſum debeo:& quæ non poſſũ:rurſum me obtrectatorum latratibus tradidi:maluiq; te uires potius meas q̃ uoluntatẽ ĩ amicicia querere.Certe confidenter dicam:& multos huius operis teſtes citabo:me nihil dũtaxat ſententiæ de hebraica ueritate mutaſſe.Sicubi ergo editio mea a ueteribus diſcreparit:ĩterroga quẽlibet hebræo⁹ & liquido peruidebis: me ab æmulis fruſtra lacerari:qui malunt cõtemnere:uideri p̃clara q̃ diſcere:peruerſiſſimi homines. Nã cũ ſemp nouas expetant uoluptates.& gulæ eo⁹ uicina maria non ſufficiant.cur in ſolo ſtudio ſcripturaru⁹. ueteri ſapore contenti ſunt?Nec hoc dico quo p̃ceſſores meos mordea.aut qcquã ab his arbitrer detrahendũ quorũ tranſlationem diligentiſſime emendatam olim meæ linguæ hominibus dederim:ſed qđ aliud ſit in eccleſiis Chriſto credentium pſalmos legere aliud iudæis ſingula uerba calumniantibus reſpõdere. Quod opuſculum meũ ſi in græcũ ut polliceris:tranſtuleris & imperitiæ meæ doctiſſimos quoq; uiros teſtes facere uolueris: dicam tibi illud Oratianum.In ſiluam ne ligna feras:niſi q; hoc habebo ſolamen:ſi labori cõmuni intelligam mihi & laudem & uituperationem tecum eẽ cõmunẽ.Vale in chriſto.Cupio re meminiſſe mei.

Beati Hieronymi p̃ſbyteri ad Paulã & Euſtochium de ſingulis pſalmis.q ad ſingula domini ſaluatoris feſta pertineãt:& qui pſalmi & quando legi debeant.

Via me dulciſſimæ filiæ meæ in ſpe miſericordiæ dei petiſtis:ut uobis diuerſos pſalmos per ordinem ſequeſtrarem:q ubi pſalli debeant.Vos quoq; ego petii ,p me depcaremini dominum deum noſtrũ:ut dono ſuo mihi cõcedere dignaret̃:quo poſſim ſanctam petitionẽ ueſtrã arripere: uel ipſo donante cõplere:in cuius miſericordia ſperans ,put dominus cõcedere dignatus eſt ĩtellectum utilitati meæ:neceſſe habui tã ſanctæ petitioni ueſtræ pro affectu domini obedire.Pro quo opere ſi nobis gratia fuerit integre aſſignata de omnibus q̃cunq; dicta ſunt:ipſi domino noſtro oĩpotenti pro humilitate mea orantes gratias referre:q etiam aſinæ loqui p̃cepit:quæ ipſe dominus uoluit.Licet enim uniuerſi pſalmi:q requiſitus fuerit legis diuinæ:,ppemodum oĩa habeant:tamen donante deo:& domino ieſu xp̃o & ſpiritu ſancto in confeſſione trinitatis:q pſalmi proprie ad ſingulos dies feriatos domini ſaluatoris noſtri filii dei pertineãt:ſequeſtratim expoſuimus.Qui ad natalem:q ad ſãctam epiphaniam.i.ad baptiſmũ dominicum:ſiue apparitionis ſtellæ diem.Et qui in quinta feria ante paſſionem domini:& q in ipſa paſſione dominica:q in paſcha reſurrectionis ipſius domini noſtri redemptoris:& q in aſcenſione eius in cælis:q etiam in aduentu eius:& qui de iudicio futuro:& qui de ciuitate æterna ĩ qua xp̃s dominus noſter ſanctos ſuos a principio mundi uſq; in finem huius ſæculi:ſibi congregat ſecũ corregnaturos ĩ æterno regno cæleſti ſanctus dominus trinus & unus deus æternus:q etiam ad dominum deum deprecandum in letania:uel q a p̃cantibus pſalli debeant:qui etiam in natali ſanctorum dici debent.Cæteros uero pſalmos inuenies:q quotidie legendi ſunt.Omnes tamen pſalmi quotidie in toto anno per ordinem pſalli poſſunt ſecundũ cõſuetudinem eccleſiarũ & monaſteriorum.Sane qui legis conſidera:quia unus pſalmus ad multos dies ſanctos p̃tinet:& pſalmi deo multipliciter iterantur p ſingulos dies.Nam eſt pſalmus:q ubiq; pſalli poteſt.Alii iterũ ſunt:q ad unius diei figuram pertinent.ad pauſantes uero qualis perſonæ fieret:utrum religioſæ an laicæ. De pſalmis qui quinta feria ante paſſionem:aut qui in ipſa paſſione domini dicunt̃:atq; in natales ſanctorum exinde eligendi ſunt pſalmi:ita etiam de canticis prophetarum fecimus:ut non in diebus ſupradictis confuſe pſallãtur:ſed qui in quo die dici debeãt:q legis inuenies.Ad maiores operas pertinet pſalmus.lxxvii. Cathecuminis & electis.xxiiii.Per ieiuniũ.xix.triceſimuſquartus &.lxxii.De baptiſmo per paſcha.lxiiii. De lamentatiõe.cxxxi.Ad conuentionem fratrum cẽteſimus triceſimus ſecũdus.Ad benedictionẽ.cxxxiii. Vt laudes ante deum fundantur nonus.Vt pœniteat homo quinquageſimus de fixa fide decimus.De monendo centeſimuſoctauus.ut oculum pudicitiæ agas primus.De uigiliis in grabato ſextus.De iuſticia.xiiii. De

honeſta oratione.lxxxv.De cõmuniõe cũ omnibus hoĩbus uel pauperibus.xl.De natali domini.cix.De trinitate:ut nõ timeaĩ hõ.ix.De inſidiis hæreſũ tertius.De monẽdo ꝓximũ quartus.De ſpe ĩ deũ.xxii.De credulitate decimus.De oratiõe ĩ hoſe.xxix.Benedictio ſup principes.xx.De amore legis.xxvi. De tribulatiõe inimicoꝝ.xxv.Vt creatura creatorẽ laudet.cii.De martyrio.xliiii.&.l.De pſecutoribus.lxxxii.Dũ intras ad alienigenã.lxxxi.Oratio ſup agrũ.lxxxiii.Oratio nocturni tpis.xc.Oratio ad altare.xxxiii.

Ad Marcellã de collatiõe editiõis Aqlæ cũ hebræis pp qđ opus epiſtolare officiũ ĩtermiſiſſe teſtatur.

T tã paruã epiſtolã ſcriberẽ cauſæ duplicis fuit:ꝙ & tabellarius feſtinabat:& ego alio opere detẽtus hoc q̃ſi περὶ ἐργῶν.i. ſupuacaneo me occupare nolui.Quæris qdnã aliud ſit tã grande :tã neceſſariũ:quo epiſtolicæ cõfabulatiõis munus excluſũ ſit.lã qdẽ cũ uoluminibus hebræorum editionẽ Aqlæ cõfero:ne qđ forſitã pp odiũ xp̃i ſynagoga mutauetit,& ut amicæ menti fatear q̃ ad noſtrã fidẽ ptineãt roborãdã:plura repio.Nũc iã ꝓphetis.Salomõe pſalterio.regnorũꝙ libris examuſſim recẽſitis.Exodũ teneo:quẽ illi Heleſmoth uocãt:ad leuiticũ trãſiturus. Vides igit̃ ꝙ nullũ officiũ huic opi ꝓponẽdũ ẽ.Attamẽ ne Currentius forte nr̃ fruſtra cucurrerit duas epiſtolas:q̃s ad ſororẽ tuã Paulã eiuſq; pignus Euſtochiũ miſerã:huic ſermunculo annexui,ut dũ illas legeris:& in his aliquid doctrinæ pariter ac leporis inueneris:putes tibi quoꝙ ſcripta eſſe:quæ illis ſcripta ſũt. Albinã cõmunẽ matrem ualere cupio.de corpore loquor.& ſpiritu ualeat nõ ignorans.Eáꝙ per te ſalutari obſecro,& duplici pietatis officio focillari:ꝙ in una atq; eadem chriſtiana ſimul diligatur & mater.

Ad Paulinũ de duabus quæſtionibus:qbus ꝓpeditus ĩterpretatiõis officio reſpõdere nõ potuit.

Oce me ꝓuocas ad ſcribẽdũ:terres eloquẽtia:& ĩ epiſtolari ſtilo ꝓpe Tulliũ repreſentas. Quod q̃reris me paruas & ĩcõptas litterulas mittere:nõ uenit de ĩcuria :ſed de tĩore tui,ne uerboſius ad te loquens plura reꝑhendenda trãſmittã:& nauigãdi tpe tãtæ a me ſimul epiſtolæ flagitãtur:ut ſi cũcta ad ſingulos ueli ſcribere:occurrere nequeã. Vnde accidit:ut omiſſa cõpoſitiõe uerboꝝ:& ſcribentiũ ſollicitudine:dictẽ qcqd ĩ buccã uenerit:& amicũ te tãtũ meoꝝ dictorũ:nõ iudicẽ:cõſiderem duas q̃ſtiũculas tuæ litteræ ꝓferebant. Vnã quare ſit adeo iduratũ cor pharaonis:& apoſtolus dixerit:nõ uolẽtis:neq; currentis:ſed miſerentis dei:& cætera:quæ liberũ uidẽtur tollere arbitriũ. Alterã quomodo ſancti ſũt:qui de fidelibus.i.baptizatis naſcũtur:cũ ſine dono gratiæ poſtea acceptæ & cuſtoditæ ſalui eſſe nõ poſſunt.Primæ in libris περὶ ἀρχόν:quos nuper Pãmachio noſtro iubẽte interpretatus ſum. Origenes fortiſſime reſpõdet.quo detẽtus:opere:ĩplere nõ potui quod ꝓmiſerã tibi:& danielem noſtrũ rurſũ cõperẽdinaui Et qdẽ q̃uis mei amantiſſimi & egregii uiri Pãmachii:tamẽ unius uolũtatẽ in tp̃s aliud diſtuliſſem:niſi oĩs pene fraternitas de urbe eadẽ poſtulaſſet:aſſerens multos periclitari:& peruerſis dogmatibus acqeſcere. Vn de neceſſitate cõpulſus ſum trãſferre libros:ĩ qbus qdẽ mali plus q̃ boni ẽ:& hãc ſeruare mẽſurã: ut nec aderẽ qd nec demerẽ:græcãꝙ fidẽ latĩa ĩtegritate ſeruarẽ. Quoniã exẽplaria a ſupradicto fratre poteris muuuari:licet tibi græca ſufficiant:& nõ debeas turbidos noſtri ĩgenioli riuulos q̃rere:q de ipſis fontibus bibis ꝓpterea qa docto uiro loquor:& tã diuinis ſcripturis q̃ ſæculi litteris erudito.Illud dignationẽ tuã admoni tã uolo:ne me pũtes in modũ ruſtici balatronis cuncta origenis reprobare:quæ ſcripſit:qđ ĩ me criminatur Calphurnius lanarius & diſcipuli eius:& q̃ſi Dionyſiũ philoſophũ arguãt ſubito mutaſſe ſentẽtiã:ſed tãtum praua dogmata repudiare,Scio enĩ æquali maledicto eos ſubiacere:q bona mala dicũt:& illos q mala bona iudicãt:q faciũt amaꝝ dulce:& dulce amaꝝ.Aut quæ ẽ tanta ptinatia ſic laudare alicuius doctrinã:ut ſequare blaſſemiã?De ſecũdo problemate tuo Tertullianus in libris de monogamia diſſeruit aſſerens ſanctos dici fideliũ filios:quod quaſi cãdidati ſint filii:& nullis idolatriæ ſordibus polluãtur.Simulq; cõſidera:ꝙ & uaſa ſacra in tabernaculo legerimus:& cætera q̃ ad ritum cerimoniarũ pertinent:cũ utiq; ſancta eẽ nõ poſſint niſi ea quæ ſentiunt & ueneranĩ deũ.Idioma igitur ſcripturarũ ẽ:ut interdũ ſanctos pro mũdis & purificatis atq; expiatis nominet:ſicut & Berſabee ſanctificata ſcribĩ ab imunditia ſua:& ipſũ tẽplũ ſanctuariũ nominãĩ.Obſecrõ te:ne tacito mentis iudicio me aut uanitatis arguas:aut falſitatis.Teſtis ẽ enĩ cõſciẽtiæ meæ deus ꝙ ab ipſo procinctu & interpretatiõis exordio ſupradicta neceſſitas me traxit:& ſcis ipſe non bene fieri:quod occupato animo fiat.Pilleolum textura breue:charitate latiſſimũ ſenili capiti cõfouendo libenter accepi:& munere & muneris auctore lætatus.

Ad eũdẽ Paulinũ de opere Didymi de ſpiritu ſancto:quẽ ipſe propter ĩperitiã cuiuſdã qui de ſpiritu ſancto ſcripſerat tranſtulit in latinum.

Vm in babylone uerſarer.& purpuratæ meretricis eſſem colonus.& iure quiritum uiuerem. uoluĩ aliquid garrire de ſpiritu ſancto:& cœptum opuſculũ eiuſdem urbis pontifici dedicare.Et ecce olla illa:quæ ab Hieremia poſt baculũ cernit̃.a facie cœpit aquilonis ardere:& phariſæorum cõclamare ſenatus:ut nullus ſcriba ĩ eis fictus,ſed omnes quaſi ĩdito ſibi prælio doctrinarum ad uerſũ me ĩperitiæ cõuincẽdum factio cõiurat.Illico ego uelut poſtliminio hieroſolymã ſum reuerſus:& poſt Romuli caſã & ludoꝝ lupercaliũ:diuerſoriũ mariæ & ſpelũcam ſaluatoris iſpexi.Itaq; mi Pauline qa ſupra dictus pontifex Damaſus:q ad hoc opus me primus ĩpulerat:iam dormiuit in domino tã tuo q̃ uenerabilium mihi ancillarum x̃pi Paulæ & Euſtochii nunc adiutus oratu:canonicum qđ cãtare nõ potui ĩ terra aliena.hic a uobis ĩ iudæa ꝓuocatus ĩ murmuro:auguſtioꝛẽ multo locũ exiſtimãs q ſaluatoꝛẽ mũdi q̃ q fratris genuit parricidã.& ut auctoꝛẽ titulo fatear.malo alieni operis ĩterpres exiſtere:q̃ ut qdam faciunt informes corniculæ alienis me coloribus adornare.Legi dudũ de ſancto ſpiritu cuiuſdã libellos,& iuxta comici ſentẽtiã ex græcis bõis latĩa uidi nõ bona,nihil ibi dialecticũ,nihil uirile atq; diſtrictũ, qđ lectores uel ĩgratis ad

assensum trahat.sed totum flaccidum.molle.nitidum.atq; formosum.q̄situs hinc de odoribus pigmētatū. Didymus uero meus oculum habens sponsæ de cātico cāticoꝝ:& illa lumina quæ in cadētes segetes sublimare p̄cepit iesus ꝑcul altius intuetur.& antiquū nobis more reddit.ut & uidēs uocef ꝑpheta. certe q hūc legerit locū:latinoꝝ furta cognoscet.& cōtemnet riuulos.cū cœperit aurire de fontibus.Imperitus sermōe est:sed nō scia:apostolicum uiꝝ ex ipso stilo exprimēs tam sensus lumine q̄ simplicitate uerboꝝ.

Epistola Chromatii & Eliodori episcopoꝝ postulantium ex archiuis Eusebii cæsarienſis martyrilogiū perscribi.

Omino sancto fratri Hieronymo Chromatius & Eliodorus ep̄i in domīo salutem.Cum religiosissimus Augustus Theodosius mediolanēsem urbem fuisset igressus:uniuersosq; italiæ ep̄os ad se iuitaret:& cām aliquantoꝝ ep̄orum qui ex Arriana fæce suas animas ingnassent ꝓquireret:cō tigit & nostram paruitatem in eodem adesse cōcilio.In quo cum dicēda dicta essent:& diffinienda diffinita:cœpit christianissimus princeps sanctum Gregoriū ep̄m cordubensis ecclesiæ in eo p̄ferre anti stitem:q; dominico die siue ieiunās matutinas:siue nō ieiunans uespertinas explicans missas eoꝝ martyrum quoꝝ natalitia essent:plurimoꝝ noīa memoraret.Factū est ut oēs pariter statueremus ad tuam scribē charitatem:ut famosissimos seriales de archiuis sancti Eusebii cæsareæ palæstinæ ep̄i inqrens martyꝝ ad nos dirigas festa:ut possimus hoc officiū p tuam industriam in melius perfectiusq; ad honorem dei martyrum exhibere.

Beati Hieronymi respōsiua testantis Eusebiū cæsariēsem ex ānalibus ꝑpetratis a Cōstantino augusto gesta martyꝝ perscripsisse.Quoꝝ numerus tantus est:ut ultra q̄nq; milia singulis diebus p̄ter diem Calēdas ianuarii possint ascribi.

Hromatio & Eliodoro sanctis ep̄is Hieronymus p̄sbyter.cōstat dominū nr̄m iesum xp̄m oī die martyꝝ suoꝝ triūphos excipe:quoꝝ passiōes a sancto Eusebio cæsariēsi ep̄o scriptas reppimus. Nā cū cōstantinus Augustus cæsareā fuisset ingressus:& diceret ꝑmemorato antistiti: ut peteret aliq̄ beneficia cæsariēsi ecclesiæ ꝑfutura:legit respondisse eusebiū:opibus suis ditatā ecclesiā nulla petēdi beneficia necessitate cōpelli:sibi tamē desideriū īmobile extitisse:ut q̄cq̄d in republica romanorū gestū sit erga sanctos dei iudices iudicibus succedētes in uniuerso orbe romano sollicita p̄scrutatiōe monumēta publica discutiēdo ꝓquirerēt:& q martyꝝ:& a quo iudice:in q̄ ꝑuincia:uel ciuitate:q̄ ue die : q̄ passiōe p̄seuerātiæ suæ obtinuerit palmā:de ipsis archiuis sublata ipsi eusebio regio iussu dirigerēt. Vnde factum ē: ut idoneus relator existēs & ecclesiasticā historiā texeret:& oīum pene martyꝝ ꝑuinciaꝝ īperii romanorum diligēs historiographus declararet:q̄tenus oēs sacrificiū deo offerētes eoꝝ noīa meminissent:sciētes q; p die ipso quo sacrificiū offerūt:uictores diaboli extitissent:& sub martyrii sui trophœo pollētes atq; ouantes ad regē suū ꝓuenissent xp̄m.Hac de cā singuloꝝ mēsiū:singulorūq; dieꝝ festa cōscripsimus:ut iubef dignabamini perēné paruitatis nr̄æ memoriā fore credētes cū diebus oībus:p tot ānoꝝ spatia sancta sanctoꝝ noīa fuerūt festiue celebrata.Et quoniā p singulos dies diuersaꝝ ꝑuinciaꝝ:ac diuersaꝝ urbiū plus q̄ octigentoꝝ uel nōgētoꝝ miliū martyꝝ noīa sūt noīata:ut nullus dies sit:q nō ultra q̄nq; miliū nūeꝝ repiri possit ascriptus:excepto die calēdaꝝ ianuarii:cōsiderās iter īnumerabiles turbas lectoris aīum posse lacessere itra uuū mēsem:ne id eueniat succincte & breuiter:eoꝝ q sunt in amplissima festiuitate in suis locis tantum pro omnibus memoratis ꝑsecutus ea sum:ut amputato fastidio unus de omnibus sufficeret libellus ascriptus.Sane in prima parte libelli oīum apostoloꝝ festa cōscripsimus:ut dies uarii nō uideātur diuidere:quos una dignitas & apostolatus in cælesti gloria facit esse sublimes.

Beati Hieronymi ꝓlogus in librū de īfantia saluatoris ex hebræo traditū:quem ab euāgelista matthæo scriptū:sed a manichæi discipulo asserit deprauatū:& iter canonicas scripturas nō enumerādū.

Ominis sanctis ac beatissimis Chrōatio & Eliodoro ep̄is Hierōymus exiguus xp̄i seruus ī domino salutē.Qui terrā auri cōscia fodit:nō ilico arripit q̄cq̄d fossa ꝑfuderit lacerata.sed prius q̄ pōdus fulgidū uibrātis iactu ferri resplēdeat:in reuertēdis suspirādisq; cespitibus īmoraf:& spes nō aliter lucris augef.Arduū opus iniūgit.cū fuerit mihi de uestra beatitudie imperatū:q̄d nec ipse sanctus matthæus apostolus & euāgelista uoluit in apto scribi.Si enim hoc scriptum nō esset euāgelio suo: quod edidit addidisset.Sed fecit hūc libellum hebraicis lr̄is obsignatum.Quem usq;adeo nō edidit:ut hodie manu ipsius liber scriptus hebraicis lr̄is a uiris religiosissimis habeaf:q eum a suis prioribus p successus temporꝝ susceperunt.Hūc autem ipsum librū cum nūq̄ alicui transferecdū dederint:textum eius aliter atq; aliter narrauerūt.Sicq; factum est:ut a manichæi discipulo noīe Leuthon q etiam apostoloꝝ gesta falso sermone conscripsit:hic liber editus nō ædificatōis:sed subuersionis materiam exhibuerit.Etenim q talis probatur in synodo:cui merito aures ecclesiæ nō paterent.Cessent nūc oscula ntiū morsus.nō istum libellū canonicis nos supaddimus scripturis:sed ad detegendū hæreseos fallaciā apostoli atq; euāgelistæ scripta trāsferimus:In quo opere tam iubentibus ep̄is ꝓiis obtemperamus:q̄ ipiis hæreticis obuiamus.Amor ergo xp̄i est.cui satisfacimus:credentes q; nos suis orationibus adiuuent:q ad saluatoris nostri sanctam infantiam p nostram poterunt obedientiam ꝓuenire.

Librum ip̄m de infantia licet in quodam exemplari reppererim:q aniles quasdam fabulas continere uidebatur:quæ simpliciores fallere possent transcribi nolui:idignū putans in tanta sermonū Hieronymi maiestate leuia cōmisceri:quia auctoritati euangelicæ in chana galilææ initium signoꝝ saluatoris fuisse testāri repugnare uidetur.& ideo non imerito a beato papa Gelasio inter apocrypha computatur.xv.dis.C.Sancta Romana.

Beati Hieronymi ad Paulinū de omnibus diuinæ hiſtoriæ libris.ubi exēplis & rōnibus inſtruit eum in ſcripturis ſanctis ſine p̄ceptore & interp̄te nō poſſe ꝓficere:& p ſingulos p̄currens libros ſūmatim myſteria referat ſcripturaꝝ:ſe puium ſpōdens ac ſocium ſtudioꝝ ſi ſæculum dereliquerit.

Rater Ambroſius tua mihi munuſcula pferens detulit:& ſuauiſſimas lr̄as quæ a principio amiciciaꝝ fidem ꝓbatæ iam fidei & ueteris amiciciæ p̄ferebant. Vera enim illa neceſſitudo ē.& xp̄i glutino copulata quam nō utilitas rei familiaris.non p̄ſentia tantum corpoꝝ.nō ſubdola & palpans adulatio:ſed dei timor & diuinaꝝ ſcripturaꝝ ſtudia cōciliant. Legimus in ueteribus hiſtoriis quoſdam luſtraſſe ꝓuincias.nouos adiiſſe populos.maria tranſiſſe.ut eos quos ex libris nouerant: corā quoq; uiderent. Sic Pythagoras mēphiticos uates:ſic Plato ægyptum.& Archytum Tarentinū.eamq; oram Italiæ quæ quondam magna græcia dicebatur laborioſiſſime peragrauit:ut qui athenis magiſter erat & potens.cuiuſq; doctrinā achademiæ gymnaſia perſonabant:fieret peregrinus atq; diſcipulus.malens aliena ue recūde diſcere:q̄ ſua impudenter ingerere. Deniq; cum litteras quaſi toto fugientes orbe p̄ſequit̄.captus a pyratis atq; uenūdatus.etiam tyranno crudeliſſimo paruit captiuus.uinctus & ſeruus.tamen quia philoſophus:maior emente ſe fuit. Ad Titum huium lacteo eloquentiæ fonte manantem de ultimis hiſpaniæ galliarūq; finibus quoſdam ueniſſe nobiles legimus.& quos ad contemplatōem ſui roma non traxerat: unius hominis fama ꝓduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus ſæculis celebrandūq; miraculum:ut tantam urbem ingreſſi. aliud extra urbem q̄rerent. Apollonius ſiue ille magnus ut uulgus loquitur.ſiue philoſophus ut pythagorei tradūt.intrauit perſas.ptranſiuit caucaſum.albanos.ſcythas.maſſagetas.opulentiſſima indiæ regna penetrauit.& ad extremū latiſſimo phyſon amne trāſmiſſo puenit ad brachmanas:ut hiarchā i rhromo ſedentem aureo:& de Tantali fonte potantem inter paucos diſcipulos de natura:de moribus:ac ſyderū & dieꝝ curſu audiret docentē. Inde p elamitas.babylonios.chaldæos.mœdos.aſſyrios.parthos.ſyros.phœnices.arabes.palæſtinos reuerſus alexandriam:perrexit ad æthiopiam.ut gymnoſophiſtas & famoſiſſimam ſolis menſam uideret in ſabulo. Inuenit ille uir ubiq; quod diſceret:& ſemper ꝓficiens ſemper ſe melior fieret. Scripſit ſuper hoc pleniſſime octo uoluminibus philoſtratus. Quid loquar de ſæculi hominibus.cū apoſtolus paulus uas electionis & magiſter gentium qui de conſcientia tanti in ſe hoſpitis loq̄batur ait:an experimētum q̄ritis eius qui in me loquitur chriſtus? Poſt damaſcum arabiāq; luſtratam aſcēderit hieroſolymā: ut uideret petrū:& manſerit apud eum diebus.xv. Hoc enim myſterio hebdoadis & ogdoadis futurus gentium p̄dicator inſtruendus erat. Rurſumq; poſt annos.xiiii. aſſumpto barnaba & tito expoſuerit apoſtolis euangelium:ne forte in uacuū curreret:aut cucurriſſet. Habet enim neſcio quid latentis ἐνεργίας uiua uox & in aures diſcipuli de auctoris ore tranſfuſa fortius ſonat. Vnde & aſchines cum rhodi exularet: & legeretur illa demoſthenis oratio:quam aduerſus eum habuerat:mirantibus cunctis atq; laudantibus ſuſpiras ait Quid ſi ipſam audiſſetis beſtiam ſua uerba reſonantem? Nec dico q̄ ſit in me aliquid tale:quod uel poſſis a me audire uel uelis diſcere:ſed quo ardor tuus & diſcēdi ſtudium etiam abſq; nobis per ſe ꝓbari debeat. Ingenium docile & ſine doctore laudabile eſt. Non quid inuenias:ſed quid q̄ras conſideramus. Mollis cæra & ad formandum facilis etiam ſi artificis & plaſtæ ceſſent manus:tamē uirtute totum eſt quicquid eſſe poteſt. Paulus apoſtolus ad pedes gamalielis legem moyſi & ꝓphetas didiciſſe ſe gloriatur:ut armatus ſpiritalibus telis poſtea diceret confidenter. Arma enim militiæ noſtræ non carnalia ſunt ſed potētia deo ad deſtructionem munitionum conſilia deſtruentes:& omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam dei & captiuantes omnem intellectum ad obediendum chriſto:& ſubiugare parati cunctam inobediētiam. Ad timotheum ſcribit ab infantia ſacris litteris eruditum:& hortatur ad ſtudium lectionis:& ne negligat gratiam quæ data ſit ei per impoſitionem manus p̄ſbyterii. Tito p̄cipit:ut inter cæteras uirtutes epiſcopi:quem breui ſermone depinxit:ſcientiam quoq; intelligat ſcripturaꝝ. Obtinentem inquit eum qui ſecundum doctrinam eſt fidelem ſermonem:& ut potens ſit exhortari in doctrina ſana:& contradicentes reuincere. Sancta quippe ruſticitas ſolum ſibi prodeſt:& quantum ædificat ex uitæ merito eccleſiam chriſti: tantum nocet ſi deſtruentibus non reſiſtat. Malachias propheta immo per malachiam interrogauit dominus ſacerdotes legem. In tantum ſacerdotis officium eſt interrogatum reſpondere de lege. In deuteronomio. Interroga patrem tuum:& annunciabit tibi ſeniores tuos:& dicent tibi. In pſalmo quoq;.cxviii. Cantabiles mihi erāt iuſtificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. Et in deſcriptione iuſti uiri:cum eum arbori uitæ dauid q̄ eſt in paradiſo compararet:inter cæteras uirtutes etiam hoc intulit. In lege domini uoluntas eius:& in lege eius meditabitur die ac nocte. Daniel in fine ſacratiſſimæ uiſionis iuſti ait fulgent ſicut ſtellæ:& itelligētes: hoc eſt docti quaſi firmamētū. Vides quantum iter ſe diſtent iuſta ruſticitas & docta iuſticia. Alii ſtellis:alii cælo comparant̄:q̄q̄ iuxta hebraicā ueritatē utrunq; de eruditis poſſit intelligi. Ira enim apud eos legimus. Qui aūt docti fuerint fulgebunt quaſi ſplendor firmamēti:& q ad iuſticiam erudiunt multos:q̄ſi ſtellæ in ꝑpetuas æternitates. Cur dicit̄ paulus apoſtolus uas electionis? nempe quia uas legis & ſanctaꝝ ſcripturarū armariū eſt. Phariſæi ſtupent ad doctrinam domini:& mirantur in petro & ioāne qūo legem ſciāt cum lr̄as nō didicerit. Quicquid eni aliis exercitatio & quotidiana in lege meditatio tribuere ſolet:illis ſpūs ſcūs ſuggerebat.& erant iuxta quod ſcriptum eſt θεοδιδακτοῖ docibiles deo.xii.ānos ſaluator ipleuerat:& i tēplo ſedēs de q̄nibus legis iterrogās magis docet dum prudēter iterrogat niſi forte ruſticū petrū:ruſticū & ioānem dicimus.quorum uterq; dicere poterat &ſi imperitus ſermōe nō tamē ſcia.Ioānes ruſticus:piſcator indoctus. Vnde uox illa obſecro.in principio erat uerbum:& uerbum erat apud deum:& deus erat uerbum? λογος enim græce multa ſignificat. Nam & uerbū eſt:& ratio:& ſupputatio:& cauſa uniuſcuiuſq; rei per

quã ſunt ſingula q̃ ſubſiſtũt.Quæ uniuerſa recte ītelligimus in xp̃o.Hoc doctus plato neſciuit, hoc demoſthenes eloquens ignorauit.Perdam inqt ſapīam ſapientium:& prudentiam prudentiũ reprobabo.Vera ſapientia p̄det falſam ſapīam:& quanq̃ ſtultitia p̄dicatiõis in cruce ſit:tamẽ paulus ſapīam loquit̃ ītер p̄fectos Sapīam aũt non ſæculi huius nec principum quæ deſtruit̃:ſed loqtur dei ſapīam in myſterio abſconditam: quã p̄deſtīnauit ante ſæcula.Dei ſapīa xp̃s eſt.Chriſtus.n.dei uirtus & dei ſapīa.Hæc ſapīa in myſterio abſcõdita eſt:de qua & noni pſalmi titulus p̄notat̃ pro occultis filii:in quo ſunt oẽs theſauri ſapīæ & ſcīæ dei abſconditi:& q in myſterio abſcõditus erat p̄deſtinatus eſt ante ſæcula.Prædeſtīatus aũt & p̄figuratus in lege & ꝓphetis.Vnde & ꝓphetæ appellabãt̃ uidentes.qa uidebant eum:quem cæteri non uidebant. Abrahã uidit diem eius:& lætatus eſt.Apiebant̃ cæli ezechieli:q populo peccatori clauſi erãt.Reuela inqt dauid oculos meos:& conſiderabo mirabilia de lege tua.Lex.n.ſpũalis eſt:& reuelatiõe opus eſt ut intelligat̃:ac reuelata facie dei gloriam contẽplemur.Liber in Apocalypſi ſeptẽ ſigillis oſtendit̃:quem ſi dederis oī ſcienti līas ut legat:reſpondebit tibi.Nõ poſſum.Signatus eſt enim.Quanti hodie putant ſe noſſe līas:& tenẽt ſignatũ librũ nec apire poſſunt:niſi ille reſerauerit q habet clauẽ dauid:q apit & nemo claudit:claudit & nemo aperit?In actibus apoſtolorũ ſcũs eunuchus īmo uir(ſic enī eum ſcriptura cognomīat)cũ legeret eſaiam īterrogatur a philippo:putaſne ītelligis quæ legis.reſpõditq; quõ poſſum niſi aliq̃s me docuerit.Ego ut de me loquar īterim nec ſanctior ſum hoc eunucho:nec ſtudioſior:q de æthyopia.i.de extremis mũdi finibus uenit ad templũ.reliqt aulam regiã:& tantus amator legis:diuinæq; ſcīæ fuit:ut etiam ī uehiculo ſacras līas legeret:tamẽ cũ librũ teneret:& uerba domini cogitatõe p̄ciperet:lingua uolueret:labiis pſonaret:ignorabat eũ quem in libro neſciẽs uenerabat̃. Venit philippus:oſtẽdit ei ieſum:q clauſus latebat in līa.O mira doctoris uirtus.Eadẽ hora credit eunuchus,baptizat̃ & fidelis & ſanctus factus eſt.ac de diſcipulo magiſter. Plus in deſerto fonte eccleſiæ q̃ in aurato ſynagogæ tẽplo repperit.Hæc a me breuiter p̄ſtricta ſunt(neq; enim epiſtolaris anguſtia euagari longius patiebat̃)ut ītelligeres te in ſcripturis ſanctis ſine p̃uio & monſtrante ſemitas nõ poſſe ingredi.Taceo de grãmaticis:Rhetoribus:Philoſophis:Geometris:Dialecticis:Muſicis: Aſtronomis:Aſtrologis:Medicis.Quorũ ſcīa mortalibus uel utiliſſima eſt:& in tres partes ſcindit̃.in doctrinam, rõnem & uſum.Ad minores artes ueniam:& quæ non tam līgua q̃ manu admīſtrant̃:Agricolæ:Cemẽtarii: Fabri:metallorũ lignorũ ue cæſores:Lanarii quoq;:Et fullones:& cæteri q uariam ſupellectilẽ & uilia opuſcula fabricant abſq; doctore nõ poſſunt eſſe quod cupiũt.Quod medicorũ eſt.Promittũt medici:tractant fabrilia fabri.Sola ſcripturarũ ars eſt quam oẽs paſſim uendicãt.Scribimus ĩdocti doctiq; poemata paſſim. Hanc garrula anus.hanc delirus ſenex hãc ſophiſta uerboſus:hanc uniuerſi p̄ſumũt.lacerant. docent anteq̃ diſcant. Alii adducto ſupcilio grãdia uerba trutinãtur ītер mulierculas de ſacris litteris philoſophãtur. Alii diſcũt(proh pudor)a fœminis:quod uiros doceant.& ne pagꝰ hoc ſit:quadam facilitate uerborũ īmo audacía ediſſerunt aliis quod ipſi non ītelligunt.Taceo de mei ſimilibus q ſi forte ad ſcripturas ſanctas poſt ſæculares līas uenerint:& ſermone compoſito aurem populi mulſerint:qcqd dixerint:hoc legem diſputant, nec ſcire dignãtur:quid prophetæ:quid apoſtoli ſenſerint.Sed ad ſenſum ſuum in congrua aptant teſtimonia:quaſi grande ſit & non uitioſiſſimum dicendi genus deprauare ſententias:& ad uoluntatem ſuam ſcripturam trahere repugnantem:quaſi non legerimus Homero centonas:& Virgilio centonas:ac non ſic etiã Maronem ſine chriſto poſſumus dicere chriſtianum.quia ſcripſerit:Iam redit & uirgo:redeunt ſaturnia regna.Iam noua progenies cælo dimittitur alto.Et patrem loquẽtem ad filium.Nate meæ uires:mea magna potentia ſolus.Et poſt uerba ſaluatoris in cruce.Talia perſtabat memorans fixuſq; manebat. Puerilia ſunt hæc:& circulatorũ ludo ſimilia docere quod ignores immo ut cum ſtomacho loquar:nec hoc quidem ſcire quod neſcias. Videlicet manifeſtiſſima eſt geneſis:in qua de creatura mundi:de exordio generis humani: de diuiſione terræ:de confuſione linguarum:& deſcenſione uſq; ad ægyptum gentis ſcribitur hebræorum. Pater Exodus cum decem plagis:cum decalogo myſticis diuiniſq; præceptis. In prõptu eſt Leuiticus liber in quo ſingula ſacrificia immo ſingulæ pene ſyllabæ & ueſtes aaron & totus ordo Leuiticus inſpirant cæleſtia ſacramenta.Numeri uero nonne totius arithmeticæ & prophetiæ balaam & quadragintaduarum per heremũ manſionum myſteria continent.Deuteronomium quoq; ſecunda lex & euangelicæ legis præfiguratio.Nonne ſic ea habet quæ priora ſunt:ut tamẽ noua ſint omnia de ueteribus?Hucuſq; moyſes: hucuſq; Pentateucus:quibus quinq; uerbis loqui ſe uelle apoſtolus in eccleſia gloriatur.Iob exemplar patiẽtiæ quæ non myſteria ſuo ſermone complectitur?Proſa incipit:uerſu labitur:pedeſtri ſermõe finitur: omneſq; leges dialecticæ propoſitione:aſſumptione:confirmatione:concluſione determinantur. Singula in eo uerba plena ſunt ſenſibus.Et ut de cæteris ſileam reſurrectionem corporum ſic prophetat:ut nullus de ea manifeſtius uel cautius ſcripſerit.Scio inqt q; redẽptor meus uiuit:& ī nouiſſimo die de terra reſurrecturus ſũ:& rurſum circũdabor pelle mea:& ī carne mea uidebo deũ.Quẽ uiſurus ſum egoip̃e:& oculi mei cõſpecturi ſunt & nõ alius.Repoſita ẽ hæc ſpes mea ī ſinu meo.Veniã ad ieſum naue typũ domini:nõ ſolũ ī geſtis:uerũ etiã in noĩe.Tranſit iordanẽ:hoſtiũ regna ſubuertit:diuidit terram uictori populo:& p̄ ſingulas urbes: uiculos: mõtes:flumina terrentes:atq; cõfinia eccleſiæ cæleſtiſq; hieruſalem ſpiritalia regna deſcribit.In iudicũ libro quot pricipes populi:tot figuræ ſunt.Ruth moabitidis eſaiæ explet uaticiniũ dicẽtis.Emitte agnũ domine dominatorẽ terræ de petra deſerti ad montem filiæ ſyon.Samuel in heli mortuo & ī occiſiõe ſaul ueterem legem abolitam mõſtrat.Porro in ſadoch atq; dauid noui ſacerdotii:nouiq; imperii ſacramenta teſtat̃. Malachin ideſt tertius & quartus regum liber a ſalomone uſq; ad ieconiam & ab hieroboã filio nabach uſq; ad oſee qui ductus eſt in aſſyrios regnũ iuda & regnũ deſcribit iſrael.Si hiſtoriam reſpicias:uerba ſimplicia ſũt. Si in litteris ſenſum latẽtem inſpexeris:eccleſiæ paucitas:& hæreticorum contra eccleſiam bella narrantur.

Duodecim ꝑphetæ in unius uolumis anguſtias coartati multo aliud q̄ ſonāt in lra p̄figurant. Oſee crebro nominant ephraī.ſammariā.ioſeph.iſrael & uxorē fornicariam & fornicatiōis filios:& adulteram cubiculo clauſam mariti multo tempe ſedere uiduā;& ſub ueſte lugubri uiri ad ſe reditū p̄ſtolari.Iohel filius phatuel deſcribit terrā.xii.tribuū eruca:bruco:locuſta:rubigine uaſtāte corruptā:& poſt euerſionem prioris populi effuſum ſpūm ſanctum ſuper ſeruos dei & ancillas.i.ſup.cxx.credentiū noia & effundendū iri in cœnaculo ſyon.q.cxx.ab uno uſq; ad.xv.paulatim & p̄ ícrementa ſurgentes.xv.graduū numer̄ efficiūt:q̄ in pſalterio myſtice cōtinent̄.Amos paſtor & ruſticus & rubor̄ mora diſtrigens paucis uerbis explicari nō poteſt.Quiſ enim digne exprimat tria aut quatuor ſcelera Damaſci:Gaze:& Tyri.& Idumeæ:& filior̄ Amon & Moab: & in ſeptimo octauoq; gradu iudeæ & iſrael?Hic loquit̄ ad uaccas pingues quæ ſunt in montes ſamariæ:& ruituram domū maiorem minorēq; teſtat̄.Ipſe cernit fictorē locuſtæ:& ſtātem dominū ſup mur̄ litū adamantinū:& uncinū pomor̄ attrahentem ſupplicia peccatoribus & famē in terram:nō famē panis nec ſitim aquæ:ſed audiendi uerbū dei.Abdias q̄ iterp̄tat̄ ſeruus dei p̄tonat cōtra edon ſanguineū terrenūq; hoiem. fratris quoq; iacob ſemp æmulū haſta pcutit ſpiritali.Ionas colūba pulcherrima naufragio ſuo paſſionē domini p̄figurans mūdū ad pniam reuocat:& ſub nomīe niniue ſalutem gentibus nūciat.Micheas demoraſti cohæres x̄pi uaſtatōem annunciat filiæ latronis:& obſidionē ponit contra eam:qa maxillā p̄cuſſerit iudicis iſrael.Naū conſolator urbis ícrepat ciuitatē ſanguinū:& poſt euerſionem illius loq̄tur.Ecce ſup montes pedes euāgelizantis & annūciantis pacē.Abacuch luctator fortis & rigidus ſtat ſup cuſtodiā ſuā:& figit gradū ſup munitōem.ut x̄pm in cruce cōtemplet̄:& dicat.Operuit cælos gloria eius:& laudis eius plena eſt terra. Splendor eius ut lux erit:cornua in manibus eius:ibi abſcōdita eſt fortitudo eius. Sophonias ſpeculator & arcanor̄ domini cognitor audit clamorem a porta piſcium:& eiulatū a ſecūda:& cōtritōem a collibus. Indicit quoq; ululatū habitatoribus pylæ:qa cōticuit oīs populus chanaā:diſperierūt uniuerſi:q̄ iuoluti erāt argento.Aggeus feſtiuus & lætus q̄ ſemīauit in lachrymis:ut in gaudio meteret:deſtructū templū ædificat; dominūq; p̄rem īducit loquētem.Adhuc unū modicūq;:& ego mouebo cælū & terram & mare & aridā:& mouebo oēs gentes.& ueniet deſideratus cūctis gentibus.Zacharias memor domini ſui multiplex in ꝑphetia ieſum ueſtibus ſordidis īdutū:& lapidem oculor̄ ſeptem:candelabrūq; aureū cū totidem lucernis quot oculis:duas quoq; oliuas a ſiniſtris lampadis cernit & dextris.ut poſt equos uarios & ruffos & albos:& diſſi patas quadrigas ex ephraim:& equū de hieruſalem pauperem regem uaticinet̄:& p̄dicet ſedentem ſup pullum filiū aſinæ ſubiugalis.Malachias apte & in fine oīum ꝑphetar̄ de abiectione iſrael & uocatōe gentiū. Nō eſt mihi ait uolūtas in uobis dicit dominus exercituū:& munus nō ſuſcipiam de manu ueſtra. Ab ortu enim ſolis uſq; ad occaſum magnū eſt nomē meū in gentibus:& in oī loco ſacrificat̄ & offert̄ nomini meo oblatio mūda.Eſaiam:Hieremiā:Ezechielem:Danielem:qs poſſit uel intelligere uel exponere? Quor̄ primus non ꝑphetiam mihi uiderur texere ſed euāgeliū.Secūdus uirgam nuceā:& ollā ſuccenſam a facie aquilonis:& pardū ſpoliatū ſuis coloribus:& quadruplex diuerſis metris nectit alphabetum.Tertius p̄rícipia & finē tantis habet obſcuritatibus ſuoluta:ut apud hebræos ipſæ partes cū exordio geneſeos ante annos.xxx. non legantur.Quartus uero q̄ & extremus inter quatuor ꝑphetas tempor̄ conſcius & totius mūdi philoſtoricus lapidem p̄ciſum de monte ſine manibus:& regna omnia ſubuertentem claro ſermone pronunciat. Dauid ſimonides noſter pindarus & alcæus flaccus quoq; catullus & ſerenus chriſtum lyra perſonat: & in decachordo pſalterio ab inferis ſuſcitat reſurgentem.Salomō pacificus & amabilis domini mores corrigit: naturam docet:eccleſiam iungit & chriſtum:ſanctarūq; nuptiar̄ dulce canit epithalamium.Heſter in eccleſia typo populum liberat de periculo:& interfecto aman q̄ interp̄tatur iniquitas:partes conuiuii & diem celebrem mittit in poſteros.Paralipomenon liber.i.inſtrumenti ueteris επιτομη.i.breuiarium tantus ac talis eſt:ut abſq; illo ſiquis ſcientiam ſcripturar̄ ſibi uoluerit abrogare:ſeipſum irrideat. Per ſingula quippe nomina iunctura ſq; uerborum & p̄miſſæ in regum libris tanguntur hiſtoriæ:& īnumerabiles explicātur euāgelii quæſtiones.Eſdras & Neemias adiutor uidelicet & conſolator a domino in unum uolumen coartantur:inſtaurant templum:muros extruunt ciuitatis:omniſq; turba populi redeuntis ī patriam & deſcriptio ſacerdotum leuitar̄ iſraelis ꝓſelitor̄:ac p̄ ſingulas familias muror̄ ac turrium opera diuiſa.Aliud in cortice p̄ferunt:aliud retinent ī medulla:Cernis me ſcripturar̄ amore raptum exceſſiſſe modum epiſtolæ & tamen non ipleſſe quod uolui.Audiuimus tantum quid noſſe:quid cupere debeamus:ut & nos quoq; poſſimus dicere:Concupiuit aīa mea deſiderare iuſtificationes tuas in oī tempore.Cæter̄ ſocraticū illud impletur ī nobis.Hoc.n.ſcio tantū quod neſcio.Tangam & nouū breuiter teſtamentū.Matthæus Marcus Lucas & Ioānes:quadriga domī & uer̄ cherubin:qđ interp̄tatur ſcientiæ multitudo p̄ totum corpus oculati ſunt: ſcintillæ emicant:diſcurrunt fulgura:pedes habent rectos:& in ſublime tendentes terga pēnata & ubiq; uolitantia:Tenent ſe mutuo:ſibiq; perplexi ſunt:& quaſi rota in rotam uoluūtur:& pergunt quocūq; eos flatus ſancti ſpūs perduxerit.Paulus apoſtolus ad ſeptem eccleſias ſcribit(Octaua enim ad hebræos a plærisq; extra numer̄ ponitur)Thimotheum inſtruit ac Titum philæmonem pro fugitiuo famulo depræcat̄.ſuper quo tacere melius puto q̄ pauca ſcribere.Actus apoſtolorum nudam quidem ſonare uidentur hiſtoriam:& naſcentis eccleſiæ infantiam texere.Sed ſi nouerimus ſcriptorem eorum lucam eſſe medicum:cuius laus eſt in euangelio:animaduertemus pariter omnia uerba illius animæ languētis eſſe medicinam.Iacobus Petrus Ioannes Iudas apoſtoli ſeptem epiſtolas ediderunt tam myſticas q̄ ſuccinctas: & breues pariter & longas: breues in uerbis. longas in ſententiis. ut rarus ſit qui non earum lectione concutiatur. Apocalypſis Ioannis tot habet ſacramenta: quot uerba. Parum dixi pro merito uoluminis. laus omnis inferior eſt: In uerbis ſingulis multiplices latent intelligentiæ. Oro te frater chariſſime inter hæc uiuere:iſta meditari: nihil

aliud nosse:nihil q̄rere.none tibi uidetur iam hic ī terris regni cælestis habitaculū?Nolo offendaris in scri pturis sanctis simplicitate & quasi uilitate uerboꝝ:quæ uel uitio interp̄tum.uel de īdustria sic ꝓlata sunt. ut rusticam contentōem facilius īstruerent:& in una eadēq; snīa aliter doctus.aliter audiret īdoctus. Nō sū tam petulās:& hebes:ut hæc me nosse pollicear.& eoꝝ fructus capere.quoꝝ radices in cælo fixæ sunt. sed uelle fateor sedenti me p̄fero:magistrū renuens comitē spondeo.Petenti datur.pulsanti aperiē:q̄rēs īuenit. Discamus in terris quoꝝ nobis scientia pseueret in cælo.Obuiis te manibus ꝓcipiam.& ut inepte aliqd ac de hermagoræ timiditate effundam:qcqd q̄sieris tecū scire conabor.Habes hic amantissimū tui fratrem eu sebiū.q ſraꝝ tuaꝝ mihi gr̄am duplicauit:referens honestatē moꝝ tuoꝝ.cōtemptū sæculi:fidem amiciciæ. amorē xp̄i.Nam prudētiam & eloqi uenustatem etiam absq; illo ipsa epistola p̄ferebat.Festina q̄so te: & hæ rēti in salo nauiculæ funē magis p̄cide q̄ solue.Nemo renūciaturus sæculo bene pōt uendere quæ cōtēpsit ut uēderet.Quicqd in sumptus de tuo tuleris:pro lucro cōputa.Antiquū dictū est.Auaro tam deest qđ ha bet q̄ quod nō habet.Credēti totus mūdus diuitiaꝝ est.Infidelis etiam obolo indiget.Sic uiuamus tanq̄ ni hil habētes & oīa possidētes.Victus & uestitus diuitiæ christianoꝝ.Si habes in ptāte rem tuā uende: si non habes ꝓice.Tollenti tunicam & pallū relinquendū est.Nisi.s.tu semp recrastinans:& die de die trahēs. cau te & pedetēti tuas possessiúculas uēdideris:non habet xp̄s unde alat pauperes suos.Totū deo dedit:q seip̄m obtulit.Apostoli nauē tātū & retia reliquærūt.Vidua duo æra misit ad gazophylatium:& p̄ferē crœsi diui tiis.Facile contēnit oīa:q se semp cogitat esse morituꝝ.

Incipit tertia pars pricipalis epistolaꝝ siue tractatuū beati hieronymi de moribus:atq; uirtutibus:qbus christiana cōuersatio īstituiē.Quæ & ipsa in plures subdiuidiē epistolas siue tractatus:inter quos ille p̄poni tur:ín quo de uirtutibus ac uitiis in genere tractatur.

Primus tractatus tertiæ partis principalis de uirtutibus & uitiis:in quo epistola illa p̄mittiē.quæ pfectū hoīem ad interiora deducens.eius uitam quæ sit sancta & in quo actu posita quo studio teneatur :qua sub stantia negetur ostendit.

Beati Hieronymi ad amicū quēdam:uel sicut ín aliis repperi uolumíbus ad Theſiphōtem de hoīe pfecto ubi iteriorem hoīem;exteriorēq; demōstrat:docés eius uitam in sui auctoris sapía p ea quæ creata sunt con templatōe consistere.Excitat quoq; aīum ad meditatōem casus ac reparationis humanæ statim in ipso oc casu in mulieris semíe.i.in conceptu uirginis repromissæ.Ad cōsideratōem quoq; resurrectionis iudicii glo riæq; sanctoꝝ inducit.Qua occasione digrediens exprobrat infidelitatem eoꝝ q miraculis non credunt q̄ deus in sanctoꝝ corpoꝝ reuelatione opatur.Vbi & historiam narrat confutatōnis hebræi:& causam retar datæ uindictæ ac humanæ explicat ignorantiæ.

Cce iteꝝ ad te scribo:& nihil dignū qđ prudētiā tuā legere deceat ſuenio:& qđ miꝝ si te absente uelut a sole solo destitutū frigidi cordis alget ígeniū:& mens a lumíe pegría stul titiæ nubilo suffocata torpescit:ac tanto minus sapio:quāto a te latius separor.Quod si ī p̄sentiaꝝ qđ tibi ī meo sermōe placuerit:tuis mihi oīonibus p̄stabiē.Deniq; ut oēm stul titiā meā diligentius recognoscas:etiā stomachū meū post illud susceptum cærotū tuū te absente curauí:a quo peius meteor pati:& cui post sanctū mīsteriū tuū & angelicā seruí tutē manus ītuli medicoꝝ q̄si ꝓpheta non esset ī israel:ut mihi siqd paterer facilius esse debuerit ad te reuerti:q̄ gentiliter cogitare:& melius uel difficillimi itineris laborem ꝓpeti q̄ cōspectus tui tā p̄cioſa uisione fraudari.ut quis potius cōpensatio seq̄reē:q̄ ad muscā religiōis acharon deuenire. Hæc mi hi de absente mūdus iste suggessit:q te p̄sente in me nō habebat cōsiliū. Tu me.n.curiam feceras ꝓphetaꝝ: nō cōuenticulū sirenaꝝ.Ac nūc in me ad destructōem sancti contra me opis tui oís stultitiæ senatus ingre diens quadruplici forma mecū agit.nam fœnus te absente exigit:qđ te p̄sente nō p̄sumpsit.ut ítelligas siqd apud te iuxta deū sapui:tuū fuisse qđ sapui.Sic absente moyse populus israeliticus fornicaē:sic in naui domi no dormiēte apostoli tempestate turbātur:sic in bethsaidæ porticibus hoīem nō habētem aquā piscinæ sa lutaris ignorat.Quāq̄ & hic aliud genus culpæ aduertā.Corpusculū curauí:cū aīa langueret.exteriorem ho minē foui:cū iterior ægrotaret humāis subueni:cū diuía laborarēt.uitio publicæ cōsuetudis ínclinatus: quo oēs sumus in minimis cauti:& in maximis negligentes.Hocq; ideo fit:qa ubi uera uita sit ignoramus.Fallit nos uidelicet sol iste:decipit dies ista:tractus nos iste circūuenit.Mūdus inducit:dum & sole amplius eē nil putamus.& lucē arbitramur esse:quā oculis uidemus.& hoīem iudicamus esse:quē cernimus.& mūdū cre dimus facere cū uita:ignorantes ubi sit homo:& quid sit homo:& quæ eius hoís uita sit:quod si intelligere mus:non aliud generati aliud uiueremus.Ita uitæ origine deserta.uiuēdi quoq; perdidimus rōnem. Ac pri mū ubi homo sit iste:de quo loquimur audiamus.Quoniam disputatōem quandam nobis ipsa diuisio ge nerauit:quem ítra hoc corpus quod dei artificis manu limo terræ formatum est uelut quodam uasculo in tellige cōtineri:dícēte apostolo.Habemus thesauꝝ istū in uasis fictilibus:q ubiq; p hoc corpus īfusus uitalē sensū q sibi nō deficit cū carne mutuatus ē.Regit ipse:nō regiē:& habet potius q̄ habeē.ut uitā nō accipiat: sed mīstret.Nam cum terrenā istam pigrāq; materiā in usum mīsterii sumptā spūs liqdus aīaret:fit domius corpis:nō homo sub corpe.Deniq; hoc qđ dixi uasculū ipso uiuit p̄sente:& ipo moriē abeūte. Hic ergo & uisibilis & caducus illius interioris uel habitatio uel minister uel uagina est.Ipse uero q uere est homo; quo niam sic secundus factæ diuisionis est locus ut ipse inuisibilis:ita omnia eius inuisibilia sint necesse est.Non ad illū si ægrotat manus ualet peruenire medicoꝝ:nō herbarum succis si deficit reparatur.Nihil ad eū cor porale ītrare potest:substantiæ tantum suæ illi similitudo descendit:uerbo curatur:obedientia conualescit.

Deniq; cum ſibi in eccleſia laodicenſi & beatus & diues & bene oculatus:& bene ueſtitus ſcđm exteriorem hoiem uidereť:icrepať a domio:Diciturq; illi.Neſcis qđ tu es miſer & miſerabilis:& pauper & cæcus & nudus.Qui utiq; ut dixi nec ſine ueſte.nec ſine oculis:nec ſine diuitiis habebať.Sed ille inuiſibilis deus noſter illū iuiſibilem hoiem in paupertate & cæcitate:ī nuditate eſſe cernebat.cui etiam ſuadere dignať.ut ab ipſo auꝝ mercetur ignitū:& ueſtem albā qua glorioſiſſime ueſtiať.& collyriū quo recipiat uiſum. Habet ergo & ſuos oculos p̄ter iſtos carnales quos poteſt uel amittere uel curare.Eſt & iuxta ſe nudus adeo ut egeat ueſtimento:ſed miro modo ad mendicū ut ipſe ait domīus loquiť.& iubet illū a ſe diuitias compare.Quibus mercibus ſi & nudus & paup eſt:uel illam ueſtem nobiliſſimā uel illud auꝝ purgatū iam igne mercabitur. Vnde cōmercii talis poterit eſſe ipenſa:uidelicet ſi aut exterioris hois emolumenta tranſſoueat:aut ipſis q̄bus ipſe diues forinſecus uidebať:non utendo diteſcat:oculoſq; corporis q̄bus mundialiū rapiebať ardore deſpectu corruptæ uniuerſitatis obcæcet.Ita ille iuiſibilis homo:q uere ut diximus:homo eſt:& in contemptu huius exterioris attolliť:& nuditate ueſtiť:& cæcitate illumiať.Sic Iacob Effraī & Manaſſem nepotū ſuoꝝ nō ſolū loca:ueꝝ etiam merita icorporea cæcitate cernebat.Nam cū illum ioſeph filius ſuus.q ſupradictos paruulos offerebat:nec ante pedes ſuos cernere iudicaret ſenſit in parentis reſponſione illa etiā quæ eſſent futura ꝓſpicere.Sed ut ille interior homo exteriorem iſtū facit ſua uita uiuentem.& de fonte naturæ ſuæ animat irrigando:ſic rurſum exterior p corruptelam mortiferæ materiei ſuæ illū ſi cupiditatibus illicitis alligarit occidit.Et cū alter naturæ uideať alterius:tranſit in uictoris unuſq;ſq; ſubſtantiam:ut aut carnalem quoq; ſpiritalis ſpiritalem ſuis uirtutibus p̄ſtet:aut carnalem aīam caro uictrix eius efficiat. Deniq; cū dominus diluuio delere humanū genus cogitaret iratus:non pmanebit inqt ſpūs meus ī hoibus: quoniam caro ſunt:& qa utiq; omnes carne ueſtimur:& ſine dubio in carne non ſumus q non ſecūdum carnē ambulamus:hinc etiam gigniť ut non ſemp homo iſto appellatōis noīe cenſeať.nam p uirtutibus ſuis aut uitiis & formas ſumit:& noīa.Deniq; ait,ppheta:Nolite fieri ſicut equus & mulus.Sūt ergo homies q apud dominum ſunt equi & muli:& dominus ait.Nolite ꝓiicere margaritas ueſtras ante porcos.Sūt ergo hoīes & porci.Et iteꝝ ipſe dominus.Ecce ego mitto uos ſicut oues in medio lupoꝝ.Sunt ergo hoīes & lupi. & ecōtrario hoīes ſunt & oues:Et ait adhuc dominus petro.Paſce oues meas & ipſe prius ueni poſt me: & faciam te piſcatorē hominū.Sunt hoīes & piſces.Sed hæ formæ actuū uidenť eſſe:nō corpoꝝ.Nam corpis noſtri certus eſt ſtatus:ut oīum aīantium:ſed quoniam apud deum nō de ſtatu corpis noſtri:ſed de uitæ meritis iudicamur:apparet oēm hoīem mente ſua ſibiipſi ſtatū:nomēq; formare.Quod utiq; ex illis quem deſcribimus inuiſibilis hoīs:aut culpa:aut uirtute p̄ſtatur.Ipſius ſiqdem uitium eſt:ſi ſubiectus paſſus ſit eſſe ſubiectus. Si contra diuinam diſpoſitionem fit in dominatu ſeruitus:& ſeruitute domīatus.Sed ne uidear quoniā paululum deiecto uelut pariete ad illum inuiſibilem hoīem diſputatione ꝓuenit:corpus oīno deſtruere: quod adeo magni eſt ſacramenti:ut in hoc ipſo ideſt in noſtro fragili & infirmo dominus uenerit:nō hoc egi: aut hoc ago:ſed illud oſtendere tentaui:huius exterioris uitam illius interioris uita conſiſtere. Iterū interioris mortem deſcendere huius de morte ubi,ppinatū uenenū per uitia fuerit:nihil habere iſtum de uita:niſi ab illo irrigatus fuerit:nihil tenere alteꝝ in natura:alteꝝ ut dixi aut infectum uitiis aut deterſum uirtute tranſire.Igitur quoniam iam & ubi ſit homo:& quid ſit homo breuiter licet oſtendi:quæ nunc eius hoīs uita ſit uideamus.Syon iſta certe mūdialis quæ mala pro bonis habet:& bona pro malis:quam totus orbis ſeqtur & colit nō hæc affluentia diuitiaꝝ eſt:non in faſtigio p̄otentum:non in iuriſdictionis aſtu:nō in pompoſitate facundiæ:non in uiribus p prœlia glorioſis:non in mercibus ,puinciaꝝ mutatione & ſui peregrinatione creſcentibus.non in lenocinio formaꝝ:nō in ambitu muneꝝ:non in his eſt deniq; oībus quæ uidemus: quoniam cūcta hæc occidūt:& ſine iſtis beate etiam iuxta ſæculū uiui ſolet.Sed illa eſt uita uera:uita nume randa.deū noſſe.timere eius potentiā,amare pietatem.mūdū in opifice mirari:iterpellatorē conténere. eſſe uictu modico pro naturæ neceſſitate cōtentum:ueſte uili uel pro pudoris rōne uel pro temporis iniuria cō munitū.Sic reliquam creaturam nō ex ſui copia,uel pro uitali rōne:ſed pro adiumento huius lucis attingere.Quicqd enim amplius eſt a malo eſt.omnem hoīem amare quaſi fratrem,nullum lædere,ſeruire omnibus:formā ſerui ſuſtinere cū domino.q nobis p̄ter miniſteriū qđ interius continetur:quotidie ſeruit in mūdo.,pducendo ſolem,emittendo lucē,pluuias infundendo,tempora uariando,fruges uel gignendo uel maturando.Nobis enim ī totius creaturæ facie uel ubertate deſeruit:quoniam pro nobis cūcta generauit. Sed ut ad hoīs officia reuertamur nudū tegere,alere exuriente,ſitiente potare,infirmos uiſitare,tribus condolere,mortuos ſepelire,nihil apud ſe habere quaſi ſuū:ſed omnia ſua cū oībus iudicare cōmunia,ac tūc magis ſibi uiuere cū uiuere æſtimatur aliis ſibiq; recondere cū aliis crediť erogare,Et hæc tamē adhuc exterioris hoīs liniamenta contingūt.Cæteꝝ illa interioris hoīs uita in diuinaꝝ reꝝ cognitione conſiſtit.nō qua cælū terræ p̄ſte uoluať:non an cōtrario curſu ſydera rapiant nō an oceano generet plenitudo lunaris augmētū:non an orbē mūdi rotūditas ipſa ſuſpēdat:an quadriforma angulis,pminētioribus aſtringat,an unus ipe mūdus ſit,an plures ſint.Nam hæc & ad aīæ nō tendūt utilitatem:& apud deū ſtulta iudicantur. ſed in illis ſanis cogitatōibus:ſiquādo uerſať tūc uiuit & paſcitur.Quæ ſūt aūt iſtæ ſane cogitatōes?Ille ſine dubio cū mens noſtra ſui recordať auctoris.cū illū uelut per quandam reſipiſcentiam ſui opificem ſuū ueneratur ac contuetur:cum eius opera ipm in eius operibus uiſura miratur.dicente beato paulo.Inuiſibilia enim eius a creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur:& ſempiterna quoq; eius uirtus & diuitias: ideſt cum ex immenſis uiſibilis creaturæ ad uniuerſitatem inuiſibilis creatoris extendimur: & illum per hæc dum inæſtimabilem dicimus æſtimamus: cum eius altitudinem per donum ſpiritus ſancti euoluētes (quoniam ipſe ſolus nos in ipſum qui ex ipſo eſt intromittit omnia principia creaturæ ſurgentis)

rauit:ut ipſius os cominus concupiſcat attingere? Atq; uel utinam nos eoꝝ dignet oſculo:quos ipſe dignatus oſculari:ut in ſecūdis poſtremi tertiiſq; ſiſtentes:de eoꝝ labiis aliquā ex parte ſciam trahere mereamur: q totam ſapiam plenitudinem de domini ipſius ore didicerūt. Quāq & ſi magnoꝝ meritoꝝ priuilegiis fulciremur:poſita erant in exēplis:uelut alta q̄dam repetita fundamīa uerecūdiæ:ne qd indecens & inordinate p̄ſumptio leuitatis auderet. Quidnā electius beato petro? Quid ad ſpem erectius? Quid liberius ī fide, quē oris ſui oſculo dominus ſe oſculatuꝝ eſſe ꝓmiſit dicens: Tibi dabo claues regni cæloꝝ. & illud. ſup hāc petram ædificabo eccleſiam meā. Tamē hic pondere ſe quodam pudoris ĩcuruans:fiduciam quā elatior habebat ex merito:uerecūdior ad interroganda ſubmittit:cum in cœna domini non per ſe qs dominū eſſet traditurus inqrit. humiliterq; pudibūdus oſculum domī ore petit alieno. q illi & ſi apud dominū fiducia erat: ut ſubinde etiam homini ĩconceſſa p̄ſumeret. & ibi cum per maria gradientem dominum audet poſcere: ut ip̄m pariter ſolidata ſub ueſtigiis aquaꝝ terga ſuſtentent. aliqd ſibi diffidentior: ſe conſultior nobis: quibus ſuo actu imitabiles formas: tanq̄ in ſpeculo collocabat: ſi p legatū p̄ſcientiam domini cautus exploret. Qua hic iſtructione dignior? Qua cōſulendi arte ſubtilior? Quid nos facē debemus? Quibus cū fiducia nullius ſit meriti: debet eſſe ſaltem pudor exempli, imitantes uel in hac parte beatū petrū. q non ſolum qua humilitate: ueꝝ etiam p quæ ad deſiderata puenire poſſimus, oſtendit. ab illo abſolutōem q̄ſtionis huius: qué ipſe non erubuit ĩterrogare. q̄ramus. Ab illo inq̄: q in ipſo domini pectore: uelut ſup arcam noui ueteriſq; teſtaméti recūbens: non modo ad ueſtibulū aliquoꝝ diuinoꝝ oraculoꝝ diligens inq̄ſitor acceſſit. ſed ip̄m penetrale ſecretæ diſpoſitōis: tanq̄ familiaris ſacerdos ĩtrauit. Et ideo ſolus uidit in p̄cipio uerbū: quādo illi uelut exterior ſacroſancti templi ara: ſic ĩterior metienda cōmittit. Ipſe nos de eo libro: quem ſepté ſignaculis clauſum fleuit: reſeratūq; lætatus eſt: non p aliqué pſeudo typū; ſed p patentes ianuas in ſuū pectus ueritatis ĩducat. Atq nedū conſulit imoremur: p̄uenit inq̄rentes. & p̄ſciæ compēdio: quod trepidū aliquādo noſtris mentibus futuꝝ cernebat illuminat. Reddit. n. uelut pcūctatus reſponſa de pathmos. De eo utiq; loco: ubi cæloꝝ ſecreta p̄cluſa cæſari non alienus ĩtrauit: & angeloꝝ ſacra pulſus ab hoīum cōuerſatione cognouit. Ait enim Vidi ſub ara dei aīas occiſoꝝ martyꝝ ꝓpter uerbū dei: & teſtimoniū ieſu: quod habebant. Et datæ ſunt illis ſtolæ: & clamauerūt uoce magna dicentes: Vſq; quo domīe ſanctus & uerus non uīdicas ſanguinem noſtrū ab his q in terris inhabitant? Et datæ ſunt eis ſingulæ ſtolæ albæ: & dictū eſt eis: ut requieſcāt adhuc paruo tp̄e donec compleat numerus cōſeruoꝝ & fratrū eoꝝ: q occident poſtea exemplo eoꝝ. O apocalypſim uere diuinam: & tanto apoſtolo merito cōfeſſionis tp̄e patefactam: ut magis ad tolerantiam durarent: cū illi paſſoꝝ merita monſtrarent. Nō ergo errandū eſt: p folia ſyllabaꝝ: quoꝝ ut paginæ in certis mūdi malis ſpiritibus luctabant: ita loca uentis huius aeris turbabant. Ecce euidentiſſime apoſtolus hoc quod habebat enucleat: & obſcuriſſime q̄ſtioni lumē īfert. Senſerat hæc aliquādo uidēda: quæ nūc ſiniſterior lingua: tanq̄ oleo mollitis arte ſermonibus: ī audiētiū & ſuū iaculat interitū. Et ꝓpterea uidi inqt ſub ara dei aīas occiſoꝝ martyꝝ. De fide teſtis nullus ambigit: teſtimoniū uentilet: ītelligentia reſponſi nutet: non dicentis auctoritas. Ac primū iſtud eſt aīaduertendū: q aīas occiſoꝝ martyꝝ apoſtolus teſtat ſe uidiſſe, ne qs cū de muneribus diſputare cœpimus: poſt reſurrectōem dicat tribuenda martyribus quæ adhuc aīs docentur īdulta. p̄ſertim cū iſtud adſtipulet nobis: q de mora iudicii cōquerunt. quā reſurrecturus utiq; non qui iam reſurrexit: accuſat. quoniam aliud eſt poſcere ut teneas: aliud iam tenere. Stolæ aūt martyꝝ donant exercitui: & tanq̄ tātæ libertatis īgratus: magna cælū pulſat iuidia de tarditate uindictæ: qa non leui pondere ſermonibus exprobrat: dicédo quouſq; domīe, hoc eſt dicere: Quouſq; non uindicas: quos ſtatim uīdicare debuiſſes? Quouſq; domīe: hoc eſt dicere: Nūqd non ultra finem differs ſæculoꝝ? Nam iam ad finē uſq; peruentū eſt: & de noſtra ultione nō loq̄ris. Quod cū dicūt: mirabiliter ſubiūgit. Non uindicas ſanguinē nr̄m ab his: q in terris inhabitant? Ergo nō quouſq; ſi adhuc illi mortales uerſant in terris: q domini famulos fuſte: lapide: ungula: flagris: plūbo: ferro: beſtiis: igne ſunt p̄ſecuti. Quouſq; n. imputatio eſt ꝓlixioris ætatis: ut aut quouſq; ſit ſine fine. Sed adhuc p̄ſecutores morātur in carne: aut illi uita exceſſerūt: etiā ſi in terris habitant: ſi quouſq; nō fallit. Sed nihil falſum ꝓferet a teſtibus ueritatis: & ideo magis ĩterp̄tatio: non fides q̄renda eſt: q ſub obſcura elocutiōe non excludit: ſed uelat. Cū ergo dicūt, quouſq; domīe ſanctus & uerus non uindicas ſanguinem noſtrū ab his q in terris inhabitāt. nō. n. eoꝝ mortaliū ſanguinē morteſq; deſiderant: q in eos quōdam aut populari ſeditione ſæuierūt: aut tribunalibus ſuffulti: capitales ſnīas ꝓmulgarūt: quoniā in terris adhuc inhabitant. Nec fas eſt ut accuſent defuncti: q dum uiuerent ſunt defenſi his uerbis: Ne ſtatuas illis domīe hoc peccatū. ignorant. n. qd faciūt. Quod ſi iter paſſionū tormenta: & amaros mortis dolores: tam pie qlibet pro iniuſtis: p impiis: pro cruētis: pro blaſſemātibus ſupplicarūt: ſi eo deniq; tp̄e: quo ipſe anguſtiaꝝ ſenſus extrema patiētū poterat excitare maledictum: p̄catio pro hoīe fuſa eſt. Quis nō ītelligit: nō mentes martyꝝ: ſed p̄ſecutoꝝ perſonas fuiſſe notatas? eoſq; appeti quos ī terris adhuc inhabitare credē dum eſt illo tempore: quos qdem ignorantia non defendit: non eos qui in terris habitare iam per conditionem naturalis ſubſtantiæ deſierunt: & olim ab ipſis martyribus ſub ignoratione ſunt excuſati. Qui iſti ſunt ignoramus. Spiritales ſine dubio nequitiæ & tenebraꝝ poteſtates: quæ & in terris adhuc inhabitabāt: & nō cum ignorantia in dei famulos peccauerunt. Nam cum ipſi domino dixerint: quid ueniſti ante tempus torq̄re nos: quomodo eius famulos neſcierunt: quos nec perſecuti eſſent: ſi eius famulos ignoraſſent? Ergo cū perſecuti ſunt: ſcierūt quos per tormenta a domino ſuo detrahere conabant. At inde cum beati martyres p hoībus intercedūt: eoſq; ignorantiæ excuſatione defendunt: ſequit ut ſcientes teneant in crimīe: quiq; ipas ignorantiæ tenebras hoīibus ſuffuderunt: quoꝝ furor etiam impietates excuſat humanas. quos n[illegible] dicere poterimus: q̄ qui etiam ſuis non amici ſunt: dum eis non permittunt eſſe quod bonum eſt. ētiam [illegible]

famulis inimici sunt:dum eos quod bonum nesciunt psequunt. Post hæc sanctæ aiæ q̃relam sequentia 248
uideamus. Et datæ sunt ait eis singulæ stolæ albæ. Quid hoc est q̃ itez uestiunt? Nam prius ut scriptum é a deo uestes sunt cõsecuti:& indumentis nũc geminata libertate donant:quæ utiq; uestimenta cum spũalia sint nõ possumus uereri:ne illa q̃ prius data sunt extra uideant:nec sane q̃rela generata est. Igit quoniam di uersitas ipsoz & significatio uestiũ nõ sine mysterio est itelliger debemus donoz uarietates:& operationũ diuitias. quoniam oia submistrat unus atq; idem spũs. Accipiũt ergo uestes prius ubi p cõfessionem corpora posuerũt. Credo ut uestiti:non nudi iuenirent. Rursus accipiũt alia uestimẽta post interpellationem:imo post immutatõem tam lõgæ patientiæ sustinétiæq;. Quæ utiq; cum accipiũt. quis non intelligit ut noua illos uestę ita uirtute perfusos:qua nũc emicant & apparẽt? Quod si aliud postulassent:aliud accepissent: aut dona respuerent:aut amplius q̃rerent irrisi. At cum nec irridere illos dei sit:q̃bus magna pmisit:& hi post se cundam magnificẽtiam nõ q̃rantur:dubitamus ne ad consolatõem q̃relæ eam spẽm pertinere: quæ uindictam postulãtibus est donata. Ac si ad cõsolatõem:quæ maior consolatio poterit inueniri hac potestate qua dæmones ideſt suos psequunt inimicos. Ná si stolas istas ad spẽm nostræ uestiũ conferamus. alias quoq; aliquas:ne in his reponẽdis egeant inquiramus. Sed hoc ridiculum est:quod statim occurrit:qa a uera & ne cessaria iterpretatione discedit. De uindictæ mora generata est q̃rela. In finem utiq; temporz ideſt nrorum: (in nos enim finem sæculoz deuenerũt:ut mora credat) ad hanc diluẽdam stolis aiæ uestiũtur:ut oino nudi sine maiore ꝓtectione putarent. Alia. n. ratio aiæ est corpore expoliatoz:alia hoium adhuc in carne uiuẽtium. Nobis ouiũ uellera & opatio mulieris idumenta, pcurãt. Illis faciũt merita uestimẽtum. Cum ergo post q̃relam martyz aiæ stolis amiciũtur:diuia protectiõe donant. qua se superuestiri etiam ille uas electionis optabat: Quam uestem adam cum amisisset:etiam in paradiso nudus inuentus est. Deniq; idicat operatio quid stolas itelligere debeamus. si postulasse uindictam martyres credimus:ergo ad consolatõem credimus interim aliquid accepisse. Si propter stolas uelut quasdam uestium largitiones q̃rela sedata est. cur non hæc & prima dona meruerũt? Sed quoniam ut dixi:uirtutum uarietates quibus diuinitus pclare muniebãtur. in stolis sunt designatæ:ideo post secũdam munificẽtiam iuxta postulationis formã in eos persecutores qui in terris ihabitant:quid cõsecuti uideant:ostendũt qd adhuc etiam habituri erũt:dum pari persecutõe conseruos eoz:donec pdestinatus testium numerus impleat. occident. Hic & istud nõ ocioſe est accipiẽdũ q̃ iter duo persecutionum tempora:hæc martyz uox pcessit ut designẽt illos blassemare:q̃ eos nostro tempore noui aliquid cõsecutos fuisse mirãtur. Nam & cum fuisse crudelitates psecutionis uideamus:& uenturas credamus Medium ergo istud tempus quo martyres qui pcesserũt:remunerãtur:hoc nostrũ est. & ideo nũc operant:nõ de merito quod semper habuerunt:sed de uirtute quam nuper adepti sunt. Forsitã moueat aliquem:quid sit:quod expectare iubeant si iam ad maturitatem pœnæ iudicium dæmonibus illatura uirtus erupit. resurrectõem ut sustineant admonẽtur. Cæteq; hæc illis gloria:& in dauid carminibus fuerat pmissa his uerbis. Lætabũtur in cubilibus suis. Dum sepulti sunt:utiq; lætabunt. Cubicula posuit pro sepulchris de q̃bus & resurrecturi sunt:cum uoce archangeli & tuba dei fuerint excitati. Cubilia ergo uere dicuntur:in q̃bus nũc quiescũt. Et si lætabũtur in cubilibus suis:prius hoc futuz erat nempe q̃ surgerẽt de quiete:surgerent de sepulchris. Quod adeo impletum est:ut in cubilibus suis illos sine dubitatõe gaudere uideamus. Nam quæ alia talis gratulatio aias illoz poterit itrare. q̃ cum ante ipsa cubilia, ideſt ut diximus sepulchra sanctoz ibi eos inimici sui:quos se quondam occidisse credebãt. nũc & uiuere & ulcisci se nõ sine tormentoz acerbitate ꝓfitentur? Hoc illis stolæ istæ:quas iterauit spãlis largitio:contulerũt per eas & qui nõ nominabãtur:implorãtur. & qui nesciebãtur:celebrãtur. & qui nõ uidebãtur:apparent. Has stolas ut legimus hucusq; nõ habuerũt. sed nũc habere cœperũt. In hac forma mulier illa in salomone laudatur quæ duplices uestes facit uiro suo. unam in patiẽtia passionis:alteram in uirtute uindictæ. Sic nobis legere sanctũ atq; piũ est:alias nec loqui debemus:ne uel ifidelitas nostra:uel ignorãtia in tenebras gentilitatis blassema disputatõ ne descẽdat. cũ ꝓphetia ex eo pcesserit:ut uẽturis lumẽ inferret. Nũc supest ut credẽda sint diuinitus fieri:q̃ ꝓbauimus & pmissa. nec tãtum pmissa:q̃tum & postulata. Quod si & postulata sũt & non aliis q̃ poscentibus attributa. quid mirum est: si aut quod postulauerant. aut quod gaudent se accepisse non occultant? Exigũt pœnas ab his qui inhabitant in terris. quos accusatio comprehendit:hos uirtus impugnat. Ipsi enim inhabitant in terris: qui possident mentes hominum terrena possidentium:quos cum martyres ad supplicia deposcũt:etiam pro his quos possiderant depcantur. Deniq; & ipsa mirabilia sua sic agũt:ut eos a terrena habitatione:ideſt ab obsessis terrenis homibus excludãt. An calũniamur cur dæmones torq̃antur:& sauemus inimicis? Martyres cõtra ipsos pene iuidiosa idignatione isurgũt:& sustineri illos tanto sæculoz spatio conquerũtur:& nos fingimus nos mirari:quid istud sit:quasi nõ debeãt uel nostro tpe soluere:quod ab adã meretur? Quod autem istud miraculum mediolani uidet primũ exortum:uel bono Ambrosio ꝓprie præ cæteris fuisse cõcessum:qs non uidet fidem nram ꝓpter Arrianoz pfidiam diuinis testimoniis approbatam? Namq; cum in italia catholica fides itolerabilem tyrãnidem sub Auxentio sustinuisset:tandem donante domino libertatem ueterem & si iam eo tempore quo pdicto Ambrosius substitutus est respirauit:huic tamẽ ipsi in aduersarioz confusionem & nram spem scilicet omnis cælestium gloria:omnes etiam martyres consensere:qui cum iam pridem apparendi haberent tempus:hoiem cui se proderent inquirebant. Illum certe, cui sub ea fide reuelarentur:qua martyria fecissent. Sic donatum est Ambrosio:quod Auxentio denegatum est. quoniam cum Auxentius blassemabat:Ambrosius pdicabat. Sed hæc cum uirtus martyz per omnes p uias sint itura (omnibus enim non Ambrosio soli sine personaz acceptione donãda est) necessario tamẽ primũ in italia processit:cui infidelitas arriana fuerat domiata. quoniam signa nõ fidelibus sed infidelibus

donata ſunt.Nam a domino qui ſunt qui ſignū poſtulant.Phariſæi poſtulant.Apoſtoli tacent:& credunt:& ſequūtur.Et ꝓpterea non mirādum ꝙ diuina uirtus operatur per ſepulchra ſanctoꝝ:ꝙ nec his remediis potuit heretica mens curari,ut uel tádem ep̄m eum ſeq̄ret:cui coīcare etiam martyres ipſa reuelatione ſuarū uirtutum dignatione uidiſſent.Nūc ad meditatōem perfecti homīs redeamus,ex qua cumulus iſte:prius q̄ menſura illius expleret:excreuit.Et licet hæc diſputatio ipſaꝝ meditationum:quoniam beatus qui in lege domini meditabit die ac nocte.Et ſane difficile eſt:ſiluam legis ingreſſo:ſingularum q̄ſtionū materiam ſegregare.Cum altera alteram ueluti ramulis quibuſdam:ita ſocietate p̄ceptionis attingat:ut ſine alterius inchoatione cœpta non ualeat explicari.Ecce hæc ipſa hoīem illum noſtrum noſſe q̄pulchrū eſt:ſolum in talibus non ſtupere cū reliquis:ſolum quaſi quibuſdam fortuitis non moueri.Diſtinguere operationum ſpés Et qa & ipſi dæmones operanť,intelligere naturas quæ ſint falſa:quæ nouiſſe oporteat:nō decipi:nō errari:nō inimico aſſignare quæ dei ſunt,nec deo abiudicare quæ ſunt dæmonū.Scire tpa:ſigna cognoſcere:habere domini cognitam uolūtatem,& alia dei mirabilia cū gr̄arum actiōe uenerari:alia cum digna execratione uitare.Talem uirum etiam ſæculi hoīes laudauere:dicente Virgilio.

Fœlix qui potuit rerum cognoſcere cauſas.

Bona ſnīa:ſi ad eam ſuo itinere ueniſſet,ut appareat illum ignoraſſe quod laudat,nam & quæ ſunt ſecunda celebrauit.Nam & ordine p̄poſtero etiam ſapientis uertit officium.Dum enim non rerum cauſæ ; ſed rerū creator ingrendus eſt:per quam ad cauſas reꝝ:ſi ip̄m didicerimus:ītrabimus.Cæteꝝ illo omiſſo: cauſas rerum qualiter cognitas habere poterimus:cum quis prius hæc fecerit:deinde quare fecerit:ſit inquirendum. Veꝝ reperto reꝝ auctore:reꝝ quoq; inuenimus & cās. Quod iſte uſq;adeo non uidit:ut principalem locū hunc:qui reꝝ cauſas potuiſſet agnoſcere:p̄dicaret.Secundum quod ſubiungit : qui deos tanq̄ minus opus exæquens adoraſſet:ut quiuis agnoſcat eos creatores reꝝ non fuiſſe:a quibus cognitio reꝝ quaſi aliena diſiungitur, nec coli oportere:ſi hæc quæ laudantur ut prima p̄ſtare non poſſunt. Neſciunt autem ea : quorū opifices non fuerunt.Denicꝙ & inuentione illoꝝ diis ſuis detracta humano eam aſſignant ingenio.Illis ſcilicet qui ſapīa excellunt:ꝙ idola non colunt:ut iā diis eoꝝ homo ſit potentior:ſi ad hæc quæ dii ipſoꝝ ignorant:altiori cogitatōe peruenerit.Ab his autem deos p̄cepit coli:qui plene præ ſtultitia reꝝ cauſas nō queāt inuenire,quorūq; p̄cordia ut ipſius uerbis utar frigidus ſanguis includit.Adhuc homo noſter & deum colere:principalem ſit eſſe ſapīam:& reꝝ cauſas compertas habet:non q̄rit ex ſyracuſia rōne ſæculi ſapiētis emi-nere.Sed illo docente quem colit:quem ante inquiſiuit:q̄ reꝝ cauſas:quando res ipſas reꝝ conditor antecedit.Qui illum monuit quæ quibus eſſent uentura temporibus.Cuius diſpoſitōem ſine ipſo qui diſpoſuit: nullus agnouit,quoniam nemo ſcit:quæ dei ſunt:niſi ſpiritus dei.Nos uero ut apoſtolus ait:non ſpūm huius mundi accepimus:ſed ſpūm qui ex deo eſt,& ideo quæ ipſius ſunt:non edocti humanæ ſapīæ uerbis:ſed ſpiritu dei:& eius ſuperfuſa nobis dignatione callemus.Hæc eſt illa ſtultitia ſæcularium:hæc ſapīa uocatorum cogitare ſemper in corde:quid retribuam domīo pro omnibus quæ retribuit mihi?ipſum habere ſemper in ore:quoniam uerbū eſt.Eſurire eum:quoniam panis eſt.Ipſius ſpiritu etiam ebrios mente excedere, quīa calix eſt noui teſtaméti:& uinū de uinea:quam de ægypto ante tranſtulerat:quæ uinea populus iſrael fuit:quoꝝ patres ex quibus dominus ieſus xp̄s ſecūdum carnem.Illum loq omni tempore,quoniam līguas nobis nouas ſpūs eius aduexit.Quæ ſunt aūt iſtæ linguæ nouæ:niſi iſtæ:in ſæculo eſſe:& ſermonē de ſæculo nō habere?Aliis linguis loqui populo q̄ loq populus ſecū ipſe conſueuit.Præterea & iſtud eſt loq aliis linguis:deum cōfiteri unū:ab eo q plures deos ſolitus erat cōfiteri:& ip̄m in noſtra fide nouis linguis unū loq &,p̄fiteri:& credere trinitatem.Illum quoq; amare quia iterpellat pro nobis.metuere quia pater omne iudicium dedit filio.Illum momentis omnibus adorare ab illo petere neceſſaria nobis:& ipſi placita:qui peti ſe uult ab eo:& poſcenti uerba monſtrare.Qui quod eſt nouū inter nos ſolos petentes ſe amat.Qui etiam ſolus quod mirabile eſt:iraſcitur:niſi petať Infidelitas enim eſt:nihil p̄ſumpſiſſe de deo,nihil illum credit poſſe qui quod iudicat poſſe ; non poſcit.Hæc eſt illa fili dilectiſſime anguſta uia:hoc illud acus foramen ; per quod non introeunt ſarcinati:aut animalia ponderibus attributa,q̄ anguſti & puſilli aditus,non ſolum eni foramina hæc cum oneribus iumenta non capiunt:ueꝝ etiam ipſum noſtrorum oculoꝝ:ſi multimodis diſtrahatur:fruſtrantur obtutum. Vnde & dominus per ꝓphetam ait:uacate & uidete. & quādo erit ut poſſit ītrari:quod per occupationes ſæculi necdum cœptum eſt iueniri.Impleuimus diuiſionibus ſuis propoſitas quæſtiones:exteriorem hoīem interiorēq; monſtrādo:cum uitam quæ ſit ſancta:& in quo actu poſita: quo ſtudio teneať:qua ſubſtantia uegetetur:oſtendimus Totūq; curſum eius breuiter:licet ſaltibus potius ſi dici poteſt:q̄ paſſibus pro feſtinatione ad finem uſq; perduximus.Nūc quare non ab hoībus etiam iſtius mūdi uideatur:accipe rōnem,quādoqdem te mea uerboſitas delectat:quam negligentius iudicas:dum accēdis ſtudioſius in diuina.Cum ille q primus nobis mortis ſemē inuexit,mūdum iſtum ideſt paſſionem hominis uicto ſibi homīe ſubiugaſſet:regnūq; illius ipſo rege iam capto:ſub pedibus ſuis & ditiōe cœpiſſet ; eaq; oīa quæ in mundo ſunt:uelut ſuis peculiis:& uictoriæ ſuæ manubiis uteretur:nequando homo amiſſam ſapiētiam:aut debitum ſibi uitæ q̄reret teſtamentum:ſic cunctis ſuccis ſuæ artis infecit:ut & ſtultitiam ſapiētiæ colore ueſtiret:& mortē mentitæ uitæ lenociniis obūbraret,ut mala non fugerent:qui non cernerent appoſita meliora.Denicꝙ ex illo tempore ſic paſſim humanū genus graditur:ſtultitia pro ſapientia habetur, dicente pſalmiſta:Quoniam laudať peccator in deſideriis animæ ſuæ;& iniquus benedicit,ť. Tunc uita putať eſſe quæ mors eſt.Et ſub ſpecie boni mala decipiunt:cum ad intelligentiæ fraudem dolo bonoꝝ omniū uirtus operetur.Nam diuitiæ nō ſecuturæ poſt homīs mortem amātur.Honor faſciū qui per ſucceſſorem ſcat:ambitur,iniuriā feciſſe uirtus eſt,aliena poſſidere:potentiæ eſt,innocentem circūuenire:aſtutiæ eſt,

chriſtum ſapere:ſapientis eſt.Prophetam horrere:eloquentiæ eſt.ſic plena ſunt omnia erroribus.ſic infuſa p hominum mentes caligine alium alio incurſante mundus inuoluitur.& ad hoc uſq; ueritas obſcuratur:ut i mortis gremio iacuiſſe beatitudo dicatur.Quod ubi ille deus nos ſemper cogitans & noſtra uidit per ſapientiam mundi qua ſibi mundus colluſor interpellatores inuenerat:ſuam ſapientiam fuiſſe deſertam:placuit etiam ei econtrario aduerſus aſtutiam ueteratoris ſapientiæ ſuæ diuitiis inumerabilibus uti.& ſciẽtiæ altitudinem quam nullus poterit inueſtigare:ſicuti eſt:& ſuam ſapiẽtiam ſtultitia uelare:& uitam ſuam mortis quadam obſcuritate cælare:ut ad ſapientiam peruenire non poſſet:qui in hoc ſæculo opinionem ſtultiæ fugiſſet.& ad uitam eius non accederet:qui non cõtemptum mortis habuiſſet.Nãq; ſic filium ſaluatorem noſtrum miſit in hominem:ideſt ſapientiam ſuam carne ueſtiuit:ut quod ſtultum eſt uitam ſuam pati crucem fecerit:quod mors eſt: ſic aduerſis aduerſa deſtruxit.& per diſſimiles ante ſæcula operationes ingenii artificis illius machinas eliſit.ut partibus quibuſdam ſalutaribus ueſtigiis: licet impreſſa mortifera illius ſtigmata delerentur.Sed hoc ſtudium niſi cõcupierimus quoniam quod ſtultum eſt dei ſapientius eſt hominibus:ſapientiam eius non tenebimus.Hanc mortem quod crux eſt:niſi amauerimus:quoniam quod infirmum eſt dei fortius eſt hominibus uitam eius non poterimus intrare.Quid ergo ſequitur niſi ut relicta ſæculi & ſapientia & uita & ſtultos nos haberi patiamur:& mori nos cum domino ſemper optemus : ut in ſpem aduentus eius qui utriuſq; rei erit reuelatio partem aliquam habere mereamur:tunc enim ſciſſis omnibus uelamentis talia qualia ſunt ſingula cuncta cernentur ideſt ſtultitia mundialis falſæ ſapientia inuoluens denudata ſiſtetur.& mors mentitæ beatitudinis deoperta uelamine hiante ſemper ore & patenti in profundum gutture uitalium inimica prodetur.Tunc & cæleſtis ſapientia quæ ſæculariter ſtultitia nominantur interpoſitas altitudines ſcientiæ dei ſine alicuius labore elucubrationis intrabit:& uera uita nullis mortis tenebris obſcurata lucebit per dominum noſtrum ieſum xp̃m:cui eſt honor in ſæcula ſæculorũ Amen. Vides o filia qua ualitudine laborat animus ſuſcepti qui iſta non cogitat.Corpuſculo adhibui palpamenta:quod ſi negligerem anima plus ualeret quæ tunc infirmatur cũ exterior roboratur.ſed iſtam quam dixi animam morbo ſtultitiæ uitiatam orationum tuarum frequentatu ſanetur:cuius anima ſæculi intemerata flagitiis poteſt aliis ſubuenire.Non enim æger ſalutis ſuæ adhibere poteſt medelam ægrotatione confoſſis & anhelans altitudinẽ plagarum uulneribus non medetur alienis.Sanus qui ſit certe curabit infirmum.oculatus cæcum per præcipitia non ducit.Tu itaq; & ſapiens domino ſupplica:ut quod nõ ſapui ſapiam:& tuis ſuffragiis uelut quibuſdam remediis me fac ſanare.Reprehendat aliquis q; in tantum delectabili diſputatione proceſſerim:ut meritorum meoꝝ reſipiſcentiam nõ haberẽ.aut ſubito anguſtam Moyſi cathedram indignus taliũ diſputator aſcenderim.Sed uere amore id egi tuo non uſurpatione mea.Nam ego dictum legeram peccatori:Ne dominum auderet narrare iuſticias per os ſuũ.quod ſi contra interdictum pro tua dilectione præſumpſi in eo tua gratia cõpenſare dignabitur.ut litterulas quæ ad plenum emendatæ non ſũt ſicut ipſis apicibus quibus exarantur apparet tam facile ad publicum nõ perducas:ac ſi ego uerecundus pro me eſſe non potui ut debui uel tua modeſtia uerecundiæ parcat meæ.Et quia de me habẽt quod male ſcriptæ ſunt:de te habeant qd' cælentur.Vale:& nos in domino dilige:in quo diligeris a nobis.

Beati Hieronymi ad Cteſiphontẽ urbicum epiſtola quæ inſcribitur de obedientia:ſcientia: iuramento: uindicta.in qua oſtendit ſaluté non tam in ablutione corporea per baptiſmũ conſiſtere q̃ in ſanctificatione animæ per uerbũ dei.proinde hortatur ad lectioné euangelii & ſcientiam ſcripturarum.Quoniam ſine ſcientia mandatorum impoſſibile eſt noſſe quid fiat : inſtruit de obedientia mandatorũ:oſtendens utriuſq; teſtamenti exemplis benefacti meritum uno crimine tranſgreſſionis admitti: Multa de electis & reprobis : multa de iudicio futuro ſubnectẽs:ac monens breue tẽpus piis operibus redimendũ . Et in fine determinat quæſtionem de iuramento:docens non licere ſeruis domini exemplo iurare.

Ræſũptioné meá excuſare conarer:ſi me nõ & tempus & cauſa ſimulq; tuerentur & charitas:& ſi nunc propria magis uerba q̃ diuina uellem tuis auribus intimare.Accedit ſuper qd' exhortatio noſtra habet ex ſimplicitate fiduciam:& ex ueritate uirtutem:quia non de immunditia eſt: neq; de errore:neq; de dolo.hoc plane præmoneo:ne contemplatiõe mediocritatis meæ domini uerba deſpicias:quæ pio affectu tibi nunc eccleſiæ paruulo ad cõfouendam infantiæ nouitatem lactea interim porriguntur:donec aut per te poſtmodum:aut per alios eruditus in uirum perfectum eſcis ſolidioribus roboreris.Ac plenum ergo te ſcire cupio:quod ex parte noſſe te credo:ob hoc dominum dei uerbum deſcendiſſe de cælis:ut aſſumpto naturæ noſtræ homine humanum genus quod ab adam iacebat:erigeret i xp̃o tantumq; nouo homini per obedientiam præſtaretur ſalutis:quantum ueteri per inobedientiam perditionis acciderat.Verum quoniam ſiue obedientia ſiue inobedientia uocabula illa ut mihi uidetur incorporea ſunt:non materiæ corporalis:& quia incorporalia ex corporalibus generari omnino non poſſunt: manifeſtum eſt incorporea ex corporalibus naſci.& ſi obedientiam incorporalem:quæ inobedientiæ remedium ẽ ex incorporali anima gigni ratione probabile eſt:manifeſtum eſt obedientiam ex animi conſilio nõ ex corporis materia procedere . Qua ratione colligimus uocationem noſtram iuxta uocantis dignationem etiã noſtræ uoluntatis ſtare conſenſu:ita ut lauacrũ:quod corpus credentis acceperit anima magis beneficio cõ ſequatur.& utriuſq; ſubſtãtiæ purgationẽ:quæ i aqua cõſtat & uerbo:merito mẽtis afferri. Vex ut ea quæ diximus:manifeſta ꝓbatione firmemus:euidentia de ſcripturis exẽpla ponamus.Scriptũ eſt in apoſtolo. Sic xp̃s dilexit eccleſiá:& tradidit ſemetipſũ pro ea:ut eá ſanctificaret mũdans lauacro aquæ i uerbo uitæ ut exhiberet eã ſibi glorioſá & imaculatá.Per aquã & uerbũ mũdari dixit Eccleſia utiq; nos ſumus: ſi tamẽ ſine uitio & macula(ut ꝓcipitur)uixerimus.corporalia corporalibus:& ſpũalia ſpiritualibus purgãtur.Aia uerbo

& aqua:corpus aqua ſolũmõ uideť ablutũ,aiæ intrinſecus priſtinis in ſordibus & cõcupiſcẽtiis reſidẽti euã
geliſtæ eſt timenda ſnia dicentis,Phariſeæ cæce munda prius qđ intus ẽ,ut fiat mundum & id quod foris ẽ.
Et re uera ſi corpora noſtra uaſa ſunt animarum:tunc erunt uere mũda:ſi intus ſincærum habeant purũq;
liquoré.Cæterum q̃uis calix aureus ſit:& ornato gemmarũ ac ſplendore pulcherrimus:ſi in ſe uenena conti
neat:nonne p̃cioſitatẽ metallorũ lethalis poculi uirus obfuſcat:& micantẽ ſpecierum nitorem uiolabit?Sed
ne a propoſito longius meæ pollicitationis excedam:proſecutiunculæ meæ uerba uerbis dominicis,pbabo
ut hoc quod dico:non ex humano ſenſu inuentũ:aut ĩgenio proprio excogitatum putetur:niſi diuinis ſen
tentiis uideatur eſſe conſtructũ.In euangelio ioannis dominus ad diſcipulos ait.Vos aũt iam mũdi eſtis pp
ſermonem meum quem audiſtis.Non dixit propter quod loti eſtis tantũ:ſed ꝓpter ſermonem meum quẽ
audiſtis.ideoq; mundi eſtis.Oés quidem ſciebat lotos eſſe ſed nõ omniũ interiora munda eſſe ꝓbabat.quia
inter cæteros erat.Iudas:qui aquæ purgationem animi malitia ſordidabat.propter quod q̃uis cũ aliis lotus
fuiſſet:ĩmundus tamen domini ſententia perhibetur.Cuius exemplo euidenter manifeſteq; monſtratur il
lum in ueritate dei gratiam percĩpere:qui eam eo ordine quo ſcriptura docuerit conſequatur.Nam ſi aliq̃s
corpore tenus renatũ eſſe ſe credat per aquam:& uerbo non ſit regeneratus in ſpiritu:in ſua ſalute fruſtrat.
quia cæleſtis nouitas hæc cauſa eſt:ut corporis qualitate manente:homo uetus ĩ nouam animi mutetur uo
luntatem.Cæterum quõ corpus ſordidum ſi aqua non eſt ablutum permanebit ĩmundum. ita anima niſi
uerbo fuerit emendata diuino,ſordibus uitiorum corrupta manebit.Ergo ſi eius conſilio corpus aqua mũ
datur.qua ratione ſpernitur.quod maius eſt ſi quod minus eſt iam tenetur?Sultitia ex parte ſaluari cupit:q̃
ex toto periit.Qui cum integram habeat in poteſtate ſalutem:media uelit eſſe contentus:& contra iura na
turæ putet ſolo corpore ſe ſaluatum.cũ poſſibilius ſit:ante reſurrectionis tẽpus animam ſine corpore uiue
re:q̃ corpus ſine anima ſtare.Siquis duobus oculis duobuſq; laboret pedibus:& utriuſq; membri habeat in
poteſtate medicinam:& uno pede uel oculo uno ſanato:ab alterius cura uelit medicum ꝓhibere:nonne ue
ſanæ mentis & medici iudicio:& omnium hominum erit ſententia condẽnandus?Sed dicit aliquis: Si totũ
ex noſtro labore expectatur:ergo gratia nihil p̃ſtatur.Nolo quiſquam ignorantiæ titulo gratiam dei teme
re faciat ingratam:ne fidem ſuam uertat in ſcandalum.& ſiat ei cauſa ſalutis interitus & perditionis occaſio
Cuius rei ratio:ſi cũ moderatione quæratur:tum demum proficiet ad uitam:quæ per p̃ſumptionem forte
p̃cipitaſſet ad mortem.Sed gratia quidem gratis peccata dimittit ſed cum conſenſu & uoluntate credentis
ſicut philippus eunucho in actibus apoſtolo& probat dicens,Si credis ex toto corde licet te baptizari.Quo
teſtimonio intelligitur:non minus periculum eſſe:ſi baptizaretur incredulus:q̃ ſi uere credenti baptiſmum
denegetur.Credens autem ille eſt iuxta ſcripturas qui ex toto corde crediderit.& ſi ex tota cordis arce credẽ
dum eſt:ut ex credulitatis merito baptiſmum fidei detur:aqua non ſufficit baptizato:quæ credentis animũ
in corde non attingit.& ne periclitetur meritum cordis:uerbum quo contĩgi & mundari cor poſſit: accipi
at oportet.Quia ſi aqua contentus ſit ille:qui credidiſſe ſe dicit.qua membra extrinſecus diluunť:& uerbũ
quo gloriatur anima non requirit.iam non uidebitur ex corde ut debuit:ſed ex corpore credidiſſe.quod ne
quaq̃ fieri poſſe ratione ulla conceditur.ut ſine ſententia mentis:ſolum corpus peculiarem intelligentiam
habere iudicetur.Vnde confidens de prudentia tua quæ pro benignitate ſibi inſita præpoſterum quicq̃ fie
ri:nec alii homini pateretur rogo ut ad inſtitutionis plenitudinem,uerbũ domini hoc eſt euangeliũ diligen
tius legas.ex quo ſcientiam ampliorem eius q̃ credidiſti lucis excipias.ut poſſis ĩ omnibus noſſe quid factu
rus ſis.nam ſine diuinæ legis & diſciplinæ cæleſtis ſcientia difficile eſſe quenq̃ poſſe ſaluari:non meus ſed di
uinus ſermo probabit.Ait eſaias.Qui non didicerit iuſticiã dei:ueritatẽ non faciet.Item de hoc ipſo ĩ libro
ſapientiæ:Et quis erit conſumatus inter filios hominum?Si abfuerit ab illo ſapientia dei in nihilum com
putabitur.Vani ſunt enim oés homines quibus non eſt ſcientia legis dei.Vnde dominus in euãgelio ad eos
qui aliter q̃ ſe ueritas habeat:ſuſpicantes erant reſpondit.Erratis neſcientes ſcripturas.oſtendens in ſumma
rerum ſalutarium nebula & tenebris conſtitutos eos:qui ſpiritalem lucernam:ideſt diuinæ legis ſcientiam
habere nollent accenſam.Quam quidam repellentes per ꝓphetam a domino repelluntur:ſicut ſcriptum ẽ.
Quia tu ſciẽtiam repuliſti:repellam & ego te.Nullo igitur modo paſſim nos noſtro iudicio committamus
ne nobis exclamet eſaias:Ve qui prudentes ſunt apud ſemetipſos:& in conſpectu ſuo periti.Vnde & apoſto
lus ait:Siquis ſibi uidetur ſapiens eſſe in hoc ſæculo:ſtultus fiat:ut ſit ſapiens,ſapientia enim huius mundi
ſtultitia eſt apud deum:propter quod ad regem Tyri dicitur humana ſapientia gloriantem:Sapienter enim
non erudiunt te doctrinæ cæleſtes:& ſapientia dei.Eſt & ſapientia hominum:non negamus,ſed una ſuadet
ad uitam:alia impellit ad mortem:quia ſapientia humana quæ ſtultitia reprehenditur:& ab apoſtolo ſpiri
tu ſancto definitur ianua mortis:& materia æterni interitus approbatur:ſicut ſcriptum eſt in propheta.Si
mul inſipiens & ſtultus peribunt:Inſipiens qui dixit in corde ſuo:non eſt deus:& ſtultus q̃uis deum ore fa
teatur in actione præſentis uitæ:in perpetuum non proſpexit:ſicut ſcriptum eſt.Melior eſt puer pauper &
ſapiens:q̃ rex ſtultus & ſenex:qui neſcit in poſterum prouidere.Bonum eſt quidem homini ſapere:ſi iuxta
ſcripturas ad hoc ſapiat:ut prouidentiam habeat futurorum:mortalitatis ſtatum:per quotidie morientium
hominum exitus:& totius ſæculi paulatim per detrimenta labentis ruinam conſiderans. Cæterum ſiquis
uſurpatæ ſemel intentionis ducatur intuitu:& ſua ſe magis q̃ dei uelit gubernari ſentẽtia:diuinaq; lege poſt
poſita:propria conſilia dei conſiliis anteponat;hanc prophetæ clamantis timeat uocem. Ve deſpicientibus
legẽ domini timor fouea & lacus.Sicut pluuia ualida inutilis eſt:ita qui relinquunt legem laudãt ĩpietates.
qui aũt diligunt legẽ:circũdãt ſibi murũ.Btũs uir qui in lege domini die noctuq; meditatur.cuius ai[illegible]
neſcit:q̃ ſermonis dei eloqa retractare.Quãto a terrena cogitatiõe remotior eſt:tanto deo uicinior & cælẽ

eſt quem non immerito diuinus ſermo & collaudat:& uere ditiorem diuitibus præfert dicens: Beatus homo:qui inuenit ſapientiam.Melius eſt enim eam mercari:q̃ auri & argenti theſaurus.Præcioſior eſt lapidibus præcioſis.Item omne aurum in cõparatione illius arena eſt exigua:& tanq̃ lutum æſtimabitur argentũ ab illa.Sed dũ in exhortatione ſapientiæ diutius ĩmoramur:ne quis forte exiſtimet nos cõtra apoſtolũ doctorẽ legis præferre factori:ſuo ordine reſpõdebimus:oportere prius noſſe quid iuſſũ ſit: quid ue prohibitum:ut ſcientes utrunq; ſeruemus.Alioquin ante ſcientiam mandati impoſſibile eſt noſſe quid fiat. Temerarium ſatis eſt:ſi noſtræ uoluntatis legem nobis putemus poſſe ſufficere:cũ etiam apoſtolum legamus fuiſſe ſub lege:ipſo dicente.His qui ſine lege erant:quaſi ſine lege eſſem:cum ſine lege dei non eſſem:ſed in lege chriſti eſſem.Et alibi:Inuicem onera ueſtra portate:& ſic implebitis legem chriſti. Qui paterna pietate chriſti paſſione redempti ſunt:& qui ad hoc redempti ſunt:ut redemptoris iura ſeruantes ad uitam ſe in cælo repoſitam præparent.ad quam redempti licet nullo modo peruenire dicantur niſi ea quæ iubentur obſequiis cõpetentibus exæquantur:ſicut ſcriptum é.Si uis ad uitam ingrẽdi:ſerua præcepta: Hoc eſt ab omni illicito quo prohiberis:recedas,& ad omne bonum quod iuberis:promptus accedas.ne in priſtinis uitioſitatis cõcupiſcentiis perſeuerans,fidem qua credidiſti ueteris peccati alicuius adhuc amore corrumpas:& agnitio dei quæ per nouam gratiã reuelata eſt per delicta uioletur,dicente propheta:Mendacium & nõ fides p̃ualuit ſuper terram:quia a malis ad mala tranſierunt:& me nõ cognouerũt:dicit dominus. Vnde & beatus apoſtolus ioannes paria teſtatur:Qui dicit ſe noſſe deum:& mandata eius non cuſtodit:mendax eſt:& ĩ hoc ueritas non eſt. Et iterum.Omnis qui peccat:non uidet deum:nec cognouit eum.Et peccatum non in uno tantum mandatorum genere:ſed in utroq; cõſiſtit.Peccat quidem ille qui imperata neglexerit,ſed plus peccat:qui interdicta non ſeruat. Sacrificia & uota reprobabũtur oblationum:niſi purus & ſanctus fuerit animus offerentis.& ĩmaculatam hoſtiam faciunt indignam præcordia maculata.dicẽte domino:Si offers munus tuum ad altare:& illic recordatus fueris:quia frater tuus habet aliqd aduerſus te:relinque illic munus tuum &c.Omni oblatione & hoſtia præcioſior eſt obtemperãtia mandatorũ:dicente propheta.Ecce dico: obedientia melior eſt q̃ uictima:& obauditio q̃ adeps arietum.Et alibi.Initium bonæ uiæ facere iuſſa:quæ accepta ſunt apud deum magis q̃ ĩmolare hoſtias.Et alibi.Qui cõſeruat legem:multiplicat oblationem.Sacrificium ſalutare eſt:attẽdere mandatis:& diſcedere ab omni iniquitate:& propiciationem uitare ſacrificii ſuper iniuſticiam.Non nobis blandiri debemus in factis iuſſorum:ſi in ꝓhibitorum tranſgreſſione peccemus:cum tranſgreſſionis crimnen benefacti meritum tollat.Quod non mei ſenſus aſſertio:ſed utriuſq; teſtamenti exempla ꝓbant.ubi inuenimus etiam dei amicos obunius cõtẽptus errorem bonorum retrofactorum munificentiam perdidiſſe.Sic adam cũ diabolo facile credidit ſeducenti:poſt familiaritatem & colloquium dei unius pomi cupiditate ſuperatus:ꝓdidit paradiſum.& quia per tranſgreſſionem unũ habere præſumpſit:multa ſimul bona amiſit.Sic uxor Loth poſt angelorum obſequia:contra interdictum retro reſpiciens:in ſigmentum ſalis repente mutata é.Sic Sames eadem die qua mirabilia fecerat gratia ꝓphetali a leone deiectus occiditur.Sic infœliciſſimus iudas poſt electionis meritum:poſt ſignorum gloriam:poſt apoſtolicam dignitatem:exiguæ ſtipis amore deceptus:cui tribunal ꝓmittebatur in cælo:laqueo captus eſt in terra.Et ne nobis per alienarum ſolummodo rerum fraudulentiam periculũ ĩminere putemus:reminiſcamur Ananiam & Saphyram:non de aliena appetita pecunia:ſed de ſua timide erogata damnatos.Rogo poſt tot documenta:tot mortes:unde in nobis creſcit ĩpunitas delinquendi?Quis hic p̃ſumptionis ſpiritus qui tam in animo noſtro operatur audaciam:ut cum ſanctos homines de leuibus etiam culpis uideamus eẽ punitos:& nos quotidie ĩ maioribus & pluribus delinquentes:æternos in media damnatiõe fore credamus? Quanq̃ leue nunq̃ ſit:deum etiam in exiguo cõtemnere,q̃ non tantum ad qualitatem peccati reſpicit: ſed ad perſonæ contemptum.Propter quod homini non ſolum intendendum eſt:quale ſit:quod iubetur: ſed quantus ſit ille qui iubet.Excluditur hoc loco uulgaris illa ſententia:qua mihi ſuo iudicio religioſi:& q̃ ſapientes ſibimet uidentur:dicere ſolent.Sufficit nobis ut non criminalia peccata & maiora faciamus, facilis eſt enim omiſſio minorum delictorum.Quid dũ animali ſapientia occupant animos: ſpiritalem intelligẽtiam & conſuetudinẽ diuinæ legis ignorant.quæ ſæpe peccatum oſtendit:quod nobis non uidetur eſſe peccatum.& quæ illic pietatem facit:ubi nos opus impietatis oſtendimus.Saul & ioſaphat reges fuerunt populi iſrael.& dum miſericordiam his quos deus oderat præſtiterunt:dei offenſam in opere pietatis incurrunt. Econtrario Phinees filiiq; Leui gratiam dei humana cæde & ſuorum parricidio meruerunt. Vides quantũ ab humanis ſenſibus per noſtram imperitiam diſcrepat diuina ſententia:ut nobis interdum cæleſtis iudicis diſpenſationem neſcientibus iniuſta uideantur:quæ per cauſarum ſcientiam iuſte ſatis & recte facta probãtur.Rurſum ea quæ noſtro iudicio bona probantur:apud deum plærunq; reproba & ingrata uident. Quis hodie patris Abrahæ exemplo:innoxiũ uolens filium trucidare:humano iudicio non crederetur iſanus? Ecõtra quis in tactu arcæ diuinæ imitatus Ozam:hominũ ſententia damnaret? Epiſcopus epheſiorum angelus in apocalypſi nũcupatus:qui cauſa nominis chriſti paſſionũ multarum merita intra cõſcientiam retinebat: quia in ipſis paſſionibus a primo cõuerſationis feruore repuerat:cum caloré paululũ temperaſſet:ad pœnitentiã reuocatur:dicẽte ſcriptura.Noui opera tua & patientiã tuã.Et quia potes ſuſtinere malos. ſed habeo aduerſus te pauca:quia charitatẽ tuam priſtinam reliquiſti.Memento unde excideris:& age pœnitentiã.Cõſideremus quantus caſus ſit temere conténentis cum tanta ruina eſſe dicitur in negligentia obſequẽtis: uel quam damnationem excepturos credimus eſſe indeuotos:cum tantam reprobationem deuotus exceperit. Timidum diſcipulum non amat chriſtus.Qui uult meus diſcipulus eſſe ait:abneget ſemetipſum ſibi & tollat crucem ſuam: & ſequatur me. Oportet uos per multas tribulationes introire in regnum cælorum.

Beati estis cum uos maledixerint homines:& persecuti fuerint:& dixerint omne malum aduersus uos:Gau
dete & exultate quia merces uestra multa est in cælis.Futuræ uitæ gloria p̄sentis uitæ incōmodis cōparat.
Christianis uexilla crucis sunt delitiæ:trophæa nostræ uitæ nō pompis:sed miseriis reportant.In nostra clas
se uiri fortes obprobria sciūt portare:non munera.Paupertati nō nobilitati futurorū beatitudo ꝓmittitur.
Retrahit qdem uerecundia senatorū:ne sequat paupere xp̄m:sed audiat a xp̄o.Qui me confusus fuerit: &
mea uerba ī generatione hac adultera & peccatrice:& filius hois cōfundet eū in gloria patris sui cū angelis
sanctis.Turpe est inter parentes senatores atq; grāmaticos:scholasticū pro xp̄o uoluntaria humilitate deie-
ctum uerbis simplicibus esse cōtentum.Displicet amicis si post ambitiosi habitus cultū:plæbeia & ignobi-
lia indumenta mutent.Sed si hominibus placere uellē ait apostolus:christi seruus non essem. Et ꝓpheta in
psalmo.Quoniā deus dissipat ossa eorum:qui hominibus placent:cōfusi sunt quoniā deus spreuit eos.Quā
tum bona est humana offensio:per quam iuenitur seruitus christi:tātum pernitiosa est amicicia quæ dei p-
stat offensam sicut scriptum est.Qui uoluerit amicus fieri huius mūdi:inimicus dei cōstituetur.Dicat unus
quisq; quod uelit:ego interim de me pro sensus mei paruitate iudicaui:melius esse confundi coram peccato
ribus super terram:q̄ coram angelis sanctis in cælo:uel ubicunq; iudicium suū dominus uoluerit demon-
strare.Esaias uir in sua gente nobilissimus:qui socer regis Ezechiæ fuisse refert:iussu dei deposito cilicio nu
dus incedit,nec tā ardui p̄cepti pudore deterritus est:quo minus dei ꝑium sequeret:quia nihil honestius
esse hoi:q̄ creatori suo parere iudicabat ioānes quoq; baptista nobilis:& in carne & ī spiritu natus: cilicium
a pueritia in habitum:& locustas eligit in cibum:qui nec peccati cōscientia:nec paupertatis inopia:ad huius
gloriam oneris:sed sola futuri sæculi beatitudine trahebat. Apostoli iam sperant:& adhuc stulti & inuti-
les & tenuis fidei arguuntur.Non sūt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam:quæ reuela
bitur in nobis.Inde paulus oculo mentis futura cōtemplans dicebat.Quis nos separabit a charitate christi?
Tribulatio:an angustia?an persecutio?an fames?an periculū?an gladius?Illos pericula non separant:nos uo-
luptates.Illi cathenas baiulant inocentes:nos aurū circūferimus criminosi.Illi in carceribus uincti nos in tri
cliniis delicatis.Illi in neruo positi deum puro corde & sincera cogitatione laudantes:nos in ipsa forte eccle
sia de forensibus calūniis cogitamus:& cū omnibus æqualiter legis data sit gratia:gehéna seu cæli regna ꝓ-
missa sint:alii de diuitiis:alii de uirtutibus meditantur.Cūq; dictum sit generaliter omnibus:dominum de-
um tuum adorabis:& illi soli seruies.Aliis innocentia:misericordia:castitate:ieiunio:deo fideliter & sine ces
satione seruientibus nos nobis adulteros:qbus seruire uolumus eligimus.Siquidem iuxta euangelii senten
tiam:omnis qui facit peccatum seruus est peccati.& re uera si amator pecuniæ sum:si gloriæ:si superbiæ: si
ambitionis aut pōpæ:dum illi omne studium meæ uoluntatis impendo:domino seruire non possum:quia
duobus dominis neminem seruire posse scriptum é.Non estis uestri dicit apostolus.Empti enim estis p̄cio
magno.Glorificate.& portate deum in corpore uestro.Clæmenter spiritus sanctus nostro iure nos cōuenit
sciens hoc in usu publico apud omnes homines custodiri:ut tanto seruus ī opere domini est cautior quāto
maiore esset periculo cōparatus:ut intelligamus q̄ strenui esse debeant in opere dei:qui redempti sunt san-
guine christi:uel q̄ criminosi debeant iudicari:q cum sciant pro p̄cio suæ salutis christi sanguinem datū:al-
teri q nihil præstitit:magis præbeant seruitutem.Rogo quo pudore obsequii aut laboris sui mercedem spe
rabit a cælo:cuius fuerit sollicitudo omnis in terra?Mercēnarius sæculi:non potest accipere p̄mium christi
omnis miles in castris iure sperat annonam:qui fortiter in p̄lio ꝓ ciuibus laborauerit. Dignus quidem est
operarius mercede sua:Sed & hoc dignum est:ut inde p̄mium operis accipiat ubi totius operam laboris im
pendit.Nemo militans deo:implicat se negociis sæcularibus:ut placeat ei:cui se probauit.Apostoli uox é.Vn
de satis timeo ne forte in illa retributionis die:qua ante tribunal christi unicuiq; scdm sua facta reddendū
est his qui in terrenis magis negociis q̄ in cælestibus laborauerunt iusti iudicii responsione dicatur:ite si po
testis:& illic ubi tota deuotione seruiuistis:mercedem uestræ seruitutis exigite.Talis causa est uirginum de
euangelio quinq; stultarum:quæ dū sollicitudine sæcularium uanitatum se contra professionis suæ ordinē
occuparunt oleum unde uerum lumen accenderent non habentes:in tenebris remanserunt.Sed dicit aliqs.
ista exempla ad paucos pertinent:quos deus ad hoc peculiare officium delegauit:quia scriptum est: Multi
uocati:pauci uero electi.Hoc primum quærere a te & audire uolo:quisqs es.qui ista ꝓponis:si ipsius dei ele
ctio est:cuius est & uocatio:quid uoluit plures uocare:qui paucos de pluribus erat electurus?Certe de duo-
bus uocatis illum uis stare:quem deus electione statuerit:& illū cōtra cedere:quem deus electionis uirtute
non muniat.Quod si ita est:nec bona ad nos ptinent hac ratione:nec mala,& sic erit:ut nec culpa pœnā ha
beat:nec benefacta laudentur.Sed ad hæc respondit apostolus.Si ita est:quomodo deus iudicabit hunc mū
dum?Deinde si paucos quos dicis electos.solos sanctos existimas qui uocati sunt, reprobos dicis: quomo-
do idem apostolus paulus in epistolarū suarum principiis uocatos sanctos uocat.sicut in fronte codicis ad
Romanos loquitur dicens.omnibus qui sunt romæ in charitate dei uocatis sanctis?Si pro paucis passus est
xp̄s:iustum est ut pauci mandata christi custodiant.Si autem indiscrete omnes qui credimus:sacramentum
in baptismū passionis accipimus:si omnes æqualiter renunciamus diabolo & mundo:si omnibus haud re-
cte uiuentibus gehénæ pœna promittitur:omnes debemus eadem diligētia & cauere ꝓhibita:& explere p̄-
cepta.Scimus quidē multas esse apud patrem in cælestibus māsiones.sed mansionū iusticia iustiores:mansi
ones differre:sicut & stellā stella dixit apostolus esse clariorē.Sed stellā cū stella non lapidem cōparauit:quia
terrenus lapis ī cælestes stellas esse nō poterat.sicut nec peccator inter iustos in regno cælorū.Sed sūt qdam
gradus gloriæ inter iustos in cælo:sicut & inter peccatores gradus pœnæ,Sed sicut alia eum qui fratrem sa-
tuū dixerit:alia eum qui racha tormenta cruciabūt:ita & in regno:alia paulum apostolum qui ut alios sal-

uos faceret omnia omnibus factus ē.alia eum qui se uix ædificare potuit laicūm gloria manebit.Sed utinā consentiam paucos esse q dei mādata custodiant:uerum timeo quia pauci sunt.qui dei credant in ueritate iudicium.Ecce si umbrato repente de cælo solis claritas nostris aspectibus deneget:& productis ī nosttam humilitatē nubibus pluuiæ terris īmineāt.si cōmotis ut assolet elemētis in rotā sui currus tonitrua cōcitētur.& inde hinc fulgurū iacula palpebris terribiliter obiecta coruscēt:q̄q̄ & cōsuetudine ista cōtingant:pauemus:contremiscimus:& proni ad terrā depositā superbia ceruices submittimus.Quid faciemus ī illa die miseri.quando reuoluto cælo cū angelicis uirtutibus igneus dominus totus aduenīet:quādo cadētibus de sup stellis sol ī tenebras:& in sanguinē luna mutabit.quando mōtes sicut cæra liquescēt.quando terra ardebit & arescēt flumina & maria siccabunt·& cōtra rerū naturas cōsumpto diuinitus humore,ariditatē in aqs ignis operabit.quando peccatores dicent mōtibus cadite sup nos & collibus tegite nos.Quando uocabunt homines mortē:& uocata non ueniet.quando discrimina uertent in uota.& qd semper oderūt hoīes concupiscēt.quando illud iplebit tēpus.qd lugubri hieremias dicit affectu dicēs.respexi in terram & ecce non erant luminaria.uidi mōtes & ecce erant trementes & uniuersos colles turbari.intēdi acie & ecce non erat hō.& oēs uolucres cæli pauebant.uidi & ecce carmellus desertus.& oēs ciuitates succensæ igni a facie domini.& a facie iræ īdignationis eius.& interierunt uniuersa. Verū ne ex suggestione diaboli hæc ad terrorem nō ad ueritatē dicta crederent.de p̄teritis futura p̄bantur quando talia in diluuio.ī sodomis.in ægypto: in hierosolymis sæpe ob delicta hominū facta referunt.Et apostoli q hunc horrendū diē īpiis & peccatoribus p̄uidere meruerunt.humiles erant mortuos suscitantes.& nos supra oēs erigimur:q peccando quotidie nosmetipsos occidimus nos respicientes ī nobis flebilē infirmāq; naturam.quæ nec in aduersis fortis est,nec in prosperis aliquando secura.si ītemperate cibus sūptus:aut īmoderate potus acceptus.leuē corpori febriculā cōcitarit:deiicimus aīam.affligimur.suspiramus.Nulla cura tūc est sæculi:nulla uillarum:nemo de patrimonio cogitat nemo de foro.oēs calūniæ:oīa lucra ī periculis corporis cōquiescūt.Currit ad medicos & p remedio carnali p̄mittunt munera.aurū.argentū.īterdū etiam mancipia traduntur. & pene totū patrimoniū aut negligit:aut donat ut cōsulator uitæ quandoq; perituræ:& pro æterna salute oīs admodū hō negligens est.omnis auarus illic oīs fragilitas largitoris animi tenacitate cōstringit:ubi p̄ptior uoluntas & copiosior largitas deberet operari.Et cum scriptura dicat.nolite diligere mundum neq; ea quæ ī mundo sunt nos sic mundana concupiscimus.sic amamus:quasi aliqd nascentes itulerimus in sæculū:aut recedentes de sæculo nobiscū auferre possimus.Nemo ad breuitatē tēporis.nemo ad naturæ respicit cōditionē:nemo cōsiderat nemo retractat uana esse omnia quæ aliquo fine claudunt.Si aūt contigerit ut inter cæteros lāguidum uiuificantes.aut clericus:aut sacerdos:aut etiam laicus dei seruus aduenīat:rogat ut oret. & q sæpe p nihilo cōtēptus fuerat.necessitatis tēpore supplicatur:ut p̄cibus suis cōmeatum uitæ longioris obtineat.sic causa discriminis quæ sunt uicina timent:dū despecta eligūtur:& p̄ciosa uilescūt uitæ illius:quæ post mortem permutatio figurat.ubi iam & lazarus pauper recipit in requiē:& diues in hac uita pōpositus uexari fertur in pœnis.Et cū sit dominus:aut factorū motus oraculis:aut creaturæ suæ beneficio:aut medici arte cōferta misericordia restituat sanitatem:cito succedente obliuione ī cōtrarium oīa pmutantur.Timor in insolentia:gratia uertit in cōtēptū:& quasi nihil unq; incōmodi senserimus:aut qui reuocari rursus ad talia nequeamus:rebellamus:efferimur:& cōcessū ad pœnitentiam uitæ spatiū negligimus:nec pœnitendo pristina lachrymis peccata diluimus:sed peccata non pœnitēdo cumulamus.Legamus esaiam p̄phetam:& necessarium ezechiæ regis aptū huic causæ q̄ramus exēplū:cui morituro anni q̄ndecim ad superiorē uitam propriis fletibus& p̄phetæ præcibus augentur.Quicq; accepta tāti muneris gratia:non peccatis:non uoluptatibus:non delitiis:sed soli domino indultū uitæ spatium humilis & sanctus exhibuit.Verū quia tibi honora bilis & dilectissime parēs:per nouā gratiam oīs lachrymarū causa detersa ē:age:cane:curre:festina. Age:ut ī spiritualitate p̄ficias.Cane:ne qd accepisti bonū incautus & negligens custos amittas.Curre:ut nō negligas festina:ut celerius cōprehendas.Siquidem paulus iam xp̄i cathenam pro euangelii annunciatione circūferens:nondū se comprehendisse dicebat:quāuis hora sexta hoc est media ætate domini uineā operaturus:q̄si feruidus opifex & fidelis alioꝝ longam dubietatem languidūq; uinceret tēporē.Dum tēpus habemus:semi nemus in spiritu:ut messem in spiritalibus colligamus.Nec attendamus ad paleas:quas uētilabrū christi cōtinuo separabit a tritico:donec qui uenturus est:ueniat.Et iuxta propheræ uaticinium:discernatur inter iustum & iniustum:& inter seruientem deo & non seruientem.sicut & dominus dicit.Ecce qui seruiunt mihi lætabuntur:uos autem contristabimini.Non nos inertes uindictæ dies & retributionis inueniat,qui immi nens ac uicinus esse & sæculi ruinis undiq; concurrentibus:& scripturum contestatione probatur.Considere remus q; in hac terra hospites sumus:& peregrinorum more pro diebus nouissimis habitamus. Vos enim de hoc mundo non estis:dicitur nobis.Quid ergo in aliena satagimus?quid turbamur?Nemo in deteriori & extranea patria plus eligit possidere q̄ in sua. De his tantum solicitudinem habere debemus & curam: quæ nobiscum transferre possimus.Ambiant terrena gentiles:quibus cælestia non debentur. Concupiscāt p̄sentia:q futura nō credūt.Christianis diuitiæ & hæreditas sit diuinitas christi.Nec enim debent ægre ferre.q̄si minus a cæteris habeāt:q auctorē oīum pceperūt.Supereſt ut acceptū ī corde deū honorēt obseqis: opibus colāt:sermone semp & cogitatiōe fateātur.ut ī aduentu eius nō cū cōtumacibus & cōtēptoribus puniātur:sed cū sanctis & deū timētibus coronent.Hoc sane prudentiā tuā p̄cor:ne me putes hæc superstitionis alicuius persuasione dictasse.Ego te christianū uolo esse:nō monachū dici.& uirtutē proprie laudis posfidere magis q̄ nomē alienū.Quod frustra a latinis ī turba cōmorantibus imponitur:cū a grecis solitarie uentibus legitime deputatur.Accipe ergo fili sermonem nostrū ea simplicitate & ueritate:qua dicimus:

quia nō quærimus hominum gloriam:deus teſtis eſt.nec ad hoc loquimur:ut humanas amicicias aucupemus:ne noſtræ adulatiōis ſermone & nos & alios decipiamus.nec ut nos apud hoies aliquid uideamur: ſed ut apud deū homines magna mereanť.De q̄ſtionibus aūt tuis:ut pace tua loquar:qa turbulētius ꝓponebas ego ſimpliciter reſpondere nolebā.qa bellanti dexterā pacis dare non poterā:licet etiā ꝓpoſterū forte uideatur:inde aliqd in fine epiſtolæ retractare.Sed quoniā apud chriſtianos non tā ordo q̄ritur:q̄ ꝓfectus: pauca quæ tibi reor fore neceſſaria credidi ſubnectāda:donec de cæteris:quæ ut aſſolet:te mouēt præſens ſi iuſſeris:cū p̄ſente remota oī animoſitatis cōtētione tractemus.Dixiſti enim ni fallor hoc iure te mala malis reddere:& cū iurantibus iurare debere:q̄ aliquādo iurauit dominus:aut mala malis reſtituit.Scio primum nō oīa nobis cōuenire ſeruis quæ domino conueniunt:ne in cōparatione famulo⁹ domini uideať iniuria.Alioqn forſitā reclamare incipiamus:cur non de uirginibus:ſed de mulieribus generamur?Aut cur mortui noſtri die tertia non reſurgūt?Iurauit ſcio ſæpe dominus q nos iurare ꝓhibuit:nec ſtatim ex hoc temere blaſfemare debemus:q̄ alios uetuerit:qđ ipſe faciebat:qa dici nobis poteſt:iurauit dominus q̄ſi dominus quē iurare nemo ꝓhibebat.nobis quaſi ſeruis iurare nō licet:q domini noſtri lege iurare uetamur. Verum ne i eius exēplo ſcādalū patiamur:ex quo tēpore iurare nos noluit:nec ipſe iurauit.Et qualiter de iuramenti cā breui ſermone ſatiſfactū eſt:ita etiā ad uindictæ negociū hunc eundē ſenſum facile proſpicis poſſe ſufficere qa aliud nunc tēpus gratiæ ī quo plenitudo ꝓfectionis aduenit:aliud fuit legis:aliud ꝓphetarū:dicente domino.Audiſtis qa dictū ē antiqs ne occideret:ego aūt ꝓfectiora p̄cipio:quæ ī ordine digeſta ſuo loco lector iueniet.Ex quo enim filius dei filius hoīs factus eſt:ex quo uetus fermentū iudaicæ traditionis eſt factum noua cōſpſio:ex quo agnus nō ī figura:ſed in ueritate comedit:ex quo ſcām apoſtolū uetera trāſierūt:& facta ſūt oīa noua:ex quo iuſſū eſt imaginem terreni hominis depōere: & aſſumere formā cæleſtis:ex quo cōmortui uiuimus:ex eo uirtutibus cōſurreximus in xp̄o.

Beati Hieronymi p̄ſbyteri de tribus uirtutibus fortitudine:ſapiētia:& prudētia:tractatus: quaꝝ priori terra:mediæ orbis terraꝝ:extremæ cælū ī ſcripturis aſcribit:quæ ad diuinā refert ſapiētiā:cuius cōparatione qđ fatuū eſt illī: ſapientius eſt hoibus:ubi etiā exponit illud de pſalmo:eduxit nubes ab extremis terræ docens per nubes ſanctos intelligi.

TRes quodāmodo uirtutes dei aſſumēs ꝓpheta:fortitudinē:ſapiētiā:atq; prudentiā:unicuiq; eaꝝ propria opera diſtribuit.fortitudini terrā:ſapiētiæ orbē terraꝝ:prudentiæ cælū.Audi q̄ppe ſcripturæ ordinē.Dominus q fecit terrā in fortitudine ſua:& erexit orbē ī ſapiētia ſua:& ī prudētia ſua extēdit cælū.Et nos igit ī noſtra terra(dictū eſt quippe ad Adā:terra es)neceſſariā habemus fortitudinē dei.qa abſq; ea ī poſſibile eſt nobis id exequi:qđ carni repugnat.Cū aūt mortificata fuerint mēbra ſuper terrā:tunc parent ſpiritus uolūtati.ſiquidē iuxta apoſtolū:ſpū geſta carnis mortificant. Dominus ergo fecit terrā in fortitudine ſua.Si aūt ad hanc terram uenias:& cōſideres id qđ in iob ſcriptum eſt: iuxta emendatiſſima tamē exēplaria:quomō ſtatuerit eā ſup nihilū:inuenies fortitudinē dei in medietate mundi terræ libram ſuſtineri.Veniam ergo ad orbem terrarum:qui græce oī κουμένη nuncupatur: ideſt Inhabitata.Scio animam inhabitatā:ſcio deſertā.Si enī nō habet deum patrē: ſi non habet filiū dicentem: ego & pater ueniemus ad eū:& manſionē apud eū faciemus:ſi non habet ſpiritū ſanctū:aīa deſerta ē. Habitata autē eſt:quādo plena eſt deo patre:quādo habet xp̄m filiū & ſpiritū ſanctū.Verū hæc differenter & uarie ī ſcripturis dicūtur:ī anima hominis patrē & filiū & ſpiritum ſanctū cōmorari.Nā & dauid in pſalmo confeſſionis tres ſpūs poſtulat:dicēs:ſpiritu principali cōfirma me:ſpiritū rectū inoua ī uiſceribus meis:ſpiritū ſanctū tuū ne auferas a me.Qui ſunt iſti tres ſpūs?Principalis ſpūs pater ē.Rectus ſpiritus xp̄s ē.Spūs ſanctus:ſp̄s ſanctus ē.Hoc ī approbationē eius rei diximus:q̄ habitata:ideſt orbis terrarū:ī ſapientia dei fabricata ſit.Sapiētia quippe auxiliabit iuſto:ſup decē ciuitates habēti poteſtatē.Sapientiā aūt & diſciplinā q abiicit: infœlix eſt:& uana ſpes eius:& labores eius inſenſati & ſine fructu:& inutilia opera eius:ait ſapientia quæ titulo ī ſcribit Salomonis.Iccirco quantū poſſumus labore nitamur:ut habitata noſtra ſapientia dei erigat.Cecidit quippe & de ſublimi corruit:ueniētibus nobis in locū iſtū miſeriarū.Cecidit habitata noſtra poſtq̄ peccauimus:inique fecimus.iniuſte egimus:īpie geſſimus:& poſt ruinā indiget erectione.Si aūt nō uis iſta ſentētia adduci:cōmunē totius orbis q̄ramus ruinā & poſt caſū eius cōſequenter deus erigens prædicet. Quicunq; eſt ī orbe iſto:ante erectionē cecidit.Si aūt cecidit:cōſequenter erigendus fuit.Nemo quippe ſine caſu ſubleuatur.Si autem erectus eſt:uideamus quæ ruina præceſſerit.omnes corruimus per peccatum in orbē terrarum.Et dominus qui erigit eliſos:eleuauit nos iacentes.In Adam omnes morimur:atq; ita corruit orbis terrarum:& indiget erectione:ut in chriſto omnes uiuificemur.Igitur duplicem intellectum de orbe tradidimus. Vnum quomodo ſingulæ animæ aut habitatæ ſint: aut deſertæ, alterum quomodo uniuerſus orbis pariter ceciderit:& in ſua prudentia extendit cælum.Non fortuito prudentia in cæli extenſione aſſumpta eſt.Inuenies & in prouerbiis dictum.Dominus ſapientia fundauit terram: præparauit autē cælos prudentia.Eſt ergo aliqua prudentia dei:quam nolo ut extra chriſtum requiras.Omnia quippe quæ dei ſunt: chriſtus eſt.ipſe ſapientia eius:ipſe fortitudo eius:ipſe iuſticia:ipſe ſanctitas & redemptio:ipſe ut ad præſens ueniam:etiam prudentia.Sed cum ſit in ſubiacenti:pro uarietate ſenſuum diuerſis uocabulis nuncupatur. Aliud ſignificat ſapientia:aliud iuſticia.Quando enim ſapientia dicitur diſciplinis te diuinarum hūanaꝝq; rerum inſtituit.Quando iuſticia:diſtributor & iudex meritorum ſignificatur.Quādo ſanctitas:illa uirtus deſcribitur:quæ credentes deo efficit ſanctos.ita ergo & mihi prudentiam eius intelligere cum doctrina ē: & demonſtratio bonarum aut malarum rerum ſiue neutrum.atq; in hunc modū extēdiſſe nūc dicit cælū in prudentia ſua.Quomō autē extēdatur cælum extendēte eum prudētia:audi:quoniā extendit uerba non

attendentis. Asserit quippe extensionē quandam esse uerborū similiter: ut nunc dicitur cæli. Iuxta illā quoq; quod ī alio scriptū est. Qui extendit cælū ut pellē. Extendit aūt & aīa nostra: quæ prius fuerat cōtracta: ut possit capax esse sapientiæ dei. Vex ut ad ꝓpositū reuertamur: diximus de eo: q; prudentia cælū factum sit. & nunc affirmamus eos q cælestē hominē portant esse cælestes. Si enī ad peccatorē dicit: terra es: & ī terrā ibis. quare nō dicatur ad iustū cuius est regnū cælorū cælū es: & in cælū ibis? Aut si ꝓpter choicū idest terrenū. dicitur ei q portat imaginē choici terra es: & ī terrā ibis: cur ꝓpter cælestē: ei q imaginem cælestis portat nō cōuenit dici cælū es. & in cælū ibis? Vnusquisq; aūt nostrū: aut cælestia facta habet: aut terrena. Si terrena facta sunt: ad cognatam sibi terrā deducūt eū q thesaurizat ea ī terra: & nō ī cælo. Rursūq; hæc quæ iuxta uirtutē gesta sunt: thesaurizatorē suū appropinquātē sibi ad cælorū regiones subueūt. Et eduxit nubes ab extremo terræ. Istiusmodi disputatio in psalmo nuper incidit. & dictū é a nobis: quomodo deus eduxerit nubes ab extremo terræ: qd' qdem nunc cogimur pertractare. ut & hi q audierunt plenissime: eox quæ sciunt reminiscant: & hi qui aut non interfuerunt: aut obliti sūt: cōtextū sermonis agnoscant. quæ tunc prout maluimus: exhibuimus. Diximus aūt sanctos esse nubes. Etenim hoc quod scriptū é: ueritas tua usq; ad nubes: non potest referri ad ānimales nubes. sed ueritas dei: usq; ad illas nubes é: quæ audiūt mādatum domini: & nouerunt quo pluuias deferāt: & a qbus eas suspēdant. De his nubibus dictū est. Et mandabo nubibus meis ne pluant sup eam imbrē. De his enī quæ ex densato aere constare dicuntur: si nō fuerint pluuiæ: non ꝑcepit dominus: ne pluant super uineā: aut super quācūq; regionē imbrē: sed oīno non apparent. ut ī tertio regnorū libro legimus: quando ī tēpore siccitatis nubes nulla apparuit. Et postea iuxta ꝓphetiā heliæ futuræ pluuiæ signū in uestigio hominis ostensum é. Atq; ita post nubē cōglobatā iber descendit ad terras. Istis uero quasi subsistentibus nebulis iubet pluuiam continere: cū īdigna fuerit anima imber cælesti: & dicitur. Mandabo nubibus meis ne pluant super eam imbrē. Itaq; unusq;sq; sanctorū nubes é. Moyses nubes erat: & quasi nubes loquebatur. Attende cælum quæ loquar: & audiat terra sermones ex ore meo. Expectentur ut pluuia uerba mea: & descēdāt ut eos eloquia mea. Si nō fuisset nubes: nunq; dixisset: expectent ut pluuia uerba mea: & descendāt ut ros eloqa mea. Quasi nubes dicebat ut iber sup gramen: & pruina sup fœnū: qa nomen domini īuocaui. Similiter & esaias ut nubes loquebat': audi cælū & auribus ꝑcipe terra: qa dominus locutus é. Et qa nubes ipse erat: & sciebat alias nubes cōprophetātes sibi: ideo uaticinās aiebat. Mādabo nubibus ne pluant sup eam ibrē. Si aūt iā didicimus: q sint nubes: uideamus quomō deus educat nubes ab extremo terræ. Ait saluator. Qui uult in uobis esse primus: sit oīum nouissimus. Seruauit hoc mandatum paulus: & fuit nouissimus ī hoc mūdo dicēs. Puto enī deus nos apostolos nouissimos ostendit: quasi mortificatos. qa spectaculū facti sumus mūdo & angelis & hoībus. Siqs ergo sanctus custodiēs ꝑceptum domini saluatoris: factus fuerit ī hac uita nouissimus: iste fit nubes. Et eduxit deus nubes nō a finibus terræ: nō a cōsulibus: nō a ducibus: non a diuitibus: sed ab extremis terræ. Beati enim pauperes: quoniam uestrū est regnum cælox. Vides quomō ab extremis terræ educat deus corporeas nebulas. ꝓpterea si uolumus nubes fieri: ad quas peruenit ueritas dei: nouissimi oīum fiamus. & tā affectu q̄ opere dicamus. Puto enī nos deus apostolos nouissimos ostendit. Quod si non sum apostolus licet tamen mihi fieri extremū: ut educēs nubes ab extremo terræ: educat & me: & fulgura ī pluuiā faciat. Aiūt naturaliū causarū scrutatores: qa fulgura ex nubiū collisione generent' in morē silicū duriorū. quos cū cōploseris: idest colliseris: sibi medius ex his ignis extrictus elabit'. atq; ita cū fulgore pariter & tonitrua mugire. tonitru scilicet sonitū indicante cōcursus: & fulgura excussi luminis claritate. Si intellexisti exēplū cōsidera nunc nubes rōnales Moyses nubes erat: Iesus naue nubes erat. Isti si secū colloquant': ex sermonibus eox fulgura micāt. Hieremias & Baruth nubes erant: Sermocinent' iuicē: & uidebis rutilare fulgores. Potes & tuipse de scripturis sanctis ī hunc modū nubiū inuenire cōcursus: ex qbus ignes emittant'. Vt aūt & ad nouū testamētū ueniamus: paulus & Siluanus duæ nubes in unū cōuenerūt: & ecce totū mūdū epistolæ eox fulgor illuminat. Fulgura ī pluuiā fecit. & eduxit uētos de thesauris suis. Ergo ne hi uenti: q super terrā pflant: ī thesauris dei sunt: & nō horū natura manifesta est: quomodo & qua ratione subsistant. Sed sūt quidā uentorū thesauri: thesauri spirituum: spūs sapientiæ & intellectus spiritus cōsilii & uirtutis: spūs fortitudinis scientiæ & pietatis: spūs timoris domini fortitudinis: dilectionis & charitatis. Potes & ipse de scripturis hos uentos cōgregare: & istorū spirituū inuenire thesauros. Vbi sunt isti thesauri? Vtiq; in eo ī quo sūt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. In xpō sedē habent. Inde oriuntur hi spiritus: ut alius sapiens sit: alius fidelis: alius eruditus: & alius quodcūq; donorū dei possideat. Alii .n. p spūm dat' sermo sapientiæ alii sermo scīæ iuxta eūdē spiritū: alii fides ī eodē spū. Eduxit ergo nubes ab extremo terræ. fulgura in pluuiam fecit. & eduxit uentos de thesauris suis. & nos iuxta misericordiam dei ad hos thesauros occursuros putamus. Et quia plures sunt thesauri: forte iuxta ordinem resurgentium erit & requies in thesauris dei. Quod autem dico istiusmodi est: resurrectio mortuorum in quibusdam ordinibus futura est. Ait quippe apostolus: Vnusquisq; autem resurget in suo ordine. & non ut libet miscentur ordines resurgentium: Alius ordo erit in illo: & ī illo thesauro dei. Isti autem omnes thesauri unum habent thesaurum: in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. & quomodo possideo unam præciosissimam margaritam per plures alias margaritas: sic uenio ad thesaurum thesaurorū: & dominum dominorum: & regem regum: cum dignus fuero spiritibus in dei thesauro cōmorantibus. Eduxit enim uentos de thesauris suis. Infatuatus est omnis homo ab scientia. Si omnis homo infatuatus est ab scientia: & Paulus homo est: Paulus infatuatus est ab scientia. Ex parte enim a it cognoscimus: & ex parte ꝓphetamus. Infatuatus est ab scientia uidens per speculum in enigmate: portiunculā quandam uidens: & si sic expedit dicere: ipsius quoq; portiunculæ partē minimam recognoscēs. Ecōtrario āt ut itelligeres qd sit: in-

fatuatus est enim omnis homo ab scientia cõparatione peccatorũ hierusalem:Sodomorum peccatum iu-
sticia est.iustificata est enim.ait sodoma ex te.Quomodo enim non habent iusticiam sodomorum peccata
per se:sed ad collationem maiorum scelerum iustificantur:sic econtrario scientia pauli ad illam cælestẽ sci-
entiam:ad illũ consumatũ electionis intellectum stultitia reputatur.Infatuatus ẽ iccirco omnis hõ ab scien
tia.Tale quiddam Ecclesiastes ut arbitror deprehendens:effatus est.Dixi sapiens efficiar:& ipsa elongauit se
a me longius:q̃ erat.& alta profunditas:quis inueniet eam? Volumus quidam audanter licet dicere.quoniã
hoc quod descendit in mundum euacuauit seipsũ:ut euacuatione eius mundus cõpleret.Si hoc autem qđ
descendit in mundum euacuauit se:euacuatio ipsa sapientia est.quoniam qđ fatuum est dei:sapientius ẽ ho
minibus.si ego dixissem fatuum dei:quomodo aucupes sermonum meorum & semper dediti ad criminan-
dum uenenatas in me linguas uibrarent.Nũc uero paulus sapiens & potestatem habens apostolicam:ausus
est dicere omnem sapientiam terrenam:quæ in se:quæ in petro:quæ in cæteris apostolis erat:quæ in istum
mundum descenderat:stultitiam esse dei.Ad cõparationem quippe illius sapientiæ quam terrenus nõ capit
locus:ad illam sapientiam quæ cælestis ẽ:quæ mundi limitem excedit:hoc quod descendit ad homines fa-
tuum dei est.Verum idipsum fatuũ dei:sapientius est hominibus:Quibus hominibus?non utiq; stultis:sed
sapientibus dicas.licet sapientes huius sæculi:siue principes:siue uates:istis sapientibus sæculi:hoc quod nos
exposuimus fatuum dei sapientius est.Mirabile quiddam uolumus inferere.quoniam sapientia mũdi stulti
tia est apud deum:& infatuauit deus sapientiam mundi.non in sapientia sua infatuauit mundi sapientiã ut
esse stultitia arguatur.Neq; enim dignatur sapientia dei:ad mundi sapientiam conuincendam tota descen-
dere:sed potius modicum:hoc est incarnationis sacramentum.Quid necessariũ fuit:quod fatuũ dei erat:ut
hoc paruo & fatuo dei infatuaretur sæculi sapientia?Non enim ualebat sæculi sapientia magnitudinem in
se uenientis sapientiæ sustinere.Verum exemplũ interponam:ut perspicue possit intelligi: quomodo fatuũ
dei stultã fecerit sapientiam mundi.Fingamus paulisper me:q̃ aliquid putor nosse:cũ insipiente aliquo & in
erudito conferre sermonem qui nihil intelligat:nihil acutæ disputatiõis iterroget:nunqd non opus mihi ẽ
ad istius stultitiam coarguendã dialecticæ artis calliditatem:& ꝓfundorum sensuum acumen adhibere?Nõ
ne ad unius fermonis iactũ uilis & modici:qui tamen illius intelligẽtiæ uideat acerrimus:fatuum eũ ad in-
sipientem esse conuincam?Sic igitur ad mundi sapientiam stultificandam:non est opus sapientiã dei descen
dere:& cum ea colluctari:que deorsum est sapientia:sed sufficit fatuũ dei quoniam sapiẽtius est hominibus
& infirmũ dei fortius est hominibus:& omnia contraria saluator meus & dominus assumpsit:ut contrariis
dissoluat contraria.& confirmetur ab infirmitate eius:& sapientes efficiamur a fatuo eius:& in hoc introdu
cti possimus ascendere ad sapientiam:& uirtutem dei christum iesum:cui est gloria & uirtus & imperium i
sæcula sæculorum Amen.

Ad Castorinã materterã epistola de odio fugiendo & pace cõsequenda:in qua præcatur ut ueteri ranco-
re depositio sibi reconcilietur.

Oannes idem apostolus & euangelista in epistola sua ait.Quicunq; odit fratrem suum homici-
da est.& recte.Cum enim homicidium ex odio sæpe nascat:quicunq; odit etiam si necdum gla
dio percusserit animo tamen homicida est.Cur ais tale principium scilicet ut ueteri rãcore de-
posito:mundum pectoris deo paremus habitaculum?Irascimini inquit dauid & nolite peccare.
hoc quid uelit intelligi:apostolus plenius interpretatur.Sol non occidat super iracundiam uestram . Quid
agemus nos in die iudicii:super quorum ira non unius diei:sed tantorum annorum sol testis occubuit? Do
minus loquitur in euangelio:Si offers munus tuum ad altare:ibiq; rememoratus fueris:quia frater tuus ha
bet aliquid aduersum te:relinque ibi munus tuum ante altare:& uade reconciliari prius fratri tuo:& sic of-
feres munus tuum ad altare.Ve mihi misero:ne dicam & tibi:qui tanto tempore aut non obtuli munus ad
altare:aut ira permanente sine causa obtuli.Quomodo ĩ quotidiana prece nunq̃ diximus:dimitte nobis de
bita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris:animo discrepante cum uerbis:oratione dissidente
cum factis?Præcor itaq; quod & ante annum prioribus litteris rogaueram:ut pacem quã nobis reliquit do
minus habeamus:& meum desiderium & tuam mentẽ christus intueatur.In breui ante tribunal eius recon
ciliata seu scissa concordia:aut præmium recuperabit aut pœnam.Quod si tu quod procul absit nolueris,:
ego liber ero.Epistola me hæc mea cũ lecta fuerit absoluet.

Siquis ad institutionem christianæ conuersationis plura præcepta desiderat:requirat tractatum beati
Hieronymi credulitatis ac conuersationis christianæ:quẽ in prima parte inter epistolas de fide locaui:quo-
niam etiam de fide tractabat.Incipit autem Dauid gloriosus:& habetur primo uolumine epistolarum : fo-
lio decimotertio.

Præmissis his quæ ad institutionẽ ac perfectionẽ humanã generaliter cõuenire uidentẽ:subiicienda sunt
quæ sigillatim unicuiq; ætati graduiq; cõueniũt:ubi spiritualiter de uirtutibus pertractat.Et scdm naturæ
ordinẽ primæ ætatis præmittenda sunt.

Secundus liber siue tractatus tertiæ partis principalis epistolarum beati Hieronymi de institutione pu
erilis ætatis.

Beati Hieronymi ad Athletam de institutione filiæ:docentis qualiter educanda:cui nutrici cõmittenda
sit:quomodo in timorem domini & in bonis moribus imbuẽda:& a quali præceptore sit erudienda: monẽ
tis eã grandiusculã a fuco:a frequentia uirorum:a balneis musica lautiori cõuiuio & uino cohiberi.In uilio
ribus operibus manuũ ac moderatis ieiuniis exerceri:lectiõibus diuinorũ ac ꝓbatorum auctorũ instrui. Ac
docẽtis ĩ quibus potissimũ libris debeat oblectari.

Eatus apostolus paulus scribit ad corinthios:& rudem xpi ecclesiam sacris instruens disciplinis:iter cætera mãdata:hoc quoq; posuit dicẽs.Siqua mulier habet uirũ ifidelem:& hic cõsentit habitare cũ ea non dimittat uirũ.Sãctificatus ẽ enĩ uir ifidelis per mulierem fidelẽ,& sanctificata est mulier ifidelis per uirũ fidelẽ.Alioqn filii nostri imundi essent: nunc autẽ mundi sunt.Sicui forte hactenus uidebanť nimiũ disciplinæ uincula laxata & ꝓceps idulgẽtia ꝓceptorum:cõsideret domũ patris tui:clarissimi quidẽ & eruditissimi uiri:sed adhuc ambulantis i tenebris.& itelliget cõsiliũ apostoli illud profecisse. ut radicis amaritudinẽ dulcedo fructuũ tẽperaret.& uiles uirgulæ balsama ꝓciosa sudarent.Tu enim es nata de impari matrimonio.de te & Toxotione Paula generata ẽ.qs hoc crederet:ut Albini pontificis neptis de ꝓmissione martyrũ filia nascereť:ut putẽ q; etiã gaudente auo:adhuc paruula lingua balbutiens xpi alleluia decantaret:ut uirginẽ dei in suo gremio nutriret senex.Et bene fœliciterq; expectauimus.sancta & fidelis domus unum sanctificat infidelem.Cãdidatus ẽ fidei quẽ filiorũ & nepotũ turba circũdat.Ego puto etiam ipsum iouẽ si habuisset talẽ cognationẽ potuisse in xpo credere.Despiciat licet & irrideat epistolã meã: & me stultũ & insanũ clamet:Hoc & gener eius faciebat;prius q̃ crederet.Fiũt nõ nascunť xpiani.Auratũ squallet capitoliũ.Fuligine & araneaꝝ telis oia Romæ tẽpla cooperta sũt.Mouet urbs sedibus suis:& inundãs populus ante delubra semiruta currit ad martyrũ tumulos:Si non extorquet fidẽ prudẽtia;extorqueat saltẽ uerecundia.Hoc Athleta religiosissima in xpo filia dictũ sit:ut nõ desperes parentis salutem:& eadẽ fide q̃ meruisti filiã;& patrẽ recipias:totaq; domus beatitudine pfruaris.sciẽs illud a domino repromissũ:quæ apud homines ipossibilia apud deũ possibilia sunt.Nunq̃ sera cõfessio.Latro de cruce trãsiit in paradisũ.Nabuchodonosor rex babylonis post efferationem corporis & cordis & beluaꝝ in heremo cõuictũ: mẽtẽ recepit sanam.& ut omittam ueterа:ne apud icredulos nimis fabulosa uideãtur ante paucos annos ꝓpinquus noster Gracchus nobilitatẽ patritiã sonans nomine:cũ præfecturã regeret urbanã:nõne specũ mitræ:& oia portẽtuosa simulacra qbus Corax Niphus miles Leopses:Helios Bromius pater initianť subuertit:fregit & ussit & his quasi obsidibus ante ꝓmissis ipetrauit baptismũ xpi.Solitudinem patiť & i urbe gẽtilitas. Dii quondã nationũ cũ bubonibus & noctuis i solis culminibus remanserũt.Vexilla militũ crucis insignia sũt.Regũ purpuras & ardentes diadematũ gẽmas patibuli salutaris pictura cõdecorat.Iã ægyptius oli serapis xpianus factus ẽ.Marnas gazæ luget iclusus:& euersionẽ tẽpli iugiter ptimescit.De idia pside:æthiopia:monachoꝝ quotidie turmas suscipimus.Deposuit pharetras armenius.uani discũq; psalteriũ.Scythiæ frigora feruent calore fidei.Getarũ rutilus & flauus exercitus ecclesiaꝝ circũfert tẽtoria.& iõ forsitan cõtra nos æqua pugnãt acie.qa pari religione cõfidunt.Pene lapsus sum ad aliã materiam;& curréte rota:dũ urceũ facere cogito:amphorã finxit manus.Propositũ enim mihi erat:sanctæ Marcellæ & tuis ꝓcibus initiatũ ad martyrem: idest ad te sermonem dirigere.& docere quomõ istituere Paulã nostrã debeas:quæ prius in xpo cõsecrata ẽ q̃ genita.quã ante nosti:q̃ in utero cõcepisti.Vidimus aliqd tẽporibus nostris de prophetalibus libris.Anna sterilitatẽ alui fœcunditate mutauit.Tu luctuosã fœcũditatẽ uitalibus libris cõmutasti:fidẽs loco acceptura te filios:quæ primũ fœtũ domino reddidisti.Ista sunt primogenita quæ offeruntť i lege.Sic natus ẽ samuel:sic ortus sãpson est:& sic ioannes Baptista ad introitũ mariæ & exultauit & lusit.Audiebat enĩ uerba domini per os uirginis ptonantis.& de utero matris in occursũ eius gestiebat irrũpere.Igiť q̃ de repromissione nata ẽ:digná hẽat ortu suo istitutionẽ parẽtũ.Samuel nutriť in tẽplo.ioannes i solitudine ꝓparať. Ille sacro crine uenerabilis ẽ:uinũ & sicerã nõ bibit:adhuc paruulus cũ domino sermocinať:hic fugit urbes:zona pellicea cingiť:locustis aliť & melle siluestri:& in typũ pœnitẽtiæ ꝓdicãdæ tortuosissimi aialis uestiť exuuiis. Sic erudienda ẽ aia quæ futura est tẽplũ dei.Nihil aliud discat audire:nihil loq;nisi qd̃ ad timorẽ dei pertinet.Turpia nõ itelligat:cãtica mũdi ignoret.Adhuc tenera lingua psalmis dulcibus ibuatur;pcul sit ætas lasciua puerorũ:Ipsæ puellæ & pedissequæ a sæcularibus cõsortiis arceantur:ne qd̃ male didicerint; peius doceant.Fiant ei litteræ uel buxeæ:uel eburneæ:& suis nominibus appellenť.Laudat i eis;ut ludus eius eruditio sit.& nõ solũ ordinẽ teneat litterarũ & memoriam nominum;& cãtica trãseat:sed ipse inter se crebro ordo turbeť:& mediis ultima:primis media misceanť:ut eas nõ sono tantũ:sed & uisu nouerit.Cũ uero cœperit tremẽti manu stilũ in cerã ducere:uel alterius supra posita manu teneri regãtur articuli:uel i tabella sculpanť elementa:& ꝑ eosdẽ sulcos marginibus trahanť uestigia:ut foras nõ q̃ant euagari.Syllabas iungat ad purũ:& qbus illa ætas delectari põt:munusculis iuitеť.Habeat & in discẽdo sociãs:qbus inuideat:quaꝝ laudibus mordeať nõ obiurganda ẽ si tardior sit:sed laudibus excitandũ est ingeniũ:ut uicisse gaudeat:& uicta doleat.Cauendũ i primis ne oderit studia:ne amaritudo eoꝝ ꝓcepta i ifantia ultra rudes annos transeat.Ipa nomina ꝑ q̃ cõsueuit paulati uerba cõtexere nõ sint fortuita sed certa & coaceruata de idustria uidelicet ꝓphetarũ & apostoloꝝ:& ois ab adã patriarchaꝝ series de matthæo lucaq; descẽdat:ut dũ aliu d agit futuræ memoriæ ꝓpareť.Magister ꝓbæ ætatis & uitæ cõditionisq; ẽ diligendus:Nec poterit erubescere uir doctus id facere i ꝓpinqua uel nobili uirgine:quod aristoteles fecit i philippi filio:ut ipse i librariorũ uilitate initia monstraret litterarũ.Nõ sũt cõtẽnenda quasi parua:sine qbus magna cõstare nõ possũt.Ipse elementoꝝ ordo:& parua istitutio ꝓceptoꝝ aliter de erudito:aliter de rustico ore ꝓferť.Vnde & tibi est ꝓuidendũ:ne inceptis blanditiis fœminaꝝ:dimidiata dicere uerba filiã cõsuescas:& in auro atq; purpura ludere:quorũ alterũ linguæ:alterũ moribus officit:ne discat i tenero:qd̃ ei postea dediscẽdũ ẽ.Gracchoꝝ eloq̃ntiæ multum ab ifantia sermo matris cõtulisse scribiť.Hortẽsii oratio itra paternos sinus coaluit.difficulter radiť qd̃ rudes aĩ pærhiberũt.Lanaꝝ cõchylia qs in pristinũ colorẽ reuocet.rudis testa diu & saporẽ retinet & odorem quo primũ ibuta est.Græca narrat historia Alexandrũ potẽtissimũ regẽ orbis dominatorẽ:& in moribus &

in inceſſu Leonidis pædagogi ſui non potuiſſe carere uitiis:quibus adhuc paruulus fuit infectus. Procliuis eſt enim malorũ æmulatio:& quorũ uirtutes aſſequi nequeas:cito imitaris uitia. Nutrix ipſa nõ ſit temulenta:nõ laſciua:nõ garrula:habeat modeſtã gerulam:nutritiũ grauẽ. Cũ auũ uiderit in pectus eius tranſiliat:& collo depẽdeat:noléti alleluia decãtet. Rapiat eã auia:patrẽ riſibus cognoſcat:ſit oĩbus amabilis: & uniuerſa ꝓpinquitas roſa eccleſiæ nata gaudeat. Diſcat ſtati quã alterã habeat auiã:quã amittã:cui ĩperatori: cui exercitui tyrũcula nutriat:illas deſideret. At illa tibi innitetur ab exceſſu. ipſe habitus & ueſtitus deceat ei cui ꝓmiſſa ſit. Caue ne aures eius ꝓfores ne ceruſa & purpuriſſo cõſecrata xp̃o ora depĩgas. nec collum auro & Margaritis p̃mas:nec caput gẽmis oneres:nec capillũ irruffes.& ei aliqd de gehennæ ignibus auſpiceris. Habet illas margaritas:qbus poſtea uẽditis emptura ẽ ꝑcioſiſſimũ margaritũ. Prætexata nobiliſſima quondã fœmina:iubẽte uiro hemetio:q patruus Euſtochii uirginis fuit habitũ eius cultũq; mutauit:& neglectũ crinẽ:mũdano more texuit. uincere cupiens & uirginis ꝓpoſitũ:& matris deſideriũ. Et ecce ſibi eadẽ in nocte cernit ueniſſe angelũ terribili facie minãtẽ pœnas:& hæc uerba frangẽté. Tu auſa es uiri ĩperiũ p̃ferre xp̃o: Tu caput uirginis dei tuis ſacrilegis attrectare manibus? quæ iã nũc areſcẽt:ut ſentias excrúciata qd feceris: & finito mẽſe qnto ad ĩferna ducaris. Sinautẽ pſeueraueris in ſcelere:& marito ſimul orbaberis:& filiis. Oĩa ꝓ ordiné expleta ſũt:& ſerã miſeræ pœnitentiã uelox ſignauit interitus. Sic ulciſcit xp̃s uiolatores tẽpli ſui: ſic gẽmas & ꝑcioſiſſima ornamẽta defendit. Et hoc rettuli:nõ q; inſultare uelim calamitatibus infœlicium ſed ut te moneã cũ quãto metu & cautione ſeruare debeas:qd deo ſpopõdiſti. Heli ſacerdos offendit deum ob uitia liberorum. Eꝑs fieri nõ poteſt:qui filios habuerit luxurioſos:nõ ſubditos. Et ecõtrario de muliere ſcribit. q; ſalua fiet p filioꝝ generationẽ:ſi ꝑmanſerint ĩ fide:& charitate:& ſanctificatiõe cũ pudicitia. Si ꝑfecta ætas & ſui iuris ĩputatur parẽtibus:q̃to magis lactẽs & fragilis:quæ iuxta ſentẽtiã domini ignorat dextrã ac ſiniſtrã:ideſt boni & mali neſcit differẽtiam? Si ſollicita ꝓuides. ne filia ꝑcutiat a uipera. cur non eadẽ cura ꝓuideas. ne feriat a malleo uniuerſæ terræ:ne bibat de aureo calice babylonis? ne egrediat cũ Dina. & uelit uidere filias religionis alienæ. ne ludat pedibus ne trahat tunicas? Venena nõ dantur niſi melle circũlita:& uitia nõ irrepũt:niſi ſub ſpecie umbraq; uirtutũ. Et quomõ inqes peccata patrũ filiis non reddunt. nec filioꝝ parẽtibus. ſed aĩa quæ peccauerit ipſa morietur? Hoc de his dicit:q poſſunt ſapere. de qbus ĩ euangelio ſcriptũ eſt. Aetatẽ habet:loquat ꝓ ſe. Qui aũt paruulus eſt:& ſapit ut paruulus donec ad annos ſapientiæ. & pythagoreæ litteræ. y. eũ ꝓducant ad biuiũ:tã bona eius q̃ mala parentibus ĩputant. niſi forte exiſtimas xp̃ianorũ filios:ſi baptiſma nõ receperint:ipſos tantũ reos eẽ peccati:& nõ etiã ſcelus referri ad eos q dare noluerint. maxime eo tẽpore quo cõtradicere nõ poterãt:q accepturi erant. Si ĩ regione uitæ ſalus infãtiũ maiorũ lucrũ ẽ. offerre filiã poteſtatis tuæ fuit. q̃q̃ alia ſit tua cõditio quæ prius eã nouiſti :q̃ cõciperes. ut aũt oblata nõ negligas:ad periculũ tuũ ꝓtinet. Qui claudã & iutilẽ:& qlibet ſorde maculatã obtulerit hoſtiã: ſacrilegii reus ẽ. Quanto magis q parté corporis ſui:& illibatæ aĩæ puritatẽ regis amplexibus parat. ſi negligẽs fuerit puniet? Poſtq̃ grandiuſcula eſſe cœperit:& ĩ exẽplũ ſpõſi ſui creſcere ſapiẽtia:ætate:& gra:apud deũ & homines:ꝓgat ad tẽplũ ueri patris cũ parẽtibus ſuis. ſed cũ illis nõ egrediat de tẽplo. Quærant eã in itinere ſæculi ĩter turbas & frequẽtiam ꝓpinquorũ:& nuſq̃ eã alibi reperiant:niſi ĩ aduẽtu ſcripturarũ & ꝓphetas & apoſtolos de ſpiritalibus nuptiis ſciſcitãtẽ. Imitet Mariã quã gabriel ſolã in cubiculo ſuo repperit. & ideo forſitã timore ꝓterrita qa uirũ quẽ nõ ſolebat aſpexit. Aemulet eã de qua dicit. Ois gloria eius filiæ regis abintus. Loquebat & ipſa electo charitatis iaculo uulnerata. Introduxit me rex ĩ cubiculũ ſuum. Nunq̃ exeat foras:ne ĩueniãt eã q circũeũt ciuitatẽ:ne ꝑcutiant:& uulnerent:& auferant ſpiritũ pudicitiæ:& nudã in ſãgine derelinquant qn potius cũ aliqs oſtium eius pulſauerit. dicat. Ego murus & ubera mea turris. laui pedes meos:nõ poſſũ inquinare eos. Nõ ueſcat in publico:ideſt ĩ parentũ cõuiuio:ne uideat cibos quos deſideret. Et licet quidã putẽt maioris eſſe uirtutis p̃ſentẽ cõtẽnere uoluptatẽ:tamẽ ego arbitror ſecurioris cõtinẽtiæ eſſe neſcire qd q̃rat. Legi quõdã ĩ ſcholis puer. Aegre reprehẽdas:qd ſinas cõſueſcere. Diſcat iã nũc & uinũ nõ bibere:in quo eſt luxuria. Ante annos robuſtæ ætatis ꝑiculoſa ẽ teneris & grauis abſtinentia. uſq; ad idẽ tẽpus ſi neceſſitas poſtulauerit:& balneas adeat:& uino utat modico ꝓp ſtomachũ. & carniũ edulio ſuſtentet. ne prius deficiãt pedes q̃ currere incipiant. Et hoc dico iuxta ĩdulgẽtiã nõ iuxta ĩperiũ. timés debilitatẽ nõ docẽs luxuriã. Alioquin qd iudaica ſuperſtitio ex parte facit ĩ reiectiõe quorũdã aialium:atq; eſcarũ: qd & indoꝝ Bracmanes:& ægyptioꝝ Gymnoſophiſtæ ĩ polẽtæ:& orizæ:& pomorũ ſolo obſeruãt cibo. Cur uirgo xp̃i nõ faciat ĩ toto? Si tãti uitrũ:q̃re nõ maioris ſit ꝑcii margaritũ? Quæ nata ẽ ex ꝓmiſſione ſic uiuat:ut illi uixerũt:q de repromiſſione generati ſũt. Aequa gratia æquũ hẽat & laborẽ. Surda ſit ad organa tybia: lyra:cythara:cur facta ſint:neſciat. Reddat tibi quotidie penſũ de ſcripturarũ floribus ſertũ. diſcat græcorum uerſuũ numerũ:ſequat ſtati & latina eruditio. quæ ſi nõ ab initio os tenerũ cõpoſuerit:ĩ pegrinũ ſonum lingua corrũpit. & externis uitiis ſermo patriús ſordidat. Te habeat magiſtrũ te uiridis imitet infantia. Nihil ĩ te & ĩ patre ſuo uideat:quod ſi fecerit:peccet. Mementote uos parentes uirginis. & id ſcitote magis eã exẽplis doceri poſſe:q̃ uoce. Cito flores pereũt. cito uiolas & liliũ & crocũ peſtilẽs aura corrũpit. Nunq̃ abſque te ꝓcedat in publicũ. Baſilicas martyrũ:& eccleſias ſine matre nõ adeat. Nullus ei iuuenis:nullus cincinatus arrideat. Vigiliarũ dies & ſolemnes ꝓnoctationes ſic uirguncula noſtra celebret:ut ne tranſuerſo qdem ungue a matre diſcedat. Nolo de ancillulis ſuis aliquam plus diligat. cuius crebro auribus ſuſurret. Quicquid uni loquit hoc omnes ſciant. Placeat ei comes nõ cõpta neq; formoſa atq; laſciua:quæ liquido gutture carmen dulce moduleť. ſed grauis:pallẽs:ſordidata:ſubtriſtis. Proponatur ei probæ fidei:ac morũ & pudicitiæ uirgo ueterana:quæ illã doceat:& aſſueſcat exẽplo ad oratiões & pſalmos nocte conſurgere: mane hymnos canere:tertia ſexta nona hora ſtare in acie:quaſi bellatricem chriſti. Accenſaq; lucerna reddere ſacrificium

ueſpertinū. Sic dies tranſeat: ſic nox illā inueniat laborantem. Orationi lectio lectioni ſuccedat oratio. Breue uidebiť tępus: quod tantis dierū uarietatibus occupať. Diſcat lanā facere: tenere colū: ponere in gremio calathū: rotare fuſum: ſtamina pollice ducere: ſpernat bōbicū telas: ſericū uellera: & aurū ī fila lęteſcęs. Talia ueſtimenta portet: qbus pellať frigus: nō qbus ueſtita corpora nudenť. Cibus eius oluſculū ſit: & ſimilia: carocę piſciculi: & ne gulæ p̄cepta longius trahā. de quibus ī alio loco plenius ſū locutus: ſic comedat: ut ſtatī eſuriat. ut ſtatim poſt cibum poſſit legere: orare: & pſallere. Diſplicent mihi ī teneris maxime ætatibus: lōga & īmoderata ieiunia. in qbus iunguntur hebdomades & oleæ ī cibo: ac poma uetantur. Experimento didici: aſellū in uia cū laſſus ē: diuerticula querere. Faciant hoc cultores Iſidis & Cybele: q guloſa abſtinętia phaſides aues ac fumantes turtures uorant: ne ſcilicet cærealia dona contaminęt. Hoc ī perpetuo ieiunio ſit præceptū: ut legitimi itineris uiæ perpetuo ſuperentur: ne ī prima manſione currentes: corruamus ī mediis. Cæterū ut ante ſcripſi. ī quadrageſima cōtinentiæ uela pandenda ſunt. & tota aurigæ rhedicula eqs laxanda p̄perantibus. Quanq̄ alia ſit conditio ſæcularium: alia uirginum & monachorū. Sæcularis homo ī quadrageſima uentris igluuiē decoqt: & ī cochlearū morem ſuo ipſe ſuco ſuſtentatur: ut futuris dapidibus ac ſagine aliquantulum parcat. Virgo & monachus ſic ī quadrageſima cibos dimittant: ut ſibi meminerint ſemp eſſe currēdum. Finitus labor moderatior: infinitus īmoderatior eſt. Ibi enim reſpiramus: hic p̄petuo incedimus. Sed quando ad ſuburbana pergis: domi filiam nō relinquas. Neſciat ſine te poſſe uiuere. & cū ſola fuerit: pertimeſcat. Non habeat colloquia ſæcularium: & malax uirginū contubernia. Nō interſit nuptiis ſeruulorū. neq; familiæ p̄ſtrepitus luſibus miſceať. Scio præcepiſſe quoſdam: ne uirgo xp̄i cū eunuchis lauet. nec cum maritatis fœminis: qa alii nō deponant animos uirorū: aliæ tumentibus uteris præferant fœditatem. Mihi omnino ī adulta uirgine lauacra diſplicent: quæ ſeipſā debet & erubeſcere & nudam uidere non poſſe. Si. n. uigiliis & ieiuniis macerat corpus ſuū: & ī ſeruitutem redigit: ſi flāmam libidinis & incentiuæ ſeruētius extinguere cupit cōtinentiæ frigore: ſi appetitis ſordibus turbare feſtinat naturalem pulchritudinem: cur ecō trario balneax fomētis ſopitos ignes ſuſcitat? Pro gēmis & ſerico diuinos codices amet: qbus nō auri & pellis Babyloniæ uermiculata pictura: ſed ad fidē placeat emendata & erudita diſtinctio. Diſcat primo pſalterium: his ſe canticis ſanctam uocet: & in prouerbiis ſalomonis eruditur ad uitā. In eccleſiaſtem cōſueſcat q̄ mundi ſunt calcare. In iob uirtutis & patientiæ exempla ſectať. Ad euangelia trāſeat. lāq; ea poſitura de manibus: apoſtolox acta & epiſtolas tota cordis imbibat uoluntate. Cūq; pectoris ſui cellariū his opibus locupletauerit: mandet memoriæ p̄phetas. Heptateucū & regū: & paralipomenon libros. eſdræ quoq; & heſter uolumina. Ad ultimū ſine periculo diſcat canticū canticox: quem ſi in exordio legerit: ſub carnalibus uerbis ſpiritaliū nuptiarū epithalamiū nō itelligēs: periculum ē ne uulneret. Caueat oīa apocrypha. Et ſiquando ea nō ad dogmatū ueritatē: ſed ad ſignorū reuertentiam legere uoluerit: ſciat non eorum eſſe quox titulis p̄notanť. Multaq; his admixta uitioſa: & grandis eē prudentiæ: aurū in luto q̄rere. Cypriani opuſcula ſemper ī manu teneat. Athanaſii epiſtolas: & hilarii libros inoffenſo currat pede. Illox tractatibus: illox delectetur ingeniis: ī quox libris pietas fidei nō uacillat. Cæteros ſic legat: ut magis iudicet: q̄ ſequatur. Reſpōdebis. Quomodo hæc oīa mulier ſæcularis ī tanta frequētia hominum Romæ cuſtodire potero? Noli ergo ſubire onus: qd̄ ferre non potes. Sed poſtq̄ ablactaueris eā cū iſaac: & ueſtieris cū ſamuele: mitte auiæ & amitæ. redde p̄cioſiſſimā gēmā mariæ: & cunis ieſu uagientis ipone. Nutriať in monaſterio: ſit inter uirginum choros: iurare nō diſcat: mentiri ſacrilegiū putet: neſciat ſæculum: uiuat angelice: ſit ī carne ſine carne. Omne hominum genus ſui ſimile putet: & ut cætera taceam: certe te liberet ſeruandi difficultate: & cuſtodiæ periculo: melius eſt deſiderare abſentem: q̄ pauere ad ſingula: qd loquatur: cū quo loquať: cui annuat: quem libenter aſpiciat. Trade Euſtochio paruulā: cuius nūc & ipſe uagitus p̄ te oratio ē Trade comitem ſanctitatis futurā hæredē. Illā uideat: illā amet: illā primis miret ab annis. cuius & ſermo & iceſſus & habitus doctrina uirtus ē. Sit ī gremio auiæ: que repetat in nepte: qcqd p̄miſit ī filia: quæ lōgo uſu didicit nutrire: ſeruare: docere uirgines. ī cuius corona cētenarii quotidie numeri caſtitas texiť. Fœlix uirgo: fœlix Paula Toxotii: quæ per auiæ amitæq; uirtutes nobilior eſt ſanctitate q̄ genere. O ſi tibi cōtingeret ſocrū & cognatā tuam cernere: & ī paruis corpuſculis īgentes animos cōtuereris: p̄ inſita tibi pudicitia nō ambigerē: qn p̄cederes filiam: & primā dei ſententiā ī ſecūdā euāgelii legē mutares: & paruipenderes aliox deſideria liberox: & teipſā magis offerres deo. Sed qa tępus ē amplexandi: & tempus lōge fieri a cōplexibus: & uxor nō habet poteſtatē corporis ſui: & unuſq̄ſq; in qua uocatione uocatus eſt: in ea p̄maneat ī domino: & qui ſub iugo ē: ita debet currere: ne ī luto comitē derelinquat: totum redde ī ſobole: quod ī te iterim diſtuliſti. Anna filium quē deo uouerat: poſtq̄ obtulit in tabernaculo nunq̄ recepit: īdecens arbitrata ut futurus p̄pheta ī eius domo creſceret: q̄ adhuc alios habere cupiebat. Deinde poſtq̄ concepit & peperit: non eſt auſa ad tęplum accedere: & uacua apparere coram domino: niſi prius redderet quod debebat. taliq; īmolato ſacrificio. reuerſa domum qnq; libe ros ſibi genuit: quia primogenitū deo pepererat. Miraris fœlicitatem ſanctæ mulieris: imitare fidem. Ipſe ſi paulam miſeris: & nutritium & magiſtrum ſpondeo Geſtabo humeris: balbutientia ſenex uerba formabo: multo glorioſior mundi philoſopho: qui nō regē macedonū babylonio peritux ueneno: ſed ancillā & ſpōſam xp̄i erudiam: regnis cæleſtibus offerendam.

Beati Hieronymi de honorādis parentibus tractatus: ubi monet filios præcepto legis honorare parētes: q̄ primi ſunt illis cauſa naſcendi: matres colere quæ cōceptu partu atq; educatione graué exhibuerint filiis famulatum. Illis uiciſſim inſeruire: eorum obſequii imperio exēplo machabæi: q̄ dum genetrici paruit ipſius ſuaſu eſt martyr effectus.

Arentum meritis ſubiugans filios oīpotēs deus ſeruiendi legē in officiis poſteris dedit: ut hoc diuino coganť facere īperio: quod debuit pietas ſuadere: dicente illo ī libro exodi: in quo ita ſcriptū eſt. Honora patrē tuū & matrē tuam ſicut p̄cepit tibi dominus: ut bene ſit tibi: ut ſis longæ uitæ ſuper terrā: quā dominus deus dabit tibi. Audite filii ſalutiferā iuſſionē: & p̄cepta legis affectu debiti amoris īplete. Seruitute patribus futuri patres: & matres ueſtras tenera diligite pietate: ut ueſtræ cōiuges mereantur matrū nomine nūcupari. Nemo patrē aſperis uerbis lædat. non ſiat amara dulcedo. hoc ſit ītер parētes & filios qđ iubente domino natura cōtinuit. Affectū ſonet quicqd linguæ dixerint liberoq; inter caras cōiunctaſq; p̄ſonas pietatis iura ſeruenť. Hoc filioq; ora loquātur: qđ parentes delectet audire. Præbeať patribus amoris mixta formido: q primi nobis ſunt cauſa naſcēdi. Exhibete patribus filii: qđ ptās paterni nominis cogit: quæ a deo eſt eorum meritis attributa: ut ipſa de uobis exigat qđ natura iubere non potuit. Matribus quoq; debitā ipēdite reuerentiam: quæ nobis uteri labore ſeruientes pōdus noſtri corporis tolerant: atq; ignotā portantes īfantiam famulatum quendā exhibēt naſcituris. Illo tempore nō ſibi tantum mater eſurit: nec acceptos ſola digerit cibos. Materno uictu aliť & ille qui latet: eiuſq; mēbra alterius cōmeſtione paſcunť: ut hō futurus alienis morſibus ſaturetur. Quid ipſa memorē nutrimēta & teneræ infantiæ dulces iniurias: quas nutritoris affectus de ſuis parabolis ſumit? Quid cibos ī matre cōfectos? qđ fœmineis manentes ex mēbris lacteū ſoluunť in ſucum: & fauces inualidas liquido ſapore pfundunt. Cogēte natura ſumunt īfantes & de matre qđ bibant: & dente non nato hoc ſibi currentibus labris eliciunt: qđ non ſit neceſſe mordere. Seruiunt materna poſteris pectora: ſeruiunt ipſis ī cunabulis: manus & terga membris deuota lactentium gratos artus accipiūt. Optat mater paruulū creſcere. optat cito uidere maiorem. eūque numeris iuuenū miſcere feſtinat: nunq̄ ſibi forſitā ſeruiturū. His tot tantiſq; p̄cedentibus factis parentibus matri tota debet alacritate ſeruīri. Reddatur naturæ debitum. reddať & poſteris quod debetur. Exolue fili quod debes: & officia debita qualicūq; exhibe famulatu: quia parētibus nemo pōt reddere qđ debetur. Humilitas talibus oblata perſonis: uiuendi tēpus extendit: & morte dilata multum noſtrā ꝓgat uitā: uicēq; facientibus reddens officia noſtra domino iubente cōmendat: qui in tātū nomen parentū diligit: ut ſeipſū patrē iuſſerit dici. Irreuerens aūt filius qđ de domino ipſe mereať: ſalomonis dicta teſtanť. Cōtumelioſis afficiens patrem: & cōtēnens ſenectam matris confundeť. & in obprobriis erit filius derelinquens cuſtodire diſciplinam patris: meditabiť ſermones malitiæ. Maledicenti patrē & matrē extingueť lumen. & pupillæ oculorū eius uidebunt tenebras. Audi fili patrem: qui genuit te. nec cōtēpſeris qa ſenuit mater tua. pare at patri lingua quā genuit & matrē ſuā nemo crudeli uerbo pcutiat. Sic te rapiat fili iuuenilis ætatis auctoritas: ut noueris unde ſis natus. Memēto ſcripturæ ſentētiæ: ubi ſpiritu ſancto loquente dictū ē: qa qui maledixerit patrē aut matrē morte moriať. Memēto ergo parentum eē q̄ talis es: quoq; māibus crementa ſūpſiſti. Fauces tuæ necdū lacteū perdiderūt ſaporē: quem tibi pia mater infundens linguam iſtam pauit potu corporis. Impēde debitum patri matriq; ſeruitium: qui nunq̄ tuos uagitus horrentes: totum in te lābebant oſculis corpus. Sit tibi grata ſalus ipſorum: q bus carior eſt tua uita: q̄ propria. Redde amoris uicem colēdæ pietatis. facta parentum tuis cunabulis cōmoda: officiis propriis exolue. Parentes enim adeo debent habere dulciores: quia per alios reparari nō poſſunt: & cū eos lex naturæ ſubtraxerit: nec patrē tibi alterū poteris īuenire: nec matrem. Mutato coniugio uictricus pater eſt. nec nouerca pōt nomen matris implere. nullus igitur filiorum auctorem lucis ſuæ cædat iniuriis. Nemo parētibus optet aduerſa qui liberos ſuæ ſaluti anteponunt. Intolerabile neſas eſt ex illo ore ꝓteruum audire ſermonē: aut illis pulſari manibus quas amor diluit oculorū ueſtrorū. Timete ſententiam quā dominus promiſit ingratis. Meretur enim cæcitatis ſuæ ſubire ſupplicium: qui parētū uultus uel toruo uiſu deſpexerit: & elatis oculis læſerit pietatem. Sic quicq̄ ſapitis filii: eo aīo uidete uenerabiles facies: quo uos ipſæ cōſpiciunt: & eoq; labris dulcibus oſculis inheretæ: quia eorum oſcula adhuc habetis ī mēbris. Senibus ſeruire pfacile ē: quos nemo potat: nemo nutrit ſuco corpis ſui. Foueatur itaq; parentum ſenectus: & factis eorū uiciſſitudo reddatur. Habet enim quandam ſenectus īnfantiam. Videant liberi ueſtri quid faciant uobis: uicem ſimilem reddituri. Imitamini filiū machabæū: qui matri morte ſuadenti ſeruiuit: & durum īperium grataner aggreſſus eſt: ne offenderet genitricem: maluit fratrū ſociari funeribus: q̄ uoluntati matris obſiſtere. Ita enim matris ſuadentis uoluntas pfecta ē: ut deo filiū faceret martyrē & fratrū coronis cōparticipē. denicq; obſequiū ſuū melius morte ꝓbans: ſuaſionem ſermonis matris impleuit: & lucē iſtam moriendo cōtēnens: conſors martyrū factus eſt: ut illa germanitas æterno collegio firmaretur. Ecce. quid p̄ſtitit animus matri ſubiectus: deuotus filius obediēdo promotus ē: qui nolens maternam aliquatenus lædere pietatem: perpetuam uitam paſſione ſuſcepit. qui dominum. confitēdo mereretur cum fratribus a domino coram angelis coronari.

Exordiens a figura. Dauid qui ſenex ſunamitis ſouebať amplexu: oſtendit ſenes frigeſcente corpore ſapientia & proinde ſenili auctoritate uendicata clericis ꝓponit p̄cepta uiuendi. Monet eos ſui nominis ītеr prætari uocabulū: ut tanq̄ ī ſotē domini aſcripti nitanť eſſe quod dicūtur. Docet eſſe hoſpitales: & fœmina rum uitare cōſortia: cōmunionis eaq; pericula ꝓponēs aſpernari diuitias: & fugere delicatiora cōuiuia: diſcere ſcripturas: & docere quæ faciant in doctrina: non arrogantes ſed ſale conditos eſſe debere: ſubiectos eſſe pontifici. & pontifices paſtores: eſſe debere non dominos: in ueſtitu & errogatione ſeruandam eē modeſtiā: quæſtum omnino uitandū: delectum habēdū ī miniſtris eccleſiæ cōſortiū potentum ac ſæculariū: p̄ſertim in cōuiuiis fugiēdū: abſtinēdū a uino: moderata ſeruanda ieiunia: oſtentationē & inanē gloriā etiam ſub religionis ſpecie fugiēdā: linguam & aures a detractatiōe cohibēdas: ꝓcurationes ac diſpenſationes alienas eē uitandas. & in fine ſe contra detractores excuſat.

PEtis a me nepotiane chariſſime lítteris tranſmarinis & crebro petis ut tibi breui uolumine digeram præcepta uiuendi.& qua ratione is q ſæculi militia derelicta uel monachus cœperit eſſe uel clericus.rectū xp̄i tramité teneat:ne ad diuerſa uitioꝝ diuerticula rapiat̄.Dum eſſem adoleſcens imo pene puer.& primos impetus laſciuientis ætatis heremi duritia refrenarem:ſcripſi ad auunculum tuū ſanctū heliodorū exhortatoriam epiſtolā plenā lachrymis querimoniiſqꝫ. & quæ deſerti ſodalis monſtraret affectū.Sed in illo opere pro ætate tunc luſimus.& calentibus adhuc rhetorū ſtudiis atq; doctrinis:quædam ſcholaſtico flore depinximus.Nunc iam cano capite.& arata rugis fronte:& inſtar bouū pēdētibus a mento palearibus. Frígidus obſiſtit circū præcordia ſanguis. Vnde & ī alio loco idem poeta canit. Omnia fert ætas animum quoq;. Et poſt modicū. Nunc oblita mihi tot carmina.uox quoq; mœrin. Iam fugit ipſa.Quod ne de gentili tātū litteratura ꝓferre uideamur:diuinoꝝ uoluminū ſacra cognoſce.Dauid annos natus.lxx.bellicoſus quōdam uir:ſenectute frigeſcente nō poterat caleſieri. Quærit̄ itaq; puella de uniuerſis filiabus iſrael abiſac ſunamitis: quæ cū rege dormiret.& ſenile corpus calefaceret.Nōne tibi uideť ſi occidentē ſequaris litterā.uel figmētū eſſe de mimo.uel attellanaꝝ ludicra?Frigidus ſenex obuoluit̄ ueſtimentis.& niſi cōplexu adoleſcentulæ non tepeſcit.Viuebat adhuc berſabee. ſuperat abigael.& reliquæ uxores eius & concubinæ quas ſcriptura cōmemorat.oēs quaſi frigidæ repudiant̄: & ī unius tantū grandæuus caleſcit amplexibus.Abraham multo dauid ſenior fuit:& tamen uiuente ſara aliam nō quæſiuit uxorem.Iſaac duplices dauid annos habuit:& cū rebecca iam uetula nunq̄ refrixit.Taceo de prioribus ante diluuium uiris qui poſt annos noningentos.non dico ſenilibus ſed pene iam carioſis artubus: nequaq̄ puellares quæſiere amplexus.Certe moyſes dux iſraelitici populi.cxx.annos habebat:& ſephoram non mutauit uxorē.Quæ eſt igit̄ iſta ſunamitis uxor & uirgo tā ferues.ut frigidū calefaceret.tā ſancta.ut calentem ad libidinem non ꝓuocaret?Exponat ſapientiſſimus ſalomon patris ſui delitias:& pacificus bellatoris uiri narret amplexus.Poſſide ſapientiam:poſſide ītelligentiam.Ne obliuiſcaris:& ne declinaueris a uerbis oris mei. Ne derelinquas illam.& apprehendet te.ama illam:& ſeruabit te.Principium ſapientiæ poſſide ſapientiā. & in omni poſſeſſione tua poſſide intelligentiam.Circunda illam.& exaltabit te.honora illam.& amplexabit̄ te:ut det capiti tuo coronā gratiarū.corona quoq; delitiaꝝ proteget te.Omnes pene uirtutes corporis mutant̄ in ſenibus.& creſcente ſola ſapientia.decreſcunt cætera ieiunia.chameuniæ huc illucq; diſcurſus. peregrinorum ſuſceptio.defenſio pauperū.inſtantia oratinum.& ꝑſeuerantia.uiſitatio languentium : labor manuum unde præbeant̄ elemoſynæ.Et ne ſermonem longius ꝓtraham:cuncta quæ per corpus exercent̄: fracto corpore minora fiunt.Nec hoc dico.q; iuuenibus & adhuc ſolidioris ætatis.his dumtaxat qui labore & ardentiſſimo ſtudio.uitæ quoq; ſanctimonia:& orationis frequentia ad dominum ieſum ſcientiam cōſecuti ſunt.Frigeat ſapientia.quæ in plæriſq; ſenibus ætate marceſit.ſed q; adoleſcentia multa corporis bella ſuſtineat.& inter incentiua uitiorum:& carnis titillationes.quaſi ignis in lignis uiridibus ſuffocetur. & ſuum non poſſit explicare fulgorem.Senectus uero rurſus eorum:qui adoleſcentiam ſuam honeſtis actibus inſtruxerunt.& in lege domini meditati ſunt die ac nocte ætate ſit doctior.uſu ſtructior:proceſſu temporis ſapientior:& ueterū ſtudiorum dulciſſimos fructus metit.Vnde & ſapiens ille uir græce Themiſtocles cum expletis.cvii.annis ſe mori cerneret.dixiſſe ſertur ſe dolere q; tunc egrederetur de uita: quando ſapere cœpiſſet.Plato octogeſimo & uno anno ſcribens mortuus ē.Et ſocrates nonaginta & nouem annos in docēdi ſcribendiq; labore cōpleuit.Taceo cæteros philoſophos.Pythagoram.Democritū.xenocratem.zenonem. Cleantem:qui iam ætate longæua in ſapientiæ ſtudiis floruerunt.Ad poetas uenio.Homerum: Heſiodum. Simonidem.Steſichorum:qui grandes natu cigneū neſcio quid.& ſolito dulcius uicina morte cecinerūt. Sophocles cū ꝓpter nimiā ſenectutem & rei familiaris negligentiam a filiis accuſaret̄ amentiæ. Edippi fabulā quam nuper ſcripſerat recitauit iudicibus.& tantum ſapientiæ in ætate iam fracta ſpecimen dedit:ut ſeueritatem tribunalium in theatri fauorem uerteret.Nec mirum cum etiam Cato cenſorinus & romani generis diſertiſſimus iā & ſenex græcas litteras nec erubuerit nec deſperauerit diſcere.Certe Hōerus refert q; de lingua Neſtoris iā uetuli:& pene decrepiti dulcior melle oꝛo fluxerit.Sed & ipſius Abiſac nominis ſacrm ſapientiā ſenū indicat amplioré.Interpretat̄ .n. pr̄ meus ſupfluus uel pr̄is mei rugitus. Verbū ſupfluū ambiguū eſt ſed ī p̄ſenti loco uirtutē ſonat:q; āplior ī ſenibus:& redūdās ac larga ſapiētia.In alio āt loco ſupfluus quaſi non neceſſarius ponitur.Abiſac autem ideſt rugitus.ꝓprie nūcupatur:quod ut maris fluctus reſonat:& ut ita dicam.de pelago uenieus fremitus auditur.ex quo oſtenditur:abundantiſſimū & ultra humanam uocē diuini ſermonis in ſenibus tonitruum cōmorari.Porro ſunamitis in lingua noſtra coccinea dicitur:ut ſignificet calere ſapientiam:& diuina lectione feruere quod licet dominici ſanguinis indicet ſacramentum:tamē & feruorem oſtendit ſapientiæ.Vnde & obſtetrix illa in Geneſi coccinum ligat ī manu phares. qui ab eo q; parietem diuiſerat.duos ante populos ſeparantem diuiſoris:ideſt phares ſortitus eſt nomē.Et raab meretrix in typo eccleſiæ.reſticulam myſterium ſanguinis continentem:ut hierico pereunte domus eius ſaluaretur : appendit in feneſtra.Vnde:& in alio loco de uiris ſanctis ſcriptura cōmemorat.Hi ſunt:qui uenerunt de calore domus patris rechab.Et dominus noſter in euangelio ignem inquit ueni mittere in terram & quid uolo niſi ut ardeat?Qui in diſcipulorum cordibus ſuccenſus cogebat eos dicere:nōne cor noſtrum ardēs erat ī nobis dū loq̄ret̄ ī uia & apperiret nobis ſcripturas?Quorſū hæc tā longo repetita principio? Ne a me q̄ras pueriles declamatiōes.ſentētiaꝝ floſculos.uerboꝝ lenocinia.& p fines capitulorꝝ ſingulorꝝ acuta q̄dā breuiterq; cōcluſa:q; plauſus & clamores excitēt audientiū. Amplexetur me modo ſapientia : & abiſac nr̄a quæ nunq̄ ſeneſcit.in meo requieſcat ſinu.Impolluta eſt uirginitatiſq; perpetuæ:& quæ ī ſimilitudine mariæ cū quotidie generet:ſemperq; parturiat.incorrupta eſt.Hinc reor dixiſſe & apoſtolum ſpiritu ſeruentes : & in

euangelio dominum prædicasse:q; in fine mundi:quando iuxta prophetam zachariam, stultus pastor esse cœperit sapientia decrescente refrigescet charitas multorum. Audi igitur ut beatus Cyprianus ait non diserta:sed fortia. Audi fratrem collegio, patrem senio:qui te a cunabulis fidei usq; ad perfectam ducat ætatē & per singulos gradus uiuendi præcepta constituens in te cæteros erudiat. Scio quidē ab auunculo tuo beato heliodoro:qui nunc pontifex christi est:te & didicisse quæ sancta sunt:& quotidie discere: normāq; uitæ eius exemplum habere uirtutum. Sed & nostra qualiacunq; sunt:suscipe. & libellum hunc libello illius copulato:ut cū ille te monachum erudierit:hic clericum doceat esse perfectum. Igitur clericus qui christi seruit ecclesiæ, interprætetur primo uocabulum suum & nominis definitione prolata:nitatur esse. quod dicitur. Si enim cleros græce sors latinæ appellatur:propterea uocantur clerici: uel quia de sorte sunt domini: uel quia dominus ipse sors idest pars clericorum est. Qui autem uel ipse pars domini est: uel domini partē habet:talem se exhibere debet:ut & ipse possideat dominum:& ipse possideatur a domino. Qui dominum possidet. & cum propheta dicit:pars mea dominus. nihil extra dominum habere potest. q; si quippiam aliud habuerit præter dominum:pars eius non erit dominus. Verbi gratia:Si aurum. si argentum. si possessiones si uariam supellectilem:cum istis partibus dominus pars eius fieri non dignatur. Si autem ego pars domini sum. & funiculus hæreditatis eius:nec accipio partem inter cæteras tribus:sed quasi leuita & sacerdos uiuo de decimis. & altari seruiens altaris oblatione sustentor. habens uictum & uestitum his contentus ero:& nudam crucem nudus sequar. Obsecro itaq; te. & repetens iterum:iterūq; mōnebo. ne officium clericatus genus antiquæ militiæ putes:idest ne lucra sæculi in christi quæras militia. ne plus habeas. q̄ quando clericus esse cœpisti. & dicatur tibi. clerici eorum non proderunt eis. Nōnulli enim sunt ditiores monachi: q̄ fuerāt sæculares qui possident opes sub christo paupere. quas sub locuplete & fallace diabolo nō habuerant:ut susciperet eos ecclesia diuites:quos mundus tenuit ante mendicos. Mensulam tuam pauperes & peregrini nouerint:& cum illis christum conuiuam noueris. Negociatorem clericum. & ex iope diuitem ex ignobili gloriosum:quasi quandam pestem fuge. Corrumpunt mores bonos cōfabulationes pessimæ. Tu aurum contēnis:alius diligit. tu calcas opes. ille sectatur. tibi cordi est silentium mansuetudo secretum:illi uerbositas, attrita frons:cui nundinæ placent:& plateæ ac medicorum tabernæ. In tanta morum discordia quæ potest ee concordia? Hospitiolum tuum aut raro:aut nunq̄ mulierum pedes terant. Omnes puellas & uirgines christi aut æqualiter ignora:aut æqualiter dilige. Vide ne sub eodem tecto māseris. ne in præterita castitate cōfidas. Nec dauid sanctior. nec Sāpsone fortior:nec salomone potes esse sapientior. Memento semper q; paradisi colonum de possessione sua mulier eiecerit. Egrotāti tibi quilibet sanctus frater assistat. & germana uel mater:aut ꝓbatæ quælibet apud omnes fidei. Quod si huiuscemodi non fuerint consanguinitatis castimoniæq; personæ. multas anus nutrit ecclesia:quæ & officium præbeant. & beneficium accipiant ministrando ut infirmitas quoq; tua fructum habeat elemosynæ. Scio quosdam conualuisse corpore:& animo ægrotare cœpisse. Periculose tibi ministrat:cuius uultum frequenter attendis. Si propter officium clericatus. aut uidua a te uisitatur. aut uirgo, nunq̄ domum solus introeas. talesq; habeto socios:quorum contubernio non infameris. Si lector. si acolythus si psaltes te sequitur. non ornētur uestę sed moribus. nec calamistro crispēt comas:sed pudicitiam habitu polliceantur. Solus cum sola secreto & absq; arbitris uel teste non sedeas. Si familiarius est aliquid loquendum. habet nutricem maiorem domus. uirginem. sororem. uiduam uel maritam. Non est tam inhumana:ut nullum præter te habeat cui se audeat credere. Caueto oēs suspitiones. & qc quid ꝓbabiliter fingi pōt:ne fingatur ātē deuita. Crebra munuscula & sudariola. & fasciolas. & uestes ori applicitas. & oblatos & degustatos cibos:blandasq; & dulces litteras sanctus amor nō habet. Audi me mel meum. lumen meum:meūq; desiderium christus est. Omnes delitias & lepores. & risu dignas urbanitates:& cæteras ineptias amatorum in comœdiis erubescimus. in sæculi hominibus detestamur. quanto magis i monachis. & in clericis. quorum & sacerdotium ꝓpositō:& propositum ornatur sacerdotio? Nec hoc dico. q; aut in te. aut in sanctis uiris ista formidem. sed q; in omni ꝓpositō. in omni gradu & sexu. & boni & mali reperiantur. malorumq; cōdēnatio. laus bonorum sit. Pudet dicere: Sacerdotes idolorū mimi & aurigæ & scorta hæreditates capiūt. solis clericis & monachis hoc lege ꝓhibetur & ꝓhibet nō a psecutoribus:sed prīcipibus christianis. Nec de lege conqueror:sed doleo. cur meruerimus hanc legem. Cauterium bonum est. sed quo mihi uulnus ut indigeam cauterio? Prouida seueraq; legis cautio:& tamen nec sic refrenatur auaritia. Per fideicō missa legibus illudimus. & quasi maiora sint imperatorum scita q̄ christi leges timemus. Euangelia cōtēnimus. Sit hæres & mater filiorum idest gregis sui ecclesia:quæ illos genuit. nutriuit & pauit. Quid nos inserimus inter matrem & liberos? Gloria episcopi est pauperum opibus prouidere. Ignominia omniū sacerdotum est propriis studere diuitiis. Natus in paupere domo. & i tugurio rusticano. qui uix milio & cibario pane rugientem satiare uentrem poteram:nunc similam & mella fastidio. Noui & genera & nomina piscium. in quo littore cōcha lecta sit:calleo. saporibus auium discerno prouincias. & ciborum me raritas:ac nouissime dāna ipsa delectant. Audio præterea in senes & anus absq; liberis quorundam turpe seruitium. Ipsi apponunt matulam. apponunt mappulam. obsident lectum purulentias stomachi:& flegmata pulmonis manu propria suscipiunt. Pauent ad introitū medici. trementibusq; labiis an cōmodius habeant scisitantur: & si paululum senex uegetior fuerit periclitantur. simulataq; leticia mens intrinsecus auara torquetur. Timent enim ne perdant ministerium. & uiuacem senem matusalem annis comparant. O quanta apud deum merces:si in præsenti præcium non sperarent. quantis sudoribus hæreditas cassa expetitur. Minori labore promissa margarita christi emi poterat. Diuinas scripturas sæpius lege:immo nunq̄ de manu tua sacra lectio deponatur. Discę quod doceas. obtine eum qui scām doctrinam est fidelem sermonem. ut possis exhortari in

doctrina ſana:& contradicentes reuincere.Permane in his.quæ didiciſti.& credita ſunt tibi:ſciens a quo di- 256
diceris.Paratus ſemper ad ſatiſfactionē:omni poſcenti te rationem de ea quæ in te eſt ſpe.Non confundant opera tua ſermonē tuū.ne cū in eccleſia loqueris:tacitus quilibet reſpondeat.Cur ergo hæc quæ dicis ipſe non facis?Delicatus magiſter eſt:qui pleno uentre de ieiuniis diſputat.Accuſare auaritiam & latro poteſt.Sacerdotis chriſti.os mens manuſq; cōcordent.Eſto ſubiectus pontifici tuo:& quaſi animæ parentem ſuſcipe.Amare filiorū:timere ſeruoꝝ eſt.Si pater ſum inquit ubi eſt honor meus?Si dominus ego ſum.ubi ē timor meus?Plura tibi ī eodem uiro obſeruanda ſunt nomina.Monachus pontifex auunculus tuus:qui iam te in omnibus quæ ſancta ſunt docuit.Illud ēt dico ꝙ epī ſacerdotes ſe eſſe ſciant.nō dominos.honorēt clericos. q̄ſi clericos:ut & ipſis a clericis quaſi epīs honor deferatur.Scitum illā, é oratoris domitii.Cur ego te inquit habeā ut principem.cū tu me non habeas ut ſenatorem?Quod aaron & filios eius hoc eſſe epiſcopū & præſbyteros nouerimus.unus dominus.unum templū:unum ſit etiam miniſteriū.Recordemur ſemper qd apoſtolus petrus præcipiat ſacerdotibus.Paſcite eum qui in uobis eſt gregem domini prouidentes non coacte ſed ſpontanee ſcdm deū.neq; turpis lucri gratia.ſed uoluntarie.neq; ut dominantes in clerū ſed forma facti gregis & ex animo.ut cum apparuerit princeps paſtorū:percipiat ís īmarceſſibilem gloriæ coronā. Peſſimæ cōſuetudinis eſt.in quibuſdā eccleſiis tacere p̄ſbyteros.& præſentibus epīs non loqui: quaſi aut inuideant. aut non dignentur audire.Et ſi alii inquit Paulus apoſtolus fuerit reuelatum ſedenti:prior taceat. Poteſtis enim per ſingulos ꝓphetare.ut omnes diſcant.& omnes cōſolentur:& ſpiritus prophetarum prophetis ſubiectus eſt.Non enim diſſenſionis eſt deus:ſed pacis.Gloria patris eſt filius ſapiēs.Gaudeat epiſcopus iudicio ſuo cum tales chriſto elegerit ſacerdotes. Docente te in eccleſia non clamor populi:ſed gemitus ſuſcitet.Lachrymæ auditorum:laudes tuæ ſint.Sermo præſbyteri ſcripturarum lectione conditus ſit.Nolo te declamatorem eſſe & tabulum garrulūq; ſine ratione.ſed myſteriorum peritum.& ſacramentorum dei tui eruditiſſimū uerba uoluere:& celeritate dicendi apud imperitum uulgus admirationem ſui facere indoctorū homi num eſt.Attrita frons interprætatur ſæpe: quod neſcit:& cum aliis ſuaſerit:ſibi quoq; uſurpat ſcientiā. Præceptor quondam meus Gregorius nazianzenus:rogatus a me ut exponeret quid ſibi uellet ī luca ſabbatum δευτεροπρωτον:ideſt ſecundo primum eleganter luſit.Docebo te inquiens ſuper hac re ín eccleſia : ī qua mihi omni populo acclamante cogeris inuitus ſcire.quod neſcis. Aut certe ſi ſolus tacueris:ſolus ab omnibus ſtultitiæ cōdemnaberis.Nihil tam facile.q̄ uilem plæbeculā.& indoctam cōcionem linguæ uolubilitate decipere.quæ quicquid non intelligit:plus mirat.M.Tullius apud quem pulcherrimū illud elogium eſt. Domoſthenes tibi præripuit:ne eſſes primus orator.Tu illi ne ſolus.In oratione pro quinto. ligario Gallo quid de fauore uulgi:& de imperitis cōcionatoribus loquatur attende ne his fraudibus illudaris.Loquor.n. quæ ſum ipſe nup expertus.Vnus qdem poeta nominatur homo perlitteratus:cuius ſūt illa colloquia poetarum & philoſophorum:cum facit euripidem & menandrum iter ſe:& alio loco ſocratem atq; Epicuꝝ diſſerentes:quoꝝ ætates non annis ſed ſæculis ſcimus eſſe diſiunctas.atq; is quantos plauſus & clamores mouebat:Multos enim cōdiſcipulos habet in theatro:qui ſimul litteras non didicerant.Veſtes pullas æque uita ut candidas.Ornatus & ſordes pari modo fugienda ſūt.quia alterum delitias:alterū gloriam redolet. Nō abſq; amictu lineo incedere:ſed preciū ueſtium lineaꝝ nō habere laudabile eſt.Alioquin ridiculum & plenum dedecoris ē:referto marſupio:q; ſudariū orariūq; non habeas gloriari.Sunt qui pauperibus parum tribuum:ut amplius accipiant:& ſub prætextu elemoſynæ quærant diuitias.quæ magis uenatio appellanda ē: q̄ elemoſynæ genus.Sic beſtiæ:ſic aues:ſic capiuntur & piſces.Modica in hamo eſca ponit:ut matronarum in eo ſacculi protrahantur.Scit epiſcopus cui cōmiſſa eſt eccleſia quē diſpenſationi pauperū curæq; præficiat.Melius eſt ſponte non habere quod tribuas:q̄ impudenter petere quod recondas.Sed & genus arrogantiæ eſt:clæmētiorem te uelle uideri:q̄ pontifex chriſti eſt.Non omnia poſſumus omnes.Alius ī eccleſia oculus eſt:alius lingua:alius manus:alius pes:auris:uenter:& cætera.Lege Pauli epiſtolam ad Corinthios:ubi diuerſa mēbra unum corpus efficiunt.Nec ruſticus & tantum ſimplex frater ideo ſe ſanctum putet:ſi nihil nouerit.nec peritus & eloquens in lingua æſtimet ſanctitatem.Multoq; melius eſt e duobus īperfectis ruſticitatem ſanctam habere:q̄ eloquentiam peccatricē.Multi ædificant parietes:& cōlūnas eccleſiæ ſubſtruunt. marmora nitent.auro ſplendent laquearia.gēmis altare diſtinguitur:& miniſtroꝝ chriſti nulla electio ē.Neq; uero mihi aliquis opponat.diues in iudæa tēplum:mēſas:lucernas:thuribula:patellas:ſcyphos: mortariola:& cætera ex auro fabrefacta.Tunc hæc ꝓbabantur a domino:quando ſacerdotes hoſtias īmolabant:& ſāguis pecudū erat redemptio peccatorū.q̄q̄ hæc oia p̄ceſſerint ī figura.ſcripta ſunt aūt ꝓpter nos:in quos fines ſæculorum decurrerūt.Nūc uero cū paupertatem domus ſuæ paup dominus dedicarit:cogitemus crucem eius:& diuitias lutum putabimus.Quid miramur:qd' chriſtus uocat iniquum māmona?Quid ſuſcipimus.& amamus.qd' petrus ſe non habere glorioſe teſtatur?Alioqn ſi tantū litterā ſequimur.& in auro atq; diuitiis ſimplex nos delectat hiſtoria.cū auro obſeruemus & cætera.Ducant pontifices chriſti uxores uirgines.q̄uis bonæ mentis ſit qui cicatricē habuerit:& qui deformis eſt.priuetur ſacerdotio.Lepra corporis animæ uitiis præferat Creſcamus & multiplicemur.& repleamus terram.nec īmolemus agnum. nec myſticū paſcha celebremus:qa hæc abſq; tēplo fieri lege ꝓhibent.Figamus ſeptimo mēſe tabernaculū & ſolemnia ieiunia buccina cōcrepemus.Quod ſi hæc omnia ſpiritalibus ſpiritalia cōparantes.ſcienteſq; cum paulo ꝙ lex ſpiritalis eſt ,& dauid uerba cantantis.reuela oculos meos.& conſiderabo mirabilia de lege tua.ſic intelligamus:ut dominus quoq; noſter intellexit.& interprætatus eſt ſabbatum.aut aurum repudiemus cū cæteris ſuperſtitionibus iudæorum.aut ſi aurum placet placeant & iudæi:quos cum auro aut ꝓbare nobis neceſſe eſt.aut damnare.Conuiuia tibi uitanda ſunt ſæcularium:& maxime eorum qui honoribus tument.

Turpe eſt ante fores ſacerdotis domini crucifixi & pauperis,& qui cibo quoq; ueſcebat alieno iter lictores cõſulũ & milites excubare:iudicéq; ꝓuinciæ melius é apud te prãdere:q̃ te in palatio.Quod ſi obtẽderis te facere hoc:ut roges pro miſeris atq; ſubiectis.iudex ſæculi plus deferet clerico continenti:q̃ diuiti, & magis ſanctitatem tuã uenerabit q̃ opes.Aut ſi talis eſt,qui non audiat clericos pro q̃buſlibet tribulãtibus,niſi inter phialas,libenter carebo huiuſmodi beneficio:& xp̃m rogabo pro iudice:q magis & citius ſubuenire põt q̃ iudex.Melius.n.é cõſidere í domío q̃ cõſidere í hoíe.melius é ſpare í domío q̃ ſpare í príncipibus.Nũq̃ uinum redoleas.ne audias illud philoſophi:hoc nõ é oſculum porrigere.ſed uinũ ꝓpinare.Vinolentos ſacerdotes & apoſtolus dánat:& uetus lex ꝓhibet.Qui altario ſeruiunt:uinum & ſicerá nõ bibãt. Sicera hebræo ſermone omnis potio noíatur quæ inebriare poteſt.ſiue illa quæ fermento cõficit,ſiue pomorũ ſucco aut cũ faui decoquuntur in dulcẽ & barbaram potionem,aut palmæ fructus exprimunt in liquorẽ: coctiſq; frugibus aqua pinguior coloratur.Quicqd inebriat.& ſtatũ mentis euertit:fuge ſimiliter ut uinũ. Nec hoc dico:q; dei a nobis creatura dánetur(Siquidẽ & dominus uini potator eſt appellatus & Timotheo dolenti ſtomachum modica uini ſorbitio relaxata eſt)ſed modum ætatis & ualitudinis pro corporũ qualitate exigimus in potando.Quod ſi abſq; uino ardeo adoleſcẽtia:& inflámor calore ſanguinis,& ſucculento ualidoq; ſum corpore:libenter carebo poculo in quo ſuſpitio ueneni é.Pulchre dicitur apud græcos: & neſcio utrũ apud nos æque reſonet.Pinguis uenter non gignit ſenſum tenuem.Tantum tibi ieiunio modum ipone: quantum ferre potes.Sint tibi ieiunia pura.caſta.ſimplicia.moderata:& nõ ſupſtítioſa. Quid prodeſt oleo nõ ueſci.& moleſtias quaſdam difficultateſq; cibo quærere,caricas,piper,nuces,palmæ fructus, ſimilam mel,piſtacia? Tota hortoꝝ cultura uexat,ut cibario nõ ueſcamur pane.& dũ delitias ſectamur a regno cælorum retrahimur.Audio præterea quoſdam cõtra rerum hoíumq; naturam,aquam non bibere, nec ueſci pane.ſed ſorbitiunculas delicatas & cõtrita olera:betarumq; ſuccũ nõ calice ſorbere,ſed cõcha.Proh pudor non erubeſcimus iſtiuſmodi ineptiis,nec tædet ſuperſtitionis? Inſuper etiam famam abſtinentiæ in delitiis quærimus fortiſſimum ieiunium eſt aqua & panis,Sed ꝙ gloriam non habet,& omnes pane & aqua uiuimus:quaſi publicum & cõmune ieiunium non putatur.Caue ne hoíum rumuſculos aucuperis:ne offẽſam dei populorum laude cõmutes.Si adhuc inquit apoſtolus hominibus placerẽ:chriſti ſeruus non eſſem.Deſiuit placere hominibus:& ſeruus factus eſt chriſti per bonam famam & malam:a dextris & a ſiniſtris chriſti miles graditur.Nec laude extollitur nec uituperatione frangitur.Non diuitiis tumet.nõ cõtrahitur pauperate:& læta cõtemnit & triſtia. Per diem ſol nõ urit eum:neq; luna per noctem.Nolo te orare in angulis plateárum:ne rectum iter præcũ tuarum frangat aura popularis.Nolo te dílatare ſimbrias.& oſtentui habere philateria: & conſcientia repugnante phariſaica ambitione circundari.Inde pendet euangelium: inde lex & prophetæ ſiue ſacra & apoſtolica doctrina.Melius é enim hæc omnia in mente portare:q̃ in corpore. Fidelis mecum lector intelligis quid taceã: & quid magis tacẽdo loquar.Tot regulæ quot ſpecies gloriæ.Quãto melius erat hoc non in corpore ſed in corde geſtare:& dominum habere fautorem non hominum? Vis ſcire quales dominus quærat ornatus? Habeto prudentiam.iuſticiam.temperantiam.fortitudinem. His cæli plagis includere:hæc te quadriga uelut aurigam chriſti ad metam concítum ferat.Nihil hoc monili præcioſius,nihil hac gẽmarum uarietate diſtinctius.Ex omni parte decoraris.cingeris,atq; protegeris. & ornamento tibi ſunt & tutamini:gémæ uertuntur in ſcuta.Caue quoq; ne aut linguam aut aures habeas prurientes:ideſt ne aut ipſe aliis detrahas:aut alios audias detrahentes.Sedens inquit aduerſus fratrem tuum detrahebas:& aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum.Hoc feciſti & tacui.Exiſtimaſti inique q; ero tibi ſimilis.Arguam te & ſtatuam contra faciem tuam.Parce detractationi linguæ:cuſtodi ſermones tuos. & ſcito quia cuncta quæ de aliis loqueris:tua ſententia iudicaris & in his ipſe deprehenſus eris,quæ in aliis arguebas.Neq; uero illa iuſta eſt excuſatio:referentibus aliis iniuriam facere non poſſum.Nemo inuito auditori libenter refert.Sagitta in lapidem nunq̃ fígitur:interdum reſiliens percutit dirigẽtem.Diſcat detractor dum te uidet non libenter audire:non facile detrahere.Cum detractoribus ait ſalomon ne cõmiſcearis:quoniã repẽte uenient pditio eorum.& ruinam utriuſq; quis nouit? Tam uidelicet eius qui detrahit: q̃ illius qui commodat aurem detrahenti.Officiũ tuum eſt uiſitare languentes,noſſe domos matronarum: ac liberos earũ:& nobilium uirorum cuſtodire ſecreta.Officii ergo tui é,nõ ſolum oculos caſtos ſeruare:ſed & linguã. Nunq̃ de formis mulierũ diſputes.nec qd in cuiuſq̃ domo agat:alia domus per te nouerit.Hippocrates adiurat diſcipulos ſuos ante q̃ doceat & in uerbis ſuis iurare cõpellit:extorquet ſacramento ſilentium. ſermonem.inceſſum,manſuetudinem:habitũ:moreſq; deſcribit.Quanto magis nos q̃bus animarũ cura cõmiſſa é,oíum xp̃ianoꝝ domos debemus amare q̃ſi proprias.Cõſolatores nos potius í mœroribus ſuis q̃ cõuiuas í ꝓſperis nouerint.Facile cõtẽnit clericus,qui ſæpe uocatur ad prandium:& ire nõ recuſat. Nunq̃ petentes raro accipiamus rogati.Beatius enim é magis dare q̃ accipere.Neſcio enim quo mõ etiam ipſe qui deprecatur ut tribuat:cũ acceperis,uiliorem te iudicat.& mirum in modum:ſi eum rogantẽ cõtempſeris: plus te poſterius uenerat.Prædicator cõtinẽtiæ nuptias ne cõciliet.Qui apoſtolum legit ſupereſt ut qui habent uxores ſic ſint q̃ſi nõ héant.cur uirginẽ cogit ut nubat? Qui de monogamia ſacerdos é q̃re uiduã hortat ut biga ma ſit? Procuratores & diſpẽſatores domoꝝ alienaꝝ atq; uillaꝝ:quõ poſſũt eẽ clerici,q,ꝓprias iubẽtur cõtẽnere facultates? Amico qꝑiã rape furtũ é.Eccleſiã fraudare ſacrilegiũ é.Accepiſſe qd paupibus erogãdũ eſt. & eſuriẽtibus plurimis.uel cautũ uelle eé.uel timidũ,aut qd aptiſſimi ſceleris é:aliud exinde ſubtrahere.oíum prædonũ crudelitatẽ ſupat.Alter fame torquet:& tu iudicas,quoniã uẽtri eius ſatis ſit,Aut diuide ſtatim qd accepis:aut ſi timidus diſpẽſator es dimitte largitorẽ:ut ſua ipe diſtribuat.Nolo ut ſub occaſiõe mea ſaculus tuus plenus ſit,Nemo mea melius me ſeruare põt,Optimus diſpẽſator é:q ſibi nihil reſeruat. Coegiſti

me nepotiane chariſſime lapidato iam uirginitatis libello, quē ſanctæ euſtochio romæ ſcripſerā. poſt ānos decē rurſus bethleē ora reſerare: & confodiēdum me linguis oīum ꝓdere. Aut enim nihil ſcribendū fuit, ne hoīum iudiciū ſubiremus, quod tu facere quoq; uoluiſti: aut ſcribentes noſſe cūctoꝝ aduerſum nos maledicoꝝ tela eſſe torquēda. Quos obſecro ut quieſcant: & deſināt maledicere. Nō enim ut aduerſariis: ſed ut amicis ſcripſimus. Nec inuecti ſumus in eos qui peccant: ſed ne peccent monuimus. Neq; ī illos tantum: ſed & in noſipſos ſeueri iudices fuimus. Volenteſq; feſtucā de oculo alterius tollere: noſtram primū trabē eieci mus. Nullum læſi: nullius nomē de mea ſcriptura deſignatū eſt. Neminē ſpāliter meus ſermo pulſauit. Generalis de uitiis diſputatio eſt. Qui mihi iraſci uoluerit: prius ipſe de ſe. q; talis ſit. confitebitur.

Epiſtola beati hieronymi p̄ſbyteri ad oceanū de uita clericoꝝ. Vbi ad eoꝝ inſtitutionem ꝓponit epiſtolam pauli ad timotheū de ep̄o: ut ex illo cæteri gradus clericoꝝ diſcāt quō uiuere debeant. Monet illos fœminaꝝ uitare cōſortia: oſtendēs ex illaꝝ cōuerſatione etiā ſi cognatiōe iungantur quantum periculi imminear.

Ophornius Euſebius Hieronymus Oceano ſuo ſalutem. Deprecatus es: ut tibi breuiter exponerem: qualiter clerici debeāt uictitare ī hac uita mortaliū. Hic me plæriq; maledictis æmuli p̄ſto lant: qa non ſileo ueritatem. Tamen mihi chariſſime ab apoſtolo ſumamus exordium, qui ait. Fidelis ſermo & omni acceptione dignus. Siqs ep̄atum deſiderat: bonum opus deſiderat. Oportet enim ep̄m irrep̄henſibilem eſſe: & reliqua, totū comp̄hendit eſſe cauendū: cum irrep̄hēſibilem ponit. Quo modo igitur alteꝝ rep̄hendet cū ipſe q accepit ptātem ut doceat, ſit rep̄hēſus? Ex ep̄o, gradus cæteri clericorum condiſcunt: quomodo debeant uiuere in hac uita mortali. Seipſos imitabiles debent ꝓponere ſacerdotes: ut alii iuniores gradus humiles conſecuti uita & teſtimonia ſacerdotū poſſint exurgere. Præcipue illud reor attentius tibi eſſe cauendū: qa prima tentamenta ſunt clericoꝝ, muliꝝ frequenter acceſſus. Iſte ſexus rep̄henſibiles exhibet clericos. Quid tibi re uera cū fœminis, q ad altare cum domino fabularis? Te cuncti in publico, te in agro ruſtici aratores ac uinitores quotidie grauiter lacerabūt: ſi contra diſpoſitum fidei cū fœminis habitare contendis. Et quia ut arbitror, cōcupiſcis irrep̄henſibilis iueniri: teſtimonio bono munire. Nunqd in choro apoſtoloꝝ fœminæ affuerunt? Prohibe tecū uirgines morari: etiam quæ de genere tuo ſunt. Diligis eas? Exterius ordina, frequenter uiſita, iunctus obſequio clericoꝝ. nedū ſecretaliter ac ſolus ingrederis: macules teſtimonium tuū. Illud etiam adiiciendū eſt, qa ſi uxorem ducēres: lex te non ꝓhibet habitare cum cōſerua. Cum uxoris, n. conſenſu eiuſmodi ad regimē ſacerdotii ꝓmouent̄, maxime cum apoſtoli epiſtola p̄ceptum hoc habeat: unius uxoris uiꝝ ad honorem clericatus eligendū. Te uero non ita ſalutaria p̄cepta conſtringunt. Aliter coniugati: aliter uirgines admonent̄ eccleſiaſtici onus ſubire miniſterii. Fœminaꝝ cum clericis nullo pacto conūcta p̄cipitur conuerſatio, ianua diaboli, uia iniqtatis, ſcorpionis p̄cuſſio nociuūq; genus eſt fœmina. Cum ꝓxiat ſtipula: incendit igne. Flāmigero igne p̄cutit fœmina conſciam pariter habitantis: exuritq; fundaméta montiū. Ego id dico, ſi cū uiris fœminæ habitant; uiſcariū non deerit diaboli. Ex eis aucupatū eſt ab initio peccatū. Ferreas mētes libido domat. Si alligauerit quis ignem in ſinu ſuo & ueſtimēta eius nō cōburent? Aut ſiqs ambulauerit ſuper carbones ignis. pedes ſuos non comburet? Mihi crede non p̄t toto corde cum domino habitare: q fœminaꝝ acceſſibus copulat̄. Sed dicis. Qui ambulat ſimpliciter: ambulat confidenter. Bene & argute. Sed & oportet teſtimonium bonū habere ex his qui foris ſunt. Licet coram deo recte incedas, tamē coram hoīibus bona ꝓuidentia ſunt: qa & aſtutiores ſunt filiis lucis filii tenebraꝝ. Cum ergo hoc genus a te nō amputat̄: das rep̄hēdētibus te locū. Ipſe te detrahētiū morſibus tradidiſti. Si agapetarum cōſortium nō dimiſeris, benignus es, gaudeo. Pudicus es: falſum eſt. Si aliquis ſenſerit clericum habitare cum fœminis: non credit eum eſſe caſtum. Si pudicitiam quæris, quare habitas cum fœminis? Fœminā quam bene uideris conuerſantem mente dilige: non corporali frequentes ornatu. Non ueſtis tenera clericū facit, aut ſacerdotem: ſed caſta mentis intentio. Hæc enim deuotionem honoris in te cuſtodit, honorem q̄dem glorioſum: boni operis fama conſeruat. Sacerdotes quippe decet: uel cæteros clericoꝝ gradus ut ſupra dictū eſt a fœminis ſegregari. Si igitur generis gratia iudicas eaſdem nullo pacto dimittere: memento thamar, q; ab ammō fratre ſuo corrupta ſit. Idipſum p̄ſequor dilectiſſime ubi unius eſt tabernaculi cōuerſatio: carnis nō facile tollit̄ delectatio. De duobus enim quod unus deſiderat: ſi loq nō p̄t, tentat̄ tamē. Remotio igit̄ uiri: caſtitatis collocat arma. Cōſtruit in melioribus caſtra, pudoris honorem conſolat̄. Potuit, n. & maria mater domini de choro apoſtoloꝝ non diſcedere: ſi liceret. Tecla poſt tētationē paſſionis antiochiæ: a paulo ꝓhibet̄ pariter p̄gere. Nemo miles cum uxore p̄git ad bellum. Non inuideo charitati tuæ. Sit tibi cum caſtis uirginibus longæua dilectio. Tunc in bono meritū collocabis: & famā meliorabis. Sed ſi congregationes cōſtituis puellaꝝ, pulchre cenſeo ī hebdomada ſecūda uiſitatōe ad benedicendū cōgregationē uenias. ſed nō ſolus: ne rumigeruli līguis te macerātibus lacerēt. Alienā enī cupiūt uicini diſcutere uitā: nō ſuā. Propterea digne accipe meoꝝ p̄cepta uerboꝝ. & monita humilitatis: quæ frater no affectu calamo iperante exp̄ſſimus, dulciter lege. Iam uero ut rep̄hēſibilis diuini altaris non ſit ſacerdos: pauca de reliqs apoſtoli teſtimoniis quātum dominus donat, exponā. Sufficiūt ſupiores cauſæ q̄ dictæ ſunt. Veꝝ ne aliqs minus intelligens ad ep̄os tantū ſentiat apoſtolū fuiſſe locutū: qd de diaconibus ad timotheū p̄ceptum ſit, qd de p̄ſbyteris ad titū, cōmemorare delectat. Sed prætereundū non eſt: ſuperiorem explanare ſniam. Vnius uxoris uiꝝ. & noua & uetus p̄ceptio ſacerdoté cenſuit eligēdum quia digamos ad miniſteriū plæriq; ep̄i applicuerunt, ſicq; aſſeruerunt, concubina fuit illa, non uxor, quaſi non hæc ſint commercia fœditatis in illa, quæ in hac exercent̄: quæ uxor aſſerit̄. An qa cōiugii tabulas non fecit: cōcupiſcētia alia fuit? Nullo pacto digamos, uel cōcubinaꝝ cathenis inſertos: decet ſubire ſacerdotii miniſterium. In leuitico ſcri-

ptum est ac p̄finitum.quales eligi debeant sacerdotes:sicut habes.& dixit dominus ad moysē.Sacerdos uxorem accipiat uirginem de semine patrū suoꝝ.Viduā uero aut̨ destitutam aut a uiuo marito derelictam nō accipiat.Bene audiui præcipiente domio moysi.qa nec uxor debet sacerdoti digama cōuenire:ne honorem polluat sacerdotii.Sicut unius uxoris uiꝝ:sic unius uiri mādat uxorem.Si ergo clericus monogamus fuerit & uxor eius digama:noli eum misterio applicare.Digamā enim duxit uxorem. Hæc tito p̄cepta idem apostolus deordinādis clericis dedit.Et qa liber finem expectat.ad id redeamus unde egressi sumus.nec si duæ uel tres pariter dei ancillæ morentur:solum ad eas ingredi cōuenit sacerdotē.Siqs hæc p̄cepta non obserua uerit:hostis est aīæ suæ.Quod si post monita nostra aliqs clericus agapetas amplius quæsierit amare q̄ xp̄m scdm synodalem regulam conueniat:& p̄cepta patrū in nicea definita ei legant̄.Iam uero si conuentus fugerit prædicta.& reliquerit:cōsecuti sumus maximū lucrum.Alioqn si neglexerit:talis ab ecclesia xp̄i anathematizandus est.Germinat enim fœminæ spinas cum uiris habitantes:& arcana mentium acuto mucrone p̄cutiunt.Proh nefas.dolor est dicere:sed p̄terire non decet.Xp̄o istæ nubere uouerunt:non clericis. Vnde sine nuptiis genus nouū uxoꝝ?Et hoc ad nos qd pertinet?Amachera cessemus.Bonus honor est in ecclesia si a consortio uiroꝝ fœminæ sint longe.Monachū uel clericum solitudo facit:nō publicū Quid te uirgina le delectat alloqum?Cur sanctimonialium cōtra fidem frequentas in ecclesia,uel ī ipso publico?Si eos quos diligūt uiderint:ridentibus oculis salutationis tenera uerba p̄cedunt.Deinde cum salutauerint:si eas dei uiros præterire celerius uiderint:cōtemptores suos iudicant:& irascūtur.Ordinat̄ deinde disertæ satisfactio: post satisfactōem prandiū:quasi noua læticia disponit̄.Inter pocula improperāt uerba contemptus. Illa uero lamētari se simulat:quasi peccati genus īducens.Lege quia talis debet esse solitarius:qualem hieremias es se descripsit.Ait enim Sedebit solitarius & tacebit:qa leuauit se super se.Bonū est uiro cū leuauerit iugū ab adolescentia sua.Et qa iesus relictis apostolis solus ibat orare.Mariam quoq; in penetralibus angelus solam inuenit non cum agapeta loquentem:& illa uirilem introitum trepidauit.Tu quæ fornax es malitiæ. qd a uiro desideras frequentius salutari?Et nescis qa dupliciter formā perdis:tuā simul & clerici.cuius misterio ecclesia xp̄i debet ornari.Inordinata consuetudo est:delicatis sermonibus fabulosa calamitas.Sed si hospitalitatem cupis habere:habes tuas sorores.Illæ apud te in domū uocari debēt:non clerici. Erit ad ædificationem tuam sancta uirgo:quod dixero.In beatissimi martini uita legimus cōmemorasse sulpitiū.q; transiens sanctus martinus quandam uirginem moribus & castitate p̄celsam cupiens uisitare.illa noluit sed xenium misit ei:ac per fenestrā respiciens ait sancto uiro.Ibi pater ora:qa a uiro nunq̄ sum uisitata.Gratias egit deo sanctus martinus.& q; talibus imbuta moribus castam custodierit uoluntatem:& benedicens eam abiit lætus.Hucusq; sufficiat de fœminis dictū(cōsumata qppe uirginū causa)transeamus ad reliqua.Hospitalem p̄cepit apostolus clericū ordinādum.Hoc p̄cepto pater abrahā & loth angelos susceperūt qa hospitalitatem inter cæteras dilexerunt uirtutes.Sic & Onesiphorus paulum doctrinæ fontē susceperit.Hæ imitationes sint uestræ.& ne sinatis incolā præterire:q apud uos panem non comedat.Sequit̄.Non p̄cussorem.Non enī pugilem describit apostolus,sed q conscias non percutiat singuloꝝ.sed modestum & reliqua:domū suam bene regentem.Per q̄ horribile erit:si domui clerici detrahat̄.Lædet sacerdotis opinionem in plæbe : quando de p̄ximis eius male loquit̄ populus.Sup oia hæc p̄cepit clericis boni testimonii fundamenta componere: ut bonoꝝ operū testificatio casto confirmet̄ affectu.

Beati hieronymi p̄sbyteri ad euagrium epistola qualiter p̄sbyter & diaconus differant:q̄ ostendit p̄sbyteꝝ diacono in honore longe p̄stare.& in primitiua ecclesia eūdem fuisse ep̄m & p̄sbyteꝝ. sed in sciſmatis remedium unū fuisse p̄positū:& in hoc orbis potius q̄ urbis sequendam consuetudinē.& hinc exceptus est tex.in decretis.xc.dis.c.legimus.

LEgimus in esaia fatuus fatua loqtur.Audio quendam in tātam erupisse uecordiam:ut diaconos p̄sbyteris.i.ep̄is anteferret.Nam cum apostolus pspicue doceat eosdem esse p̄sbyteros quos ep̄os qd patit̄ mensaꝝ & uiduaꝝ minister.ut super eos tumidus se efferat.ad quoꝝ p̄ces xp̄i corpus sanguisq; cōficitur?Quæris auctoritatem?Audi testimoniū,Paulus & timotheus serui xp̄i iesu. omnibus sanctis in xp̄o iesu.q sunt in philippis cū ep̄is & diaconibus. Vis & aliud exemplum ī actibus apostoloꝝ.Ad unius ecclesiæ sacerdotes.ita paulus loquitur.Attendite uobis.& cuncto gregi in quo uos spūs sanctus posuit ep̄os:ut regeretis ecclesiam domini,quam acquisiuit sanguine suo.Ac ne quis contentiose in una ecclesia plures ep̄os fuisse contendat.audi & aliud testimonium. in quo manifestissime comprobatur: eundem esse ep̄m atq; p̄sbyterum.Propter hoc reliqui te certe,ut quæ deerant corrigeres.& constitueres p̄sbyteros per ciuitates:sicut & ego tibi mandaui.Siquis est sine crimine.unius uxoris uir.filios habens fideles:non in accusatione luxuriæ.aut non subditos.Oportet enim episcopum sine crimine esse quasi dei dispēsatorem.Et ad timotheū.Noli negligere gr̄am quæ tibi data est ꝑphetiæ per impositionem manuum p̄sbyteri.Sed & petrus in prima epistola.p̄sbyteros inquit in uobis p̄cor comp̄sbyter.& testis passionum christi.& futuræ gloriæ quæ reuelanda est:particeps regere gregem xp̄i.& inspicere non ex necessitate sed uolūtarie iuxta deum.Quod qdem græce significantius dicitur επισκοπευοντες ideſt superintendētes.unde & nomē ep̄i tractum est.Parua tibi uidentur tantoꝝ uiroꝝ testimonia?Clangat tuba euangelica filius tornitrui quē iesus amauit plurimū:q de pectore saluatoris doctrinaꝝ fluēta potauit Presbyter electe domine & filius eius quos ego diligo ī ueritate.Et in alia epistola Presbyter caio charissimo quē ego diligo ī ueritate. Quod aūt postea unus electus ē.q cæteris p̄poneret̄:in sciſmatis remediū factū est:ne unusq̄sq; ad se trahēs xp̄i ecclesiam rumperet.Nam & alexādriæ a marco euangelista usq; ad heradā & dionysium ep̄os. p̄sbyteri semper unū de se electum in excelsiori gradu collocatum ep̄m noiabāt.quo si exercitus imperatorem faciat.

aut diaconi eligāt de se quē industriū nouerit:& archidiaconū uocēt. Quid.n.facit excepta ordiatione ēps quod p̄sbyter nō facit? Nec altera romanæ urbis ecclesia.altera totius orbis æstimanda est.& galliæ:& britā niæ:& africa:& persis:& oriens:& india:& omnes barbaræ nationes unum christum adorant: unam obser uāt regulam ueritatis.Si auctoritas quæritur:orbis maior est urbe.Vbicūq; fuerit episcopus:siue romæ:siue eugubii:siue cōstantinopoli:siue regii:siue alexandriæ:siue thanis eiusdem meriti:eiusdem & sacerdotii.Po tentia diuitiaꝝ:& paupertatis humilitas:uel sublimiorem uel inferiorem ēpm facit. Cæteꝝ oēs apostolorū successores sunt.Sed dicis.Quomodo romæ ad testimoniū diacōi p̄sbyteri ordinat? Quid mihi ꝓfers uni us urbis cōsuetudinem? Quid paucitatem.de qua ortum est supercilium in leges ecclesiæ uendicas? Omne quod raꝝ est:plus appetitur.Pulegium apud indos pipere p̄ciosius est.Diaconos paucitas honorabiles:p̄sby teros turba cōtemptibiles facit.Cæteꝝ etiam in ecclesia romæ p̄sbyteri sedent.& stant diaconi licet paula tim increbrescentibus uitiis:inter p̄sbyteros absente ēpo sedere diaconum uideri.& in domesticis cōiuiiis benedictiones p̄sbyteris dare Discant qui hoc faciunt.nō se recte facere sciant:& audiant apostolos. Non ē dignum:ut relinquentes uerbum dei mistremus mensis.Sciant quare diaconi cōstituti sunt.legant acta apo stolorum.recordentur conditionis suæ Presbyter & ēps.aliud ætatis:aliud dignitatis est nomē. Vnde & ad titum & ad timotheum de ordinatione diaconi & ēpi dicit.De p̄sbyteris omnino recitet.quia in ēpo & p̄ sbyter continet.Qui ꝓuehit:de minori ad maius prouehit. Aut igitur ex p̄sbytero ordinet diaconus:ut p̄ sbyter minor diacono comprobet:i quem crescit ex paruo:aut si ex diacono ordinet p̄sbyter:nouerit se lu cris minorem:sacerdotio esse maiorē.Et ut sciamus traditōes apostolicas sumptas de ueteri testamēto. qd' aaron & filii eius.atq; leuitæ in templo fuerint:hoc sibi episcopi & presbyteri & diaconi uendicent in eccle sia.

Beati hieronymi p̄sbyteri ad damasum de oblationibus altaris & elemosynis a presbyteris & non a lai cis uendicādis quod sanctoꝝ doctorum auctoritate confirmat:censens laicos præsumptores excōmunica tioni subdendos.

N Quærit sancta auctoritas tua papa uenerande:quia de quæstione quam clientulo tuo ꝓposuisti: & cōgrua responsa per epistolam mandasti:hoc est de panibus a fidelibus in altari oblatis: quis il lis iure uti debeat:quātum a præcipuis ecclesiæ doctoribus inuestigare ualui:in paucis tibi rescri bere curaui.Testes autem idonei.quos ad hanc rem corroborādam cōcitaui:hi sunt. Gregorius nazianzenus mirabilis doctor.Cyrillus Athanasius Theophilus Anatholius loānes chrisostomus Eustachi us Eusebius Chronographus:& noster Hilarius.qui omnes uno ore eodēq; consensu ueluti uera sancti spi ritus organa anathematis mucrone censet esse feriēdos:q in usus laicoꝝ panes oblationum contulerint. qa omnino sacerdotibus solis debentur:nisi forte religionis gra laici pro benedictione de manu sacerdotis ac cipiant.Non solum autem de panibus in ecclesia hoc sanxerunt patres nostri:sed de omnibus quæ altari of feruntur:dicentes atq; docētes:magnū nefas esse:& per oia diabolica temeritate hoc fieri:ubicūq; acciderit: & ualde esse intolerabile sanctæ ecclesiæ:ut sine uindicta sanctoꝝ canonū remaneat. Vnde chrisostomus i cōmentariis super matthæū:ubi discipuli spicas manibus uellebant sabbato & pharisæi reꝑhēdebāt sic ait. Si nō licuit dauid.& uiris eius adhuc sub umbra legis comedere panes propositi ois:quando ab abimelech panes petiit fame stimulante.quomodo nunc euāgelio coruscāte psuaderi debet laicis.ut oblatōem panum deo oblatoꝝ suis usibus rapiant? Dicit nāq; perinde apostolus.Qui altari seruiunt:de altari participent.Er go qa sacerdotes pro ois orare solent.quoꝝ elemosynas & oblationes accipiūt.qua fronte p̄sumūt laici oblationes.quas xp̄iani pro peccatis suis offerūt.uel comedere:uel aliis cōcedere.cum ipsi nō debeāt pro po pulo orare? Ob hoc papa glorioſe mittere oportet illos p̄sumptores in excōmunicatōem perpetuā ut cæteri metū habeant:& amplius hæc in ecclesia ne fiant.

Incipit quartus liber siue tractatus tertiæ partis pricipalis epistolaꝝ beati hieronymi de correctiōe uitæ & conuersatione p̄latoꝝ siue præsidentium.

Epistola beati hieronymi ad rusticū narbonēsem ēpm de uita & cōuersatione ēpi &. vii.gradibus cleri corum illi commissis.

si hæc feciſſet:eſſet inter illos q ſeipſos paſcunt nō oues.diceret apud ſeipſum.Quid ad me pertinet?Quiſq; quod uertit agat:uictus meus ſaluus erit:& lac & lana ſatis eſt mihi.eat quiſq; quo poteſt.Ergo integra tibi ſunt omnia ſic eat quiſq; quo poteſt. Nolo te præpoſitum facere:unum te conſtituo de ipſa plæbe, Si patiē unum mēbrum compatiuntur omnia membra.Proīde ipſe apoſtolus cum eos commemorat quales fuerit erga illum:ne quaſi oblitus eoꝝ honorificentia uideretur:& teſtimonium perhibet ſicut angelum dei ſuſce perint eum:& quod ſi fieri poſſet oculos ſuos uellet euertere & illi dare.& tamē accedit ad ouem languidā: ad ouem putridam:ſecare uulnus:non parcere putredini.ergo inimicus uobis factus ſum uerum p̄dicans. Ecce & accepit de lacte ouium ſicut pauloante memorauimus:& indumentum ex lanis ouium. Sed tamen oues non neglexit.Non enim ſua q̄rebat:ſed quæ ieſu chriſti. Abſit ergo ut dicamus uobis.uiuite ut uultis: ſecuri eſtote:deus neminem perdit:tantūmodo fidem chriſtianam tenete.Non perdet ille quod redemit:nō perdet pro quibus ſanguinem ſuum fudit:& ſi ſpectaculis uolueritis oblectare animos ueſtros:ite:quid mali eſt? Et feſta iſta quæ celebrātur per uniuerſas ciuitates in lætitia conuiuantium & publicis menſis ſeipſos ut putant iocūdantium re uera magis pereūtium:ite celebrate.Magna eſt dei miſericordia:quæ totū ignoſcat:coronate roſis uos ante q̄ marceſcant in domo dei ueſtri:quando uolueritis cōuiuamini:implemini cibo & uino cum ueſtris.ad hoc enim data eſt iſta creatura ut perfruamini.nō enim impiis & paganis eam dedit deus ſed uobis.Non dedit hæc ſi dixerimus:forte congregabimus turbas ampliores.& ſi ſunt quidam q nos ſentiant hoc dicentes non recte ſapere paucos oſtendimus:quod ſi fecerimus non uerba dei non uerba chriſti dicentes ſed noſtra:& ſumus paſtores noſmetipſos paſcentes non oues.Cum autem dixiſſet quæ diligant iſti paſtores:dicet & quæ negligāt. Vitia enim ouium late patent.Craſſæ oues perpaucæ ſunt.i. ſolidæ in cibo ueritatis utentes paſcuis bene de munere dei:ſed mali illi paſtores non parcunt talibus. Paꝝ eſt illas q̄ languentes & infirmas & errantes & perditas non curant.ſed iſtas fortes & pingues necant quātum ī ipſis eſt.Illæ uiuent de miſericordia dei:tamen quantum ad paſtores malos attinet occidunt:male uiuendo: malum exemplum p̄bendo.An fruſtra dictum eſt ſeruo dei eminenti in membris ſummi paſtoris circa omnes teipſum bonoꝝ operum p̄bens exemplum:& forma eſto fidelis? Attēdit enim ouis etiam fortis plærunq; præpoſitum ſuum male uiuentem.ſi declinet oculos a regulis domini:& intendat in homīnem:incipit dicere in corde ſuo: ſi præpoſitus meus ſic uiuit: ego quid ſum qui non faciam quod ille facit? Si fortem ergo occidit ouem:iam de cæteris quid faciet? Qui illud quod non ipſe fortificauerat:ſed forte aut robuſtum inuenerat male uiuendo interficit dico charitati ueſtræ & ſi uiuunt oues:& fortes ſunt oues in uerbo domini & tenent iſtud quod audierunt a domino ſuo quæ dicunt facite: quæ autem faciunt facere nolite.tamē qui in conſpectu domini male uiuit:quantum in illo eſt eum a quo attenditur occidit.Non ſibi ergo blandiat: qa ille nō eſt mortuus:ſed homicida eſt. Quomodo cū laſciuus homo ītēdit mulierē ad cōcupiſcēdum eā: ecce illa caſta eſt:& mœcchus eſt iſte.Domini enim uera & aperta eſt ſententia.Quiſquis uiderit mulierem ad concupiſcendum eam iam mœcchatus eſt eam in corde ſuo.Non peruenit ad illius cubiculum:& ītēriore iam ſuo cubili uolutatur.Sic omnis qui male uiuit in conſpectu eorum quibus p̄poſitus eſt:quantum in ipſo eſt occidit:& fortes oues.Qui ergo imitatur p̄poſitum malum moritur:qui non imitatur uiuit: tamen quātum ad illos pertinet ambos occidit.Et quod craſſum eſt interficitis:& oues meas non paſcitis.Iam audiſtis qui diligant:audite q̄ negligant:quod īfirmū eſt cōfortaſtis:& quod tabuit nō corroboraſtis: & quod cōtribulatum eſt.i.confractum non colligaſtis:& quod errabat non reuocaſtis:& quod periit non inquiſiſtis:& quod forte fuit conſeciſtis.i.interfeciſtis & occidiſtis.Infirmū quippe animum gerit ouis.quando tentationes ſibi profuturas non credit.Paſtor enim negligens quando ſic credit:talis infirmus non illi dicit.Fili accede ad ſeruitutem dei:ſta in iuſticia & timore:& p̄para animam tuam ad tentationem.Qui autem hoc loquitur confortat infirmū:ex infirmo facit firmum:ut nō eum crediderit.proſpera huius ſæculi ſperet. Si autem doctus fuerit ſperare proſpera ſæculi:ipſa proſperitate corrumpitur.ſuperuenientibus autem aduerſitatibus ſauciatur:aut fortaſſis extinguitur.Non ergo eum ædificat ſuper petram qui ſic ædificat:ſed ſuper arenam.Petra autem chriſtus eſt.Chriſti autem paſſiones imitandæ ſunt:non chriſtiano delitiæ conquirendæ.Confortatur infirmus cum ei dicitur.ſpera quidem tentatiōes huius ſæculi:ſed ab hominibus eruet te dominus:ſi ab illo non recederet retro cor tuum.Nam ad cōfortādum cor tuū uenit ille pati:uenit ille mori:uenit ille ſputis illini:uenit ſpinis coronari:uenit obprobria audire:uenit poſtremo ligno configi.Omnia hæc ille pro te:tu nihil pro illo ſed pro te.Quales autem ſunt qui timent eos lædere quibus loquūtur:non ſolum non p̄parant ad iminentes tentationes:ſed etiam promittūt fœlicitatem huius ſæculi:quam deus ipſi ſæculo nō promiſit.ille p̄dicit labores uſq; in finem uenturos ipſi ſæculo:& cuius ab iſtis laboribus exceptū eſſe chriſtianum.quia qui chriſtianus eſt aliquid plus paſſurus eſt ī ſæculo.Etenim ait apoſtolus. Omnes q uolunt in chriſto uiuere:perſecutionem patiēt.tu dicis ſi uolueris in chriſto pie uiuere: abundabunt tibi omnia bona:& ſi filios non habes:ſuſcipies & nutries omnes.Nemo tibi moritur:hæc ineſt ædificatio tua. Attende quid facias:ubi ponas.ſuper arenam eſt:quod conſtituis.uenturus eſt imber:influxurus eſt fluuius flaturus eſt uentus:& impingent in domū iſtam:& cadet:& fiet ruina eius magna.leua de arena:& pone ſupra petram:in chriſto ſit quem uis eſſe chriſtianum.Attende ad paſſiones chriſti:attende ad illum ſine ullo peccato:quæ non rapuit exoluentem.Attende ſcripturam dicentem.Flagellat autem omnem filium quem recipit.Et para te flagellari:aut certe non queras recipi.Flagellat autem omnem īquit filium quem recipit. Et tu forte exceptus a paſſione flagelloꝝ:exceptus a numero filioꝝ.ita ne inquies flagellat omnem filium: ut unicum:& unicus ille de patris ſubſtantia natus æqualis patri in forma dei uerbum per quem facta ſunt omnia:non habebat ubi flagellaretur.Ad hoc carne indutus eſt:ut ſine flagello nō eſſet.Qui ergo flagellat

unicum ſine peccato:nunquid relinquit adoptiuum cum peccato?In adoptionem uocatos nos eſſe apoſtolus dicit.Adoptionem filiorum accepimus:ut eſſemus uni cohæredes:eſſemus etiam hæreditas. Poſtula a me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam.Exemplum uobis propoſuit & in paſſionibus ſuis: ſed ne futuris tentationibus deficiat infirmus:nec falſa ſpe decipiendus eſt: nec errore frangendus: ſed dic ei præpara animam tuam ad tentationem; ſed forte incipit labi: contremiſcere:nolle accedere. habes aliquid fidelis deus:qui nō uos ſinat tentari ſupra q̄ ferre poteſtis.Illud autem promittere & p̄dicare futuras paſſiones infirmū confirmare eſt.Timenti autem nimium & ex hoc deterrito cum polliceris miſericordiam det:non quia tentationes deerunt:ſed quia non permittit tētari ſupra quam poteſtis ferre:fractum colligare eſt. Sūt enim qui cum audierint uenturas tribulationes armant ſe magis:& quaſi potum ſuum ſicut paruam ſibi eā putant fidelium medicinam.Sed quæret martyris gloriā.Sunt alii q auditis futuris & neceſſario ueniētibus tentationibus:q̄s ꝓprie oportet uenire chriſtiāo:q̄s nemo ſentit:niſi q noluerit eſſe uere xp̄ianus.Imminēti bus ergo ſibi aliq̄bus frāgit & claudicat:affert cōſolatōis alligamētū:alliga qđ fractū ē.dic ne timeas.nō deerit in tētationibus ille in quē credidiſti fidelis deus: qui nō ſinat te tētari ſupra q̄ potes ferre. Nō hoc a me audis.Apoſtolus dicit:qui etiam dicit An uultis experimentum eius accipere qui in me loquitur chriſtus? Hoc ergo cum audis ab ipſo chriſto:audis & ab illo paſtore:qui paſcit iſrael.Illi enim dictum ē. Putabis eos in lachrymis:in menſura.Quod enim ait apoſtolus non ſinit tentari uos ſupra q̄ poteſtis ferre. Hoc ait propheta in menſura tantum:tu noli dimittere corrigentem:adhortantem:trementum:& conſolantem: & ſanantem.Quod infirmū eſt inquit non confortaſtis:paſtoricus maledicit:paſtoribus falſis paſtoribus ſua q̄rentibus non quæ ieſu chriſti:ex commodo lactis & lanæ gaudentibus:oues omnino non curātibus. Et qđ male habuit non corroboraſtis inter infirmū ideſt non firmum. Nam dicūtur infirmi etiam ægrotantes:ſed inter infirmum & ægrotum:ideſt male habentem hoc mihi uidetur intereſſe.Etenim iſta fratres quæ diſtinguere utcūq; conamur forte & nos poſſumus maiore diligentia melius diſtinguere:& alius peritior uel lumine corporis plenior.interim ne fraudemini quantum ad uerba attinet ſcripturæ quod ſentio loquor.Infirmo ne accidat tentatio & eum frangat timendum eſt.Languens autem iam cupiditate aliqua ægrotat:cupiditate aliqua impeditur ab intranda uia dei:a ſubeundo iugo chriſti.Attendite illos homines uolentes bene uiuere:iam ſtatuentes bene uiuere:& minus idoneos mala pati ſicut parati ſunt bona facere. Pertinet autem ad chriſtianam firmitatem non ſolum operari quæ bona ſunt:ſed & tolerare quæ mala ſunt. Qui ergo uidetur feruere in operibus bonis:ſed imminentes paſſiones tolerare nolle:aut non poſſe:infirmi ſunt.Qui uero aliqua cupiditate mala amatores mundi ab ipſis bonis operibus reuocātur:languidi & ægroti iacent. quippe qui in ipſo languore tanq̄ ſine ullis uiribus nihil boni poſſunt operari.Talis in anima paralyticus ille fuit quem cum domino inferre non poſſent:qui eum portabant tectum aperuerūt:& depoſuerunt ideſt tanq̄ ſi i anima hoc uelis facere ut tectum aperias:& deponas ad dominum iam paralyticam:diſſolutā omnibus membris:& uacantem ab omni opere bono:grauatam utiq; peccatis ſuis:& languentem morbo cupiditatis ſuæ.Si ergo diſſoluta ſunt membra omnia:& eſt paralyſis interior ut peruenias ad medicum (forte enim latet medicus:hoc eſt iſte uerus intellectus in ſcripturis occultus)eſt aperire tectum & deponere paralyticum.quod qui non faciunt & facere negligunt:audiſtis quæ audiant quod male habuit non corroboraſtis:& quod contribulatum eſt non colligaſtis:iam hinc diximus.Fractus enim erat terrore tētationum.Accidit aliquid unde quod fractum eſt colligetur conſolatione illa fidelis deus qui non uos ſinat tentari ſupra q̄ poteſtis ferre:ſed faciet cum tentatione etiam exitum ut poſſitis ſuſtinere.Et quod errabat nō reuocaſtis. Ecce unde inter hæreticos periclytamur:& quod errabat non reuocaſtis:& quod periit non inquiſiſtis.Hic inter manus latronum & dentes luporum furentium utrūq; uerſamur:& pro his periculis noſtris ut oretis oramus:& contumaces ſunt oues quia quæruntur errantes alienas ſeſe a nobis dicūt errore ſuo & perditione ſua.quid uos uultis.quid uos q̄ritis.quaſi non ipſa cauſa ſit ut quærere eos uelimus:& quare quæramus quia errant & pereunt.Si in errore inquit ſum:ſi in interitu.quid me uis? Quid me quæris?Quia in errore es,reuocare uolo.quia periſtis inuenire uolo.Sic uolo errare:ſic uolo perire.Sic uis errare.ſic uis perire?Quā to melius ego nolo?Prorſus audeo dicere.Importunus ſum.Audio enim dicentem apoſtolum.Prædica uerbum:inſta opportune:importune.Quibus opportune?Quibus importune? Opportune utiq; uolentibus: importune nolentibus.Prorſus importunus ſum.Audeo dicere.Tu uis errare,tu uis pire:ego nolo.Nō uult poſtremo ille qui me terret.Si uoluero uide quid dicat:uide quid increpet.Quod errabat non reuocaſtis:& quod periit nō iquiſiſtis. Te magis timebo q̄ ipſum.Oportet nos omnes exhiberi ante tribunal chriſti:nō te timeo.Non enim potes euertere tribunal chriſti.Reuocabo errātem:requiram perditum.Et ſi me laniet inquirētem uepres ſiluarum:per omnia āguſta me coartabo:omnes ſepes excutiam:q̄tum mihi uirium dominus terrens donat:omnia peragrabo:reuocabo errantem:requiram pereuntem.timeo negligentem etiā quod forte eſt occidam.Vide enim quod ſequitur & quod forte fuit confeciſtis.Si neglexero errantem atq; pereuntem:& eum qui fortis eſt:delectauit errare atq; perire. Cupio lucra exteriora:ſed timeo plus damna interiora.Si indifferentem habuero errorem tuum:attendit qui fortis eſt:putat ire in hæreſim:quando aliquid commode ſæculo reluxerit unde immitetur ſtatim mihi dicit fortis ille periturus cū te perditum non requiro:& hac deus eſt.Quid intereſt?Homines inter ſe litigantes hoc fecerunt:ubicūq; colendus eſt deus: ſi forte illi dixerit aliquis donatiſta.non tibi do filiam meam niſi fueris de parte mea.Ille opus eſt ut attendat & dicat:ſi nihil mali eſſet eſſe de parte eorum non contra illos dicerent tanta paſtores noſtri:pro illorū errore ſatagerent.Si ergo ceſſemus & taceamus cōtraria locuturus eſt.Vtiq; ſi malum eſſet eſſe in parte donati:loquerentur contra:redarguerent eos:ſatagerent lucrari illos,ſi errant reuocarent illos.Non fruſtra er-

go cum iam dixiſſet ſuperius quod craſſum eſt interfeciſtis.Ipſa eſt enim repetita ſententia niſi ex his quæ ſupra dixit nata eſt quod errabat non reuocaſtis:& quod periit non requiſiſtis:& hoc faciendo quod forte eſt interfeciſtis.Proinde audi quid ſequitur de iſta negligentia malorꝫ immo falſorum paſtorum. Et cum diſperſæ ſunt oues meæ eo ꝙ non ſit paſtor & factæ ſunt in comeſtura omnibus beſtiis agri: furantur lupi inſidiantes:rapiunt leones frementes:cum oues non hærent paſtori.Nam præſens eſt paſtor:ſed male agentibus non eſt paſtor.& inhærent paſtoribus non paſtoribus:ſeipſos non oues paſcentibus: & lethalis error conſequitur.eunt in beſtias dēpdantes ſe:& de eorum morte ſatiari cupientes. Tales enim ſunt omnes qui gaudent de erroribus alienis:beſtiæ ſunt paſtæ morſibus diſperſaꝫ:& diſperſæ ſunt:& errauerūt oues meæ in omnem montem & in omnem collem altum:uia montibus & collibus tumor terrenus & ſuperbia ſæculi extulit.Superbia donati fecit ſibi partem ſubſequentem cum parmenianus illius confirmauit errorem.Ille mons eſt:ille collis eſt.Sic omnis cuiuſlibet auctor erroris terrena elatione intumeſcens permittit ouibus requiem bona paſcua:& aliquando inueniunt ibi oues paſcua de pluuia diei non de duritia montis. Habēt enim & ipſi ſcripturas:habent ſacramenta:non ſunt iſta montium:ſed cum inueniuntur in montibus male remanent in montibus.Errando enim in montibus & in collibus deſerere gregem deſerunt unitatem:deſerit unitas cohortes contra leones & lupos.Inde ergo reuocet deus ipſe:reuocet modo:audietis ipſum reuocantem.Errauerunt inquit oues meæ in omnem montem & in omnem collem altum:hoc eſt in omnē tumorem terræ.Sunt enim & montes boni.Leuaui oculos meos in mōtes:unde ueniet auxilium mihi. Et uide quia non tibi a montibus ſpes eſt.Auxilium inquit meum a domino:qui fecit cælum & terram. Noli putare iniuriam facere te montibus ſanctis:quando dixeris auxilium meum non in montibus ſed a domino: qui fecit cælum & terram.Ipſi montes hæc tibi clamant.Audio in uobis ſacramentum fieri:ut unuſquiſq; ueſtrum dicit Ego ſum pauli:ego Apollo:ego ſephe.Ego autem Chriſti.Leua oculos in iſtum montem remaneas.Audi enim quid ſequatur.Nunquid paulus crucifixus eſt pro nobis? Ergo poſtea q̄ leuaueris oculos in montes: unde uenit auxilium tibi .i. in auctorem ſcripturarum diuinarum. Attende omnibus medullis ſuis omnibus oſſibus clamantem domine quis ſimilis tibi.ut ſecurus ſine ulla iniuria mōtium dicas. auxilium meum a domino qui fecit cælum & terram.non ſolum tunc tibi non ſucceſſēre montes ſed tunc amabunt:tunc magis ſauebunt:ſi in ipſis ſpem tuam poſueris contriſtabuntur.Angelus multa diuina & mira oſtendens homini ab homine adorabatur tanq̄ leuantem oculos in montem. Ait ille ſe reuocans ad dominum.Noli inquit facere:illum adora.Nam ego conſeruus tuus ſum & fratrem tuorum in omnem montem & in omnem collem:& in omnem faciem terræ lucent:ipſa amant:ipſa diligunt:nolunt mori:ut abſcōdatur uita ipſorum in chriſto ſuper omnem faciem terræ dilectionem terrenorum.Et quia errātes oues ſūt ſuper omnem faciem terræ:ſed tamen heretici per totam faciem terræ alii hic:alii ibi: nuſq̄ tamen deſunt ipſi nō nouerūt.alia ſecta in africa:alia hæreſis i oriēte:alia i ægypto:alia i meſopotamia.Verbi gra Diuerſis locis ſūt diuerſæ:ſed una mater ſupbia oēs genuit ſicut una mater nra catholica oēs chriſtiāos fideles toto orbe diffuſos.Nō ergo miꝫ ſi ſupbia parit diſſenſionē:charitas unionē:tamē ipa catholica mater ipe paſtor in ea ubiq; quærit errantes:confortat infirmos:curat languidos:alligat confractos:alios ab iſtis:alios ab illis non ſe inuicem ſcientibus.Sed tamen illa omnes nouit:quia cum omnibus fuſa eſt. Verbi gratia Eſt in africa pars donati:eunomiani non ſunt in africa:ſed cum parte donati.Eſt hic catholica:ſunt in oriente eunomiani.Ibi autem nō eſt pars donati:ſed ibi eſt catholica.Illa ſic eſt tanq̄ uitis creſcendo ubiq; diffuſa:illic ſūt tanq̄ ſarmenta inutilia agricolæ falce p̄ciſa merito ſterilitatis ſuæ.ut uitis putaretur:non amputaretur. Sarmenta ergo illa ubi præciſa ſunt ibi remanſerunt. Vitis autem creſcens in omnia & ſarmēta ſua nouit: quæ in illa manſerunt:& iuxta ſe quæ de illa præciſa ſunt.Inde tamen reuocat errātes:quia & de ramis fractis dicit apoſtolus.Potens eſt enim deus iterum inſerere illos:ſiue dicas oues errantes a grege:ſiue dicas ligna præciſa de uite.nec ad reuocandas oues nec rurſus inſerenda ligna minus idoneus eſt deus.quia ille ſummus paſtor:ille uerus agricola:& in omnem faciem terræ diſperſæ ſunt:& non fuit qui requireret.ſed in illis malis paſtoribus non fuit homo qui requireret.Propterea paſtores audite uerbum domini. Viuo ego dicit dominus deus. Videte unde cœpit tanq̄ iuratio eſt dei teſtificatio uitæ. Viuo ego dicit dominus.mortui ſunt paſtores:ſed ſecuræ ſunt oues. Viuit dominus. Viuo ego dicit domius deus. Quia autem paſtores mortui ſūt: quærentes non quæ ieſu chriſti.Erunt ergo & inuenientur paſtores:non quæ ſua ſunt quærentes ſed ieſu chriſti.Erunt plane & inuenientur plane:nec deerunt nec defuerunt. Videamus ergo quid dicat dominus qui ſe dicit uiuere. Vtrum dicat ablaturum ſe oues a paſtoribus malis paſcentibus ſeipſos non oues:& daturum ſe eas paſtoribus bonis paſcentibus oues non ſe. Viuo ego dicit dominus deus:niſi pro eo ꝙ factæ ſunt oues meæ in commeſtura omnibus beſtiis campi eo ꝙ non eſſet paſtor.Rurſus paſtorem dicit & pauloante & nunc non ait ex eo ꝙ non ſint paſtores.Ouibus enim talibus male errantibus male pereuntibus non eſt paſtor:& ſi præſens eſt paſtor:& ſi præſens ſit paſtor:quia & cum præſens ſit lux & non quæſierunt paſtores oues meas:& pauerunt paſtores ſeipſos.Oues autem meas non pauerunt.Propter iſtud paſtores audite uerbum domini.Hæc dicit dominus deus.Ecce ego ſuper paſtores: & inquiram oues meas de manibus eorū. Inquiret mortem eorum.Dicit enim alio modo per eundem prophetam.Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui iſrael audiens ex ore meo ſermones:& præmonſtrabis eis ex me in eo cum dixero peccatori morte morieris:& non fuerit locutus:ut caueat impius a uia ſua.Ille facinoroſus in ſuo facinore morietur.Sanguinem autem eius de manu tua requiram.Tu autem ſi p̄nunciaueris facinoroſo uiam eius:ut auertatur ab ea & non fuerit auerſus a uia ſua:ille in facinore ſuo morietur:tu animam tuam liberabis.Quid eſt fratres uidetis q̄ ſit tacere periculoſum.Moritur ille & recte moritur impietate ſua:& peccato ſuo moritur.Negligé-

tia enim eius occidit eum. Nam paſtorem inuẽniet uiuẽtem: quia ait. Viuo ego dicit dominus deus. Sed cũ fuerit negligens non admonente illo qui ad hoc eſt p̃poſitus: & ſpeculator ut admoneat: & ille iuſte morif: & iſte iuſte damnatur. Si autem dixeris iquit impio morte morieris: cui ego fuero gladium cõminatus & ille neglexerit uitare iminentem gladium: & uenerit gladius: & iterfecerit eum: ille in peccato ſuo morietur. Tu autem aiam tuam liberaſti. propter hoc ad nos quidem pertinet non tacere. Ad uos autem & ſi non taceamus de ſcripturis ſanctis uerba paſtoris audire. Videamus ergo quia ſic ꝓpoſueram utrum auferat oues a paſtoribus malis. Hoc enim dicit ego ſuper paſtores: & inquiram oues meas de manibus eorum. Et auertã ab eis ut non paſcant oues ipſius: quæ dicunt facite. Quæ faciunt facere nolite: tanq̃ diceret mea dicũt: ſua faciunt. Si diceret facite ſecuri quod faciunt: ipſos damnabo male uiuentes: Vobis autem parcam qui ſecuti eſtis p̃poſitos ueſtros. Si hoc diceret dederat malis paſtoribus paſcentibus non oues ſed ſe. Sed quoniam terret non ſolum cæcum ducentem ſed cæcum ſequentem (neq; enim ait. cadit in foueam ducens: & nõ cadit ſequens: ſed cæcus cæcum ducens ambo in foueam cadunt) admonuit oues & ait. Quæ faciunt facere nolite. Cum enim non faciatis quæ faciunt mali paſtores non uos ipſi paſcunt. Cum autem facitis quæ dicunt ego uos paſco. mea dicunt enim & non faciunt. Securi inquiunt ſequimur epiſcopos noſtros. Dicũt hoc ſæpe hæretici quando ueritate manifeſtiſſima conuincuntur. Nonne oues ſumus? Illi de nobis reddũt rõnem: reddunt plane mala de morte noſtra. De morte eius maligne reddit malus paſtor malam rõnem. Nunquid ideo uiuit ouis: quia deſignatur pellis ipſius? Increpatur paſtor: quia neglexit ouem errantem. & propterea i fauces lupi irruit ut deuoraretur. Quid illi ꝓdeſt. quia affert pellem ſignatam? Paterfamilias uitam eius inquirit. Sed ecce malus paſtor attulit pellem: reddat de pelle rõnem. uero mentiturus eſt. Videbat deſuper q̃ poſtea iudicat cui uerba ille facta numerat cogitationes iſpicit: reddat paſtor malus rõnem pellis ouis mortuæ: clamaui ei uerba tua & ſequi noluit: dedi operam ut a grege non aberraret & non obtemperauit. plane ſi hoc dicat & uer̃ dicat (nouit autem ille utrum uerum dicat) reddat bonam rõnem de oue mala. Si autem inſpicit deus quia neglexit errantem quia non quæſiuit pereuntem. Quid prodeſt q̃ inuenit pellem quam referret? Ipſam reuocaret ne pellem mortuæ demõſtraret. Si ergo non bonam rõnem reddit quia non quæſiuit errantem; qualem fecit qui fecit errantem? Hoc eſt quod dico. Si in catholica conſtitutus epiſcopus nõ bonam rõnem reddit de oue: ſi non q̃ſierit errantem de grege dei: qualem rõnem redditurus eſt hæreticus: qui non ſolum non reuocabit ab errore: ſed etiam compulit in errorem? Sed uideamus ut dixi quomodo reuocet deus oues a paſtoribus malis: iam cõmemoraui: quæ dicũt facite: quæ autem faciunt facere nolite. Et non ipſi uos paſcunt ſed deus: quia uelint nolint paſtores ut perueniãt ad lac & lanã: uerba dei dicturi ſunt. Qui p̃dicas non furandum furaris. Apoſtolus ad eos qui bona dicũt: & mala faciunt. Tu audi p̃dicãtem ne fureris: quia fieri non poteſt de ſpinis legere uuam. Et rurſus dixiſti mihi q̃ quibuſdam quæ dicunt facite: quæ autem faciunt facere nolite: quomodo uis de ſpinis me colligere uuam uerbi? Cui reſpondebitur. Non eſt illa uua ſpinar̃: ſed aliquando increſcens ſarmentum implicat ſe in ſepe: & pendet uua inter denſa ſpinarum: ſed non ſurgit de radice ſpinarum. Tu ſi eſurieris & aliud non habes unde ſumas: caute manum mitte ne lacereris a ſpinis. i. ne facta imiteris malorum: & lege uuam inter ſpinas pendentem: ſed de uite naſcentem. Attende ueniet botri alimentũ: ſpinis ſeruatur ignis tormentorum. Extraham inquit oues meas de manibus eorum: & non erunt eis adhuc in cibum. Hoc & in pſalmis dicitur Nõne cognoſcent omnes qui operantur iniquitatem: qui deuorant populum meum ut cibum panis? Et non erunt eis adhuc in cibum: quoniam hoc dicit dominus deus. Ecce ego ipſe abſtuli a malis paſtoribus oues monẽdo ut dixi: ne quod faciũt mali paſtores faciant incaute negligẽtes oues. Et quid ait cui dat quod illis abſtulit forte bonis paſtoribus? Non hoc ſequetur. Et quid dicemus fratres. nõne ſunt paſtores boni? Nõne alio loco ſcripturar̃ dicitur. & conſtituam eis paſtores ſecũdum cor meum & paſcens eas de diſciplina? Quomodo ergo oues quas malis paſtoribus tollit: non dat bonis: ſed tanq̃ omnino nuſquam remanſerint boni. dicit ego paſcam? Petro dixerat. Paſce oues meas. Quid ergo faciemus cũ petro cõmendanr̃ oue? Non ibi dixit dominus Ego paſcã oues meas non tu. ſed petre amas me. paſce oues meas. an forte quia modo non inuenitur petrus. Iam enim aſſũptus eſt in requiem apoſtolorum & martyrum. non eſt cui dicat ſecurus dominus ouium paſce oues meas: & quodãmodo quaſi neceſſitate deſcendit ad officium paſcendi oues ſuas: non habens quibus commendet nec tamen deſerens. Hoc enim uidetur ſequi. Hoc enim dicit dominus deus Ecce ego ipſe: cui dicebamus. Qui paſcit iſrael intende. Deducitis tanq̃ ouem ioſeph populum in ægypto cõſtitutum. Iam diffuſus in gẽtibus iſrael: ipſe eſt ioſeph. Noſtis enim quia migrauit ioſeph in ægyptum uendentibus fratribus: factum é: Vendiderunt chriſtum iudæi non ſine cauſa: & inter apoſtolos ipſe iudas uenditor fuit. Cœpit eſſe chriſtus in gentibus: ibi honoratus eſt: ibi creuit populus eius: non eum deſerit paſtor eius. Excita inquit potentiam tuam & ueni: ut ſaluos facias nos. Plane facit & faciet. Ait enim. Ecce ego ipſe inquiram oues meas: & uiſitabo eas ſicut uiſitat paſtor gregem ſuum. Non curauerunt mali paſtores: non enim ſuo ſanguine redimere. Sicut uiſitat inquit paſtor gregem ſuum in die. In qualem diem cum fuerit nimbus & nubis ideſt in pluuia & nebula. Pluuia & nebula error ſæculi huius caligo magna ſurgens de cupiditate hominum: & nebula cõterens terram: & difficile eſt ut non errent oues & iſta nebula: ſed paſtor non deſerit eas: iquirit eas: penetrat nebulam oculis acutiſſimis: non impeditur caligine nubium; uidet undiq; errantem reuocat tantum: quod fiat in euangelio quæ ſunt oues meæ audiunt uocem meam: & ſequuntur me in medio ouium diſperſarũ: ſic inquiram oues meas: & educam eas ab omni loco quo diſperſæ ſunt. Illic in die nubis & nimbi quando difficile eſt eas inueniri. tunc ego inueniam. Craſſa nebula eſt: pinguis nimbus eſt. Oculis enim nihil latet. Et educam eas de gentibus: & colligam eas de regionibus: & inducam eas in terram earum. Et paſcam eas

ſuper montes earum. Conſtituit montes iſrael auctores ſcripturaꝝ diuinarum. ibi paſcite ut ſecure paſcatis quicquid inde audieritis. Hoc uobis bene ſapiat: quicquid extra eſt reſpuite ne erretis in nebula. Audite uocem paſtoris: colligite uos admonentes ſcripturæ ſanctæ. Ibi ſunt delitiæ cordis ueſtri: ibi nihil uenenoſum nihil alienum: uberrima paſcua eſt. Vos tantum ſane uenite: ſane paſcimini: immo tibi iſrael: & in riuis & in omni habitatione terræ. a montibus enim quos oſtendimus manauerunt riui p̄dicationis euangelicæ: cum in omnem terram exiuit ſonus eorum: & facta eſt omnis habitatio terræ ad paſcendas oues læta atq; fœcūda in paſcuis bonis. Paſcam eas: & in montibus iſrael erunt ſtabula. Erunt illic: hoc eſt ubi requieſcant: ubi diſcant. Veꝝ eſt: manifeſtum eſt: non fallimur. In gloria dei requieſcent tanq̄ in ſtabulis & dormient: hoc é requieſcent in delitiis bonis: & in paſcua pingui paſcentur ſuper montes iſrael. Iam dixi montes iſrael montes bonos quo leuamus oculos: ut inde nobis ueniat auxilium noſtrum a domino: qui fecit cælum & terrā. Ideo ne uel in montibus bonis eſſet ſpes noſtra cum dixiſſet. Paſcam oues meas ſuper montes iſrael. Rurſus ne tu ſpem poneres in montibus ſubiecit ſtatim ego paſcam oues meas. Leua oculos tuos in montes: unde ueniet auxilium tibi. Sed attende dicentem ego paſcam. Auxilium enim tuum a deo: qui fecit cælum & terram. Ego requieſcere faciam eas dicit dominus deus. Sed ut requieſcere faciat: primo curauit: poſterius dicit Hic eſt dominus deus. Primo quod perit requiram quod errauit reuocabo: & quod infirmatum eſt colligabo: & quod exanime eſt confortabo: & quod pingue eſt cuſtodiam. Quod non faciebāt mali paſtores ſeipos paſcentes non oues. Non ait dominus conſtituam alios bonos paſtores qui faciant hoc: ſed ego inquit paſcā oues meas. Nulli cōmittam: ſecuri uos fratres. ſecuræ uos oues. Nobis uidetur timendum quas idem paſtor bonus claudit. Sic & paſcam eam cum iudicio. Vide quia ſolus paſcit cum iudicio. Quis enī homo iudicat de homine? Temerariis iudiciis plena ſunt omnia. de quo deſperauerimus ſubito cōuertitur: & fit optimus. de quo multum p̄ſumpſerimus: ſubito deficit: & fit peſſimus. Nec timor noſter certus eſt: nec amor noſter certus eſt. Quid ſit hodie quiſq; homo uix nouit ipſe homo. Tamē utcunq; ipſe quid hodie. Quid aut oues nec aut ipſe paſcit. Ergo cum iudicio diſpertiens: propria propriis: hæc iſtis: illa illis debita eis quibus debetur. Hoc autem illud nouit enim quid agat: cum iudicio paſcit: quos iudicatus redemit. Paſcit ergo ipſe cū iudicio. in ꝓpheta enim hieremia ait. Clamauit quidam perdix congregauit quæ non peperit: faciens diuitias ſuas non cum iudicio: paſcit iſte paſtor cum iudicio. Quare ille ſine iudicio? Quia congregauit quæ nō peperit. Quare iſte cū iudicio? Quia fouet quod peperit. De paſtore tamē bono loquitur. Paſtores boni aut non ſunt aut latent. Si enim non ſunt quid agimus? Si latent quid de eis tacetur? Perdix quidem illa a q̄buſdam maioribus & ante nos ſcripturas tractantibus diabolus intellectus eſt cōgregans quæ non peperit. Nō enim ille creator ſed deceptor eſt: faciens diuitias ſuas non cum iudicio. Non enim ad eum pertinet qui iſto qui illo modo erret. omnes errātes uult quibuſlibet erroribus. Quā diuerſæ ſunt hæreſes: q̄ diuerſi errores. Ille in omnibus uult errare homines. Non dicit diabolus donatiſtæ ſint: nō ſint arriani. Siue illic ſit ſiue iſtic ad eum pertinet congregantem ſine iudicio. Idola inquit adoret meus eſt: iudæoꝝ ſuperſtitione remaneat meus eſt: deſerta unitate in illam uel in illam hæreſim pergat meus eſt. Congregat ergo ſine iudicio faciens diuitias ſuas. Sed quid faciens ſequatur in dimidio dierum eius derelinquent eum: & in nouiſſimis ſuis erit inſipiens. Venit ille congregans oues ſuas in dimidio dierum eius prius q̄ ſperabat ante q̄ putabat: derelinquet eum: & erit inſipiens in nouiſſimis eius. Quare in primis ſuis ſapiens erat. ut in nouiſſimis ſuis fit inſipiens: audite fratres. Dicitur aliquando in ſcripturis ſapientia pro ſtultitia abuſione uerbi non proprietate. Vnde enim dicitur. Vbi ſapiens. ubi ſcriba. ubi conquiſitor huius ſæculi? Nōne ſtultitiam fecit deus ſapientiam huius mundi? Et iſte perdix. i. draco. i. tanq̄ ſemper ſapiens erat & non adam per euam decipit. Vtrum dicere putas eſt bonum conſilium dare exiſtimatus eſt contra deum creditus eſt. Quod non dicitur ſapientia abuſiue uerbi & in malo conſuetudinem quidem ſcripturarum ueſtrarum. Nam quēadmodum loquūtur auctores mundi quid ad nos habens in eodem libro. Erat ibi ſerpens ſapientior omnibus beſtiis. Iſte ſapientior omnibus beſtiis aſtutus & acutus ad decipiendum agnoſcitur: non poſtea ei creditur & dicitur ei renunciamus tibi. ſufficiat q̄ incautos primo decepiſti. Ergo ita erit in nouiſſimis ſuis inſipiens: qui congregauit quæ non peperit: & fecit diuitias ſuas non cum iudicio. Paſcit contra illum redemptor noſter cū iudicio: & exiſtat aliquis hæreticus: & ſi non frater diaboli certe adiutor & filius: & ipſum dixerim perdicem cōtentioſum animal hoc eſt anima ut aucupes norunt etiam contendendi ſtudio capitur. Contendunt iſti cōtra ueritatem & contendere ex quo ſe diuiſere. modo dicunt contendere uolumus: quia iam capti ſunt nolo contendere. O capte aliquando tu eras qui primis temporibus ſeditionis tuæ traditores arguebas: innocentes dānabas: iudicio imperatoris iudicio epiſcoporum non conſentiebas uictus: totiēs appellabas apud ipm in patrem ſtudioſiſſimæ litigabas: congregabas quæ non peperiſti. Vbi eſt nunc ceruix tua. ubi lingua tua. ubi filius tuus? Certe in nouiſſimis tuis factus es inſipiens: pauiſti ſine iudicio. Non enim uerum uis uel de errore tuo uel de ueritate iudicare. Paſcit cōtra chriſtus cum iudicio: diſcernit oues ſuas ab ouibus nō ſuis. Quæ ſunt oues meæ inquit audiunt uocem meam: & ſequuntur me. Hac inuenio omnes paſtores bonos ī uno paſtore. Nō enim uere paſtores boni deſunt: ſed in uno ſunt. Multi ſunt: qui diuiſi ſunt. Hic unus prædicator: quia unitas commēdatur. Neq; enim uere modo ideo tacentur paſtores: & dicitur paſtor: quia non inuenit dominus cui commendet oues ſuas. Tunc autem ideo commendauit. quia petrum inuenit: immo uero & in ipſo petro unitatem cōmendauit. Multi erāt apoſtoli: & uni dicitur: paſce oues meas. Abſit ut deſint modo boni paſtores: abſit a nobis ut deſint: abſit a miſericordia ipſius ut non eos gignat atq; cōſtituat. Vtiq; ſi ſunt bonæ oues ſunt & boni paſtores. Nam de bonis ouibus fiūt boni paſtores: ſed omnes boni paſtores in uno ſunt. Vnum illi paſcunt: chriſtus paſcit. Non enim uocem ſuam dicūt amici ſponſi. ſed gaudio

gaudent propter uocem ſponſi:ideo ergo ipſe paſcet cum ipſi paſcēt.& dicit Ego paſco quia in illis uox ipſius:in illis charitas ipſius.Nam & ipſum petrū cui cōmendauit oues ſuas quaſi alter alteri unum ſecum facere uolebat:& ſic ei oues cōmendaret:ut eſſet ille caput.ille figuram corporis portaret,i.eccleſiæ.& tanq̄ ſpōſus & ſponſa eſſent duo in carne una.Proinde ut oues cōmendaret quid illi prius dicit ne illi tanq̄ alteri cōmendaret? Petre amas me? Et reſpondit Amo. Et iterꝝ Amas me? Et reſpondit Amo.Et tertio Amas me? Et reſpondit Amo.Confirmat charitatem ut conſolidet unitatem.Ipſe ergo paſcit unius in his & hi in uno & tacetur de paſtoribus:ſed nō tacetur de illis ouibus.Gloriantur paſtores.ſed qui gloriant̄ in domino glorientur.Hoc eſt xp̄o paſcere.& cum chriſto paſcere:p̄ter chriſtum non paſcere. Neq; uota impia paſtorum tanq̄ iſta futura mala tempora ꝓpheta p̄diceret dixit ego paſco:non habeo cui cōmendem.etiam cum ipſe petrus erat.Et cum adhuc ipſi apoſtoli erant in hac carne & in hac uita;tūc ait ille unus in quo uero omnes unum.Habeo alias oues quæ non ſunt de hoc ouili.Oportet me & has adducer̄:ut unus ſit grex & unus ſit paſtor.Sint ergo omnes in paſtore uno.& audiant uocem paſtoris unam.quā audiant oues & ſequantur paſtorem ſuum:non illum aut illum:ſed unum.& omnes in illo unam uocem dicant diuerſas uoces non habent.Obſecro uos fratres:ut idipſum dicatis omnes:& non ſint in uobis ſciſmata.Hāc uocem liquatam ab omni ſciſmate.purgatam ab omni hæreſi audiant oues:& ſequantur paſtorem ſuū dicentē.Quæ ſunt oues meæ.meā uocem audiant:& ſequātur me.Nam uis noſſe hæretice q̄ nō habes uocem paſtoris.& periculoſe te ſequatur ouis tectum indumento ouiū;& intus lupū rapacem audiant uocem tuam. Videamus an chriſti ſi eccleſiam quærit infirmus ouis a grege aberrans.neſciens ubi ſit grex:quærit quo ſe aggreget. quo intret ædem:uocem audiamus an chriſti ſit.Audiamus utrū agni ſit an perdicis.Ouis dei gregem ſuum quærit.Puta ouem de oriente ueniſſe in africam.quærit gregem ſuum.incurrit in te.in baſilicam tuā ītrare uult cōmoueris ignota facie uel tu uel miniſter tuus ſtans uel ſedens ad oſtium interrogat ouem quærētem gregem ſuū:īmo gregem dei cum grege ſuo intrare uult:ibi eum eſſe putat.quæris paganus ſit.an chriſtianus. Reſpondit.Chriſtianus.Ouis eſt enim dei.Quæris ne forte cathecuminus ſit & irruat in ſacramētis? Reſpōdit.Fidelis.Quæris cuius cōmuniōis ſit.reſpondit Catholicus chriſtianus. Si fidelem catholicum reprobas tenes:ita uero ꝓiicere ꝓba.A te reprobatus:chriſto ꝓbatur.Vtinam & illi qui ſunt apud te cognoſcant te:& in dimidio dierꝝ derelinquent te.Quidam fratres noſtri heſterno die ierūt ad baſilicam eorꝝ:& ſi ad malos fratres tamē ad fratres.Attendite fratres mei quid interſit inter fiduciam ueritatis & timorē falſitatis. Quā do aliquos eorꝝ ī hoc populo agnoſcitis.quomodo gaudetis. quia ī uobis ille eſt.qui quærit quod perierat. ſuggeretur aliquando nobis.ut uos audiat & diſcedat.audiet & irridebit.audiat & irrideat.Aliquādo ſapiet. aliquando cognoſcet.aliquando relinquitur populo ſuo.remanent in corde ſuo.renūciat errori ſuo: gratias agit deo ſuo.Illi aūt quid? Qui eſtis.Chriſtiani ſumus.nō;ſed exploratores & illi catholici ſumus. conati ſūt iniuriare meliori conſilio:pœnitet eos atq; utinā ſic pœniteat.& ibi remanere pœnituit eos q̄ ingreſſi ſunt iniuriare.tamen quos proiecerunt chriſtianos.fideles.catholicos.quos tenuerunt nolo dicere. quos proiecerunt uideo:quos tenuerunt chriſti dicant. Dicant ergo uocem ſuam. uideamus an chriſti ſit uox: an paſtoris ſit uox.quam ſequantur oues.ſiue per bonum ſit uox iſta.ſiue per malum hominem: utrum ſit uox attendamus. Quærit infirmus eccleſiam. Tu quid dices. Partis donati eſtis. Eccleſia. Ego uocem paſtoris inquiro. Lege mihi hoc de propheta. lege mihi de pſalmo. recita mihi de eſaia. de lege. de euangelio recita:recita de apoſtolo.Inde ego recito eccleſiam toto orbe diffuſam:& dominū dicentem. Quæ ſunt oues meæ uocem meā audiunt:& ſequūtur me.Quæ eſt uox paſtoris & p̄dicaturi ī nomīe eius pniam & remiſſionem peccatorꝝ p omnes gentes incipientibus ab hieruſalem.Ecce uox paſtoris agnoſcis:& ſequens ſi ouis es.Sed illi codices tradiderunt ac illi thus idolis poſuerūt.Et ille.Quid ad me de illo & illo.Si fecerunt non ſunt paſtores.Tu uocem paſtoris edicito.quia nec de illis uocem paſtoris annūcias.tu accuſas non euāgelium tu accuſas non ꝓphetam.nō apoſtolum.de illo credo.aliis non credo.ſed acta profers. acta profero. credamus tuis.crede & tu meis.non credo tuis:noli credere meis.auferantur chartæ humanæ.ſonant uoces diuinæ.Ede mihi unā ſcripturæ uocem pro parte donati.Audi innumerabiles p orbe terrarꝝ.Quis eas enumerat.Quis eas terminat. Tamē ut pauca cōmemoremus legem attende primū dei teſtamētū.In ſemīe tuo benedicentur omnes gentes.Et in pſalmo.Poſtula a me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam:& poſſeſſionem tuā terminos terræ.Cōmemorabūtur & conuertentur ad dominū uniuerſi fines terræ.& adorabūt eū in conſpectu eius uniuerſa patriæ gentium.quoniam ipſius eſt regnū:& ipſe dominabitur gentium. Cantate domino canticū nouū:cantate domīo omnis terra.Et adorabunt eum omnes reges terræ.omnes gentes ſeruient illi.Quis enumerare ſufficiat.Prope omnis pagina nihil aliud ſonat q̄ chriſtum eccleſiam toto orbe diffuſam.ſine aliquo dubio perituram fuiſſe dicunt.peritura p̄dicta eſt tot teſtimoniis manſura:nec una uox iſta per legem.per prophetas.per cantica paſtoris eſt:nec enim illi uerꝝ dicere ſine uerbo dei potuere qđ eſt chriſtus.Audi uocem uerbi.miratus fidem centurionis.Amen inquit dico uobis non inueni tantam fidem in iſrael.Propterea dico uobis quia multi ab oriēte & occidēte uenient.Ecce eccleſia chriſti:ecce grex chriſti:Tu uide ſi uis eſſe.Non enim te latet grex qui ubiq; es.non habebis quid reſpōdeas iudicio tuo.quē non uis eſſe paſtorem tuum:non habebis inquā quid reſpondeas iudicio tuo.Neſciui.non uidi. non audiui.Quid eſt quod non ſciſti.nec eſt qui ſe abſcondit a calore eius.Quid eſt quod non uidiſti. Viderunt omnes fines terræ ſalutare dei noſtri.Quid eſt quod non audiſti.In omnem terram exiuit ſonus eorum.& in fines orbis terræ uerba eorum.Sed recte nobis.Quare uox chriſti.uox paſtoris.quam oues audiant & ſequātur.Non inuenitis quid dicatis:uocem paſtoris non habetis.Audite & ſequimini dimittite uocem lupi: ſequimini uocem paſtoris.Damus inquit audiamus.Damus & nos uocem paſtoris.Audiamus in canticis inqui-

unt canticorum.Loquitur ſponſa ad ſponſum:eccleſia ad chriſtum.Nouimus cantica canticoꝝ:ſancta cantica:amatoria cantica:ſancti amoris:ſanctæ charitatis:ſanctæ dulcedinis.Plane uolo inde audire uocem paſtoris:uocem dulciſſimi ſponſi eccleſiæ:ſi aliquid habes audiamus.Sponſa inquiunt dicit ad ſpōſum.Annūcia mihi quem dilexit anima mea.ubi paſcis.ubi cubas. & ille inquit reſpondit in meridie.Manifeſta tibi teſtimonia proferebam.quēadmodum interp̄tareris.Poſt uſa a me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam : & poſſeſſionem tuam terminos terræ.Commemorabuntur & conterētur ad dominum uniuerſi fines terræ. Quid eſt quod mihi de canticis canticorum profers quod forte non intelligis?Etenim illa cantica enigmata ſunt:paucis intelligentibus nota ſunt:paucis pulſantibus aperiuntur.Tenebo te accipe aperta : ut merito tibi pandantur abſcōdita. Quomodo eris penetrator obſcurorum.contemptor manifeſtorum ? Ecce tamē ut poſſumus fratres hæc uerba diſcutiamus.Aderit deus ut uideatis tibi ſanum ſtellectum.primo quod ab omnibus imperitis facillime iudicatur uerba ipſa male diſtinguunt.nunc audietis:nūc probabitis . Etenim ſic ſe habet textus ipſe lectionis.Sponſa loquitur ad ſponſum.Annuncia mihi quem dilexit anima mea: ubi paſcis.ubi cubas.quod ſponſa ſponſo dicat:quod eccleſia chriſto dicat.nec nos dubitamus:nec illi : ſed omnia uerba ſponſæ.Audi uerbum.quare quod adhuc ſponſæ eſt uis tribuere iam ſponſo.Audi omnia quæ dicit ſponſa:& tunc reſpondebit ſponſus.Audi euidentius hanc diſtinctionem quam dicturus ſum:non inuenies aliquid plus.Annuncia mihi quem dilexit anima mea:ubi paſcis.ubi cubas in meridie.Ipſa adhuc dicit ubi paſcis:ubi cubas in meridie.Et inde quia adhuc ip̄a dicit(ſequitur enim ne forte fiam ſicut operta tuoꝝ ſodalium ſuper greges)puto omnes peritos imperitoſq; diſcernere genus maſculinū & fœmininum . Operta quæro cuius generis ſit.Ab omni homine quæro maſculini eſt:aut fœminini.Annuncia inquit mihi quē dilexit anima mea.quem cum dicit maſculinum alloquitur ſponſum ait loquitur.quia uero fœminina uirum alloquitur conſequentia uerba indicant.Annuncia mihi ubi paſcis.ubi cubas in meridie . ne forte faciam ſicut operta auditu operta ut fiant tibi hæc aperta.Annuncia mihi ubi paſcis.ubi cubas in meridie.ne forte faciam ſicut operta ſuper greges ſodalium tuorum.Hucuſq; uerba ſponſæ.Iam incipiunt uerba ſponſi de manifeſto.Niſi cognoueris temetipſum. Agnoſce uiriliter fœmina:teipſam inquit nō cognoueris.Audi reliqua opulenta inter mulieres.Niſi cognoueris temetipſam.O pulchra inter mulieres exi tu in ueſtigiis gregum:& paſce hædos tuos in tabernaculis paſtorum:non tabernacula paſtoris. Vide quomodo commi-netur ſponſus:uide quem in periculo quāuis ille dulcis abſtulit:de medio blandimenta q̄ blande illa. Annū cia mihi quem dilexit anima mea:ubi paſcis.ubi cubas in meridie.Veniet enim dies medius quādo ad umbraculum concurrant paſtores:& forte latebit me ubi paſcis:& ubi cubas in meridie:& uolo mihi annūcies ne fiam operta:ideſt ſicut occulta & non cognita.Ego enim manifeſta ſum:ſed ne ſicut occulta ſicut cælata incidam ſuper greges ſodalium tuorum.Omnes enim hæretici a chriſto exierunt:omnes qui facti ſunt paſtores mali habentes greges ſuos ſub nomine chriſti illius ſodales fuerunt:illius conuiuium accepere . Sodales enim dicuntur tanq̄ unius conuiuii latina lingua.ſic dicti ſunt quaſi ſimul edales:eo q; ſimul edāt. Audi illum in pſalmo arguentē.Sodales malos.ideſt unius conuiuii.Inimicus male dixiſſet mihi.abſcondiſſem me utiq; ab eo:& ſi ſuper me magna locutus fuiſſet.Tu uero unanimis & notus meus:qui ſimul mecū dulces capiebas cibos.Ergo multi ſodales ingrati menſæ dominicæ exierunt foras.mali ſodales fecerūt ſibi mē ſas ſuas.Et ſi putas quia meridies africa eſt:quanq̄ poſſem obtinere magis mundi meridiem eſſe partes ægypti:& illas exuſtas ſole regiones ubi pluuia non apparet:quia ipſa eſt meridies ubi feruet medius dies.Ibi autem hæremus plena milibus ſeruorum dei eſt.Vnde ſi ad meridiem locorum uelimus aduertere .quare nō ibi paſcat magis ille:& ille requieſcat:quando ante prædictum eſt aberrauerunt deſerta heremi.ſed ecce conſentio:meridies africa ſit meridies.Hic ſunt ſodales mei:eccleſia tranſmarina in aliquorum ſuorum nauigāte:in africa ſollicita ne erret inuocat ſponſum ſuum:& dicit ei.Abundare audio hæreticos in africa:abundare audio rebaptizatores in africa . Eſſe autem ibi uos minus audio . & illud audio : & hoc audio . ſed qui ſunt tui a te uolo audire . Annuncia mihi quem dilexit anima mea:ubi paſcis. ubi cubas in meridie . Audio duas partes eſſe : unam donati . alteram uniuerſo tuo coherentem . Tu mihi dic quo eam : ne forte uelut operta : ideſt ignota ſuper greges ſodalium tuorum incurram in greges hæreticorum: conantes ponere lapidem ſuper lapidem :qui deſtruatur ne irruam in rebaptizatores . Annuncia mihi.Et ille qui commendat unitatem paſtores in hac lectione dixit . Ego paſcam . Paſtores autem reprobat : qui multi eſſe uoluerunt : unitatem amiſerunt . ſeueriſſime non blande reſponderis . ſed pro magnitudine periculi . Niſi cognoueris inquit temetipſam . O pulchra inter mulieres . Pulchra es inter mulieres . ſed agnoſce . Vbi te agnoſces ? In toto orbe terrarum . Si enim pulchra unitas eſt : ubi diuiſi o fœditas . Non pulchritudo . Niſi cognoueris temetipſum : in me credidiſti : agnoſce te . In me quomodo credidiſti ? Quomodo & illi mali ſodales conſentiunt uerbum carnem factum:natum ex uirgine : crucifixum : reſurrexiſſe : aſcendiſſe in cælos.Vitalem me credidiſti . Talem & illis ſonant . Cognoſce te & me in cælo:te in toto orbe utrum quēlibet ex eccleſia : tanq̄ eccleſiam chriſtus alloquitur.Nam quomodo eccleſia quærit:eccleſia ſecundum ipſos loquitur.Annuncia mihi quem dilexit anima mea:ubi paſcis.ubi cubas.Quid quæris eccleſia ? Et ille tanq̄ oſtendens eccleſiam dicit.In meridie:ſicut illi uolunt.Reſpondeant mihi quomodo eccleſia quærat eccleſiam.Annūcia mihi quem dilexit anima mea:quæ loquitur eccleſia:quid ſibi uoluit annūciari ubi paſcis ubi cubas in meridie:ideſt ubi ſit.Eccleſia loquitur & interrogat ubi ſit eccleſia:& reſpondet ille ut putant in meridie.Si in ſolo meridie eſt ut dicūt in africa & quærit . quomodo ipſa interrogat ubi ipſa ſit? An uero portio eccleſiæ tranſmarinæ bonæ interrogat de meridie ne ille erret.& alloquitur unūquodq; mēbroꝝ eccleſiæ ſuæ xp̄s tanq̄ ſuam eccleſiam.& dicit niſi cognoueris te.o pulchra inter mulieres exi? Exire hæreti-

corum est,aut cognosce te aut exi:aut si te nō cognoueris exitura quo in uestigiis gregum sequendo malos greges:ne forte potes quia obesse q̄ris si exis audi quid sequitur.Exi tu in uestigiis gregum:& pasce hædos tuos iam non oues.Nostis fratres ubi erunt hædi:ad sinistram erunt omnes:qui exierunt ab ecclesia manēti.Petro pasce oues meas:exeuntibus hæretico pasce hædos tuos.Est inquiūt & aliud testimoniū nihilominus contra te dic:ut audiamus erit sic contra te:quomodo hoc quod putabis pro te? Si meridie inquiūt interp̄taris ægyptum:multis quidem modis interpretamur meridiem & ægyptum: possumus ad locum mūdi:& ipsam africam sic intelligam:audisti quid intelligam & meridiem:itelligo feruoré spiritualiū: flagrāté igne charitatis: splēdētem lumíe ueritatis.Nam dicitur i quodam psalmo:dexterá tuam notam fac mihi:& eruditos corde sapiētia:ipsi sunt meridie.unde dicitur a ꝓpheta:& tenebræ tuæ ac si meridies erunt.multis modis possumus itelligere meridies.sed ꝓrsus africam itelligo,accipio a te aliquid forte melius:q̄ saperem: nisi a te cōmemorarer.Africa sit meridies:timet ecclesia trásmarina incedere in re baptizatores:timet icedere tanq̄ ignorata in greges sodalium:quæritur ab sponso suo:ut ánunciet illi ubi pascit:ubi cubat in meridie.In aliis pascit:in aliis nō pascit:in aliis cubat:in aliis nō cubat.Audiat cōsilium:ueniat ad catholicam ecclesiam:nō incurrat in greges sodalium:nō pascit hædos suos.Sed dic aliud quod te dicebas esse dictum ꝓpheta inquit ait deus:alterū christum in africa nasci:& ire per mūdum hæretici annunciant.Rogo quid est ab africo deus ueniet?Si diceretis deus in africa remansit:utiq; turpiter diceretis,Nunc autem etiam ab africa ueniet dicitis xp̄s.Vbi natus christus:ubi sit passus:ubi in cælum ascenderit:unde discipulos miserit:ubi eos spiritu sancto repleuerit:ubi per totum mūdum euangelizare iusserit:& obtēperauerint ei : adimpletur orbis terrarum euangelio:& tu dicis deus ab africa ueniet:Ergo tu mihi inquit expone quid deus ab africo ueniet.Dic totum:& fortassis intelliges deus ab africo ueniet:& sanctus de monte umbroso.Tu mihi expone si iam ab africo:quomodo de monte umbroso.De numidia nata est pars donati:ipsi missi sunt primi in dissensionem & tumultum:& scandalū q̄rentes ingens uulnus.Numidiæ miserunt.sedés tigisitanus misit.Vbi sit tigisi notū est:qui missi sunt clerici extra congregauerunt:ab ecclesia ad clericos carthaginis accedere uoluerunt:uisitatorem posuerūt:a lucella susceptī sunt.Auctor totius huius mali numida hæreticus fuit i numidia.unde uentū est huc cum tanto malo uiscariū uix inuenit̄:cū cupsonibus habitant.Quomodo mons umbrosus numidia?Dic mihi Ergo noli hucusq; recitare deus ab africo.Exigo sentétiam & sanctus de mōte umbroso.sed ostende mihi partem donati a numidia de mōte umbroso uenire.iuenis nuda omnia. pingues quidem campos sed frumētario:non oliueti fertiles:nō cæteris nemoribus amœnos.Vnde ergo mons umbrosus in numidiæ partibus?Vnde hoc scandalum?Tu mihi inquis ergo expone quid est deus a libano ueniet:& sanctus de monte umbroso?Vide q̄ facile exponam.primo illud audi quod ait dominus. Oportebat christū pati:& resurgere tertio die:& prædicari in nomine eius pniam & remissioné peccatorum : per omnes incipientibus cum dixi uide utiq; se in sanctis suis ad alias gentes uentum prædixit esse. Lege uisionem terræ filiorum israel in omnibus tribubus in libro iesu naue:ubi aperte dictum est hiebus ab africo ueniet. Quæ est hierusalem?lege:quære:inuenies.Vtinam cum inueneris:credas: utinam animositatem deponas. Hiebus ab africo quæ est hierusalem.& dominus incipiétibus ab hierusalem:hoc est deus ab africo ueniet. Quomodo ergo a monte umbroso euangelium iam lege de monte oliueti christus ascendit in cælum ? Sequere & quid lucidius? Audisti de monte umbroso legem recitamus:euangelium recitamus.Audisti incipiétibus ab hierusalem.Audisti ꝑ omnes gentes ꝑ eum ꝓpheta.sequere uerba illa quæ contempsisti deus ab africo ueniet.Et sanctus de monte umbroso:cooperiet montem umbra eius:& gloria eius plena est terra.ꝑ omnes ergo gentes incipientibus ab hierusalem deus ab africo ueniet:& sanctus de monte umbroso & condenso:idest a monte oliueti ubi ascendit in cælum.Vnde misit discipulos suos:ubi etiam ascensurus ait.Nō enim uestrū est scire tēpora quæ pater posuit in sua potestate.Sed accipietis uirtutem ex alto : & eritis mihi testes in hierusalem & in iudæam & samariā:& usq; in totam terrā.Ergo deo ueniente christo:& nomē eius & p̄dicatio euangelii eius ab hierusalem:idest ab africo & monte umbroso:idest a monte oliueti per omnes gentes diffamatū est euangeliū.Operuit montes umbra eius:idest refrigerium eius . protectio eius:& laude eius plena est terra.Cantate ergo cum tota terra cāticum nouū:non canticū uetus cum angelo terræ.Dicūt & aliud.Cyrenæus inquit quidam simon angariatus est ut tolleret crucem legimus.Sed quid te adiuuet uolo scire.Cyrenæus inquit afer est quare ipse angariatus est qui crucem tolleret.Vbi sit cyrene ne forte nescis lybia est:pentapoli est.Contigua est africæ:ad orientem magis pertinet uel in distributione prouinciarum. Imperatorem cognosce:imperator orientalis mittit ad iudicem ad cyrenem breuiter respōdebo.Vbi ē pars donati non inuenitur cyrenem.ubi est cyrene non inuenitur pars donati.Manifesta ueritas conuincit errorem.Det mihi cyrenem ubi est pars donati:det mihi pars donati ubi est cyrene.Māifestum est enim fratres in pentapoli ecclesiam esse catholicam:partem ibi donati nō esse.Sed securi irrideamus flendos:& fleamus ridendos.Quid dicis meritum cyrenensis huius magnum commemoras quia tulit crucem domini: & afrū dicimus orientalis est.Lybia enim duobus modis dicitur.Vel ista quæ proprie africa est . uel illa orientalis pars quæ contigua est africæ:& omnino collimitanea.Sed afer fuit cyrenensis Beatum putas q; angariatus crucem tulerit.Quanto melius forte diceret quis in arimathia remansisse ecclesiam christi.quia ioseph ille diues ab arimathia habens ante oculos regnum dei non angariatus non coactus uenit ad crucem domini. de ligno deposuit.obsecutus est funeri.in sepulchro condidit.Laudatus est in euāgelio?quia uero de arimathia fuit iste pius tantum exhibens obsequium corpori domini:in arimathia remansit ecclesia.Aut si magis uos delectat angariatus:ideſt qui cogitur tollere crucem.Recte ergo faciunt imperatores catholici:qui uos cogunt ad unitatem.

Incipit quintus tractatus tertiæ partis principalis de ſtatu & continentia uirginali. Et primo de uirginibus deo dicatis.

Prologus in regula uiuendi ſanctimonialiū: quam beatus hieronymus ad euſtochium & cæteras uirgines iam ſenex inſcripſit: & diſtinxit capitulis fœliciter incipit.

Epeſcens in mébris procliuum corpus ad terram ex qua exiit, iamq; rugoſa fronte ſenẽ. & naturæ pene portentum, ueſter prædilectaꝫ in domino filiarum. & dominarum chriſti uirgines ſacratiſſimæ, euſtochium: & reliquæ ad agni nouas nuptias, ſub obedientiæ. pudicitiæ, paupertatis, & religionis in domo domini adunatæ propoſito: nimium ſollicitat piæ deuotionis & charitatis affectus, ut tremulenta manus ſuæ parumper uetuſtatis oblita, deo uiuendi non mundo, ſpiritui non carni. & quod arduum eſt, non ſibiipſi normam & regulam. & chriſti & apoſtolorum uita collectam. & ſanctorū etiam patrum anachoritarum. quos per ſeptem annos hæremorum antra circuiens: non ſine admiratione & informatiõe repperi obſeruationis & imitationis digno commendandam præconio in præſenti libello edoceat officio calami paratas mentes ad bonum, ueluti lingua iam dudum ſolebat uoce non mortua. O fœlix affectio, o deſiderium in domino commendandum: ut quæ deficiente per ſenium & communem ætatis finem lingua doctoris de caſu timetis, qui promptus eſt, præſumptuoſe & non timide ambulantibus in uia dei in qua tot latent aduerſa quot momenta ſunt temporum, expoſcit ueſtra pietas: ut depicta ſibi pericula & fomenta remedii accipiens procliuus ſemper ad malum in primordio iuuentutis rationalis & animalis animus, ac cernés, gradiatur per tuta. O prudens conſilium: ut pro uoce ſcripturam. & pro faciliter tranſeunti diu manſurum commutet. O iuſta & ſancta exhortatio: & perdigna exauditionis beneficio. Sed prædilectæ filiæ. & ſi iuſtum & ſanctum eſt quod petitis a patre: patris tamen negat ætas, prohibet inſufficientia: licet ingerat charitas. Stupẽt oculi palpitantes in tenebris, horret naturræ phreneſi inconſtans manus peragere iuuenilia. Hortatur tamen ſemper charitatis ardor, ne parcatur labori, unde tantus colligitur fructus: quem non putarem ĩ uobis quæ ſcripturæ de domini uoluntate melius eſtis edoctæ: ut blandimẽti aliquid fatear, licet ueritatis: niſi ad alias ſuccedentes per tempora informandum traheretur tantus hic labor. Vincat igitur duellum hoc charitas, quæ ipſum inuincibilem uicit: ut imortalis moreretur pro nobis. Verum fruſtra hæc ſperatur uictoria in tanta impoſſibilitate naturæ, niſi deuotæ orationes filiaꝫ adſint: quibus deus paruit in tãtum ab antiquo, ut etiã eum pœniteret eoꝫ, quæ primitus minando ſpoſponderat: quãuis pœnitere non poſſit.

Incipiunt capitula in regulam ſiue normã uiuendi ſanctimõialium: quam beatus hieronymus ad euſtochium & cæteras uirgines iam ſenex inſcripſit: prout prologus indicat.

E charitate & unitate ſeruanda. Cap.i.
De non habendo aliquid proprium. Cap.ii.
De eligendo ſorores ad accipiendum & adminiſtrandum bona monaſterii. Cap.iii.
De communitate & humilitate ſeruanda. Cap.iiii.
De ſimonia uitanda in recipiendo ſorores. Cap.v.
De obedientia exhibenda prælatis. Cap.vi.
De regimine abbatiſſæ. Cap.vii.
De obedientia & ſubiectione erga abbatiſſam. Cap.viii.
De contritione facienda & generali accuſatione ſui in feria ſexta. Cap.ix.
De mirifica uita ſanctorum patrum. Cap.x.
De uanitate ſcientiæ mundialis. Cap.xi.
De promptitudine implendi mandata impoſita. Cap.xii.
De ſororum operibus in cœnobio faciendis. Cap.xiii.
De officio poteſtate & regimine abbatiſſæ. Cap.xiiii.
De periculo & præeminentia dignitatis. Cap.xv.
De ordine in operibus abbatiſſæ. Cap.xvi.
De iuriſdictione epiſcopi in ſorores. Cap.xvii.
De ordine ſeruando inter epiſcopum & præpoſitum preſbyterum & ſorores. Cap.xviii.
De præpoſitõ preſbyterõ poſt epiſcopũ per epiſcopũ eundem ſororibus adhibendo. Cap.xix.
De ordine ſeruando per ſorores erga mares & ſpecialiter in loquendo. Cap.xx.
De fictitiis & nocuis ſermonibus uitandis. Cap.xxi.
De ſilentiis diebus ac noctibus debitis obſeruandis. Cap.xxii.
De refrenatione linguæ in loquendo. Cap.xxiii.
De conſortio marium fugiendo. Cap.xxiiii.
De obſequiis ſeruitricum quærentium uictus & neceſſaria ſororibus. Cap.xxv.
De dulcedine contemplationis erga diuina. Cap.xxvi.
De clauſura domus. Cap.xxvii.
De præcioſarum ueſtium deteſtatione. Cap.xxviii.
De periculo ambitionis ueſtium. Cap.xxix.
De conſideratione extremi iudicii. Cap.xxx.
De abiectione exquirenda in ueſtibus. Cap.xxxi.

De auſteritate exquirenda in ſtatu. Cap.xxxii.
De matutino & modo dicendi diuinum officium. Cap.xxxiii.
De ordine horarum primæ tertiæ ſextæ nonæ. Cap.xxxiiii.
De cibis & ordine comedendi. Cap.xxxv.
De ſobrietate & ieiunio. Ca.xxxvi.
De lectionibus legendis ad menſam. Cap.xxxvii.
De operationibus ſororum poſt prandium. Cap.xxxviii.
De horis ueſpertinis & completorio. Cap.xxxix.
De charitate ſeruanda erga infirmas ſorores. Cap.xl.
De auctoritate epiſcopi & ꝑpoſiti circa obſeruationes huius regulæ ſeu ordinis. Cap.xli.

Finis capitulorum.

De charitate & unitate ſeruanda. Cap.i.

Vis autem in monaſterio conſtitutus ſororibus.primus ſit arripiendus modus deo uiuendi & regula:ipſe ſolus chriſtus huius propoſiti incœptor & doctor.in unius reſponſiõe inſtruit uniuerſos. Si uis inquit idem magiſter hæc petenti ad uitam ingredi:ſerua mandata. Quod ſi forte quæratur quæ ſint:ilico ſic percunctanti:expoſuit.Diliges dominum deum tuum ex toto corde:mente:& uiribus tuis:& plus q̃ teipſum:& proximum tuum ſicut teipſum.In his duobus præceptis pendet quicquid eſt legis:quicquid etiam prophetæ & ſancti uiri perſcrutati ſũt. Et attẽdite ſollicite quæſo chariſſimæ.quæ ingredi non ſolum totis affectibus cupitis ad uitam:quæ uere uita eſt. nam uiuentibus in mundo uita non eſt:ſed mors.Sed iam dei auxilio eſtis inter ingreſſæ: quod ſine præceptis charitatis non ingreditur quiſquã ad deo uiuendum.Propter hoc enim apoſtolus paulus non gloriatur in linguis angelorum & hominum:non in cognitione myſteriorum dei: non in ſpiritu prophetiæ: non in aſperitatibus carnis:non etiam in elemoſynarum operibus:q̃q̃ ad omnia pietas ualeat:dummodo charitas deſit.Hæc itaq; ſolum reddit hominem deo uiuentem:hæc religioſos:hæc monachos facit.Sine hac monaſteria ſunt tartara:habitatores ſunt dæmones.Cum hac uero ſunt paradiſus in terris:& in eis degentes ſunt angeli.Ideoq; mihi dilectæ filiæ:licet longa uos marcerent ieiunia:abiecta & nigra ueſtis deformet. Longa officiorum & operum texatur ſeries.ſi intus deſit charitas:ad infimum nondum religionis gradum peruentum eſt.Propterea chariſſimæ hic incipiendum eſt iter.ad apoſtolicæ pfectiõis apicẽ.ſi uere relatiua ẽ charitas:& ad unum non poteſt proprie dilectio fraterna dici:iccirco eſt neceſſe ꝙ plures ſint.q ſe mutuo ex charitate diligant.ut dicatur iuxta prophetam.bonum & iocundum eſt habitare fratres in unum. Quod ſatis approbat ſapientia dicens.Frater qui ſimul iuuatur a fratre:quaſi ciuitas firma:Et iterum.Si fuerint duo ſimul:fouebunt ſe mutuo.ſed ſi unus gradiatur & cadat:ue ſoli:quoniam ſubleuantem non habet.Propterea ſolitariorum uita quam ſatis expertus ſum.periculoſiſſima eſt & ardua.& ſi bona q̃ pluries & deo eſt uicia: non tamen æque ſecura.ut ſimul habitantium in uinculo dilectionis & charitatis affectu.Qui ſibi inuicem per tentamenta deficientibus auxiliantur:ſibi inuicem adminiſtrant pietatis & charitatis obſequia.Sed certe ſi fratres aut ſorores ſimul in unum non habitent:non iam bonum.ſed malum eſt.Omne etiam ſecundũ philoſophos in tantum habet bonitatis:in quantum unitatis attinens ſuæ naturæ.Quod ſi ſingulum unũ in tota mundi machina per ſe creatum eſt bonum:non tamen eſt optimum.niſi cæteris nexum. Propterea in exordio mundi uidit deus:ꝙ cuncta quæ fecerat erant ualde bona. Iccirco chariſſimæ in apoſtolica uita uobis de ſæculo adunatis per corpora.ſit cor unum & anima una in domino:uelut de apoſtolis: & de ipſis apoſtolicis uiris in actibus eorum legitur.Multitudinis enim credentium erat cor unũ & anima una in domino.Nulla uita pro certo eſt deterior: q̃ ſimul degere corpore:& non mente. Et uere infœlices ſunt quibus non ineſt una ſed diuerſa uoluntas.Sit itaq; uobis ſemper unus affectus.una uoluntas.una fraternitas. una proportio morum.una iocunditas.una triſtitia.ne alteri quod placet:diſpliceat alteri.quo gaudet altera triſtetur & altera.& ſic habere poteritis religionis propoſitum:ſi unanimes in domo dei habitetis. Hæc uere uita dei nõ diaboli.uere monaſterium.non infernus.uere uita religioſa:non diabolica.

De non habendo aliquid proprium. Cap.ii.

Nte mentis ueſtræ oculos ſemper euangelicum illud appareat.ſtolidiſſimi uiri illius exemplum: qui ædificium ſuum quod ſũmopere fecerat.ingruẽtibus fluminibus.flantibus uentis.& imbribus inũdantibus pluuiaq; totũ amiſit i caſura:quoniã ædificatũ erat in ſabulo.Nec miꝝ chariſſimæ.firmũ enim quod aut ſtabile i mobili diu manere nõ poteſt.Edificat fatuus ille in ſabulo: q in uita apoſtolica & religiõis ꝓpoſito appetit temporales diuitias. Hic attẽdite filiæ diligẽter.Hic periculum omne ẽ.hic iteritus:hic mors æterna.Qui iam renũciauerũt oĩbus quæ poſſidẽt.q relictis oĩbus q̃ habebãt in ſæculo.ad xp̃m imitãdũ paupculum:q ubi caput reclinet nõ habet.Cõcurrentes ex uoto.ſub iuramenti pollicitatiõe.pmiſerũt.nihil tẽporale:nihil terrenũ ꝑter xp̃m ſolũ:non ſolũ poſſidere ſed nec etiã appetere quæ iam dimiſerũt.tenere uel q̃rere debent.Hinc xp̃s apoſtolis nõ portare ſacculum.neq; perã. neq; æs in zonis mãdat.ut ex hoc intelligant eoꝝ uitæ ſectatores.ꝙ nihil proprium in monaſterio licet habere. certe nõ tunicam niſi quæ ex neceſſitate portatur.nõ caligã:nec aliud minimũ quodq;. Veꝝ & ſi xp̃s & apoſtoli aliqua quæ ſibi dabantur.ꝓpter neceſſitatẽ tenebãt:nulli ſingulo licebat aliq̃d ex his cõtingere tanq̃

ſuum:ſed peſſimus ille ꝓditor atq; latro,ferens loculos omnia portabat in eis ueluti totius congregationis cõmunia:& miniſter cõmunis ſingulor̃ neceſſitatibus ꝓuidebat.Ex hoc edocti apoſtoli & fideles poſt xp̃i aſcenſionem nihil omnino ſuum eſſe dicebant:ſed erant illis omnia cõmunia:& ſingulis diuidebantur ꝓut unicuiq; opus erat.Sic & uos chariſſimæ filiæ.& ſi liceat habere aliquid temporale ad uictum & tegumentum:quæ duo plene ſufficiũt xp̃iano:nihil hor̃ alicuius ſit ueſtrum ſed cõmune:quodcũq; etiam minimis puellulis quibuſq; diſtribuatur.ut decet.

De eligendo ſorores ad recipiendum & adminiſtrandum bona monaſterii. Cap.iii.

Taq; obteſtor uos omnes & ſingulas coram deo.& chriſto ieſu.qui iudicaturus eſt omnes.ut aurum & argentum atq; cito tranſiens pecunia.nulla cor ueſtrum ratiõe ſeducat:ut nitatur aliqua ueſtrum cum anania & ſaphyra mentiri ſpiritu ſancto quem nihil latet.retinendo apud ſe aliqd quantũcunq; minimũ temꝑporale.ultra ea quæ ex neceſſitate portantur.nec tamen hoc.niſi de licentia abbatiſſæ.Semper eor̃ mortis iudicium terribile uos terreat.Nam legitur q̃ ex eorum morte factus eſt timor magnus in uniuerſa eccleſia:& omnes qui audierunt timuerũt.Nudus ieſus nudas q̃rit amicas & ſponſas.Quod ſi ipſum ſequi temporale aliquid appetens ſeu deſiderans forte uolueris: onerata grauedine nudum ſequi non poteris. Hinc beati pauperes dicuntur ſpiritu.ut ex hoc ſciatur:q̃ non ſufficit cuncta tẽporalia in mundo relinquendo ad monaſterii paupertaté accedere.ſi mens miſera appetit.quæ reliquit.Magis enim contemplantur oculi domini affectum:q̃ cenſum.Melius eſt enim in ſæculo cum cæteris diuitibus diuitiis inſiſtere:q̃ in mõaſterio pauper ipſas appetere.Propter quod uolo hortor & moneo uos chariſſimæ.ut hæc perpetuo in ueſtro monaſterio obſeruatio maneat:q̃ nulla ſcilicet omnino tãgere.aut aliqualiter retinere audeat per horam cenſum.aut obolum.aut aliquid quantũcunq; minimũ.q̃q̃ a matre aut ſorore mittatur.Eligantur autem iuxta apoſtolorum ritum cõmuni uoto abbatiſſæ & cæterar̃ ſingulis annis.aut ſi decens uidebitur & utile.confirmentur duæ aut plures ex ſororibus boni teſtimonii plenæ ſpiritu ſancto & ſapientia.quibus iniũgatur hoc opus. ut quoſcũq; prouentus tam domus q̃ ſingular̃ ſororum recipiant:& ex his ſororibus neceſſaria fideliter adminiſtrent.Caueant quoq; ne aut ex parcitate murmur. aut ex abundantia tumor in ſororibus habeat locum:ſed iuxta apoſtolor̃ uitã plus cuiq̃ aut minus tribuatur.iuxta quod exigit neceſſitas non uoluntas.ut non iam altera ſit egens.altera abũdans: ſed unaquæq; ex ꝓuiſione condecenti moueatur ad dei laudem.Prouideant inſuper ſic. quibus hic pietatis iniunctus eſt labor.ut ſingulis menſibus aut hebdomadis ſiue diebus paratæ ſint:tam de his quæ proueniũt.q̃ de his quæ expediuntur in capitulo coram abbatiſſa & conuentu ſororum ſigillatim reddere rationem. Quod ſiat ſaltem ſemel in menſe. ne & ipſæ apud ſorores furti ſint ſuſpectæ:& eis ex negligentia male exequendi materia detur.

De communitate & humanitate ſeruanda. Cap.iiii.

Ic ſic dei ſponſæ ſponſum ieſum aſtringite mentibus mundis a terren̄orum contagione: quoniã ſecum in habitatione nihil patitur eſſe terrenum.Sic ſic apoſtolicæ fœminæ ꝓiicite peras & ſac culos:ut neq; marſupia ex latere pendeant:neq; opus ſit clauibus:ut iam ex ipſis monſtretur exteriorum indiciis:q̃ nihil habetur intrinſecum p̃ter ieſum:q̃ nihil eſt clauſum: quod eſt deditũ uſibus omnium. Veſtimenta duplicia ſunt ex euãgelio prohibita uobis:ut diſcatis ea ſolum habere:quæ naturæ tantum ſubueniant:& non quæ nutriant tineas.Siqua uero ſuperſunt:uno claudantur in loco: ut ex his quæcũq; ſoror eget indui poſſit.Nulla unq̃ in ueſtibus p̃cioſitas:nulla melioritas,alteram dominam:alteram ancillam oſtentet:ſed in omnibus æquales exiſtãt:quæ uni ſponſo nuptæ cõmuni uoto profeſſæ ſũt. Non quærat obſecro filia regis filiæ militis præeminere pompis terrenis in chriſti & apoſtolorum conſortio.Non enim petro uili piſcatori bartholomæus nobilis anteponitur a chriſto:immo piſcatori totius mũdi monarchiæ traditur principatus.Dignitatibus carnis ſpiritalis uita non eget: & carnis auras chriſtus in ſuo non quærit coniugio.In ſæculo nubant paribus filiæ regum:filiæ militum præeminentias quærant & honores.In monaſterio uero oblitæ populi ſui & domus ſuæ:in domino ſolum gloriam q̃rant:& exultent: q̃ de maiori p̃cipitio mõtis ſunt ad uitam apoſtolicam ſumptæ.Propter quod admoneo uos filiæ: ut quæcunq; officia uobis domus a matre monaſterii impoſita:libenti animo expleatis.Hilarem enim datorem diligit deus.nec uerecundentur in uilibus nobiles:nec illa recuſent.ſed audiant ſapientem.Quanto maior es: humilia te in omnibus.Audiant & xp̃m:quid apoſtolis de huiuſmodi pompis in ultima cœna humana mẽte diſceptantibus definuerit.Reges gentium dominant̃ eor̃:& qui poteſtatem habent ſup eos:benefici uocantur.Vos aũt non ſic:ſed qui maior eſt in uobis fiat ſicut minor.Et qui p̃ceſſor eſt:ſicut miniſtrator.Verum ne doctoris doctrina ex contraria operatione uileſcat:ſtatim ſubinfert ex ſimilitudine quadam cũ interrogatione concludens.Nam quis maior:q recũbit:an qui miniſtrat?Nõne qui recũbit?Ego autem in medio ueſtrum ſum:ſicut q miniſtrat.Erubeſcat ſiqdem ſtercus uiliſſimũ:& uapor ad modicum parens humana mens ſe extollere:& domus officia abnuens a cæteris ſororibus ſibi uelle ſeruiri.Nam xp̃s cuius generationem quis enarrare nõ poteſt:nõ uenit miniſtrari:ſed miniſtrare.In ultima cœna diſcipulor̃ abluens pedes:hoc ſuis reliquit humilitatis exemplum.

De ſimonia uitanda in recipiendo ſorores. Cap.v.

Eteſtabilé hæreſim ſimõiæ quã cõi prauitate diaboli moniales aſſuetæ cõmittũt:ét i auditu horreat uſa ſocietas.Giezi pœna:& ſimõis uos terreat prauitas.uox petri xp̃i uicarii ad ſimonẽ:nũq̃ de uris exeat auribus:pecunia tua tecũ ſit in ꝓditiõe.Exiſtimas.n.donũ dei haberi pecunia. Do-

nū dei eſt ſpūs ſanctus. Cōmunis mercatorū hēt uſus: ut uēditio cōmutet in melius. Aſſerit quippe ſimōiacus pecuniā eē pſtātioré dono dei, cū idē in ipſā cōmutat. Ad uos ueniētes ſorores ſāctas ad xpi ſuſcipite nuptias gratis. Præponatur ſanctitas pecuniæ. Exquiratur bonitas uitæ: non generoſitas carnis: nō utilitas mūdi. Nulla oīno pactio: nulla opinio quæ mentis puritatē pturbet p̄ueniat. Beatū ſapiētia clamat: qui excutit manum ob oī munere, & qui poſt aurū nō abiit: nec ſperat ī pecunia quæ ſubuertit iudicium. Siqua ſororū inopiam ex ſua abundantia ſupplere deſiderat iuxta apoſtolicum ritū: oīa quæ habet ī ſæculo ante ſororum pedes ponat, & cunctis quæ habebat ī ſæculo renūcians ītratura: fiat ſicut una ex minimis, & ſublato domino cū affectu: oīa quæ portantur electis miniſtratricibus domus p̄beantur: ut ex his tribuant ꝓut unicuiq; opus eſt. Nec murmuret quidē quæ ſua monaſterio tradidit: ſi ſibi nō maiorī ſūptu adminiſtret q̄ cæteris q̄ ex paupertate uenerunt, nec extollatur: & ceruice erecta more fœmineo īproperet cæteris: ſe tantum ex ſuis facultatibus attuliſſe. Plus enim attulit ſoror paupercula: ſi īgrediens affectum habendi dimiſit: q̄ quæ multum afferens domo ſuperbiā tulit. Glorietur aūt potius quoniā diuitiæ quæ ſolitæ ſūt poſſeſſores p̄cipitare ī mortem: nō præualuerūt aduerſus eā: & quæ cōmuni uſu ſūt malæ: ex ſubuentione ſororum ſibi factæ ſūt bonæ. Alioqn melius fuiſſet ſibi cū parua pœna cū ſuis diuitiis ī mūdo p̄manendo dānari: q̄ ipſas relinquēdo ī monaſterio exorta ſuperbia ad īfernum cū maiorī pœna deduci. Humiliētur etiā pauperes: quæ ex paupertate nihil ſubuentioni domus potuerūt cōtribuere: ſicut & illæ, & gratias deo ī humilitate retribuāt: & quæ prius ī mūdo uiuere non poterant ex alienis laboribus habent: quæ ſibi ſufficiūt: ſicut & diuites. Miq; qdem de īfœlici cōditione pluriū hominū. Sunt enim nōnulli uiles & abiecti ī ſæculo: qui quotidianis laboribus ſe ultra uires affligentes pro uictu captando uiliſſimo: & uix raris fabis & rapis cū rudi & hordeaceo pane ſaturantur. Cū uero ad xpi menſam accedunt: & militiam chriſti ſuſcipiunt: ſuæ egeſtatis obliti: lautiora quærunt q̄ milites: qui ſunt aſſueti magnificis. Hæc igitur omnia ī chriſti & apoſtolica uita locum nō habeant. Omnes ex miniſterio ſint cōtentæ: nec murmuratione pereant: ſi abundanter ſibi tribuant adminiſtrantes. Recipiens ſiquidem naturæ neceſſaria: neceſſitatum limites non excedat. Si uero modicum: diſcat cum apoſtolo ſeruire domino in fame & in ſiti: & ī egeſtate nuditatis & frigoris: ita ut accepta cruce gradiatur poſt chriſtum abnegans ſemetipſum.

De obedientia exhibenda prælatis. Cap. vi.

Olo aūt uos mortuas ſæculo: uitiis & cōcupiſcentiis carnē crucifigere cū xp̄o: & quæ iā cœperūt ꝓprio ſeſe uoto caſtrare ſub perpetuæ uirginitatis & caſtitatis ꝓpoſito: ī monaſterio uelut in duritia lapidis fore cū chriſto ſepultas: atq; iuxta decretum ſūmi poſt xp̄m pontificis petri qui ligādi ſoluēdiq; tenet principatū a domino: reſuſcitandæ ī gloria cū xp̄o ſic deuotione firmetur ueſtrum ꝓpoſitum: ut fides & ſpes ſit tota ī deo. Caſtigent animas ī obedientia charitatis & fraternitatis amore ſimplici: & corde inuicē ſe diligentes attentius. Nihil ut puto ſtultius ē: nihil intolerabilius: q̄ peregrinos & aduenas p̄cipere ciuibus: & in loco non ſolito ſe oſtendere directorem itineris: & de ſemitis: & de ſecuritate itineris: de breuitate tramitis iuxta uoluntatis libitum uelle docere. Monſtraretur quippe portentū nauigatoribus: & pro certo nunq̄ ueniretur ad portum: ſi cuius uolūtati pateret deeſſet nauigii: quicunq; remigator ordinaret ad uotum. Non ciuitas: non regnum: non minima domūcula diu maneret in rure: ſi cuius uoluntati pateretur deeſſet. Propter quod ipſe papa petrus qui religionis apoſtolicæ uitam uolebat inſtruere ſicut a magiſtro didicerat: ut magis intelligatur qualiter anima caſtigetur in obedientia charitatis & fraternitatis amore: exponit aptius. Omnes inquit honorificate: fraternitatem diligite: deum timete: regem honorificate. Et ne excuſationis arripiatur ſcutum: ſub particulari nomine præeminētis dignitatis generaliter infert omnibus. ſerui ſubditi inquit eſtote ī omni timore dominis. Et ne prælati ī medium perducatur prauitas: quæ plærunq; ſubditis præſtat cauſam magni caſus: non tantum inquit bonis & modeſtis: ſed etiam diſcolis. Verum ne forte uideatur graue humane uoluntati ſe abnegare: & crucem tollere: obedientiæ ꝓponit meritum: quo omnis labor dulceſcat etiam grauis. Hæc inquit eſt gratia. O fœlix & abundans gratia. In obedientia ſumma uirtutum cauſa eſt. Nam ſimplici greſſu hominem ducit ad chriſtum: & nō ſolum mēs excuſat ad reddēdā deo rationem de ſubditis: ſed nec etiam obligatur reddere de ſeipſa. O ſumma libertas: qua obtenta uix poſſit homo peccare.

De regimine abbatiſſæ. Cap. vii.

Ttende diligenter mea domina chariſſima euſtochiū: q̄ grauis īponit ſarcina humeris tuis: quæ de ſubditorū animabus: de corpore: de uerbis: de moribus obligaris apud diuinū examē reddere rationē. Caue quæſo: ne de te etiam leuis ſuſpitio in malo poſſit oriri: ne diſpergas quas conaris educere. Sic ordinata: ſic rationi cōformia mādata ſororibus proferas: ut etiam deprauatæ ſuperbæq; mētis animent ad obedientiæ ſemitas. Sic dulcis: ſic mitis ſit ſermo: ut duritiæ furorē non ſuſciter: ſed frāgat exortū. Sic erga īobedientes uirilis & cōſtans ſit animus: ut oīs muliebris mollicies diſcedat e medio. Excidant in ortus primordio uepres: ne nimiū excreſcentes germina ſeminū ſuffocēt. Nihil quippe ī rectore periculoſius eſt: q̄ uana humilitas ad correptionē erga ſuperbos ꝓteruoſq; ſubditos. Singularū ſororum uolūtates ī re difficili ptractanda ſemp auide audias: nec tantū cuiuſcūq; uolūtati innitaris. Verumtamen ſi quicq̄ utile ꝓdaē: nō attēdaē perſona quæ ꝓtulit. Elegit enī deus infirma: ut fortia quæq; cōfundat. Tuam uero in rebus gerēdis cōmunibus nō tantū uolūtatē exqras & teneas: niſi maior pars diſcretarū filiarum id cōmuni uoto collaudet. Supbarū inſenſatarūq; mētiū eſt: ſuo tantum uti cōſilio. Non audiatur cuiuſquam

uolûtas ſub uerboꝝ murmure & loco abſcõdito:ſed palã cũctis p̃ſentibus cũ oĩ charitate liceat dicere & au 168
dire.Si cõceptui ꝓprio maior pars ſororũ diſſidet:nõ uelis ſola oĩbus cõtraire.In exercẽdis furor:odium: in uidia ſeu deriſio ſic penitus diſcedat:ut non niſi pax:charitas:amor:& alterutrũ ſupportatio cognoſcat:qua tenus fiendoꝝ ſolus ſpiritus ſanctus auctor meliora inſpiret.Non ſit ĩter uos quas charitas ſimul unit: fœminalis quædã abuſio.ut undiq; cachinnis & uocibus aer reſonet:& audientiũ aures præ ſtrepitu terreant. Sed cũ omni modeſtia ſtãtes una loquente cæteræ ſileant.Nec altera alterã ex auiditate loquendi interrum pat:& præbeat impedimenta dicenti.

De reuerentia & ſubiectione erga abbatiſſam. Cap.viii.

Ropter qđ hortor:moneo:& oro uos chariſſimæ & dilectiſſimæ filiæ:q̃ iã mortuæ eſtis ſepultæ cũ x̃po:q̃ iã carne cõtẽpta cũ eius gloria:cogníto q̃ oĩs caro fœnũ:& eius gloria flos fœni:ad nouitatẽ uitæ ſp̃ũs eſtis renatæ:nõ ex corruptibili ſemĩe:ſed ĩcorruptibili p̃ uerbũ dei uiuẽtis & p̃manentis ĩ æternũ:ut tanq̃ peregríæ & aduenæ abſtíeatis uos ab oĩbus deſideriis carnalibus:q̃ militant aduerſus aĩam ſubiicientes uos in oĩ obedientia:& timore:& reuerẽtia p̃poſitæ matri ueſtræ: ut iã oĩno nihil aliud uelle:uel nolle alicui liceat:niſi quæ abbatiſſa domus mandauerit faciẽda.Nihil graue:nihil ĩportabile uideatur:ſi iuſſũ ꝓpriæ nõ cõcordet uolũtati.Vere obediens:& q̃ p̃ x̃po caret omni arbitrio uoluntatis:nihil nouit difficile:nihil ĩiuſtum.Meméto te chariſſimæ:quoniã x̃po ĩ ueſtræ religionis ĩgreſſu dimiſiſtis oẽm uolendi & nolendi licẽtiam.niſi quæ eius uices gerentes ordinarent de uobis. Obeditis enĩ x̃po firmiſſimæ:cũ p̃poſitæ uobis parere ſtudetis.Tũc enĩ ſp̃õſo x̃po:cui deſponſatæ fidem totam uouiſtis: p̃ter quẽ nullũ ultra amatorẽ admittere ĩ deſponſatione iuraſtis:magis gratæ magis placentes eſtis: citiuſq; meremini duci ad thalamũ:ut cũ oĩ iocunditate dulcibus amplexibus aſtrĩgamini:cũ eius ſtudueritis ĩ uíca ría parere mandatis.uicarii enĩ honor redũdat ĩ deũ.Sic iubet lex cõiugii:ut ſp̃õſa ſub lege ſit ſponſi. Emulamini ſemp ĩter uos hac dei æmulatione:ut certatim ad iuicem altera conẽt excedere alterã ĩ obedientia. nõ igit eſt monaſteriũ:nõ religioſi:nõ monachi:ubi ſubditis obedientia deeſt erga prælatũ. Deſtructioni ẽ corpus expoſitum.cũ mẽbra diſcordant a capite.

De correctione facienda & generali accuſatione criminũ ĩ ſexta feria. Cap.ix.

Ontumax:p̃ſũptuoſa:ac ſupba mulier:ĩ ſancto ueſtro cõſortio:quæ dedignat eſſe ſubiecta: ac ſu is litibus & iurgiis ſcandalũ p̃bet quieti ſoroꝝ:& eis obedientiæ mõſtrauit cõtemptũ:arduis cre briſq; ieiuniis caſtigeẽt:cũ reſiſtit mandatis ĩpoſitis.Si ieiunia nõ caſtigant ſuperbiam. edomeẽ & uerberibus cõtumeliiſq; & grauibus diſciplinis:ut iã diſcat cũ petro:ĩmo x̃po:ni ei obediat:partẽ cum x̃po ĩ regno x̃pi & dei nõ habebit:q̃q̃ ĩpoſita uideantur extranea:nec cõſona rationi.Sed ſi nec ſic indo mita ſuperbia ſtuduerit obedire:cũ apoſtaticis angelis expellat:quæ partẽ nõ habebit ĩ regno.O ĩfœlix ſup bia uitæ:ut p̃ ĩplendis uoluptatibus carnis renũciet hæreditati cæli:quã fuerat aſſecutura p̃ x̃pm. Nõdum deo uiuit:nondum religionis ſemitam x̃piq; nuptias attigit:quæ non efficitur ita ſimplex & pura:ut q̃quid ſibi mandatum fuerit p̃ p̃poſitã matrẽ:angelico putet ore tranſmiſſum.Tũc unaquæq; cæteris ſe beatiorẽ æſtimet:cũ ĩ laboribus p̃ponitur reliquis.Non pudeat ſingulis hebdomadis ſexta feria:quo die ſaluator ob probria & morte ꝓ homine ab homine ptulit unãquãq; ſororũ ſuam uitam coram oĩ cœtu ſoroꝝ diſcute re.& de cõmiſſis cõtra p̃cepta & regulam ſe proprio ore criminari:ac diſciplinam ſubire:quatenus ſtimulata mens cogitationis:ſtimulo accuſationis ac uerborũ:caueat accuſanda pudendaq; cõmittere.Nec tamẽ pro pter hõc occulta cogitamina cordium ꝓdant:nec occulta peccata quæ ſolis debent ſacerdotibus confiteri, ſed ſolũ quæ p̃ceptis obuiant publicis:& exẽpla peccandi ſororibus p̃bent.Si uero timore uel uerecũdia ſe ipſam accuſare neglexerit:liceat unicuiq; ꝓpalare tale crimen alterius:ut nullatenus radices inobedientia & ſuperbia ĩ ſancto hortulo ueſtro arripiant:nõ euellendas de facili.Verum ſi q̃ppiam iuxta fœminarum mo dum:quæ nihil retinere norunt abſconditum:ĩmo ante garrulando manifeſtant:q̃ ſciant:aliq̃d de hís extra cœnobii limites ꝓdiderit:ſubeat grauiſſimã pœnã:ut doctrina tacẽdi:doceatur in pœna.

De uita mirifica ſanctorũ patrũ:quos ĩ heremo repperit. Cap.x.

Eferam uobis quædã nõ minus imitãda p̃ opera q̃ audiẽda de aliquibus ſanctiſſimis uiris: ut bo norũ exempla obedientiæ humilitatẽ:qua carente ĩ ædificii ſpiritalis ſtructura:ĩ fundaméto uir tutũ quicq̃d ædificat eſt uanũ.Veſtras mentes doceant:& crebra memoria geſtorũ ſanctorũ ui tæ religionem ĩſtruant & uirtutẽ.Dũ igit per heremorum antra ſeptem annis ſanctos patres de gentes ibidẽ ĩ terris uelut ĩ cælis angelos aſſiſtẽtes aſſiduo labore itineris:arduiſq; uiuendi ĩcõmodis: cæte riſq; innumeris calamitatibus pagrando uiſitarem.de quorũ uita moribuſq; mirificis: quæ luculenter ipſe perſpexi:libellum cõpegi:qui uobis ut lucerna ſtat ĩ candelabro ad meditatione religionis & uitæ. nihil ita carum:ita ſtudioſum appetebat a monachis:q̃ q̃ ĩ eis qui iuberet poſſet iueniri.Profecto nõ taceam tãtam charitatem:tãtãq; humilitatem quam ſanctæ illæ mentes habebant:ut adhuc cernens omnis laboris & gra uedinis oblitus itineris:heremos humanæ naturæ tã deteſtabiles:& ígratas ĩ paradiſos putarem pene cõuer ſas.Mirũ auditu:ſed fœlix obtutu.Sic ſanctorum hominum corda charitas tranſformauerat ĩ creaturas dei ficas:ut caro pene eſſet neſcia carnis.licet per ioannem dicatur:q̃ quicquid ẽ ĩ mundo:aut eſt cõcupiſcentia oculorum:aut cõcupiſcentia carnis:aut ſuperbia uitæ.Nam ſic ſimplicia & humillima corda obedientiæ & humilitatis ĩnitebantur ueſtigiis:ut quaſi quorundam philoſophoꝝ uideretur ĩ eis uerificari opinio:q̃ unã ponunt in hominibus uniuerſis animam ſolam.Nam abbates & patres nihil omnino uelle ſciebant.niſi qđ ſubditi & ſubditi antea conabantur iuſſa implere:q̃ forent emiſſa: & quibuſdam quodammodo indiciis ni tebantur prophetare de uoluntate mandantis.

De uanitate ſcientiæ mundialis. Cap.xi.

Sácta fatuitas quæ natos ad labores hoíes in mũdo:mereris tranſuehere ad gloriã ereptos de pœnis.Nõ hác fatuitatẽ doctiſſimam athenis plato didicit,nõ ariſtoteles,non anaxagoras: nõ cæterorum ſtultorum mũdi ſapientũ turba p̃cepit,non certe miſer ego Hieronymus fatuorũ ſapientum imitator:ante q̃ ſácta uerbera luerẽ.Quanq̃ ut meas miſerias detegam:me ante q̃ uiceſimũ annũ ætatis attingerem:urbs romana in ſũmum p̃elegerat magiſtrum ĩ omnibus pene liberalibus artibus. Nondũ ſancti ſpiritus ſcholas intrauerã:nondum cæcutiẽs peruenire ad ſanctæ ueritatis poterã diſciplinã. Non academiæ:non certe romæ huius doctæ fatuitatis reſonauere gymnaſia:quæ ſancta retinet heremus. Verũ nõ ſine labore didiciſti tuam ſapientiam fatuam plato:quẽ mundus retinere non poterat mundi ſapientiam inſequentem:per diuerſarum nationũ & gentiũ:regionũq; partes infinitis erũnis inumeriſq; pagrãdo laboribus.Nec tamen fatuiſſimæ ſapientiæ finem:qui eſt ſũmum bonum:ad quod te naturæ mouebat intentio in orbe uniuerſo reperire ſciuiſti:quẽ ſancti ruſtici hanc fugientes inuenerunt in heremis latitantes.Attende & tu fatuorum ſapientum princeps,ariſtoteles:& fueris abſq; dubitatione: prodigium grãdeq; miraculũ in tota natura:cui pene uidetur infuſum quicqd naturaliter eſt capax humanum genus:quoniam ſapientia mundi ſtultitia eſt apud deum ſi charitas non informat:ſi intellectus non captiuatur ad fidem: ſi cor ad chriſti ſeruitutem nõ inclinatur.Qui iudæis eſt ſcandalum:paganis ſtultitia:nobis uero credentibus honor & gloria,in quo ſolum gloriatur apoſtolus:qui gloriatur inquiens in domino glorietur.

De promptitudine adimplendi mandata impoſita. Cap.xii.

Ihil honorabilius nihil ue glorioſius chariſſimæ:q̃ ſeruitus xp̃i.Hæc ſane p̃ferenda imperatorũ faſtigio:hæc dignitati regiæ:hæc cuicũq; ſæculi gloriæ.Huius ſeruitutis xp̃i quídam inter cæteros quos uidi in heremo doctus ex monachis ad iuſſum patris:ſenioris ſuæ charitatis & humilitatis fructum cupiens augere:& obediendi aliis iuuenibus tradere normã: per grandem lapidem humeris hominum ꝓculdubío grauem:bis quolibet die per tria miliaria geſtabat in ſcapulis:nulla alia neceſſitate coactus:quod iam per octo annos effecerat.Quod ſi forte queratur quid in eius mente uoluebat: ex hoc q; forte noſtræ ſuperbæ menti:q̃ nondũ ad eius ſanctæ fatuitatis perfectioné aduenit:uidet extraneum puerorumq; ludus:& ocioſitatis opus:Teſtor deũ q; mihi ab eo ſollicite percũctanti tanta ſimplicitas & humilitas eſt reperta:q; extũc incœpi ducere monaſticam uitam.Nam ſic deuote:ſic affectanter:ſic hylariter continuis diebus explebat tam inſolitum opus:ut ſibi uideret poſt expletionem captare omnem gloriam. Quinímo in huius operis fatigatione minime contentus pene moleſtabat patrẽ:ut medio tempore nouos induceret labores:& opera perficienda per eum.Quid igitur uagor per ſingula?Non eſt opus exponere qcquid in ſimilibus exercetur a monachis.Hoc unum apud oés obſeruationis præcipuum eſt : & celebre p ægyptum:ut nullum niſi obedientem & humilem:ad oés labores pficiendos & opera ſuſcipiant. Quatenus domita caro ex grauedine:cogitationibus uanis & uoluptatibus non uacet ex ocio.Teneatis firmiſſime: q; oís cõcupiſcentiæ & imũditiæ atq; peccati mater eſt ocioſitas.

De ſororum operibus faciendis. Cap.xiii.

Anc ſanctam ſtultitiam ſultáq; ſapiẽtiá:quotidie ĩ monaſteriis diſcíte filiæ:quam ſancti uos docent in monaſterio ruſtici.Subtilia & alta nolite ſapere,ſed ſupbis & tumidis ſæculi ea relinquite:ut poſt peractum incipiant noſcere q; littera occidit:ſpiritus uiuificat,& q; deus eligit abiecta & ĩfimã. Hanc ſæpe ſcholam intrate:quocũq; die & quacũq; nocte hanc diſcite lectionem. Non ocium:non torpor:& ignauia uos ad dei ſeruitia tepidas & frigidas reddat.Semper aut officiis:aut orationibus:aut manuum operibus ſanctis:cæteriſq; laboribus fatigatũ corpus requiẽ & reforcillationem:non uoluptatẽ exquirat.Sed cauete potiſſime ne quid operis uanitatis ueſtris uerſetur in manibus. Immundus reputatur:qui imundũ quicq̃ tetigerit;uel mortici nũ,non deaurata marſupia;non cingulos:non etiam cyrothecas,quæ oía laſciuæ & ſuperbæ mẽtes exoptant.Horreat deo dicatũ cor talia ſcire,aut ſacrí codices : uel legendo:uel ſcribendo:genua p̃mant:aut hortulorum cultus exerceatur,aut aliud ſanctũ opus & utile ut ex relaxatione quadá reforcillatus ſpiritus ad diuinum ardorem fortius accẽdatur.Sanctorum geſta quæ legitis imitemini,ꝓpoſito uelitis imitari quod laudatis:& ſequi qd̃ cupitis.Veſtram inter gentes cõuerſationẽ bonam habeatis,ut ex odore famæ ueſtræ ſanctitatis:etiam malorum corda ad ſancta deſideria moueãtur. Et in eo qd̃ deprauatæ gentes detractant de uobis tanq̃ de malefactricibus:ex operibus ueſtris bonis glorificent deum.Hæc eſt enim dei uolũtas:ut iprudentiũ hominum ignorantiam obmuteſcere faciatis.

De officio & poteſtate abbatiſſæ. Cap.xiiii.

Aue quæſo quæcunq; ſis illa:quæ p̃eminens:ne ex officio regendi eleueris in altum:ut ĩperes illicita:& quæ ſũt iportuna:uel iportabilia:& inquieta ſubiectis,ne tibi ille ꝓpheticus ſermo conueniat.Quid eſt iſrael q; in terra inimicorũ es?Inueteraſti ĩ terra aliena:coinquinata es cum mortuis,deputata es cum his q; in inferno ſunt,dereliquiſti fontem ſapientiæ.Nam ſi in uia dei ambulaſſes:habitaſſes utiq; in pace ſuper terram.Non enim ambulant ĩ uia dei:q; ĩ adminiſtratione regiminis honores & utilitates ꝓprias expoſcunt.Reuolue ſæpius in mentis arcano:& ſtilo ferreo ſcribe in ſilice cordis: qd dominus:cuius uices geris ad ſubditas:cõtẽdentes apoſtolos:qs maior eſſet eorũ:inſtruxit:ĩ ſequenti die receſſurus ab eis:& ſi ĩ ſuperioribus dictũ:tamen iterum narratũ ſortius teneatur ĩ corde.Reges gentiũ dominantur eorũ,& qui poteſtatẽ habẽt ſuper illos:benefici uocant̃.Vos autẽ non ſic:ſed ſiat ſicut minor qui eſt maior in uobis,& ſit p̃ceſſor ſicut miniſtrator.Diſce igitur a magiſtro officium:qd̃ tibi iiungitur:ne tuo uicariatu poteſtatis traditæ limites excedas.Non efficeris certe domina:ſed miniſtra,unus eſt enĩ dominus.

Et ſi tibi reliquæ ſorores ut chriſti adminiſtratrici & uicariæ obediũt:ꝓpterea non eſt tradita tibi poteſtas: ut inter ſorores & filias hanc eleues:hanc uero deprimas ſicut uelis.Sed quid tibi iniungaſ ab inſtitutore regiminis:diligenter inueſtiga.Reꝝ enim oĩum monaſterii:& ſoroꝝ ſollicitudo in adminiſtratione & ꝓuidentia tibi traditſ:ut iam cæteris dormiẽtibus ſororibus:te deceat noctes crebras inſões ducere.& ſenẽ iunioris animũ ſumere:pro utilibus & neceſſariis domui ꝓuidendis.Itaq; non tantũ tibi honor:quãtũ onus imponitur.Et ſi ſic feceris ſicut decet:præmiũ multo maius conſequæris.

De periculo præeminentiæ & dignitatis. Cap.xv.

On tibi obſecro blandiaris de domini pietate:q tã diu peccatores miſericorditer ſuſtinet in peccatis.Et ſi diuturna eſt expectatio:nõ minus formidãda eſt uindicta:q̃ tanto durior eſt:quãto lõgius tẽpus ĩ ſuſtinẽdo p̃ceſſit.Propterea ſi ſecus q̃ debes egeris:periculũ expaueſcas.nec ideo minus:ſi ſtatim diuinũ nõ ĩcurras iudicium.Dominus.n.tuus q ſuis te ouibus adminiſtratricẽ:& in ſua te poſuit uinea cuſtodẽ:a te uult de ſingulis etiam occultis exigere rõnem. Et ſiqd eũ defraudaueris:tũc diabolo uenũdatam in carcere:exterioris ĩferni poni te iubet:ubi fletus eſt æternus: & ſtridor dentiũ:ut exprimiſ in his qcqd doloris & pœnæ excogitari poteſt:quouſq; debitũ uniuerſum reddideris.Sed ſi forte de reſtituẽdo debitũ cõfidis:o te fatuã.ná pro minimo quoq; dilecto nõ habẽt unde reſtituãt ſimul hoĩes uniſi:niſi ipſe idẽ uelit remittere:cui facienda eſt reſtitutio.Fœlices itaq; magiſq; ſecuræ quæ ſubſunt:illis q̃ ſuperſunt:& qbus potius miſtraſ:q̃ quæ miſtrant.Sed tamẽ ſupba mens hoĩum ĩprouida piculi:ſemp maioꝝ dignitatẽ aſcẽſum expetit.nec niſi poſt factũ ex deſcẽſu terreſ:Quia q̃to altior eſt aſcẽſus:tãto durior ẽ deſcenſus.Sed forte deſcẽſum raꝝ æſtimas.Sed firmiſſime doctus experiẽtiis & nõ paucis dicã.Raro ꝑ gradus dignitatis aſcẽdit homo:qn multo grauius nõ deſcẽdat. Veꝝ & ſi a ꝓpoſito digrediar:nolo opuſculũ hoc ꝑ trãſire exẽplũ quoddam:qđ ſancto quodã mihi referẽte ſene in heremo ex ueritate ſciui. Cũ iuuenis qdam ſancto ꝓpoſito & uita electus foret ad eꝑale faſtigiũ:quo grauius piculoſius ue neqt aliud cogitari: patruũ ſuũ quẽdam uiꝝ utiq; ſanctũ:& ꝓphetiæ ſpiritu plenũ:heremi in cella ut eũ ex hoc cõſuleret adiit nõ ĩcautus. Audita itaq; narratiõe nepotis uir ſanctus nõ uerbis:ſed ſignis potius ꝑcũctanti reſpõdit.ne & cõtra apoſtolũ:q deſiderãtem eꝑm in bono ope laudat:cõtrairet diſſuadẽdo:& ne iuuenẽ periculo exponeret ſuadendo.iuſſit itaq; ſenex quadratũ diſcũ a terra uehemẽter pedibus eleuatũ aſcẽdere iuuenẽ:& q̃ter ꝑ q̃tuor diſci latera ſupinũ reuoluere ſemetiꝑm uſq; ad horam caſus.ſicq; caſu ĩminente:ſi altera ſuccederet reuolutio mãdauit ut extra ſũmitatẽ diſci adhuc ſe uolueret iterato.Cui cũ nepos ſe non poſſe ex timore caſus reſpõderet:ilico eũ fecit deſcẽdere & ꝑ quandã latã planiciẽ diutius uolutare.Cũq; ex multitudie uolutationum utriuſq; faſtidium eueniret:ſurge inqt ſenex:& ꝑge quo uis.facito qđ tibi ſecurius cerniſ. Dedignatus nãq; iuuenis:abſceſſit.& alteri fãcto ſeni patrui deliramẽtũ putãs:factũ retulit. A quo de piculo ꝑeminentiæ edoctus:electioni renũciauit:ut teneret:qđ eſt tutum.Qui poſt modicũ ſœlici obitu:ex ſæculo exhiens hylaris & iocũdus apparuit patruo.Gratias inquit pater tibi refero:ex diſſuaſione eꝑatus.nam ſcito qa nunc eſſem de numero dãnatoꝝ:ſi fuiſſem de numero eꝑorum.

De ordine in operibus abbatiſſæ. Cap.xvi.

Aec iccirco mea domina euſtochiũ dixeri:ut aduertas q̃to ſis expoſita piculo:& q̃ta te oporteat in uia dei prudẽtia ambulare:ne derelictis ſemitis iuſticiæ:capiaris ab inimicis qbus plena ſunt oĩa:& in terrã alienam deducta coinquinata cũ mortuis.miſerabiliter deputeris cũ his q ſunt in inferno. Volo aũt te diſcere:ubi ſit ſapĩa:ubi uirtus:ubi ſit prudentia:ubi ſit longiturnitas uitæ: & uictus:ubi ſit lumẽ oculoꝝ:& pax:ut ĩtelligas uiã diſciplinæ:& deducas ſubiectas tibi ꝑ uiã pacis & diſciplinæ.Te morientẽ filiæ plangãt:non gaudeãt.tibi iuſta & ſancta ꝓcipienti oẽs æquanimiter obedire lætentur.Nõ ꝓpinquæ:nõ affines:ſic exaltenſ q̃ cæteræ inuideãt.Nõ carnalis dilectio in multis nociua:in ſanctis mentibus habẽda eſt.Oẽs itaq; amato æquali charitate:& ſpiritali dilectione:ut filias.Cũ tẽpus exigit correptionẽ:uniuerſas ſimili modo uelut ignotas in omiſſis corrigas.Veꝝ ſemp in ira miſericordiæ memor eſto ut nulla mouearis rõne ad crudelitatem ex furore uel odio.Nec tamẽ habeas manus remiſſas ad ꝓniẽdum ſcelera:ne ex impunitate peccandi licentia ſororibus cõcedaſ.Nõ ſis ad ꝓtractãdum ardua monaſterii & ſoroꝝ ꝓceps pro libito,ſed ſoroꝝ pluriũ & melioꝝ uolũtas ſemp accedat:ne rea & diſſipatrix bonoꝝ cœnobii crimineris.Non oĩbus q loquunſ ſis facilis ad credendũ,leuitas.n.in credendo:leuẽ denotat mentẽ.Nequaq̃ effrenis lingua repiaris.non ĩpudica oculis:non crapuloſa:non ebria.ſic te exornes uirtutibus:ſic muniaris moribus:ut uniuerſas opere & exẽplo ſanctitatis & uitæ prompta ſis ad docendũ:ut iam ab omnibus in exemplũ uirtutum ducaris.ut ſecura ex diſpenſatione miniſterii tibi traditi occurrere ualeas domino: & ei reddere rationem de ſingulis.

De iuriſdictione epiſcopi in ſorores. Cap.xvii.

Ebilis ẽ nimiũ ſexus quẽ geritis: ac fragilis:ac mobilis:ſi ſuo relĩquaſ arbitrio.& ſi uirtuoſus ſit aĩus:tamẽ niſi regaſ:niſi dirigaſ cõtinue:cito deiiciſ a ſancto,ꝓpoſito.Hoc in eua ſcitis ex parte: q̃ ſuggeréti diabolo:q̃ facile aſſenſum ꝑbuerit cõtra diuinũ ꝓceptũ:& triſtitia partus:& cõditõis uilitas ipſa ꝓhibẽt teſtimoniũ.Profecto nihil in uobis foret uirtutũ durabile:nihil ſine graui piculo ſi de uobiſipſis uoſipſæ haberetis curã.Propterea eꝑs ueſter cui eccleſiæ cõmiſſum ẽ regimẽ:quẽ deus ſpeculatorẽ poſuit ĩ uinea ſua:paſtorẽ ouiũ directorẽ gregis:ac ductorẽ plæbis & populi:ciuitatis & parrochiæ:in q̃ degitis:uos cuſtodia ſingulari foueat.ſanctæ doctrinæ uos pabulo nutriãt.& coram deo aĩaꝝ ueſtraꝝ curã gerat ſpãlem:cui cõmiſſa eſt ciuitas uniuerſa.Huic æq̃nimiter ſicut deo oẽs deuote obediãt.hũc pr̃em:hũc zelatorẽ uirtutũ:tã ꝓpoſita uenereſ:q̃ ſubditæ.Lex ipſa ſerueſ:quã poſuerit uobis in uia dei. Siq̃

ſorox effrenis eſt & diſciplinæ ꝑuaricatrix:& icorrigibilis a ꝑpoſita:emendet castigetur & puniatur p ipm. Hūc directionis baculū:& uirgā diſciplinæ cū aſemitis iuſticiæ deuiat:ipſamet etiā abbatiſſa cognoſcat cū cæteris. Reddat eidē bis aut pluries ſingulis ánis patens rō de bonis monaſterii:de ſtatu ſororū:de uita: de moribus:ne iā ualeat oues ignorare quas regēdas ſuſcepit. Nihil arduū uēdendi:emēdi:ſeu ppetrandi in cœnobio ſine eius uolūtate liceat. Abbatiſſa uero domus moriente:quā cōmunis ſorox uolūtas in matrē elegerit:& abbatiſſam monaſterii ipſe benedicendo annulo uice xpi ſubarret in uero coniugio: ſi ad officium reperiatur idonea. Sorox uero recipiendax modus:introitus & conditio:omnio nullatenus eum ptrāſeat. Siqd dubitandum in fide:ſiqd obſcux:ſiquid piculoſum occurrerit:in uia dei ipſe declaret:ipſe uos iſtruat in omni pudicitia:& ſpūs ſancti uirtute.

De ordine ſeruando inter epiſcopum & ſorores. Cap. xviii.

On nimiū ſit ſtricta familiaritas:nō ſuſpecta colloqa. & ſi ſpiritalis pater:q̄uis eps ſanctus ſit: tamen homo eſt debile aīal. Tam cito pdit niſi fortiter cuſtodiatur:quod cax habet & utile. In ſacto cōmercio diabolus minie quicq̄ inueniat, ne unde regimē:unde ducatus:inde ſentiat interitus. Oēs equaliter ptractent. Nulla carnalis:ſed ſpiritalis dilectio iteruenia:nec ſtricta ſit nimiū Principiū.n. ſpiritalis opis:ſi non ſit matura ꝓuiſio:ſolet ſubſequi quoddā carnale. Vere non taceā:ut in pluribus ſolet cōtingere:cōditionis muliebris infœlicē miſeriā. Sub feruore ſpiritus:ſub charitate nimiū ſtricta niſi cuſtodia grauitatis ori ponat:ut nemo delinquat in lingua. ſi utatur loquēdi uiuēdiq̄ copia:ſtatim libido actu turpiſſimū:dictu infœliciſſimū:de ſpiritu & charitate naſcitur. Propterea chariſſimæ hoc hortor: hoc moneo:hoc mando uobis:ut quæ xpo deſponſatæ eſtis coniugio:cui oēm caſtitatis ueſtræ fidem uoui ſtis:cui nullū ꝓter ipſum amatorē cognoſcere ſub iureiurando eſtis pollicitæ:uiri cuiuſcūq̄ etiā ſi eum ſanctitas exornet:etiā ſi baptiſtæ æquaret in meritis:q̄ratis effugere facie. nec liceat ſecū dilectione ſeruēti aſtrigi p diem. Credatis expto:nihil eſt periculoſius uiro:q̄ mulier:& mulieri q̄ uir. Vterq̄ palea: uterq̄ ignis: dicam audacter. Proh dolor dei templa ſpūs ſancti uaſa:& deo dicata ædificia niſi diligenti ſeruētur cuſtodia ꝓſtibula fiunt. Et aufertur tam nobile depoſitū:tam ꝑcioſus theſaurus:irrecuperabile decus caſtitatis: ſi tenui cuiuſuis dilectionis ineptæ rimula continuus iſidiator diabolus intuitū ualeat iſigere. ideo omni cuſtodia cor ſeruet. Super muros hieruſalem ponant cuſtodes tota die:& nocte non dormiant:ne ſur itroeat: ne ſpolia auferat:quæ penitus recuperari non poſſunt.

De ꝑpoſito preſbytero poſt epm ſororibus adhibendo. Cap. xix.

gerit.Et ut huiuſmodi plurimū ſibi placere monſtraret.& pudicitiæ bonū utriq; ſexui intimaretur:uirginē matrē habuit uirgo māſurus.In ſe uiris.ſed in matre fœminis p̄buit uirgitatis exēplū.quo demonſtrareť in utroq; ſexu beatā integritatē diuitatis hñi.& plenitudinē meruiſſe:dū totū in mīe fuit:q̄cq̄d habeať in filio. Sed q̄d ego ſatago excellēs ac ſublime pudicitiæ meritū reuelare.& glorioſæ uirgitatis bonū oſtēdere. cum de hac re plærosq; peroraſſe nō neſciā.Et eius beatitudinē mānifeſtiſſimis rōnibus cōprobaſſe.& nulli ſapiēti uenire in dubiū poſſe eā rem tā maioris eſſe meriti.q̄ ſit āplioris laboris?Quiſqs etiā pudicitiā aut nullius p̄mii;aut parui exiſtimat:certū eſt illū aut ignorare aut nō uolūtariū ferre laborē.Inde illi ſemp caſtitati derogāt q ea aut nō habēt:aut hñe cogūtur iuiti.Nūc itaq; quoniā paucis licet tā laborē q̄ meritū integritatis oſtēdimus.ne res q̄ grādi uirtute cōſtat.ingenti p̄mio deſtiata carere fructu ſuo poſſit:diligētius excubandū eſt.Quāto enī quæcūq; ſpēs p̄cioſior fuerit:tāto maiore ſollicitudīe cuſtodiť.Et quoniā multa ſūt q̄ bono p̄prio carēt.niſi aliaq; req; iuuent auxilio.ut mellis ſpēs niſi cæraq; cuſtodia.& fauoq; cellulis conſeruet.& ut uerius dixerī nutriat naturalē grām p̄dit & p̄ſiſtere p ſeipām non p̄t: ſicut & uini ſpēs q̄d niſi boni odoris uas ſit:& repatis crebro picibus foueat genimē uini ſuauitatis amittit:attētius p̄uidēdū ē.ne forte & uirginitati aliq̄ ſint neceſſaria.ſine q̄bus nequaq̄ afferī fructū ſufficiat.& tātus nil p̄derit labor.dū uane p̄deſſe credit:q̄d abſq; uiribus neceſſarius poſſidet.Niſi.n.fallor.ob cæleſtis regni p̄miū pudicitiæ ſeruat integritas q̄d ſine uitæ æternæ merito.neminē cōſeq poſſe certū eſt.Aeterna uero uita nō niſi p oēm diuinoq; p̄cepto rū cuſtodiā p̄mereri p̄t:ſcriptura dicēte.Si uis ad uitā uenire:ſerua mādata. Vitā ergo æternā nō habet niſi q cūcta mādata legis ſeruauerit.& q uitā nō habuerit.cæleſtis regni nō p̄t eſſe poſſeſſor:in quo nō mortui ſed uiui q̄q; regnabūt.Nihil.n.uirgitas ſola p̄ficiet.q̄ cæleſtis regni gloriā ſperat.niſi & aliud habuerit.cui p mittať p̄petua uita:p quā cæleſtis regni p̄miū poſſideť. Ante ergo oīa pudicitia integritaſq; ſeruať.& eius remuneratōem a dei æqtate ſperātibus.mādatoq; ſunt cuſtodiēda p̄cepta:ne glorioſæ caſtitatis & cōtinentiæ labor in irritū deducať.Supra mādatū uel p̄ceptū eſſe uirgitatē ſapiēs ex lege nullus ignorat: apoſtolo dicēte.De uirgibus aūt p̄ceptū domini nō habeo.cōſiliū aūt do.Cū ergo obtinēdæ uirgitatis cōſiliū dat nō p̄ceptū ſtatuit:ſupra mādatū uel p̄ceptū eā eſſe p̄feſſus eſt.Quicūq; ergo uirgitatē ſeruāt:magis faciunt.q̄ p̄ceptum ſit.Tunc enī p̄derit magis feciſſe q̄ iuſſū eſt.ſi q̄d iuſſum eſt.feceris.Nā quō plus feciſſe gloriaberis.ſi minus aliq̄d nō facias?Cupiēs diuinū īplere cōſiliū;ante oīa ſerua mādatū. Volēs uirgitatis p̄miū cōſeq.amplectere meritū uitæ:ut tua caſtitas remunerari poſſit.Nā ut uitā p̄ſtet obſeruatio mādatoq;:ita econtrario generat p̄uaricatio mortē.Et q p p̄uaricationē in morte fuerit deputatus uirgitatis coronā ſperare nō potest:neq; pudicitiæ p̄miū expectare cōſtitutus in pœna.Tres enī ſūt ſpēs:p q̄s regni cæleſtis poſſeſſio introiť: Prima eſt pudicitia.Secūda mūdi cōtēptus. Tertia uero iuſticia.q̄ ut cōnexæ plurimū ſe poſſidentibus p̄ſtāt ita poſſunt diuiſæ difficile p̄deſſe.dū unaquæq; eaq; nō p̄pter ſe tātū ſed p̄pter aliā efflagitať.In primis igit̄ q̄ritur pudicitia.ut facilius ſubſequať mūdi cōtēptus.qa ab illis mūdus cōtēni leuius p̄t:q mārimonii nexibus nō tenent. Mūdi uero cōtēptus expoſciť.ut iuſticia cōſeruet.quā difficile explere poſſunt : q ſæcularīū bonoq; cupiditatibus.& mūdanaq; uoluptatū negociis īplicant.Quiſqs ergo poſſidet primā ſpēm pudicitiæ.& ſecūdā q̄ eſt mūdi cōtēptus:nō obtinet.pene ſine cā poſſidet primā quādo ſecūdā nō habet:p̄p quam q̄ſita eſt pria.Si primā & ſecūdā habeat:cui tertia q̄ eſt iuſticia deſit.fruſtra laborat.quoniā ſupiores duæ p̄pter tertiā p̄cipue req̄rūtur.Quid.n.,p̄pter mūdi cōtēptū p̄deſt pudicitiā hñe.& p̄pter q̄d eam hēas nō hñe? Vel cur res mūdi cōtēnas.ſi iuſticiā p̄pter quā pudicitiam & mūdi cōtēptum hñe te cōuenit . nō cuſtodias? Quia ut prima ſpēs p̄pter ſecūdā eſt:ita pria & ſecūda p̄pter tertiā.q̄ ſi nō fuerit.nec pria nec ſecūda p̄ficiet Dicas forſitā.Doce me ergo q̄d ſit iuſticia:ut eā ſi cognoueri facilius īplere ſufficiā. Dicā breuiter ut ualeo. & uerboq; utar ſimplicitate cōmuniū.qa cā de q̄ agimus talis eſt:q̄ diſertioribus facūdiæ ſermonibus neq̄q̄ debeat obſcurari.ſed ſimplicioribus eloquētiæ narratōibus pādi.Oībus.n.in cōe neceſſaria:cōi debēt ſermone demōſtrari.Iuſticia ergo nō eſt aliud:q̄ nō peccare.nō peccare aūt legis p̄cepta ſeruare . Præceptoq; uero obſeruatio duplici genere cuſtodiť.ut nihil eoq; q̄ p̄hibētur facias.& cūcta q̄ iubētur:īplere contēdas.Hoc eſt q̄d dicit.Recede a malo & fac bonū.Nolo.n.in hoc putes cōſtare iuſticiā ut malū nō facias.cū & bonum nō facere malū ſit.& in utroq; legis p̄uaricatio cōtineť.quoniā q dicit recede a malo:& ipſe dicit fac bonū. Si a malo receſſeris.& nō feceris bonū.trāſgreſſor es legis.q̄ nō tātū in maloq; actuū abomīatiōe:ſed in bonoq; operē p̄fectōe cōpleť.Neq; enī hoc ſolū tibi p̄cipiť.ut ueſtitū nō ſpolies ſuis indumentis:ſed ut ſpoliatos opias tuis ueſtimētis.Neq; ut habēti panē nō auferas ſuū;ſed ut nō habēti tuū libenter īpartias. Neq; ſolū ut pauperē nō repellas hoſpitio ſuo:ſed ut pulſum & nō habētem recipias tuo.Præceptū eſt enī nobis flere cum flentibus.Quomodo cum illis flemus.ſi in nullo eoq; neceſſitatibus participamus; nec aliq̄d eis in his p̄pter quas lachrymātur cauſas.p̄beamus auxiliū?Neq; enim fletuū noſtroq; deus infructuoſum humorem quærit.ſed qa lachrymæ doloris indiciū ſunt.uult te ita alterius anguſtias ſentire ut tuas.& quomodo tibi in tali tribulatione ſi eſſes ſubueniri cuperes:ita alteri ipſe ſubuenias p̄pter illud.Quæcūq; uultis ut faciant uobis homines bona:ita & uos facite illis.Nam cū flente flere.& nihil cum poſſis flenti conferre:ſubſanationis.non pietatis indicium eſt.Deniq; ſaluator noſter cum maria & martha lazari ſororibus fleuit.& īmenſæ miſericordiæ affectū lachrymaq; contriſtatione monſtrauit & ueræ pietatis īdicia.mox opera ſubſecuta ſunt.cū ſuſcitatus lazarus:cuius cauſa lachrymæ funduntur:ſororibus uiuus reddiť. Et hoc fuit pie flere cum flentibus:occaſiones fletus auferre.Sed quaſi potēs inqes fecit.ſed nec tibi aliquid īpoſſibile imperatur.Impleuit oīa qui quod potuit fecit.Sed ut dicere cœperamus.non ſufficit chriſtiano a malo ſe abſtinere:niſi etiam bonoq; operum officia perfecerit.Quod illo uel maxime teſtimonio cōprobať.quo cōminatur dominus æterni ignis reos fore.qui q̄uis nihil mali geſſerint:nō fecerint omne quod bonū eſt dicens.

Tunc dicet rex his qui ad ſiniſtrã ſunt. Diſcedite a me maledicti in ignem æternũ: quẽ ꝑparauit pater meus diabolo & angelis eius. Eſuriui enim & non dediſtis mihi manducare &c. Non dicet diſcedite a me maledicti qa homicidiũ. quia adulterium. aut qa furtum feciſtis. non qa malum fecerũt. ſed qa bona non fecerunt condẽnanꝫ. & æternæ gehẽnæ incendiis adiiciunꝫ. non quia quæ ꝓhibita erant admiſiſſent: ſed qa quæ ꝑcepta erant noluerunt implere. Vnde aduertendum eſt quam ſpem habere poſſunt. q adhuc aliquid eoꝝ faciunt quæ ꝓhibenꝫ: cum etiam illi æterni ignis rei ſunt q non fecerunt quæ iubentur. Nolo enim in hoc tibi blandiaris ſi aliqua nõ feceris cum ſcriptum eſt. Qui uniuerſam legem ſeruauerit: offenderit aũt in uno: factus eſt oĩum reus. Adã. n. ſemel peccauit & mortuus é. & tu te uiuere poſſe exiſtimas illud ſæpe cõmittés: quod alium cũ ſemel perpetraſſet occidit. An grande illum cõmiſiſſe crimẽ putes unde merito dãnatus eſt acriori? Videamus ergo quod fecerit contra mãdatum: de fructu arboris edit. Quid ergo ꝓpter arboris fructum deus hoĩem mulctauit? Non ꝓpter arboris fructũ deus hoĩem morte mulctauit: ſed ꝓpter mãdati cõtemptũ. Ergo non agitur de qualitate peccati: ſed de tranſgreſſione mandati. Qui dixit adæ ut de fructu arboris non ederet. ipſe tibi ꝑcepit. ut non maledicas. non mentiaris. non detrahas. nec detrahentes auſcultes. ut non oĩno iures. non concupiſcas. non inuideas. non ſis tepidus. non ſis auarus. ut nullũ malum pro malo reddas. ut amicos tuos diligas. ut pro maledicentibus & perſecutoribus ores. ut percutienti maxillam alterã ꝓbeas. ut in iudicio ſæculari non litiges: ut ſiquis tua uoluerit auferre gratanter remittas. ut nec iracundiæ. nec zeli. nec liuoris malum intra pectus amittas. ut crimen auaritiæ fugias. ut omnis iactantiæ ac ſuperbiæ malum caueas. & humilis & mitis xp̃i exemplo uiuas: maloꝝ conſortia in tantũ deuitans. ut cum fornicatoribus atq; auaris. aut maledicentibus. aut inuidis. aut detractatoribus. aut ebriоſis. aut rapacibus cibũ non capias. Quem ſi in aliquo contempſeris: ſi pepercit adæ: parcet & tibi. Immo illi magis parcẽdum fuerat. qa nouellus erat adhuc. & nullius ante peccantis: & ꝓpter peccatum ſuũ morientis retrahatur exemplo. Tibi uero poſt tanta documẽta: poſt legem. poſt ꝓphetas. poſt euãgelia: poſt apoſtolos ſi delinqre uolueris. quomodo indulgeri poſſit ignoro. An tibi de uirginitatis ꝓrogatiua plaudebis? Memento adam & euã uirgines deliquiſſe: nec integritatẽ corporis ꝓfuiſſe peccantibus. Virgo quæ peccat. euæ non mariæ comparanda é. Non negamus in ꝑſenti tempore remediũ pœnitentiæ: ſed hortamur magis ꝑmiũ ſperare debere q̃ ueniã. Turpe eſt enim illis dilecti indulgentiam poſtulare. quæ palmã uirginitatis expectant: & illicitũ aliquid incurrere. quæ ſe etiam licitis caſtrauerunt. Licitũ qppe eſt matrimonii conſortium inire. & ut laudandæ ſũt. quæ ꝓpter xp̃i amorem. & cæleſtis regni gloriam copulam contempſerunt nuptiaꝝ: ita dãnandæ non ſũt. quæ ꝓpter incõtinentiæ uoluptatem. nondũ deo iunctæ remedio apoſtolico abutuntur. Ergo ut diximus. quæ connubia licita ut illicita ſpernunt. eiuſmodi aũt ſi iurent. ſi maledicant. ſi detrahant. ſi cupiunt aliena. ſi detrahentes patiunꝫ audire. ſi malum pro malo reddant. ſi auaritiæ in ꝓpriis incurrant crimẽ. ſi zeli. ſi liuoris uenena poſſideant. ſi contra legalia. & apoſtolica inſtituta: indecens aliqd aut loquantur aut cogitent: ſi in carne placendi ſtudio comptæ & ornatæ ꝓcedant & alia quæcũq; ut ſolet. illicite faciant. Quid ꝓderit eis ſpreuiſſe qd licuit. & exercere qd nõ licet? Si uis ꝓdeſſe tibi q̃ licita cõtẽpſiſti: uide ne qd eoꝝ q nõ licent facias. Stultũ eſt enĩ timuiſſe quod minus eſt. & nõ timere qd maius é: aut ab iis non uitari quæ ꝓhibenꝫ: q̃ ſubterfugerint. quæ concedunꝫ. Dicit apoſtolus Innupta cogitat quæ dei ſunt. quomodo placeat deo: ut ſit ſancta corpore & ſpiritu. Quæ dei ſunt inqt cogitat. non quæ ſæculi: non quæ hoĩum: ſed quæ dei ſunt cogitat. Quæ ſunt ergo domini? Dicat apoſtolus. Quæcũq; enim ſancta. quæcũq; amabilia. quæcũq; bonæ fame. ſi qua uirtus. ſi qua laus diſciplinæ: iſta ſunt domini. Quæ ſanctæ ueræ apoſtolicæ uirgines die noctuq; meditantur & cogitant. Domini eſt etiam regnum cælorum. domini eſt reſurrectio mortuorum. domini ẽ ĩmortalitas. incorruptio. domini eſt ſplendor ſolis: q ſanctis ꝓmittitur: domini ſunt plures ſanctoꝝ in cæleſtibus manſiones. domini eſt fructus triceſimus. & ſexageſimus. & centeſimus. Hæc cogitant. & quibus poſſint operibus ꝓmereri: quæ domini ſunt cogitant. Domini eſt etiam lex noui & ueteris teſtamenti: in qbus oris eius eloquia ſancta refulgent. Quæ ſi quæ uirgines ſine intermiſſione meditanꝫ quæ domini ſunt cogitant. ut impleaꝫ in eis ꝓpheticũ illud. fundamenta æterna ſupra petrã ſolidata: & mandata domini in corde mulieris ſanctæ. Sequitur Quomodo placeat deo. Deo inq̃ non hoĩbus. ut ſit ſancta corpore & ſpiritu. non dixit ut ſit ſancta mẽbro: aut corpore tantum: ſed ut ſit ſancta corpore & ſpiritu. Membrum enim una corporis pars eſt: corpus uero oĩum compago eſt mẽbrorũ. Cum ergo dixit. ut ſit ſancta corpore. omnibus mẽbris eam ſanctificari debere teſtaꝫ: qa non ꝓderit ſanctificatio cæteroꝝ mẽbroꝝ. ſi ĩueniaꝫ in uno corruptio. Etiã non erit ſancta corpe qd ex oĩbus cõſtat mẽbris: q̃ uel unus fuerit coinqnatione polluta. Sed ut qd dico. manifeſtius & lucidius fiat. quæcũq; ſit oĩum mẽbroꝝ purgata ſanctificatione: & lingua tantũmodo peccet: ut teſtimoniũ falſum dicat. Nunqd liberabũt oĩa mẽbra unũ? An ꝓpter unũ iudicabũtur & cætera? Ergo ſi ſine alioꝝ mẽbroꝝ ſanctificatõe pudicitia nihil ꝓderit. cum in uno ſit uitium. q̃to magis ſi diuerſoꝝ flagitio peccatoꝝ omnia corrumpanꝫ. unius nihil ꝓderit integritas? Vnde & q̃ſo te uirgo. ne ſola tibi blandiaris. neq; in unius membri integritate confidas. ſed ſecũdum apoſtolum. totius conſerua corporis caſtitatem. Munda ab omnibus inqnamentis caput quia crimẽ eſt. illud poſt chriſmatis ſanctificationẽ. aut croci. aut alterius cuiuſlibet pigmẽti fuco. uel puluere ſordidari. aut auro. aut gemmis: uel cuiuſcunq; terrenæ creaturæ ſpecie cum quo cæleſtis ornatus ſplendor effulgeat. Grandis quippe eſt diuinitati contumelia: mundani & ſæcularis ornamenti prælatio. Munda frontem. & humana non diuina opera erubeſcat. & illam confuſionem recipiat. quæ non peccatum. ſed gratiam dei parit: ſcriptura diuina dicente. Eſt confuſio adducens peccatum: & eſt confuſio adducens dei gratiam. Munda collum. ut non aurea reticula capillus portet. & ſuſpenſa monilia: ſed potius illa ornamenta circunſerat. de quibus ſcriptura dicit. Miſe-

ricordia & ueritas nō deficiant a te.Suſpende aūt illas in corde uelut in collo tuo.Munda oculos dū eos ab omni concupiſcentia retrahas.& ab ītuitu pauperum nunq̄ auertas:& ab omnibus fucis liberos ad ea quæ dei ſunt facta cuſtodias.Mūda līguā a mendacio:quia os quod mentit occidit aīam.Mūda eam a detractione:iuramento & piurio.Nolo præpoſteꝝ ordinem putes q̄ prius a iuramento q̄ a piurio līguam dixi debere mundari,qa tunc piuriū facilius fugies ſi in toto non iures:ut impleatur illa ſententia. Cohibe linguam tuam a malo:& labia tua ne loquant dolū.Et memor eſto dicente apoſtolo,benedicite & nolite maledicere. Sed & illius crebrius recordare.Videte ne qs alicui malū pro malo reddat,neq; maledictū p maledicto,ſed econtrario benedicentes,qa in hoc uocati eſtis:ut benedictōem hæreditate poſſideatis.Et illud.Siquis autē in uerbo nō offendit fratrē:hic pfectus eſt.Nefas eſt enim ut labia illa qbus dominū confiteris rogas, benedicis,& laudas:alicuius polluant ſorde peccati.Neſcio qua conſcīa ea lingua qs dominū rogat:qua aut mentitur,aut maledicit,aut detrahit.Labia ſancta exaudit dominus,& ipſis annuit cito p̄cibus:quas lingua īmaculata p̄nūciat.Mūda aures,ut non niſi ſermonib9 ſanctis & ueris auditum p̄beant,ut nunq̄ obſcœna aut turpia ſæcularia q; uerba ſuſcipiāt,aut aliquē de altero audiant derogantē;p̄pter illud quod ſcriptū eſt. Sepi aures tuas ſpinis,& noli audire līguā nequā libenter,ut cum eo habere parte poſſis,de quo dicitur,quoniā auditu & uiſu iuſtus erat,hoc eſt nec aure nec oculis delinquebat.Munda manus,ne porrectæ ad accipiēdū ſint,ad dandū aūt collectæ:nec ad feriēdum paratæ,ſed ad omnia miſericordiæ & pietatis opera ſatis promptæ.Mūda pedes,ne latā & ſpatioſam uiam p̄gant,quæ ducit ad ſplendida ſæculi & præcioſa cōuiuia:ſed ad arduū magis anguſtum gradiant iter quod tēdit ad cælū:qa ſcriptū eſt,Iter rectū facite pedibus uris.Agnoſce tibi a deo artifice non ad uitia ſed ad uirtutes mēbra formata,& cū uniuerſos artus mūdaueris ab omni ſorde,& toto fueris mūdificata corpore:tūc tibi caſtitatem ītelligas p̄futuram,& cū omni fiducia palmam uirginitatis expectes.Quid ſit ſanctam eſſe corpe:breuiter qdem ſed plane expoſuiſſe me arbitror. Nūc qđ ſeqtur,& ſpiritu noſſe debemus,hoc eſt ut quod ope nefas eſt fieri:nec cogitatōe percipere . Illa enim eſt tā ſancta corpe q̄ ſpiritu:quæ nec mente nec corpe delinquit,ſciens etiam cordis ſpeculatorē eſſe deū. Et iccirco ſatis agit ut oīno etiam aīam cum corpore mundā habeat a peccato:ſciens ſcriptum eſſe:Omni cuſtodia ſerua cor tuū.Et ite;Diligit dominus ſancta corda:accepti ſunt ei imaculati.Et alibi. Beati mūdo corde: quoniā ipſi deū uidebunt.Quod de illis dici arbitror:quos conſcīa nulla redarguit culpa peccati,de quibus & ioanne in epiſtola dixiſſe reor.Si cor noſtrū non reprehendit nos,fiduciam habemus ad deum. & quæcūq; petierimus:accipiemus ab eo.Nolo exiſtimes te peccati crimē fugiſſe:ſi uoluntatem non ſequat effectus cū ſcriptum ſit:Quicūq; uiderit mulierem ad cōcupiſcendū:iam mœcchatus eſt eam in corde ſuo. Nec dicas . Cogitaui quod & nō feci,qa etiam cōcupiſcere nefas eſt:quod fieri crimē eſt. Vnde & beatus petrus præcipit dicens:Animas ueſtras caſtificate.Qui ſi nullam animæ conſtupratōem noſſet,nec caſtificari ipſam deſideraſſet:ſed illum locū quo continetur,hi ſunt q cum mulieribus ſe non coinq̄nauerunt.uirgines enim permanſerunt.Hi ſequunt agnū quocūq; ierit.Attentius conſiderare debemus & aīaduertere,ſi ſolius integritatis & pudicitiæ merito iſti diuino comitatui copulent,& p̄ omnia cælo; tabernacula diſcurrūt:an & alia ſint qbus adiuncta uirginitas tantæ beatitudinis gloriam cōſequatur.Sed unde hoc ſcire poterimus? Ex cō ſequētibus niſi fallor:in qbus ſcriptum eſt.Hi empti ſunt ex omnibus primitiæ deo & agno,& in ore ipſo; non eſt inuentū mendaciū:Sine macula enim ſunt. Vides q̄ nō in uno uirgines tātū mēbrorum dominicis referantur inhærere ueſtigiis,ſed illi qui p̄pter uirginitatem ab omni contagione peccati immaculatam gerunt uitam.Iccirco uel maxime uirgo nuptias ſpernit,ut dum ſecurior eſt facilius,quod etiam a nubētibus quæritur,ab omni ſe delicto cuſtodiat:& uniuerſa legis mandata perficiat.Nam ſi nō nubat & ea nihilominus faciat:a quibus & nuptæ eſſe iubentur immunes,non nupſiſſe quid proderit? Quanq̄ enim nulli chriſtianorum peccare liceat,& omnes quicunq; ſpiritalis lauacri ſanctificatione purgantur,īmaculatam decurrere cōueniat uitam ut eccleſiæ,quæ ſine macula,ſine ruga,ſine aliquo eiuſmodi eſſe deſcribitur poſſint uiſceribus intimari:Multo magis tamen hoc uirginem implere neceſſe eſt,cui nec mariti,nec filiorum,nec alterius neceſſitatis cauſa prohibet:quo minus diuinam ſcripturam perficiat:nec ſi peccet: aliqua poterit excuſatione defendi.O uirgo ſerua propoſitum tibi magno præmio deſtinatum.Præclara eſt apud deum uirginitas & pudicitiæ uirtus:ſi non aliis peccato; & malo; lapſibus infirmet. Agnoſce ſtatū tuū:agnoſce locum agnoſce p̄poſitum.Xp̄i ſponſa diceris:uide neqd indignū ei cui deſponſata eſſe uideris admittas . Cito ſcribit repudium:ſi in te uel unū uideat adulteriū.Quæcūq; humano; ſponſalio; pigneribus ſubarratur. ſtatim a domeſticis a familiaribus,ab amicis:a ſeruulis ſpōſi:ſollicite & diligenter req̄rit quales iuuenis habeat mores.Interrogat quid potiſſimū diligat,qd accipiat libenter,quo uſu uiuat,qua ſe conſuetudīe regat, qbus utatur dapibus:in quibus maxime rebus delectet & gaudeat.Quæ cum didicerit,ita ſe in omnibus tēperat:ut ſpōſi moribus ſuū obſequiū ſua dilectio,ſua iocūditas,ſua uita:ſua diligētia cōcordet . Et tu quoq; xp̄m ſponſum habēs:a domeſticis ac familiaribus eius ſponſi tui mores īterroga.& ſtrenue ac ſollerter inquire,in qbus p̄cipue delectet,qualem in te cōpoſitōem ueſtium diligat:cuiuſmodi concupiſcat ornatū. Dicat tibi eius familiariſſimus petrus,qui nec nuptis qdem corporalem ſed ſpiritalem,p̄mittit ornatū:ſicut in epiſtola ſua ſcripſit,Mulieres ſimiliter ſubiectæ ſint uiris ſuis,ut ſiqui non credunt uerbo,per mulierum conuerſationem ſine uerbo lucrificentur,conſiderantes in timore caſtam conuerſationem ueſtram,quarum ſit non extrinſecus capillatura aut circūdatio auri,aut indumenti ueſtimentorūq; cultus:ſed abſconſus cordis homo in incorruptibilitate quieti & modeſti ſpiritus,qui eſt in conſpectu dei locuplex . Dicat & alius apoſtolus beatus Paulus:qui ad Timothæum ſcribens epiſtolam:eādem fideliter fœmina; diſciplinam teſtat. Mulieres ſimiliter in habitu ornato,cum uerecundia & ſobrietate ornātes ſe,nō intortis crinibus auro, aut

in margaritis.aut ueſte p̄cioſa:quod decet mulieres ꝓmittētes caſtitatem p bonam cōuerſationem.Sed for-
ſitan dicas. Cur hæc apoſtoli uirginibus non iuſſerunt? Quia non neceſſarium iudicabant:ne talis uirgini-
bus cōmonitio potius iniuria q̄ emendatio uideretur.Sed nec eas nunq̄ tantæ temeritatis fore crediderūt:
ut nec nuptis qdem conceſſa carnalia ornamenta & terrena præſumerent. Re uera ornare ſe & componere
uirgo debet.Nam quomodo ſponſo ſuo placere poterit,niſi cōpoſita & ornata ꝓceſſerit? Ornet plane ſed i-
terioribus ornamētis,ſpiritaliter non corpaliter componat:qa dominus nō corporis. ſed animæ decorē in
illa deſiderat.Ergo & tu quæcūq; aiam tuam dilidi & habitari a xp̄o cōcupiſcis.omni eam diligentia cōpo-
ne:& ſpiritalibus ornamentis exorna.Nihil in ea fœdum appareat.Reſplendeat auro iuſticiæ & gēmis reful
geat ſanctitatis.& præcioſiſſima margarita pudicitiæ coruſcet:& pietatis tunica ueſtiatur.Pro byſſo & ſeri-
co caſtitatis & miſericordiæ tunica ueſtiatur.& iduatur ſecūdū q̄ ſcriptū eſt:iduite uos ſicut electi dei .ſan-
cti.& dilecti.uiſcera miſericordiæ bonitatē & cætera.non decorem alterius pigmēti:quæret:ſed inocentiæ
ſimplicitatiſq; cādorem habeat.Roſeū uerecundiæ colorem.& pudorē ruboris poſſideat.cæleſtis abluatur
ītro doctrinæ:& lauamentis ſpiritalibus emūdetur.Nulla in ea malitiæ:nulla doli macula reliquatur: & ne
quando male redoleat odore peccati:unguento ſuauiſſimo ſapientiæ & ſciæ perfruat. Huiuſmodi deus q̄-
rit ornamētum:& aiam taliter compoſitam concupiſcit.Memēto te eſſe filiam ſecūdum illud. Audi filia &
uide.Sed & tuipſa quotienſcunq; deum p̄rem nominas:te dei filiam eſſe teſtaris.Ergo ſi filia dei es . uide ne
qd eoꝝ facias.quæ deo patri icongrua ſint:ſed age omnia quaſi filia dei.Cognoſce quomodo huius ſæculi
nobilium filiæ ſe gerant:qbus aſſueſcant moribus:qbus ſe diſciplinis inſtituant.Tanta in qbuſdam eſt ue-
recundia.tanta gratuitas.tanta modeſtia.ut cæteroꝝ hoīum ritum ītuitu humanæ īgenuitatis excedant.&
ne quā honeſtis parentibus ſuis p lapſum ſuū ihonoratōis faciant notam:alterā ſibi quodāmodo iter homi
nes cōſuetudinis fecere naturam. Et ī originem tuā reſpice:genus ītuere:gloriam nobilitatis aduerte:ac nō
homīs tātum eſſe:ſed dei filiam:& diuinæ natiuitatis nobilitate decoratam.Ita te exhibe:ut cæleſtis natiui-
tas appareat.& ut diuīa īgenuitas clareſcat.Sit uitæ nouæ grauitas.honeſtas.admirabilis & ſtupenda uerecū
dia.mira patientia.uirgīalis iceſſus.& ueræ pudicitiæ habitus:ſermo præmeditatus:& ſuo tempore præſe-
rendus.ut q te uidet:admiretur & dicat. Quæ eſt hæc noua iter homīes grauitas? Quæ pudoris uerecūdia?
Quæ honeſtatis modeſtia? Quæ maturitas? Non eſt iſta humana iſtitutio:nec diſciplina mortalis . Cæleſte
hic aliqd ī corpore humano reſulget.Puto q̄ habitet ī qbuſdam homībus deus.& cum te filiam xp̄i cogno
uerit:maiore ſtupore terrebitur:& cogitabit qualis iſte dominus ſit:cuius talis ancilla eſt.Si uis ergo partē
habere in chriſto:chriſti tibi exemplo uiuēdum eſt:q ab omni malitia & neqtia ita fuit extraneus:ut ne ini-
micis qdem uicē redderet.p̄rem rogabat pro eis.Nolo enim ut eas alias xp̄ianas exiſtimes eſſe:quæ aut fra-
tres aut ſorores non dico oderūt:ſed etiam ꝓximos toto corde conſciæ coram dei teſtimonio:non diligūt
cum xp̄iana xp̄i ſimilitudīe inimicos etiam amare neceſſe habeat.Si ſanctoꝝ cupis habere cōſortium: a ma
litiæ & nequitiæ cogitatu pectus mūda.Nemo te circūueniat,nemo fallaci ſermone ſeducat. Non niſi ſan-
ctos & iuſtos:& ſimplices:& inocentes:& puros cæleſtis aula ſuſcipiet.Nullā apud deum habet locum mali-
tia.Ab omni neqtia & dolo mundū neceſſe eſt:q cupit regnare cum xp̄o.Nihil tam contrarium : nihil tam
execrabile deo:q̄ aliquē odiſſe uel lædere uelle.Nihil tam ꝓbabile:q̄ omnes amare.Quod ꝓpheta ꝓſpiciens
teſtat dicens.Qui diligitis deū:odite malum.Vide ne aliquā humanam gloriā diligas.ne & tua iter eos por
tio computet.qbus dictū eſt.quomodo uos poteſtis credere gloriam abinuicē quærentes. Et de qbus pro-
pheta dicit.Auge eis mala:auge mala glorioſis terræ:ut cōfundamini a gloriatiōe ueſtra:& obprobrium fia-
tis in conſpectu dei.Nolo enim illas reſpicias:quæ ſæculi nō domini ſunt uirgines.quæ ꝓpoſiti ſui & cōfeſ-
ſionis īmemores gaudent in delitiis.in opibus delectant.& corporeæ nobilitatis origine gloriant. quæ ſi ꝓ
fecto dei filias ſe eſſe crederent:nunq̄ præter diuinos natales in patre quolibet admirarent honorato.Si pa-
trem deū ſe habere ſentirent:nobilitatem carnis nō amarent.Quid tibi in generis nobilitate bladiris & cō-
places? Duos homīes ab exordio fecit deus:ex qbus totius humani generis ſilua deſcendit.Mūda nam nobi
litatem nō naturæ æquitas præſtat.ſed cupiditatis ambitio.ut nulla inter eos diſcretio eſſe poſſit,quos nati
uitas ſecūda generauit,per quā tam diues q̄ pauper.tam ſeruus q̄ liber.tam nobilis q̄ ignobilis dei efficitur
filius.& terrena nobilitas ſplendore gloriæ cæleſtis adumbratur & nuſq̄ omnino iam comparet.dum quæ
retro in ſæcularibus honoribus impares fuerant:cæleſtis & diuinæ gloriæ nobilitate ueſtiuntur æqualiter.
Nullus ibi iam ignobilitatis locus.nec degener quiſq̄ eſt:quem diuinæ natuuitatis ornat nobilitas,niſi apud
illos qui non putant humanis cæleſtia præponenda.aut ſi putant:quantum eſt ſeſe ut illis in minoribus p̄-
ferant:quos ſibi in maioribus pares eſſe ſentiūt:& q̄ſi infra ſe poſitos in terra exiſtimēt:quos ſibi in cæleſti-
bus æquales crediderit. Tu aūt quæcūq; xp̄i nō ſæculi uirgo es:oēm p̄ſentis uitæ gloriā fuge.ut omne qd ī
futuro ꝓmittit.cōſequaris.Cōtētionū uerba & aīoſitatis cās euita.Diſcordiaꝝ quoq; & litiū occaſiōes ſub-
terfuge.Nam ſi iuxta apoſtoli doctrinā.ſeruū dei litigare nō decet.quāto magis ancillā? Cuius quo uerecun
dior eſt ſexus:aīus debet eſſe modeſtior.Linguā a maliloqo cohibe.& ori tuo legis frenos impone. ut tunc
ſi forte loquaris:quando tacere peccatum ſit.Caue ne quid quod in reꝓhenſionem ueniat:dicas.Lapis emiſ
ſus eſt:ſermo prolatus.Quapropter diu anteq̄ proferatur:cogitandus eſt.Beatæ quippe ſunt: quæ nunq̄ qd
reuocare uelint emittunt.Pudicæ mentis debet etiam ſermo eſſe pudicus:qui ædificet ſemper magis: q̄ ali-
quando deſtruat audientem . ſecundum hoc q̄ apoſtolus præcipit dicens . Omnis ſermo malus de ore ue-
ſtro non procedat.ſed ſiquis bonus eſt ad ædificationem fidei.ut det gratiam audientibus.Præcioſa deo li-
gua eſt:quæ non niſi in diuinis rebus nouit uerba conſtruere . & ſanctum eſt os: unde cæleſtia ſemper elo-
quia proferūtur.Abſentium obtrectatores.quaſi malignos ſcripturæ auctoritate deterre:qa hoc iter pfecti

uirtutes hoīs ꝓpheta cōmemorat.si ante conſpectum iuſti malignus ad nihil deducaꝫ.quí contra ꝓximum non ꝓbanda ꝓtulerit.Non licet tibi alterius uituperatōem patienter audire:q̄ nec ab aliis optas recipi tuā. Iniuſtum q̄ppe eſt q̄quíd contra xp̄ī euangelium uenit.Si alteri quod tibi ab alio fieri moleſtū eſt: patiaris iferri.Linguā ſemper tuā de bonis eloquiis aſſueſce.& auditum tuū magis ad bonoꝝ laudem:q̄ ad malorū uituperatōem accōmoda.Vide q̄ omnia quæcūq; benefacis.ꝓpter deum facias:ſciens eius rei tantū te a domino receptura eſſe mercedem:quam eius timoris & amoris cauſa ꝓfeceris.Sāctā magis eſſe q̄ uideri ſtude. quia nihil ꝓdeſt æſtimari.quod non ſit.& duplicis peccati reatus eſt.non habere q̄ crediť: & quod non habeas ſimulare.In ieiuniis magis q̄ in epulis delectare.illius uiduæ memor.quæ non diſcedebat de tẽplo.deo ſeruiens ieiuniis & oīonibus die ac nocte.ac ſi uidua q̄dem iudæa talis erat:qualem nūc uirginem decet eē xp̄i.Diuinæ magis lectionis conuiuiū dilige:ſpiritalibus te ſatiari dapibus cōcupiſce. Illos potius require cibos:q̄bus anima magis q̄ corpus reficiatur.Carnis & uini ſpecies quaſi caloris fométa.& libidinis incitamẽta fuge.Et tunc ſi forte uino uteris exiguo:cum ſtomachi dolore nimio corporis compellit ifirmitas:iracūdiam uince:aīoſitatem cohibe.Quicquid illud eſt.quod poſt factam pnīam ruborem ingerit ꝓximo:ut crimínis abominatōem deuita.Satis tranqllam.ſatis q̄tam eſſe conuenit mentem.& ab omní ꝑturbatione furoris alienam:quæ dei habitaculū eſſe deſiderat:q̄ per ꝓphetam teſtatur dicens:Super quem alium req̄eſcá. niſi ſuper humilem & q̄tem.& tremẽtem ſermones meos?Oium opeꝝ ſpeculatorem deum crede : & caue neq̄d quod diuinis oculis indignum ſit:aut opereris aut cogites.Cum oīonem celebrare deſideras.talem te exhibe:quaſi quæ ſis cum deo locutura.Quando pſalmū dicis.cuius uerba loqueris agnoſce:& in conpunctione magis cordis q̄ in tinnulæ uocis dulcedie delectare.Lachrymas enim pſallentis deus magis q̄ uoces gr̄arum approbat.ſicut ꝓpheta dicit.Seruite domino in timore:& exultate ei cū tremore. Vbi timor & tremor eſt.ibi non uocis elatio:ſed aius flebilis eſt:& lachrymoſa delectatio. Omnibus actibus tuis diligentiá adhibe.q̄ ſcriptum eſt.Maledictus homo q̄ facit opus dei negligenter . Creſcat tibi cum annis gr̄a. creſcat cum ætate iuſticia.& fides eo perfectior uideatur eſſe quo ſenior:q̄ dominus noſter ieſus chriſtus: q̄ nobis exemplum uiuẽdi reliquit.ꝓficiebat.non ætate tantū corporea:ſed ſapía & gratia ſpiritali coram deo & hominibus.Omne tempus in quo te non meliorem ſenſeris:hoc æſtima perdidiſſe.Cœptū uirginitatis ꝓpoſitum ad finem uſq; conſerua:q̄ non inchoaſſe tantum.ſed perfeciſſe uirtus eſt.Sicut in euangelio dominus ait.Qui aūt perſeuerauerit uſq; in finem hic ſaluus erit.caue ergo.ne cui concupiſcendi occaſioné tribuas: q̄ ſponſus tuus zelans eſt.Criminoſior eſt adultera xp̄ī q̄ mariti.Eſto ergo forma oībus uiuendi.eſto exemplum:præcede & in actu quos in ſanctitatis ſanctificatione præcurris.Virginem te in omnibus exhibe.Nihil corruptionis obiiciatur capiti tuo:cuius corpus integrū eſt ut tua ſit inuiolabilis cōuerſatio . Et quoniá ſicut in exordio epiſtolæ præfati ſumus te dei ſacrificiū factam quod utiq; ſanctificationem ſuam etiá aliis impartitur:& quiſquis ex eo digne ſumpſerit ſanctificationes & ipſe ſit particeps.Ita ergo per te quaſi per diuinam hoſtiam ſanctificentur & cæteræ.cum quibus te ita in omnibus exhibeas:ut quiſquis uitam tuā aut uiſu aut auditu contigerit ſanctificationis uim ſentiat:& tantum ſibi itelligat gr̄æ ex tua conuerſatione trāſfundi:ut dum te imitari concupiſcit.dei ſacrificio & ipſe ſit dignus.

Epiſtola beati Hieronymi ad euſtochium filiam ſanctæ paulæ de uirginitate ſeruanda.

Vdi filia & uide & inclina aurem tuam.& obliuiſcere populum tuum & domū patris tuí: & concupiſcet rex decorem tuū.In quadrageſimoquarto pſalmo deus ad aíam loquitur humanam.ut ſecūdum exemplum abrahæ exiens de terra ſua & de cognatione ſua relinquat chaldæos.qui quaſi dæmonia interp̄tantur.& habitet in regione uiuentium: quā alibi propheta ſuſpirat dicens.Credo uidere bona domini in terra uiuentium . Veꝝ nō ſufficit tibi exire de patria tua.niſi obliuiſcaris populi & domus patris tui:ut carne contẽpta ſponſi iungaris amplexibus.Ne reſpexeris inquit retro.nec ſteteris in omni circa regione.ſed in monte ſaluū te facine forte cō prehendaris.Non expedit apprehenſo aratro reſpicere poſt tergum.nec de agro reuerti domū:nec poſt chriſti tunicam ad tollendum aliud ueſtimentum tecta deſcendere .Grande miraculum. Pater filiam cohortatur : ne meminerit patris ſui. Vos de patre diabolo eſtis:& deſideria patris ueſtri uultis facere. Et alibi dicitur ad iudæos . Qui facit peccatum:de diabolo eſt. Tali primum parente generati nigri ſumus. & poſt pœnitentiam:necdum culmine uirtutis aſcenſo dicimus . Nigra ſum & ſpecioſa filiæ hieruſalem . Exiui de domo infantiæ meæ . oblita ſum patris mei . renaſcor in chriſto . Quid pro hoc mercedis accipio ? Sequitur. Et concupiſcet rex decorem tuum.Hoc ergo illud magnum eſt ſacramẽtum.Propter hoc homo relinquet patrem & matrem ſuam.& adhærebit uxori ſuæ.& erunt ambo in carne una.iam non ut ibi in una carne: ſed in uno ſpiritu.Non eſt ſponſus tuus arrogans:non ſuperbus.Aethiopiſſam duxit uxorem ſtatim ut uolueris ſapientiam ueri audire ſalomonis.& ad eum ueneris.cōfitebitur tibi cuncta quæ nouit . & inducet te rex in cubiculum ſuum:& mirum in modum colore mutato . ſermo tibi ille conueniet . Quæ eſt iſta quæ aſcendit dealbata ? Hoc iccirco mi domina Euſtochium ſcribo(dominā quippe uocare debeo ſponſam domini mei)ut ex ipſo principio lectionis agnoſceres.non me nunc laudem uirginitatis eſſe dictuꝝ.quam ꝓbaſti optimā.& conſecuta es.nec enumeratuꝝ moleſtias nuptiaꝝ.quomodo intumeſcat uterus . uagiat infans.cruciet pellex.domus cura ſolliciter.& oīa quæ putantur bona:mors extrema præcidat(habent enī & maritatæ ordiné ſuū.honorabiles nuptias:& cubile imaculatum)ſed ut intelligeres tibi exeūti de ſodoma: timẽdū eſſe Loth uxoris exemplū.Nulla eſt enim in hoc libello adulatio(Adulator q̄ppe blandus inimicus eſt).Nulla erit rhetorici pompa ſermonis.quæ te etiam iter angelos ſtatuat.& beatitudine uirginitatis expoſita.mundum ſubiiciat pedibus tuis.Nolo tibi uenire ſuperbiā de ꝓpoſito:ſed timoré.Onuſta incedis auro:

latro uitādus eſt.Stadiū eſt hæc uita mortālibus.Hic cōtēdimus:ut alibi coronemur.Nemo iter ſerpētes & ſcorpiōes ſecurus īgredīt.Et inebriatus eſt inqt dominus.gladius meus ī cælo.& tu pacē arbitraris in terra. quæ generat tribulos.& ſpinas.quam ſerpens comedit?Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnē & ſanguinem.ſed aduerſus principatus & poteſtates huius mūdi:& hax tenebrax aduerſus ſpiritalia nequitiæ in cæleſtibus.Magnis inimicox circūdamur agminibus:hoſtium plena ſunt omnia.Caro fragilis & cinis futura poſt modicū:pugnat ſola cum pluribus.Cū aūt fuerit diſſoluta.& uenerit princeps mūdi huius. & īuenerit in ea peccati nihil: tunc ſecura audies ꝓpphetam.Non timebis a timore nocturno.a ſagitta uolante ꝑ diem a negocio perambulante in tenebris:ab īcurſu & dæmonio meridiano.Cadent a latere tuo mille. & decem milia a dextris tuis:ad te aūt non appropīquabunt.Quod ſi eox te multitudo turbauerit. & ad ſingula īcitamenta uitiox cœperis æſtuare.& dixetit tibi cogitatio tua qd faciam.Reſpondit tibi heliſæus.Noli timere qa plures nobiſcū ſunt.q̄ cum illis:& orabit & dicet.Domīe aperi oculos puellæ tuæ.ut uideat. Et apertis oculis uidebis igneū currum:q te ad exemplū heliæ in aſtra ſuſtollat:& tūc læta tantabis: Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo uenantiū.Laqueus cōtritus eſt:& nos liberati ſumus. Quandiu hoc fragili corpore detinemur:quādiu habemus theſaurx iſtum in uaſis fictilibus.& concupiſcit ſpūs aduerſus carnē: & caro aduerſus ſpūm nulla eſt certa uictoria.Aduerſarius noſter diabolus tanquā leo rugiens aliqd deuorare quærens circuit.Poſuiſti ait dauid tenebras:& facta eſt nox.In ipſa ꝑtranſibunt omnes beſtiæ ſiluæ.Catuli leonum rugientes:ut rapiant & quærant a deo eſcam ſibi.Nō quærit diabolus homīes infideles.nō eos q foris ſunt:& quox carnes coxit rex aſſyrius in olla.De eccleſia xpi rapere ſeſtiat:eſcæ eius ſecūdum abacuc electæ ſunt.Iob ſubuertere cupit:& deuorato iuda:ad cribrandos apoſtolos expetit poteſtatem.Nō uenit ſaluator pacē mittere ſup terram:ſed gladium.Cecidit lucifer:q mane oriebaſ:& ille q in paradiſo deliciarum nutritus eſt:meruit audire.Si exaltatus fueris ut aquila:inde detrahā te.dicit domīus. Dixerat enim in corde ſuo.Super ſydera cæli ponam ſedem meā:& ero ſimilis altiſſimo.Vnde quotidie ad eos q per ſchalam iacob ſōniante deſcendūt:loquitur deus.Ego dixi dii eſtis:& filii altiſſimi omnes. Vos aūt ſicut homīnes moriemini:& tanq̄ unus de principibus cadetis.Cecidit enim primus diabolus.& cū ſtet deus ī ſynagoga deox:in medio autem deos diſcernat:Apoſtolus eis q dii eſſe deſinūt:ſcribit. Vbi enī ī uobis ſunt diſſēſiones & æmulationes?Nōne homīes eſtis & ſecūdum hoīem ambulatis?Si apoſtolus uas electōis & præparatus in euangeliū xpi:ob carnis aculeos & īcentiua uitiox reprimit corpus ſuū:& ſeruituti ſubiicit:ne aliis ꝑdicans ipſe reprobus inueniatur:& tamen uidet aliam legē in membris ſuis repugnantē legi mentis ſuæ:& captiuū ſe in legem duci pcti:ſi poſt nuditatem:ieiunia:fames:carcerem:flagella:ſupplicia in ſemetipſum reuerſus exclamat.infœlix ego homo:quis me liberabit de corpore mortis huius.tu te putas ſecuram eſſe debere?Caue quæſo nequando de te dicat deus:Virgo iſrael cecidit.& non eſt q ſuſcitet eam.Audēter loquar: Cum omnia poſſit deus:ſuſcitare uirginē nō poteſt poſt ruinam.Valet qdem liberare de pœna.ſed nō uult coronare corruptā.Timeamus illam ꝓphetiam:ne in nobis etiam compleaſ.Virgines bonæ deficient. Obſerua quid dicat:& uirgines bonæ deficient:quia ſunt & uirgines malæ.Qui uiderit inquit mulierem ad cō cupiſcendum eam:iam mœcchatus eſt eam in corde ſuo.Perit & mente uirginitas.Iſtæ ſunt uirgines malæ: uirgines carne non ſpiritu:uirgines ſtultæ quæ oleum non habentes excluduntur ab ipſo. Si autem & illæ quæ uirgines ſunt.ob alias tamen culpas uirginitate corpox non ſaluantur.quid fiet illis quæ ꝓſtituerunt membra chriſti.& mutauerunt templū ſancti ſpiritus in lupanar?Illico audient per ꝓpphetam. Deſcēde.ſede in terra uirgo filia babilonis ſede in terra.Nō eſt thronus filiæ chaldæox.non uocaberis ultra mollis & delicata.Accipe molā & mole farinam.diſcoperi uelamē tuū.denuda crura.tranſi flumina. Reuelabitur ignomīnia tua.apparebūt obprobria tua.Et hoc poſt dei filii thalamos:poſt oſcula fratruelis & ſpōſi.Illa(de qua quondam ſermo ꝓpheticus concinebat. Aſtitit regina a dextris tuis in ueſtitu deaurato:circundata uarietate)nudabitur;& poſteriora eius ponentur in faciem ipſius.Sedebit ad aquas ſolitudinis poſita uaga. & diuaricabit pedes ſuos omni tranſeunti:& uſq̄ ad uerticē polluetur.Rectius fuerat homini ſubiſſe coniugium: ambulaſſe per plana:q̄ ad altiora tendentem in ꝓfundum inferni cadere.Ne fiat obſecro ciuitas meretrix.fi delis ſyon ne poſt trinitatis hoſpitiū ibi dæmones ſaltent:& ſyrenæ nidificent:& ericii. Non ſoluatur faſcia pectoralis.ſed ſtatim ut libido titillauerit ſenſum: aut blandæ uoluptatis incendium dulci nos calore perſuderit:erumpamus in uocem:Dominus auxiliator meus:non timebo quid faciat mihi caro. Et cum poſt paululum interior homo inter uitia atq̄ uirtutes cœperit fluctuare: dicito. Quare triſtis es anima mea: & quare conturbas me?Spera in domino:quia confitebor illi ſalutare uultus mei:& deus meus.Nolo ſinas cogitationes creſcere.Nihil in te babylonium:nihil confuſionis adoleſcat.Dum paruus eſt hoſtis interfice:ne quitia elidatur ī ſemine.Audi pſalmiſtam dicentem.Filia babylōis miſera:beatus qui retribuet tibi retributionē tuā.Beatus q tenebit:& allidet paruulos ſuos ad petrā.Quia enim ipoſſibile eſt in ſenſum hois non irruere motū medullax caloré:ille laudaſ.ille ꝑdicatur beatus q ſtatim ut cœpit cogitare īterficit cogitatus. & alludit ad petrā.Petra aūt xps eſt. O quotiēs in heremo conſtitutus & in illa uaſta ſolitudine:quæ exuſta ſolis ardoribus.horridū mōachis ꝑſtat habitaculū:putabam me romanis intereſſe delitiis.Sedebā ſolus:qa amaritudine repletus eram.Horrebant ſacco mēbra deformia.& ſquallida cutis ſitū æthyopice carnis obduxerat.Quotidie lachrymæ.quotidie gemitus:& ſiquando repugnātem ſomnus īminens oppreſſiſſet nuda humo uix oſſa hærentia collidebā.De cibis uero & potu taceo.cum etiam languentes monachi aqua frigida utantur:& coctū aliquid accepiſſe.luxuria ſit.Ille igitur ego.qui ob gehēnæ metum tali me carcere ipe dānaueram.ſcorpionū tantū ſocius & ferax:ſæpe choris intererā puellax.Pallebant ora ieiuniis.& mēs deſideriis æſtuabat.In frigido corpore.& ante hoīem ſuū iam carne ꝑmortua:ſola libidinū incēdia bulliebāt.

Itaq; omni auxilio destitutus:ad iesu iacebam pedes.Rigabam lachrymis,crine tergebã:& repugnãtem carnem hebdomadaꝝ inedia subiugabam.Non erubesco infidelitatis meæ miseriam confiteri,qui potius plago me non esse quod fuerim.Memini me clamantẽ diem crebro iũxisse cum nocte:nec prius a pectoris cessasse uerberibus:q̃ domino increpante rediret tranqllitas.Ipsam quoq; cellulam meam quasi cogitationum meaꝝ consciã pertimescebam,& mihimet iratus & rigidus:solus deserta penetrabã.Sicubi cõcaua uallium, aspera montiũ,rupium p̃rupta cernebam,ibi meæ oronis locus:illud miserrimæ carnis ergastulũ.Et ut ipe mihi testis est dominus,post multas lachrymas,post cælo oculos inhærentes:nõnunq̃ uidebar mihi interes se agminibus angeloꝝ:& lætus gaudensq; cantabã.Post te in odore unguentoꝝ tuoꝝ currimus.Si aũt hoc sustinent illi,q exeso corpore solis cogitatõibus oppugnãt,quid patitur puella,quæ delitiis fruitur? Nempe illud apostoli Viuens mortua est.Siqd itaq; in me potest esse consilii,si experto credit,hoc primũ moneo, hoc obtestor:ut sponsa xp̃i uinũ fugiat pro ueneno,Hæc aduersus adolescentiam prima arma sunt dæmonum.Non sic auaritia quatit:iflat superbia,delectat ambitio. Facile aliis caremus uitiis:hic hostis nobis incluſus est.Quocũq; pergimus:nobiscũ portamus inimicũ.Vinum & adolescentia duplex est incẽdium uoluptatis.Quid oleum flãmæ adiicimus? Quid ardenti corpusculo fométa ignium ministramus? Paulus inquit ad Timothæũ iam noli aquã bibere sed uino modico utere ꝓpter stomachũ tuũ.& frequẽtes infirmitates tuas.Vide quibus causis uini potus concedat:ut ex hoc stomachi dolor,& frequens medeatur infirmitas.Et ne nobis forsitan de ægrotationibus blandiremur,modicũ p̃cepit esse sumendũ medici potius consilio q̃ apostoli,licet apostolus sit medicus spiritalis,& ne Timotheus imbecillitate superatus:euangelii p̃dicandi nõ posset implere discursus.Alioqn se dixisse meminerat & uinũ in quo est luxuria,& bonum est homini uinũ non bibere:& carnem non manducare.Noe uinũ bibit & inebriatus est post diluuiũ,rudi adhuc sæculo:& tunc primũ plantata uinea,unde inebriari uino forsitã nesciebat.Et ut itelligas scripturæ in omnibus sacramentũ(margarita qppe est sermo dei,& ex omni parte forari potest)post ebrietatem nudatio fœmoꝝ,subsecuta ẽ libido iuncta luxuriæ.Prius enim uenter extenditur:& sic cætera mẽbra concitant.Audi de illa qd dicat scriptura. Manducauit enim populus & bibit:& surrexerunt ludere.Loth amicus dei in mõte saluatus:& de tot milibus populis solus iustus inuentus inebriatur a filiabus suis.Et licet illæ putarẽt genus hoium defeciſſe,& hoc facerent liberoꝝ magis desiderio q̃ libidinis:tamen sciebant uiꝝ iustũ hoc nisi ebrium non esse facturum.Deniq; quid fecerit ignorauit.& q̃q uoluntas non sit in crimine :error in culpa est.Inde nascuntur.Moabitæ:& Ammonitæ inimici israel:q usq; ad quartam & decimam,pgenie. & usq; in æternũ non ingredi ũtur in ecclesiam dei.Helias cum iesabel fugeret:& sub quercu iaceret fessus:a ueniente ad se angelo suscitatur & dicitur ei: Surge & manduca. Respexit & ecce ad caput eius panis colliride:& uas aquæ.Re uera non poterat ei deus conditũ merum mittere & electos cibos,& carnes contusione mutatas? helisæus filios ꝓphetaꝝ inuitat ad prandiũ:& herbis agrestibus eos alens consonũ prandentiũ audit clamorem.Mors in olla homo dei.Non iratus est cocis.Lautioris enim mensæ consuetudinem non habebat sed farina desuper iactata amaritudinem dulcorauit,eadem spũs uirtute qua moyses mutauerat maram in dulcedinem.Necnõ & illos q ad eum comphendendũ uenerant,oculis pariter ac mente cæcatos:cum samariã nescios induxisset,qualibus epulis eos refici imperauerit,ausculta.Pone eis panem & aquã,manducẽt & bibant: & remittant ad dominũ suum.Potuit & danieli de regiis ferculis opulẽtior mensa transferri,Sed abacuc ei messoꝝ prandiũ portat,arbitror rusticanũ,ideoq; & desiderioꝝ uir appellatus est:quia panẽ desiderii non mãducauit.& uinũ concupiscentiæ non bibit.Innumerabilia sunt de scripturis diuina respõsa. quæ gulam dãnent:& simplices cibos præbeant.Veꝝ quia nũc non est ꝓpositum de ieiuniis disputare. & uniuersa exequi sui est uoluminis & tituli:hæc sufficiant pauca de plurimis.Alioqn ad exemplum hoꝝ poteris tibi ipsa colligere:quomodo primus de paradiso homo uentri magis obediens q̃ deo in hanc lachrymaꝝ deiectus est uallem.& ip̃m dominũ sathanas fame tentauerit in deserto:& apostolus clamitet,esca uentri,& uenter escis:deus autem hunc & illas destruet.& de luxuriosis,quoꝝ deus uenter est: Id enim colit unusquisq; quod diligit.Ex quo sollicite ꝓuidendum est,ut quos saturitas de paradiso expulit:reducat esuries. Quod si uolueris respondere,te nobili stirpe generatam,semper in delitiis semp in plumis non posse a uino & escu lentioribus cibis abstinere,nec his legibus uiuere destrictius:respondebo. Viue ergo lege tua:quæ dei non potes.Non q; deus uniuersitatis creator & dominus intestinoꝝ nostroꝝ rugitu & inanitate uentris,pulmo nũq; delectet ardore:sed q; aliter pudicitia tuta esse non possit.Iob deo carus,& testimonio ipsius imaculatus & simplex:audi quid de diabolo suspicetur. Virtus eius in lumbis:& potestas eius i umbilico. Honestæ uiri mulierisq; genitaliam imutatis sunt appellata nominibus.Vnde & de lumbis dauid super sedem eius ꝓmittitur esse sessurus.Et.lxxv.animæ itroierunt in ægyptum quæ exierũt de fœmore iacob.& postq̃ cũ luctante domino latitudo fœmoris eius emarcuit:a liberoꝝ opere cessauit,& qui pascha facturus est: accictis mortificatisq; lombis facere p̃cipitur:Et ad iob dicit deus: Accinge sicut uir lombos tuos.Et ioannes zona pellicea cingitur.Apostoli iubent accinctis lumbis euangelii tenere lucernas.Ad hierusalem uero quæ resp sa sanguine in campo inuenitur erroris.In ezechiele dicitur:Non est p̃cisus umbilicus tuus. Omnis igit aduersus uiros diaboli uirtus in lumbis est,omnis in umbilico contra fœminas fortitudo.Vis scire ita esse ut dicimus:accipe exempla.Sampson leone fortior,& saxo durior,& q unus & nudus mille ẽ persecutus armatos:in dalidæ mollescit amplexus.Dauid secũdum cor domini electus,& q uentuꝝ xp̃m sancto sæpe ore cãtauerat:postq̃ deambulans super tectũ domus suæ,bersabeæ captus est nuditate:adulterio iunxit homicidium.Vbi & illud breuiter attende:q; nullus sit etiam in domo tutus aspectus. Quapropter ad dominũ pœnitens loqtur.Tibi soli peccaui:& malũ coram te feci,Rex enim erat:alium nõ timebat. Salomõ per quẽ se

cecinit ipſa ſapientia:qui diſputauit a cedro libani uſq; ad hiſopū quæ exiuit per parietē receſſit a domino: quia amator mulierum fuit.Et ne aliquis ſibi de ſanguinis propinquitate cōſideret:ī illicitū thamar ſororis ammon frater exarſit incendiū.Piget dicere:quot quotidie uirgines deo ſacratæ ruāt quātas de ſuo gremio mater ꝓdat eccleſia:ſuper quæ ſidera inimicus ſuperbus ponat thronū ſuum.quot petras excauet & habitet coluber in foraminibus earū.Videas pleraſq; matres ante q̄ nuptas.infœlicē conſcientiam mentitas .tantū ueſte fuſca ꝓtegere quas niſi tumor uteri.& infantiū ꝓdiderit uagitus.ſanctas & caſtas ſe eſſe gloriſicant: & erecta ceruice & ludentibus pedibus incedūt.Aliæ uero ſterilitatem præbēt.& necdū nati hominis homicidium faciunt.Nonnullæ cū ſe ſenſerint cōcepiſſe:& ſcelere abortu uenena meditantur:& frequenter etiā ipſe cōmortuæ triū criminum reæ ad inferos perducuntur:homicidæ ſui:xp̄i adulteræ:necdū nati filii paricidæ:Iſtæ ſunt quæ ſolent dicere.Omnia mūda mūdis.ſufficit mihi conſciētia mea.Cor mundum deſiderat deus.Cur me abſtineam a cibis:quos creauit deus ad utēdum?Et ſi quando lepidæ feſtiuæ uolūt uideri: & ſe mero ingurgitauerint:ebrietati ſacrilegiū copulantes aiūt: Abſit:ut ego me a xp̄i ſanguine abſtineam. Et quam uiderint pallentē atq; triſtē:miſerā & manichæā uocāt.Et cōſequenter(tali enim ꝓpoſito ieiuniū hæreſis eſt)hæ ſūt quæ p publicū notabiliter incedūt.& furtiuis oculorum nutibus :adoleſcentium greges poſt ſe trahunt:quæ ſemper audiunt per ꝓphetā:Facies meretricis facta eſt tibi.impudorata es tu. Purpura tantum in ueſte ſit tenuis & laxius ut crines decidāt ligatū caput.ſoccus uilior:& per humeros mauorte uolitans.ſuccinctæ manicæ brachiis adhærentes.& ſolitus genibus fractus iceſſus.Hæc eſt apud illas tota uirginitas.Habeāt iſtæ huiuſmodi laudatores ſuos.& ſub uirginali nomine lucroſius pereant.Libenter enī talibus non placemus.Pudet dicere(proh nefas)triſte ſed uerū eſt.Vnde in eccleſias agapetarū peſtis ītroiit? Vnde ſine nuptiis aliud nomē uxorum?Immo unde nouū cōcubinariū genus?Plus iſerā.Vnde meretrices uni us uiri?Quæ eadē domo.uno cubiculo:ſæpe uno tenentur & lectulo.& ſuſpitioſos nos uocāt:ſi aliqd æſtimamus.Frater qui ſpiritualis eſt:ſororē uirginē deſerit:cælibem ſpernit uirgo germanū.fratrē quærit extraneū.& cū in eodē propoſito eē ſe ſimulēt:quærūt alienorū ſpiritale ſolatiū:ut domi habeant carnale cōmerciū.Iſtiuſmodi homines Salomon in ꝓuerbiis ſpernit dicēs.Alligabit quis in ſinu ignē.& ueſtimēta eius nō cōburent?Aut ambulabit ſuper carbones ignis.& pedes nō ardebūt?Exploſis igitur & extermīatis his quæ nolūt eſſe uirgines ſed uideri:nūc ad te mihi ois dirigit oratio. Quæ quanto prīma romanæ urbis uirgo nobilis eē cœpiſti:tāto tibi amplius laborādū ē:ne & ꝓſētibus bōis careas & futuris.Et quidē moleſtias nuptiarū.& incerta cōiugii.de domeſtico exēplo hūiſti:cum ſoror tua Bleſilla ætate maior.ſed ꝓpoſito minor poſt acceptū maritū:ſeptimo mēſe uiduata eſt.O infœlix humana cōditio.& futuri neſcia:& uirginitatis coronā:& nuptiarū perdidit uoluptatē.Et quāq̄ ſecūdū pudicitiæ gradū teneat:tamē quas illam per mométa ſuſtinere æſtimas cruces.ſpectātē quotidie in ſorore q̄ ipſa perdiderit ?Et cū difficilius experta careat uoluptate:minorē continentiæ ſe ſciat habere mercedē.Sit tamē & illa ſecura.ſit gaudens.Cēteſimus & ſexageſimus fructus de uno ſunt ſemine caſtitatis.Nolo habeas conſortia matronarū.nolo ad domos nobilium accedas:nolo te frequēter uidere quod contemnēs uirgo eſſe uoluiſti.Si ſibi ſolēt applaudere mulierculæ de iudicibus uiris:& in aliqua dignitate poſitis:ſi ad ſperatoris uxorē concurrit ambitio ſalutantium:cur tu facis iniuriam uiro tuo?Ad hominis cōiugem dei ſpōſa qd ꝓperas?Diſce in ac parte ſuꝑbiam ſanctā.ſcito te illis eſſe melioré.Neq; uero earū tātum te cupio declinare decurſus:quæ maritorū inflant honoribus.quas eunuchorū greges ſepiūt:& in quarum ueſtibus attenuata in filium auri metalla texunt.ſed etiam eas fuge: quas uiduas neceſſitas fecit:nō uoluntas:nō q̄ mortē optare debuerint maritorū:ſed q̄ datā occaſionē pudicitiæ nō libenter acceperit.Nūc uero tātū ueſte mutata.priſtina nō mutatur ambitio.præcedit caueas baſternarū.ordo ſemiuirorū.& rubentibus buccis cutis farta diſtēdit:ut eas putes maritos nō amiſiſſe ſed q̄rere.Plena adulatoribus domus plena cōuiuiis.Clerici ipſi qnos in magiſterio eſſe oportuerat doctrinæ pariter & timoris:oſculantur capita matronarū.& extenta manu(benedicere eos putes uelle ſi neſcias) precia accipiunt ſalutādi.Ille interī quæ ſacerdotes ſuo uiderint indigere præſidio erigunt in ſuperbiā:& quaſi maritorū expertes dominatu .uiduitatis præferūt libertatē.Caſtæ uocant & nomīe.Et poſt cœnā dubiā apoſtolos ſomniāt.Sint tibi ſociæ quas ieiunia tenuāt:quibus pallor in facie eſt:quas ætas ꝓbauit & uita: quæ quottidie in cordibus ſuis canūt ubi paſcis.ubi cubas in meridie.quæ ex affectu dicunt cupio diſſolui & eſſe cū xp̄o.Eſto ſubiecta parētibus.imitare ſponſum tuū.Rarus ſit egreſſus in publicū.Martyres tibi quærātur in cubiculo tuo.Nunq̄ cauſa deerit ꝓcedendi:ſi ſemper quādo neceſſe eſt ꝓceſſura ſis.Moderatus ſit cibus:& nunq̄ uenter expletus.Plures q̄ppe ſūt.quæ cū uino ſint ſobriæ:ciborū largitate ſūt ebriæ.Ad oratiō nē tibi nocte ſurgēti:nō indigeſtio ructū faciat:ſed inanitas.Crebrius lege:diſce q̄ plurima.Tenēti codicē ſō nus obrepat:& cadentē facié pagina ſācta ſuſcipiat.Sint tibi quotidiana ieiunia.& refectio ſaturitatē fugiēs. Nihil ꝓdeſt biduo triduoq; trāſmiſſo;uacuū portare uentrem:ſi pariter obruat. Si compenſetur ſaturitate ieiuniū.Illico mēs repleta torpeſcit.& irrigata humus ſpinas libidinū germinat.Si quādo ſenſeris exteriorē hominem florem adoleſcentiæ ſuſpirare:& accepto cibo.cū te in lectulo compoſitam dulcis libidinū pompa concuſſerit:arripe ſcutū fidei in quo ignitæ diaboli extinguuntur ſagittæ.Omnes adulterantes:quaſi clibanus corda eorum.At tu chriſti comitata ueſtigiis:& ſermonibus eius intentata dic.Nonne cor noſtrum ardens etat in uia:cum aperiret nobis ieſu ſcripturas?Et illud ignitum eloquium tuum:& ſeruus tuus dilexit illud.Difficile eſt humanam animam aliquid non amare:& neceſſe eſt ut in quoſcunq; mens noſtra trahatur affectus.carnis amor ſpiritus amore ſuperetur:Deſideriū deſiderio reſtiguatur.Quicquid inde minuit hinc creſcit:quin potius ſemper ingemina & dic Super lectulū meū ī noctibus:queſiui quē dilexit anima mea.Mortificate īquit apoſtolus mēbra ueſtra quæ ſunt ſuper terram.Vnde & ipſe conſidenter aiebat.

Viuo autem iam non ego:uiuit uero in me christus:Qui mortificat mẽbra ſua.& in imagine perambulat: non timet dicere factus ſum ſicut uter in pruina.Quicquid in me fuerit humoris libidinis excoctum eſt:& infirmata ſunt in ieiunio genua mea:& oblitus ſum mãducare panem meum.A uoce gemitus mei adhæſit os meum carni meæ.Eſto cicada noctium.Laua p ſingulas noctes lectũ tuũ:lachrymis ſtratũ tuũ riga.Vigila & fiere ſicut paſcer in ſollitudine.Pſalle ſpiritu pſalle & ſenſu.benedic anima mea dominum.& ne obliuiſcaris omnes retributiones eius:qui propiciatur cunctis iniquitatibus tuis.qui ſanat omnes infirmitates tuas.& redimet ex corruptione uitam tuam.Et quis noſtrum põt dicere ex corde quia cinerem quaſi panem manducabam. & potum meũ cũ fletu miſcebam?an nõ flẽdum.nõ gemendũ.cum me rurſus ſerpẽs inuitat ad illicitos cibos:cum de paradiſo uirginitatis eiectum tunicis uult ueſtire pelliciis.quas Helias ad paradiſum rediens proiecit ad terrã.Quid mihi & uoluptati quæ in breui periit?quid cum hoc dulci & mortifero carmine ſirenarum?Nolo illi ſubiacere te ſententiæ:quæ in homine eſt lata dãnatio.in doloribus & anxietatibus paries mulier.lex iſta nõ eſt mea:ſed dei.ad uirũ tuũ conuerſio tua.Sit conuerſio illius ad maritũ eius quæ uirum non habet chriſtum:& ad extremũ morieris.Finis iſte coniugii.Meum propoſitum ſine ſexu eſt.Habeant nuptæ tps ſuum & titulum:mihi uirginitas maria dedicatur & in chriſto.Dicat aliquis. Et audes nuptiis detrahere quæ adeo benedictæ ſunt?Nõ eſt detrahere nuptiis:cum illis uirginitas antefertur. Nemo malum bona comparat.Glorientur & nuptæ cũ a uirginibus ſint ſecũdæ.Creſcite ait & multiplicamini:& replete terram.Creſcat & multiplicetur ille qui ipleturus eſt terrã.tuũ agmẽ in cælis eſt. Creſcite & multiplicamini.Hoc expletur edictum poſt paradiſum & nuditatẽ:& ficus folia auſpicantia pruriginem nuptiarum.Nubat & nubatur ille.qui in ſudore faciei comedit panem ſuum.cuius terra tribulos & ſpinas germinat & cuius herba ſentibus ſuffocatur.Meum ſemẽ centena fruge fœcundum eſt.Nõ omnes capiũt uerbum dei.ſed hi quibus datum ẽ.Alium eunuchum neceſſitas facit: me uolũtas.Tempus amplexandi: & tps abſtinendi manus a cõplexibus.Tempus mittendi lapides:& tps colligendi.Poſtq̃ de duritia nationũ generati ſũt filii Abrahæ:cœperũt lapides uolui ſuper terrã:ptrãſeũt qppe mundi iſtius turbines.& in curru dei rotarum celeritate uoluuntur.Cõſuãt tunicas.qui iconſutã deſurſum tunicam perdiderũt:quos uagitus delectat infantium.in ipſo lucis exordio fletu lugẽtes quo nati ſũt.Eua in paradiſo uirgo fuit:poſt pelliceas tunicas initium ſumpſit nuptiarum.Tua regio paradiſus eſt.Serua q̃ nata es.& dic.Reuertere anima mea i requiem tuam.Et ut ſcias uirginitatem ẽe naturæ .nuptias poſt delictũ:uirgo naſcitur caro de nuptiis.in fructu reddẽs:quod i radice perdiderat.Exiet uirga de radice ieſſe:& flos de radice eius aſcendet. Virga mater eſt domini.ſimplex.pura ſincæra.nullo extrinſecus germine cohærente:& ad ſimilitudinem domini uniõe fœcunda. Virgæ flos chriſtus eſt dicẽs.Ego flos cãpi:& liliũ cõualliũ.Qui & in alio loco lapis prædicatur abſciſus de monte ſine manibus.ſignificãte propheta uirginem naſciturum eſſe de uirgine.Manus q̃ppe accipiuntur pro opere nuptiarum.ut ibi.ſiniſtra eius ſub capite meo:& dextera illius amplexabitur me.In huius ſenſus congruit uoluntatẽ etiam illud:q̃ animalia quæ in arca noe bina inducuntur.immũda ſunt . impar numerus eſt mundus.q̃ moyſes & ieſus naue nudis in ſanctam terram pedibus iubẽtur ĩcedere:& diſcipuli ſine calciamentorum onere & uinculis pellium ad prædicationem noui euangelii deſtinantur .q̃ milites ueſtimentis ieſu ſorte diuiſis:caligas non habebant quas tollerent .Nec enim poterat habere dominus: quod prohibuerat ſeruis.Laudo nuptias:laudo.coniugium.ſed quia mihi uirgines generant.Lego de ſpinis roſam.de terra aurum:de concha margaritam.Nunquid qui arat:tota die arabit?Nonne & laboris ſui fruge lætabitur?Plus honorantur nuptiæ:quando quod de illis naſcitur. plus amatur. Quid inuides mater filiæ. Tuo lacte nutrita eſt.tuis educata uiſceribus.in tuo adoleuit ſinu.tu illam uirginem ſedula pietate ſeruaſti. Indignaris q̃ noluit militis eſſe uxor.ſed regis?Grande tibi beneficium præſtitit.Socrus dei eſſe cœpiſti.De uirginibus inquit apoſtolus præceptum domini non habeo.Cur?Quia & ipſe ut eſſet uirgo:non fuit imperii ſed propriæ uoluntatis.Neq̃ enim audiendi ſunt.qui eum uxorem habuiſſe confingunt.cum de continẽtia differens & ſuadens perpetuam caſtitatem intulerit.Volo autem omnes eſſe ſicut meipſum.Et infra. Dico autem inuptis & uiduis:bonum eſt illis ſi ſic permaneant ſicut & ego.Et in alio loco.Nũquid non habemus poteſtatem circũducẽdi mulieres.ſicut & cæteri apoſtoli?Quare ergo non habet domini de uirginitate præceptum?Quia maioris eſt mercedis quod non cogitur:& offertur?Quia ſi fuiſſet uirginitas impata: nuptiæ uiderentur ablatæ.& duriſſimum erat contra naturã;cogere angelorũq̃ uitam ab hominibus extorquere:& id quodãmodo dãnare.quod conditũ ẽ.Alia fuit in ueteri lege fœlicitas.Ibi dr.Beatus q̃ habet ſemen in ſyon.& domeſticos in hieruſalem.& maledicta ſterilis quæ non pariebat.& filii tui ſicut nouellæ oliuarum:in circuitu menſæ tuæ.& in repromiſſione diuitiarũ.& non erit infirmus in tribubus tuis.Nunc eunuchis dicitur.Ne te lignũ arbitreris aridũ.habes locum pro filiis & filiabus in cæleſtibus ſempiternũ.Nũc benedicuntur pauperes:& lazarus diuiti præfertur i purpura.Nũc q̃ infirmus ẽ:fortior eſt.Vacuus erat orbis.& ut de typicis taceã:ſola erat benedictio liberorum.Propterea & abrahã iam ſenex cethuræ copulatur. & iacob mandragoris redimitur.& concluſam uuluam in eccleſiæ figurã rachel pulchra conqueritur.Paulatim uerõ increſcente ſegete meſſor imiſſus eſt.Virgo helias.heliſæus uirgo :uirgines multi filii prophetarum.Hieremiæ dicitur.Et tu ne accipias uxorẽ .Sanctificatus i utero:captiuitate propinqua:uxorẽ prohibetur accipere.Aliis uerbis idipſum apoſtolus loquitur.Aeſtimo hoc bonũ eſſe propter iſtantẽ neceſſitatem. quoniã bonum eſt homini ſic eſſe.Quæ eſt iſta neceſſitas quæ aufert gaudia nuptiarum?Tempus breuiatũ eſt.reliquum eſt.ut & qui habẽt uxores:ſic ſint quaſi non habeant.In proximo eſt nabuchodonoſor. ꝓmouit ſe leo de cubili ſuo.Quo mihi ſuperbiſſimo regi ſeruitura coniugia?Quo paruulos?quos ꝓpheta complorat dicens.adhæſit lingua lactẽtis ad faucem ipſius ĩ ſiti.paruuli poſtulauerũt panem .& qui frangeret eis

non erat.Inueniebatur ergo ut diximus in uiris tantum hoc continentiæ bonū:& in doloribus iugiter eua 278
parturiebat.postq̄ uero uirgo cōcepit ī utero & peperit nobis puerū.cuius pricipatus ī hūeros eius.deū for
tem.patrē futuri sæculi:soluta maledictio est.Mors per euam:uita per mariam. Ideoq; & diutius uirginita-
tis donū fluxit in fœminas:qa cœpit a fœmina.Statim ut filius dei ingressus est super terrā.nouā sibi legē in
stituit ut qui ab angelis adorabat in cælo:haberet angelos & in terris. Tūc holofernis caput iudith uidua
& cōtinēs amputauit.Tūc Amā qui iterpretatur iniquitas:suo combustus est igne.Tūc iacobus & ioannes
relicto patre.rete & nauicula.secuti sūt saluatorem:affectū sanguinis & uincula sæculi & curā domus pari-
ter relinquentes.Tunc primum auditum est;qui uult uenire post me:abneget semetipsum.& tollat crucem
suam:& sequatur me.Nemo enim miles cum uxore pergit ad prœliū.Discipulo ad sepulturam patris ire cu
pienti :nō permittit.Vulpes foueas habent.& uolucres cæli nidos ubi requiescant.filius autem hominis nō
habet ubi caput suum reclinet.Ne forsan cōtristeris.si anguste māseris.Qui sine uxore est:sollicitus est ea q̄
domini sunt .quō placeat domino.Qui autem cū uxore est.sollicitus est ea quæ sunt huius mundi:quomo
do placeat uxori.Diuisa est mulier:& uirgo.Quæ non est nupta cogitat quæ sunt domini:ut sit sancta cor-
pore & spū.Nam quæ nupta est.cogitat quæ sunt mundi huius:quomodo placeat uiro .Quantas molestias
habeant nuptiæ.& quot sollicitudinibus uinciantur:in eo libro quem aduersus heluidium de beatæ mariæ
perpetua uirginitate edidimus:puto breuiter expressum.Nunc eadem replicare perlongum est.Et si cui pla
cet:de illo potest haurire fonticulo.Verum ne penitus uidear omisisse.nunc dicam.q; cum apostolus sine ī-
termissione orare nos iubeat.& qui in cōiugio debitum soluit.orare non possit:aut oramus semper & uirgi
nes sumus.aut orare desinimus:ut coniugio seruiamus.Et si nupserit inquit uirgo non peccat: tribulationē
tamen carnis habebunt huiusmodi.Et in principio libelli præfatus sum me de angustiis nuptiarum.aut ni
hil omnino:aut pauca dictutum.Et nunc eadem admoneo.ut si tibi placet scire quot molestiis uirgo sit li-
bera.quot uxor astricta sit.legas tertullianum ad amicū philosophum.& de uirginitate alios libellos.& bti
cypriani uolumē egregium.& papæ damasi super hac re uersu prosaq; composita:& ambrosii nostri quæ nu
per scripsit ad sororē opuscula.In quibus tanto se effudit eloquio:ut quicquid ad laudes uirginum pertinet
exquisierit.inuenerit.expresserit.ordinarit.A nobis diuerso tramite inceditur.Virginitatem non tantum ef
ferimus:sed seruamus.Nec sufficit scire quod bonum est.nisi custodiatur attentius quod electum est .quia
illud iudicii est.hoc laboris:& illud cōmune cū pluribus.hoc cum paucis.Qui perseuerauerit inquit usq; ī
finem:hic saluus erit.Et multi uocati:pauci autem electi.Itaq; obtestor te coram deo.& christo iesu.& ele-
ctis angelis eius.ne uasa templi quæ solis sacerdotibus uidere concessum est:facile in publicum proferas.ne
sacrarium dei quisq̄ profanus aspiciat.Ozas arcam quam non licebat attingēs:subita morte prostratus est.
Neq; enim uas aureum.& argentum tam carum deo fuit:q̄ templum corporis uirginalis. Præcessit umbra:
nunc ueritas est.Tu quidem simpliciter loqueris:& ignotos quosq; blanda non despicis.sed aliter uident ī-
pudici oculi:non norunt animæ pulchritudinem considerare sed corporum.Ezechias thesaurum dei mon
strauit assyriis:sed assirii non debuerant uidere quod cuperent.Deniq; frequentibus bellis iudæa conuulsa.
uasa primum domini capta atq; translata sunt inter epulas.atq; concubinarum greges(quia palma uitiorū ē
honesta polluere)balthasar potat in phyalis.Nec declines aurem tuam in uerba malitiæ.Sæpe enī indecens
aliquid loquentes:tēptant mentis arbitrium.Si libenter audias uirgo quod dicitur.si ad ridiculum casu la-
baris.quicquid dixeris laudant:quicquid negaueris negant. Innocētem uocant & sanctam. & in qua nullus
sit dolus.ecce uere ancilla christi dicentes.ecce tota simplicitas.non ut illa horrida.turpis.rusticana terribi-
lis:& quæ ideo forsitā maritum nō habuit quia inuenire non potuit.Naturali dicimur malo. Adulatoribus
nostris libenter fauemus.& q̄q̄ nos respondeamus indignos.& calidus rubor ora perfundat:attamen ad lau
dem suam intrinsecus anima lætatur.Sponsa christi arca est testamenti:intrinsecus & extrinsecus deaura-
ta .custos legis domini.Sicut in illa aliud non fuit:nisi tabulæ testamenti:ita & ī te nullus sit extrinsecus co
gitatus.Super hoc propiciatorium quasi super cherubin sedere uult dominus.Mittit discipulos suos.ut ī te
sicut in pullo asinæ sedeat.curis te sæcularibus soluant.ut paleas & lateres ægypti derelinquens: moysē se-
quaris in heremo.& terram repromissionis introeas.Nemo sit qui prohibeat:nō mater:non soror:non co-
gnata:non germanus:dominus te necessariam habet.Quod si uoluerint ipedire timeant flagella pharaōis.
qui populum dei ad colendum eum nolens dimittere:passus est ea quæ scripta sunt.Iesus ingressus in tem-
plum:ea quæ templi non erant.proiecit.Deus enim zelotes est & non uult fieri patris domum speluncam
latronum.Alioquin ubi æra numerantur.ubi sunt caueæ columbarum & simplicitas enecatur.ubi ī pecto
re uirginali sæcularium negociorum cura æstuet.statim uelum templi scinditur.spōsus consurgit iratus: &
dicit relinquetur uobis domus uestra deserta.Lege euangelium.& uide quomodo maria ad pedes domini
sedens: marthæ studio præferatur.Et certe martha sedulo hospitalitatis obsequio:domīo atq; discipulis cō
uiuium præparabat.Martha inquit martha sollicita es:& turbaris erga plurima. Pauca aut necessaria sunt
aut unum.Maria bonā partem elegit:quæ non auferetur ab ea.Esto & tu maria.cibis præferto doctrinam
Sorores tuæ curritent & quærant quomodo christum hospitem suscipiant.tu semel sæculi onere proiecto:
sede ad pedes domini tui.& dic.Inueni eum quem quærebat anima mea.tenebo eum & non dimittam.& il
le respondeat. Vna est columba mea.perfecta mea.una ē matri suæ.electa genitrici suæ.cælesti uidelicet hie
rusalem.Semper te cubiculi tui secreta custodiant.semper tecum sponsus ludat intrinsecus. Orans loqueris
ad sponsum.legis:ille tibi loquitur.& cum te sōnus oppresserit.ueniet post parietem & mittet manū suam
per foramen.& tanget uentrem tuū:& expgefacta consurgēs dices. Vulnerata charitate ego sum . Et rursus
ab eo audies.Hortus conclusus soror mea:fons signatus.Caue ne domū exeas.& uelis uidere filias regionis

alienæ.q̃uis fres hẽas pr̃iarchas.& iſrael parẽte læteris.Dina egreſſa corrupit.Nolo te ſpõſũ quærere p̃ plateas.nolo te circuire angulos ciuitatis.Dicas licet ſurgã & circuibo ciuitatẽ:in foro & i plateis querã quem dilexit aia mea:& iterroges.nũquid quem dilexit aia mea uidiſtis.nemo tibi reſpondere dignabit.Sponſus i plateis nõ põt inueniri.Arcta & anguſta uia ẽ:quẽ ducit ad uitam.Deniq; ſequit.Queſiui eũ & nõ iueni.uo caui eũ & non reſpondit mihi.Atq; utinam non inueniſſe ſufficiat. Vulneraberis.nudaberis : & gemebũda narrabis.Inuenerũt me cuſtodes.qui circũeunt ciuitatẽ.p̃cuſſerunt me.& uulnerauerũt me:tulerũt palliũ meũ mihi.Si autem hæc exiens patit illa quæ dixerat ego dormio.& cor meũ uigilat.& faſciculus ſtactem fratruelis meus mihi in medio uberũ meorũ commorabit quid de nobis fiet. quæ adhunc adoleſcentulæ ſumus.quæ ſponſa intrante cũ ſponſo:remanemus extrinſecus? Zelotypus eſt chriſtus.non uult ab aliis uideri faciem tuam.Excuſes licet.atq; cauſeris obducto uelamine.ora contexi.te quæſiui . tibi dixi annuncia mihi.quem dilexi anima mea.ubi paſcis.ubi cubas in meridie.nequando efficiar ſicut operta ſuper greges ſodaliũ tuorũ:indignabit.tumebit.& dicet.Si non cognoueris teipſam o pulchra iter mulieres. egredere tu in ueſtigiis gregũ.& paſce hædos tuos in tabernaculis paſtorum. Si inquit pulchra.& iter omnes mulieres ſpecies tua diligatur ab ſponſo.Niſi te cognoueris.& omni cuſtodia ſeruaueris cor tuũ . niſi oculos iuuenũ fugeris.egredieris de thalamo meo:& paſces hædos tuos.qui ſeparandi ſunt a ſiniſtris.Itaq; mi euſtochium filia.domina.conſerua.germana(aliud enī ætatis.aliud meriti.aliud religionis.hoc charitatis nomen eſt)audi eſaiã loquentem.Populus meus intra cubiculum tuũ.claude oſtiũ tuũ:abſcondere puſillũ aliquantulum donec tranſeat ira domini.Foris uagent uirgines ſtultæ tu intrinſecus eſto cũ ſpõſo.quia ſi oſtium clauſeris & ſecundum euangelii præceptum in occulto oraueris patrem tuum.ueniet.pulſabit & dicet. Ecce ego ſto ãte ianuam & pulſo.ſiquis mihi aparuerit itroibo & cœnabo cũ eo & ipſe mecũ.& tu ſtatim ſollicita reſpõdebis. Vox fratruelis mei pulſãtis & dicẽtis. Aperi mihi ſoror mea.proxima mea.colũba mea.perfecta mea. Neceſſe eſt ut dicas.Diſpoliaui me tunicam meam.quomodo induar illa? Lauaui pedes meos.quomodo inquinabo eos? illico conſurge & aperi.ne te moráte pertranſeat:& poſtea cõqueraris & dicas apui ego patrue li meo:patruelis meus pertranſiuit.Quid enim neceſſe eſt.ut cordi tui oſtia clauſa ſint ? Sponſo aperiantur chriſto claudantur diabolo ſecundum illud.Si ſpiritus poteſtatem habentis aſenderit ſuper te:ne dimiſeris locum tuũ.Daniel in cœnaculo ſuo(neq; enim p̃manere poterat in humili)feneſtras:apertas ad hieruſalem habuit.Et tu habeto apertas feneſtras.ſed unde lumen introeat.unde uideas ciuitatem domini. Ne aperias illas feneſtras:de quibus dicitur.Intrauit mors per feneſtras noſtras.Illud quoq; tibi uitandum eſt:ne uanæ gloriæ ardore capiaris.Quomodo iquit ieſus poteſtis credere gloriam ab hominibus accipiẽtes? Vide quale malũ ſit:quod qui habuerit.non poteſt credere.Nos uero dicamus.Quoniam gloriatio mea tu es : & q̃ gloriatur.in domino glorietur.Et ſi adhuc hominibus placerem:xp̃i ſeruus non eſſem.Et mihi autem abſit gloriari.niſi in cruce domini noſtri ieſu chriſti:per quem mihi mundus crucifixus eſt.& ego mundo .Et illud.In te laudabimur tota die:in te laudabitur anima mea.Cũ facis elemoſynam:deus ſolus uideat . Cõ ieiunas :læta ſit facies tua.Veſtis nec ſatis mũda.nec ſatis ſordida.& nulla diuerſitate notabilis:ne ad te obuiã prætereuntiũ turba conſiſtat.aut digito demonſtreris.Frater eſt mortuus.ſororis eſt corpuſculũ deducendum.Caue ne dũ hoc ſæpius facis ipſa moriaris.Nec ſatis religioſa uelis uideri.nec plus humilis q̃ neceſſe ẽ: ne gloriam fugiendo quæras.Plures enim paupertatis miſericordiæ.atq; ieiunii arbitros declinantes:in hoc ipſo cupiunt placere:q; placere conténunt.& mirũ in modũ laus dum uitatur:appetitur.Cæteris perturbationibus(quibus hominis mẽs gaudet.ægreſcit.ſperat.& metuit)plures inuenio extraneos.hoc uitio pauci admodũ ſũt.qui caruerint.& ille eſt optimus:qui quaſi in pulchro corpore rara neuorũ ſorde reſpergitur. Neq; uero te moneo.ne de diuitiis glorieris.ne de generis nobilitate te iactes.ne te cætetis p̃feras.Scio hũili tatem tuam.Scio te ex affectu dicere.Domine non eſt exaltatum cor meum.neq; elati ſunt oculi mei.Noui apud te & apud matrem tuam:ſuperbiam per quam diabolus cecidit.penitus locum non habere. Vnde ad te ſuper ea ſcribere ſuperfluũ eſt.Stultiſſimum quippe:eſt docere.quod nouerit ille.quẽ doceas.Sed ne hoc ipſum tibi iactantiam generet.q; ſæculi iactantiam cõtempſiſti.ne cogitatio tacita ſubrepat:ut quia iauratis ueſtibus placere deſiſti.placere coneris inſordidis.Et ſi quando in conuentu fratrum ueneris. uel ſororum: humili ſedeas ſcabello.te cauſeris indignã:uocem ex induſtria quaſi confectam ieiuniis tenues & deficiẽtes imitata greſſus humeris imitaris alterius.Sunt quippe nonnullæ exterminantes facies ſuas.ut appareant hominibus ieiunantes:quæ ſtatim.ut aliquem uiderint ĩgemiſcũt.dimittũt ſupciliũ & operta facie.uix unum oculum librant ad uidendũ.ueſtis pulla.cingulum ſacceum.& ſordidis manibus pedibuſq; uenter ſolus qa uideri non poteſt æſtuat cibo.His quotidie pſalmus ille cantatur.Dominus diſſibabit oſſa hominum ſibi placentium. Aliæ uirili hĩtu ueſte mutata.erubeſcũt fœmiæ eſſe. qđ natæ ſũt.Crinem amputãt.& ipudẽter erigũt facies eunuchinas.Sũt quæ ciliciis ueſtiũt:& cucullis fabrefactis:ut ad infantiam redeãt imitant noctuas & bubones.Sed ne tãtũ uidear diſputare de fœminis.uiros quoq; fuge.quos uideris cathenatos.quorũ fœminei cõtra apoſtolũ crines hircorũ barba.nigrũ palliũ & nudi in patientia frigoris pedes. Hæc omnia argumenta ſũt diaboli.Talẽ olí Antymũ:tãlẽ nuper ſophroniũ Roma cõgemuit.Qui poſtq̃ nobiliũ introierũt domos:& deceperũt mulierculas oneratas peccatis.ſemper diſcentes.& nunq̃ ad ſcientiam ueritatis peruenientes:triſtitiã ſimulãt.& quaſi louga ieiunia furtiuis noctiũ cibis protrahũt.Pudet dicere reliqua ne uidear potius iuuhi q̃ monere.Sũt alii(de mei ordinis hominibus loquor) qui ideo preſbyteratum.& diaconatũ ambiũt:ut mulieres licẽtius uideãt.Ois his cura de ueſtibus:ſi bene oleãt ſi pes laxa pelle nõ ſolleat. Crines calamiſtri ueſtigio rotant.digiti de ánulis radiãt.& ne plantas hũilior uia ſpargat.uix iprimũt ſũma ueſtigia.Tales cũ uideris:ſponſos magis æſtimato q̃ clæricos.Quidá i hoc oẽ ſtudiũ uitáq; poſuerũt.ut ma

tronarū noīa domos moreſq; cognoſcāt. Ex q̄bus unū qui huius artis eſt prīceps. breuiter ſtrictimq; deſcri bā: quo facilius magro cognito. diſcipulos recognoſcas. Cū ſole feſtinus exurgit. ſalutādi ei ordo diſponit. uiarū cōpēdia req̄rūt: & pene uſq; ad cubicula dormiētiū ſenex īportunus īgredit. Si puluillū uiderit: ſi mā tile elegās: ſi aliquid domeſticæ ſupellectilis laudat: mirat: & attrectat: & ſe his īdigere cōquerēs: nō tā īpe trat: q̄ extorquer: qa ſingulæ metuūt uere dariū urbis offēdere: huic inimica caſtitas: inimica ieiunia: prādiū nidoribus probat: & altilis geranopepa: uulgo papizo nominat. os barbarū & procax: & īconuitia ſemper ar matū. Quocūq; te uerteris: primus ī facie ē. Quicqd nouū īſonuerit: aut auctor aut exaggerator eſt famæ. Equi p horaꝝ momenta mutant. tā nitidi. tā feroces: ut illū thraci regis putes eſſe germanū. Variis callidus hoſtis pugnat īſidiis. Sapiētior erat coluber omnibus beſtiis: q̄s creauerat dominus ſuper terrā. Vnde & apo ſtolus. Non qd ignoramus eius aſtutias? Nec affectatæ ſordes: nec exquiſitæ mūditiæ cōueniūt xp̄iano. Si qd ignoras. ſiqd de ſcripturis dubitas: interroga eū. quem uita cōmendat. excuſat ætas. fama non reprobat. q̄ poſſit dicere. Deſponſaui enim uos uni uiro uirginem caſtam exhibere xp̄o. Aut ſi nō eſt. qui poſſit expo nere: melius eſt aliquid ueſcire ſecuram: q̄ cum periculo diſcere. Memento qa ī medio laqueoꝝ ambulas: & multæ ueteranæ uirgines. caſtitatis īdubitatæ. in ipſo mortis limine coronam pdidere de manibus. Siquæ ancillulæ ſunt comites ꝓpoſiti tui. ne erigaris aduerſus eas: ne īferis ut domia: Vnum ſponſum habere cœ piſtis ſimul pſallitis. chriſti ſimul corpus accipitis. cur menſa diuerſa ſit? Prouocentur & aliæ: honor uirgi nū ſit inuitatio cæterarū. Quod ſi aliquā ſenſeris infirmiorem ī fide: ſuſcipe cōſolare blandire. & pudicitiā illius fac lucrū tuū. Siqua ſimulat fugiens ſeruitutem: huic apte apoſtolū lege. Melius eſt nubere: q̄ uiri. Eas aūt uirgines & uiduas. quæ ocioſæ & curioſæ domos circueūt matronaꝝ. q̄ rubore frōtis attrito paraſito rum incedunt in modū: quaſi quaſdā peſtes abiice. Corrūpunt mores bonos cōfabulationes peſſimæ. Nulla illis niſi uētris cura eſt. & quæ uentri proxima. Iſtiuſmōi hortari ſolēt & dicere. Mi catella: rebus tuis utere. & uiue dū uiuis. Nūquid filiis tuis ſeruas? Vinoſæ atq; laſciuæ. qd uis mali īſinuāt. ac ferreas quoq; mentes ad delitias molliūt: & cū luxuriatæ fuerit. ī xp̄o nubere uolūt. habētes dānationē. q̄ primā fidem irritā fece runt. Nec tibi diſerta multū uelis uideri: aut lyricis feſtiua carmībus metro ludere. Nō delūbē matronarum ſaliuā delicata ſecteris. quæ nūc ſtrictis dētibus: nūc labiis diſſolutis. balbutiētē līguā īdimidiata uerba mo derant: ruſticum putātes oē q̄ naſcit. Inde illis adulterium etiā līguæ placet. Quæ pars fideli cum infidele? Quæ enī cōmunicatio luci ad tenebras? Qui cōſenſus xp̄o cum bellial? Quid facit cum pſalterio Oratius. cū euāgeliis Maro. cū apoſtolo cicero? Nōne ſcādalizat frater: ſi te uiderit ī idolio recūbētē? Et licet oīa mū da mundis. & nihil reiiciendum. qd cum gratiarum actiōe pcipit: tamē ſimul bibere nō debemus calicem xp̄i. & calicē dæmonioꝝ. Referā tibi meæ infœlicitatis hiſtoriā. Cum ante ānos plurimos. domo. parētibus. ſorore. cognatis. & quod his difficilius ē. cōſuetudie lautioris cibi. ꝓpter cæloꝝ me regna caſtraſſem. & hie roſolymā militaturus pergerē: bibliotheca. quā mihi romæ ſūmo ſtudio ac labore cōfecerā. carere nō pote ram. Itaq; miſer ego lecturus Tullium ieiunabā. poſt noctium crebras uigilias. poſt lachrymas. quas mihi p teritorū recordatio peccatoꝝ ex ītimis uiſceribus eruebat: plato ſumebat ī manibus. Si quādo ī memetipſū reuerſus ꝓphetas legere cœpiſſem: ſermo horrebat icultus. Et qa lumē cæcis oculis nō uidebā: non oculoꝝ putabā culpā eē ſed ſolis. Dū ita me antiquus. ſerpēs illuderet. ī media ferme quadrageſima medullis īfuſa fe bris corpus iuaſit exhauſtum: & ſine ulla requie (quod dictu quoq; incredibile ſit) ſic infœlicia mēbra depa ſta ſūt: ut oſſibus uix hærerē. Interim parabant exequiæ. & uitalis animæ calor toto frigeſcente iam corpo re: ī ſolo tātū tepente pectuſculo palpitabat. Cū ſubito raptus ī ſpiritu ad tribunal iudicis ptrahor: ubi tātū lūinis erat. & tātū excircūſtātiū claritate fulgoris. ut ꝓiectus ī terrā: ſurſū aſpicere nē auderē. Interrogatus de cōditiōe: chriſtianū me eſſe reſpōdi. Et ille q̄ præſidebat mētiris ait. ciceroniāus es: nō chriſtianus. Vbi. n. theſaurus tuus: ibi & cor tuum. Illico obmutui. & inter uerbera (nā cædi me iuſſerat) cōſcientiæ magis igne torquebar. illū mecum uerſiculum reputans. In īferno autē qs cōfitebit tibi? Clamare tamen cœpi: & eiulās dixi. Miſerere mei domine. miſerere mei. Hæc uox iter flagella reſonabat: tandē ad p̄ſidētis genua ꝓuoluti q̄ aſtabāt: p̄cabant ut ueniā tribueret adoleſcentiæ. & errori pœnitentiæ locū cōmodaret. exacturus deinde cruciatū: ſi gētilium libros aliquando legiſſem. Ego q̄ tāto cōſtrictus articulo uellem etiā maiora ꝓmittere: deierare cœpi: & nomē eius obteſtās dicere. Domine ſi unq̄ habuero codices ſæculares. ſi legero: te negaui. In hæc ſacramenti uerba dimiſſus reuertor ad ſupos: & mirantibus cunctis oculos apio. tāto lachrymarū ī bræ pfuſos: ut etiā incredulis fidem facerem ex dolore. Nec uero inanis ſopor ille fuerat. aut uana ſōnia. qui bus ſæpe deludimur: teſte eſt tribunal illud ante quod iacui iudicium teſte eſt quod timui. Ita mihi nunq̄ contingat talem icidere qōnem: liuētes habuiſſe me ſcapulas. plagas ſenſiſſe poſt ſōniū. & tāto dehinc ſtu dio diuina legiſſe. quāto mortalia ante nō legerā. Auaritiæ tibi quoq; uitādū ē malū: nō q̄ aliena non appe tas (hoc enim & plublicæ leges puniūt) ſed qd tua quæ ſūt. aliēa nō ſerues. Si ī alieno īquit fideles nō fuiſtis. qd uīm ē qs dabit uobis? Aliena nobis auri argētiq; ſūt pondera. nīa poſſeſſio ſpiritalis ē: de q̄ alibi dī. Re dēptio uiri ꝓprie diuitiæ. Nemo enī pōt duobus dominis ſeruire. Aut enim unū odiet. & alterū amabit. aut unum patiet: & alteꝝ cōtēnet. Nō poteritis deo ſeruire & māmonæ. i. diuitiis. Nā gentili Syroꝝ lingua mā mona diuitiæ nūcupant. Cogitatio uictus. ſpiæ ſunt fidei: radix auaritiæ cura gētilium. Sed dicis. Puella ſūt delicata. & quæ manibus meis laborare non poſſum. ſi ad ſenectam uenero. ſi ægrotare cœpo. qs mei miſe rebit? Audi ad apoſtolos loquentē ieſum. ne cogitetis ī corde uīo qd māducetis: neq; corpori uīo qd īdua mini. Nonne anima plus ē q̄ eſca & corpus plus ē q̄ ueſtimentum? Reſpicite uolatilia cæli. quoniam non ſe rūt. neq; metunt. neq; congregāt ī horrea: & pater ueſter cæleſtis paſcit illa. Si ueſtis deſuerit: lilia præponun tur. Si eſurieris. audis beatos pauperes & eſurientes. Si aliquis te afflixerit dolor: legito propter hoc cōplaceo

mihi in ifirmitatibus meis:& datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ angelus ſathanæ qui me colaphizet. ne extollar.Lætare i omnibus iudiciis dei.Exultauerunt eni filiæ iudæ.i omnibus iudiciis tuis domine.Illa tibi ſemper i ore uox reſonet.Nudus exiui de utero mris meæ:nudus & redeam:& nihil itulimus i hūc mundū: neq; auferre quid poſſumus.At nūc pleraſq; uideas.armaria ſtipare ueſtibus.tunicas mutare quotidie: & tamen tineas non poſſe ſuperare.quæ religioſior fuerit.unum exterit ueſtimentum.& plenis arcis pānos trahit. Inficiuntur mēbranæ colore purpureo.aug; liqueſcit in lris.gēmis codices ueſtiunt:& nudus ante fores eorū xps emorit.Cū manū egenti porrexerint buccinant:cum ad agapē uocauerit.pco conducit. Vidi nuper(nomen tamen taceo ne ſatyram putes)nobiliſſimā mulierem romanog; i baſilica beati petri ſemiuiris antecedentibus;ppria māu.quo religioſior putaret ſingulos nūmos diſpartire paupibus.Interea(ut uſu noſ ſe pficile eſt)anus qdam annis paniſq; obſita p̄cucurrit. ut alteg; nūmum accipet:ad quā cum ordie pueniſ ſet.pugnus porrigitur ꝑ denario:& tanti criminis reus ſanguis effundit. Radix omnium malog; eſt auaritia; ideoq; ab apoſtolo idolog; ſeruitus appellat.Quære primū regnū dei:& hæc omnia apponētur tibi.Nō occidet famæ animam iuſtam dominus.Iunior fui.& ſenui.& nō uidi iuſtū derelictum:neq; ſemē eius quæ rens panem.Helias coruis miniſtrātibus paſcit.Vidua ſareptena ipſa cū filiis nocte moritura ꝑphetā paſcit eſurientem:& mig; i modū capface cōpleto.q alendus uenerat alit.Petrus apoſtolus inquit. argētū & aurū non habeo:quod autem habeo .hoc tibi do.In nomine domini ieſu ſurge: & ambula At nunc multi(licet ſermone taceant)opere loquūtur.Fidem & miſericordiam non habeo:qd̄ autē habeo argētū & aurū:hoc tibi non do.Habētes autē uictū & ueſtitum:his contēti ſimus.Audi iacob:qd in ſua oratione poſtulet. Si fuerit dominus meus mecū.& ſeruauerit me i uia hac.per quam ego iter faceo:& dederit mihi panē ad māducā dū.& ueſtē ad ueſtiēdū.Tantum neceſſaria præcatus ē:& poſt annos uiginti diues dominus.& ditior pater. ad terram reuertitur chanaan .Infinita de ſcripturis exēpla ſuppeditant.quæ auaritiā doceant eſſe fugiēdā. Verū quia nūc ex parte de ea dicitur:& ſuo(ſi chriſtus annuerit)uolumini reſeruat:quid ante nō plures annos nitriæ geſtū ſit referamus.Quidā ex fratribus parcior magis q̄ auarior.neſciēs.xxx.argēteis dominū uēditū:cētū ſolidos quos lina texēdo acquiſierat moriens dereliquit .Initum ē iter monachos cōſiliū(nā in eodem loco circiter quinq; milia diuiſis cellulis habitabāt)quid huic facto opus eſſet. Alii pauperibus diſtribuendos eſſe dicebāt.alii dandos eccleſiæ:nonnulli parētibus remittendos.Macharius uero & pābo & iſidorus & cæteri quos patres uocāt:(ſancto in eis loquēte ſpiritu)decreuerūt ifodiēdos eē cū domino ſuo dicentes pecunia tua tecum ſit in perditione.Nec hoc crudeliter quiſq; putet factum. Tantus terror cunctos p totā egyptum inuaſit:ut unū ſolidum dimiſiſſe ſit criminis.Et quoniam monachorū fecimus mētionē.& te ſcio libenter audire quæ ſancta ſunt:aurem pauliſper accōmoda. Tria ſūt in ægypto genera monachog;.Primū cœnobitæ.qd̄ illi ſauches gentili lingua uocāt:nos i commune uiuētes poſſumus appellare .Secūdum anochoritæ q ſoli habitant per deſerta.& ab eo q; ꝑcul ab hominibus receſſerint.nūcupantur. Tertium genus ē .qd̄ rēnuoth dicunt.deterrimū atq; negligētū:& quod in noſtra ꝑuincia aut ſolum: aut primum ē. Hi bini uel trini nec multo plures ſimul habitant.ſuo arbitratu ac ditiōe uiuētes:& de eo qd̄ laborauerit.i medium partes cōferunt.ut habeant alimenta cōmunia.Habitant autem q̄plurimi i urbibus.& caſtellis:& quaſi ars ſi ſancta non uita quicquid uendiderint.maioris eſt præcii.Inter hos ſæpe ſūt iurgia:quia ſuo uiuētes cibo nō patiuntur ſe alicui eē ſubiectos.Re uera ſolēt certare ieiuniis & rē ſecreti uictoriæ faciunt. Apud hos affectata ſunt omnia.laxæ manicæ.caligæ follicātes.ueſtis craſſior.crebra ſuſpiria: uiſitatio uirginū. detractio clericorum:Et ſi quando dies feſtus uenerit ſaturantur ad uomitū.His igitur quaſi quibuſdā peſtibus exterminatis:ueniamus ad eos q plures ſūt & in cōmune habitant .i.quos uocari cœnobitas diximus . Pria apud eos cōfœderatio eſt obedire maioribus:& quicqd iuſſerit facere.Diuiſi ſunt ꝑ decurias atq; centurias. ita ut nouē hominibus decimus ꝑſit.& rurſus decem ꝑpoſitos ſub ſe cēteſimus habeat. Manent ſeparati.ſe iunctis cellulis:uſq; ad horā nonā.Inſtitutum eſt ieiunium·Nemo pgit ad alium exceptis his decanis quos diximus ut ſi cogitationibus forte qs fluctuat:illius cōſoletur alloquiis. Poſt horā nonā i cōmune cōcurritur.pſalmi reſonāt.ſcripturæ recitant ex more:Et cōpletis orationibus.cunctiſq; reſidētibus.medius quem patrem uocant icipit diſputare.Quo loquente tātum ſilentium fit.ut nemo alium reſpicere :nemo audeat excreare.Dicentis laus in fletu eſt audientium. Tacite uoluunt ꝑ ora lachrymæ.& ne in ſingultus qdem erūpit dolor.Cum uero de regno xpi.& de futura beatitudine.& de gloria cœperit annunciare uentura :uideas cunctos moderato ſuſpirio.& oculis ad cælum leuatis itra ſe dicere.Quis dabit mihi pēnas ſicut columbæ. & uolabo.& requieſcā;Poſt hoc concilium ſoluitur.& unaq̄q; decuria cum ſuo parente pgit ad menſas:quibus ꝑ ſingulas hebdomadas uiciſſim miniſtrāt.Nullus in cibo ſtrepitus ē.Nemo comedēs loquit. Viuit pane .leguminibus & holeribus:quæ ſale ſolo cōdiunt. Vinum tantum ſenes accipiunt .quibus & puulis fæpe ſit prādium:ut alio; feſſa ſuſtentet ætas:alio; nō frangat incipiens.Dehinc cōſurgunt pariter.& hymno dicto ad ꝑſepia redeunt:ibi uſq; ad ueſperā cum ſuis unuſquiſq; loquit.& dicit. Vidiſtis illum & illum. quanta i ipſo ſit gra.quātum ſilentium q̄ moderatus inceſſus;Si infirmum uiderit .conſolant.ſi i dei amore feruentē.cohortant ad ſtudium.Et quia nocte extra orationes publicas in ſuo cubili unuſqſq; uigilat:circūeunt cellulas ſingulog;.& aure appoſita qd faciant.diligenter explorant.Qui tardioré deꝑhēderit nō increpāt.ſed diſſimulato qd̄ norunt.eū ſæpius uiſitāt:& prius icipiētes.ꝑuocāt magis orare q̄ cogūt.Opus dei ſtatutū ē.qd̄ decano redditū fert ad œconomū.q & ipſe ꝑ ſingulos menſes patri omniū cū magno tremore reddit rōnem :a quo etiā cibi cū facti fuerit deguſtant.Et qa nō licet dicere cuiq̄ tunicā & ſagū textaq; iuncis ſtrata nō habeo.ita ille uniuerſa moderat: ut néo qd poſtulet nemo nō habeat.Si uero qs cœperit ægrotare.tranſfert ad exedram latiorem.& tanto ſenū miniſterio conſouetur:ut nec delitias urbium.nec matris

quærat affectū. Dominicis diebus orationi tātū & lectionibus uacāt: qđ qdē & oī tempore cōpletis opuscu lis faciunt. Quotidie aliquid de scripturis discitur. Ieiunium totius anni æquale est excepta quadragesima: in qua sola conceditur strictius uiuere. A pentecoste cœnæ mutantur in prandia: quo & traditioni ecclesiasticæ satisfiat & uentrem cibo non onerent duplicato. Tales philo platonici sermonis imitator: tales iosephus Græcus liuius: in secunda iudaicæ captiuitatis historia esse nos debere refert. Verum quia nunc de uirginibus scribens. pene superflue de monachis disputaui. ad tertium genus ueniam. quos anachoritas uocant: & qui de cœnobiis exeuntes. excepto pane & sale. amplius ad deserta nihil ꝓferūt. Huius uitæ auctor paulus. illustrator antonius: & ut ad superiora conscendā. prīceps ioannes baptista fuit. Talem uero uirum hieremias quoq; ꝓpheta describit dicens. Bonum est uiro cum portauerit iugū ab adolescentia sua. sedebit solitarius & tacebit. quoniam sustulit super se iugū & dabit ꝓcutienti se maxillā saturabit obprobris: qa nō i sempiternū abiiciet dominus. Horū laborē & cōuersationē i carne nō carnis. alio tpe si uolueris explicabo: nunc ad ꝓpositū redeā. Quia de auaritia differēs ad mōachos uenerā. quoꝝ tibi exempla ꝓponēs: non dico auꝝ atq; argētū. & cæteras opes: sed ipsam terrā & cælum despiciens. & xp̄o copulata cātabis. pars mea dominus. Post hoc q̄q̄ apostolus orare nos semper iubeat. & sanctis etiam ipse somnus sit oratio. sic tamē diuisas orādi horas debēus habere. ut si forte aliquo fuerimus opere detenti: ipsum nos ad officium tempus admoneat. Horā tertiam. sextam. nonam. diluculum quoq; & uesperam: nemo est qui nesciat. Nec cibi ante sumantur. nisi oratione permissa. nec recedatur a mensa: nisi referatur creatori gratia. Noctibus bis terq; surgendum: reuoluenda de scripturis quæ memoriter retinemus. Egredientes hospitium armet oratio regredientibus de platea. oratio occurrat anteq̄ sessio: nec prius corpusculū requiescat. q̄ anima pascat. Ad oēm actū. ad oēm iter̄ssū: mālus pigat crucē. Nulli ꝺtrahas: nec aduersū filiū matris tuæ pōas scādalū. Tu q̄s. ut alienū seruū iudices? Suo domino stat: aut cadet. Stabit autem: potens est enim dominus statuere illū. Nec si biduo ieiunaueris: putes te non ieiunantibus esse meliorem. Tu ieiūas & irascēris: ille comedit & forte blandit. Tu uexationem mentis: & uētris furiē rixādo digeris. ille moderatius alitur: & deo gragias agit. Vnde quotidie clamat esaias. Non tale ieiuniū elegi: dicit dominus. Et iterum i diebus ieiuniorum uestrorum inueniuntur uoluntates uestræ: & omnes qui sub uestra potestate sunt stimulatis. in iudiciis & litibus ieiunatis: & pcutitis pugnis humilē. Vt quid mihi ieiunatis? Quale illud pōt eē ieiuniū. cuius iram non dicā nox occupat: sed luna integra derelinquit? Teipsam considerans. noli in alterius ruina: sed i tuo ope gloriari. Nec illarum tibi exempla ꝓponas. quæ carnis curā faciētes. possessionū redditus: & quotidianas domus ipē sas supputāt. Neq; enim undecim christi apostoli iudæ ꝓditione sunt fracti. nec phigelo & Alexādro facientibus naufragiū; cæteri a cursu fidei substiterūt. Nec dicas. Illa & illa suis rebus fruit. honoratur ab hominibus: fratres ad eam conueniūt & sorores. Nūquid ideo uirgo esse desinit? Primū dubium est: an uirgo sit talis (non enim quō uidet hō: uidet deus hō uidet in facie. deus autē i corde) dehīc etiam si corpore uirgo est: an spū uirgo sit. nescio. Apostolus autē ita uirginē definiuit ut sit sancta corpore & spū. ad extremū habeat sibi gloriam suā. Vincat pauli sententiam. delitiis fruatur. & uiuat. nos meliorū exempla sectemur. Propone tibi beatam mariam. quæ tantæ extitit puritatis. ut mater domini esse mereret. ad quā cū angelus cabriel in uiri specie descendisset dicens. aue gratia plena. dominus tecum: cōsternata & ꝓterrita respondere non potuit. Nunq̄ enim a uiro fuerat salutata. Deniq; nūcium ediscit & loquitur. & quæ hominē formidauerat: cum angelo fabulatur itrepida. Potes & tu eē mater domini. Accipe tibi tomū. magnū. nouū. & scribe in eo stilo hominis. uelociter spolia detrahe: & cum accesseris ad prophetissā. & cōceperis in utero: & pepereris filium dic. A timore tuo domine concepimus. & doluimus. & pepimus spūm salutatiōis tuæ: quē fecimus nup super terram. Tunc & filius tuus tibi respondebit. & dicet. ecce mater mea & fratres mei. & mirum in modum. ille quem in latitudine pectoris tui paulo ante descripseras. quem in nouitate cordis stilo uolante signaueras: postq̄ spolia ex hostibus receperit. postq̄ denudauerit pricipatus & potestates. & affixerit eas cruci. cōceptus adolescit: & maior effectus sponsā te icipit habere de matre. Grandis labor. sed grande ꝑmiū. esse qđ martyres: esse qđ apostoli: esse qđ christus est. Quæ qdem uniuersa tunc ꝓsunt. cum i ecclesia fiunt. cū in una domo pascha celebramus. si arcam incredimur cū noe. si pereunte iericō: raab meretrix iustificata nos continet. Cæterū uirgines. q̄les apud diuersas hæreses. & q̄les apud ipurissimū māichæū eē dicunt: scorta sūt æstimandæ. nō uirgines. Si .n. corporis eaꝝ auctor ē diabolus. quō possūt honorare psalmatiōem ortus sui? Sed quia sciunt uirginale uocabulum glorioſum. sub ouium pellibus lupos tegunt. Christum mentitur antichristus: & turpitudiem uitæ falso nominis honore conuestiunt. Gaude soror. gaude filia. gaude mi uirgo. quia quod aliæ simulāt: tu uere esse cœpisti. Hæc omnia quæ digessimus. dura uidebūtur eis: qui nō amāt. christum. Qui autem omnem sæculi pompam pro purgamento habuerit. & uana duxerit uniuersa sub sole ut Christum lucri faciat. q cōmortuus est domino suo. & consurrexit & crucifixit carnem cum uitiis & concupiscentiis: libere proclamabit. Quis nos separabit a charitate christi? Tribulatio an angustia. an ꝑsecutio. an fames. an nuditas. an periculum. an gladius? Et iterum. Certus sum enim quia neq; mors. neq; uita. neq; angeli. neq; principatus. neq; potestates. neq; instantia. neq; futura. neq; fortitudo. neq; excelsum. neq; ꝓfundum: neq; alia creatura poterit nos separare a charitate dei quæ est in xp̄o iesu domino nostro. Dei filius ꝓ nostra salute hominis factus est filius decem mensibus in utero ut nascatnr expectat. fastidia sustinet crucentatus egreditur. pannis inuoluitur. blanditiis delinitur: & ille cuius pugillo mundus includitur. præsepis continetur angustiis. Taceo quousq; ad triginta annos ignobili parentum paupertate contentus est: uerbe ratur & tacet. crucifigitur & pro crucifigentibus deprecatur. Quid igitur retribuam domino. pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam: & nomen domini inuocabo. Præciosa in conspectu do

mini mors ſanſtorum eius.Hæc eſt ſola digna retributio.cum ſanguis ſanguine cõpẽſatur.& redempti cruo re chriſti:pro redemptore libenter occũbimus.Quis ſanctorum ſine certamine coronatus eſt?Abel iuſtus occiditur.abraham uxorem periclitatur amittere.Et ne in imenſũ uolumen extendam: quære. & inuenies ſingulos aduerſa perpeſſos.Solus ſalomõ ĩ delitiis fuit:& forſitã ideo corruit.Quem enim diligit dominus corripit:caſtigat autem omnem filium:quem recipit.Nonne melius eſt breui tempore dimicare .ferre ual- lum.arma ſumere. laceſſere ſub lorica. & poſtea gaudere uictorem. q̃ impatientia unius horæ ſeruire per- petuo?Nihil amantibus durum eſt.nullus difficilis cupienti labor.relpice quãta iacob pro rachel facta uxo re ſuſtinuit.Et ſeruiuit inquit ſcriptura iacob pro rachel annis ſeptem.& erant in conſpectu eius quaſi dies pauci:quoniam amabat illam. Vnde & ipſe poſtea memorat.In die uerebar æſtu:& gelu nocte. Amemus & nos chriſtum.eiuſq; ſemper quæramus amplexus.& facile uidebitur omne difficile.breuia putabimus uni- uerſa.quæ longa ſunt:& iaculo illius uulnerati.per horarum mométa dicemus.Heu me quia peregrinatio mea prolongata eſt a me.Non ſunt enim condignæ paſſiones huius temporis.ad futuram gloriam quæ re uelabitur in nobis.Quia tribulatio patientiam operatur.patientia autem probationem.probatio uero ſpẽ. ſpes autem non confundit.quoniam charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris.Quando tibi graue uidetur eſſe.quod ſuſtines:pauli ſecundam epiſtolam ad corinthios lege.In laboribus plurimis.in carceribus abun- dantius.in plagis ſupra modum.in mortibus frequenter.A iudæis quinquies quadragenas una minus acce pi.Ter uirgis cæſus ſum.ſemel lapidatus ſum:ter naufragium feci.nocte & die in profundo maris fui. In iti- neribus ſæpe.periculis fluminum.periculis latronum.periculis ex genere.periculis ex gentibus.periculis in ciuitate. periculis in deſerto.periculis in mari.periculis in falſis fratribus:in laboribus.in miſeriis. in uigiliis multis.in fame & ſiti.in ieiuniis plurimis:in frigore & nuditate.Quis noſtrũ ſaltẽ minimam portionem de catalogo harum ſibi poteſt uendicare uirturum?Ob quæ ille poſtea confidentur aiebat :curſũ cõſumaui: fidem ſeruaui.ſupereſt mihi corona iuſtitiæ:quã retribuet mihi dominus in illa die.iuſtus iudex.Si cibus ĩ- ſulſior fuerit:cõtriſtamur.& putamus nos deo aliquod præſtare beneficium.Cũ aquatius uinũ bibimus:ca lix frangitur.menſa ſubuertitur.uerba reſonant:& aqua tepidior.ſanguine uidicatur.Regnum cælorum uĩ patitur:& uiolenti rapiunt illud.Niſi uim feceris:cælorum regna non capies.Niſi pulſaueris iportune :panẽ non accipies ſacramenti.At non tibi uidetur uiolentia.cum caro cupit eſſe quod deus eſt.& illic ũde angeli corruerunt angelos iudicatura conſcendere?Egredere quæſo pauliſp de carcere.& præſentis laboris ãte ocu los tuos pinge mercedem.quam nec oculus uidit.nec auris audiuit.nec ĩ cor hominis aſcẽdit.Qualis erit il la dies :cum tibi maria mater domini choris occurret comitata uirgineis:cum poſt rubrum mare.ſubmerſo cum ſuo exercitu pharaone:tympanum tenens præcinet reſponſuris.Cantemus domino.glorioſe enim ho- norificatus eſt.æquum & aſcenſorem proiecit in mare.Tunc tecla in tuos læta uolabit amplexus .Tunc & ipſe ſponſus occurret:& dicet. Surge ueni proxima mea.ſponſa mea.columba mea.quia ecce byems tranſi- uit:pluuia abiit ſibi . Tunc angeli mirabuntur & dicent.Quæ eſt iſta proſpiciens quaſi diluculum.ſpecioſa ut luna.electa ut ſol ? Videbunt te filiæ.& laudabunt reginæ:& concubinæ prædicabunt.Hinc & alius caſti tatis chorus occurret.Sara cum nuptis ueniet.filia phanuelis anna cum uiduis.Erunt in diuerſis gregibus carnis & ſpiritus matris tuæ.Lætabitur illa q̃ genuit:exultabit iſta q̃ docuit.Tunc uere ſuper aſinam domi nus aſcendet:& cæleſtem ingredietur hieruſalem.Tunc paruuli(de quibus in eſaia ſaluator effatur.ecce ego & pueri mei quos mihi dedit deus:)palmas uictoriæ ſubleuantes:conſono ore cantabunt oſãna in excelſis. Benedictus qui uenit in nomine domini:oſanna in excelſis.Tunc centum quadraginta quatuor milia ĩ cõ- ſpectu throni & ſeniorum tenebunt citharas.& cantabunt canticum nouum.& nemo poterit ſcire canticũ illud:niſi numerus definitus.Hi ſunt qui cum mulieribus ſe non coinquinauerunt:uirgines enim permanſe runt.Hi ſunt qui ſequuntur agnum quocumq; uadit.Quotiẽſcũq; te uana ſæculi delectauerit ambitio quo tiens ĩ mundo aliquid uideris glorioſum.ad paradiſum mente tranſgredere.eſſe incipe .quod futura es: & audies a ſponſo tuo.Pone me ſicut umbraculum in corde tuo. ſicut ſignaculum in brachio tuo : & opere pariter ac mente munita clamabis.& dices.Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem:& flumina non cooperient eam.

Incipit epiſtola beati hieronymi ad demetriadem uirginem de continentia uirginali ſeruanda.

Nter omnes materias quas adoleſcentia uſq; ad hanc ætatem uel mea uel notarii ſcripſi manu: nihil præſẽti opere difficilius.Scripturus enim ad demetriadem uirgiem chriſti: quæ & nobilita
I te & diuitiis prima eſt in urbe roma ſi cũcta uirtutibus eius cõgrua dixero :aduladi putabor. ſi q- dam ſubtraxero:ne incredibilia uideantur:damnum laudibus eius mea faciet uerecundia. Quid igitur faciam? Quod implere nõ poſſum:negare non audeo.Tanta ẽ auiæ eius:& mris iſigniũ fœmiaꝝ.ĩ iu bẽdo auctoritas:i petẽdo fides:ĩ extorquẽdo ꝑſeuerãtia. Neq;.n.ut nouũ & ꝑcipuũ qddã a me flagitãt:cuius ingeniũ ĩ huiuſcemodi materiis ſæpe detritũ ẽ.Sed ne uocis meæ ꝑ uirili parte deſit teſtimoniũ i eius uirtu tibus explicandis. cuius & inclyti oratoris utar ſententia ſpes magis laudanda eſt: q̃ res q̃q̃ puellares annos fidei ardore ſuperarit: & inde cœperint ubi alias deſiſſe.perfectæ conſumataeq; uirtutis eſt. Sit procul ob trectatio . Faceſſat inuidia . Nullum in ambitione ſit crimen.Ignoti ad ignotam ſcribimus . dũtaxat iuxta facié corporalẽ.Alioquin iterior hõ pulchre ſibi cognitus ẽ.illa notitia.qua paulus apoſtolus ad colocenſes multoſq; credẽtiũ nouerat:quos ãte nõ uiderat.Quãtũ fit apd me meritũ.imo miraculũ uirgis nr̃æ:hĩc põt æſtimari.q; occupatus ĩ explanatiõe tẽpli ezechielis.qd' opus ĩ oĩbus ſcripturis ſcís uel difficillimum ẽ:& in ea parte delubri.ĩ q̃ ſcã ſcõꝝ & thymiamatis altare deſcribitur:malui parũp hoc uti diuerticulo :ut de alta- ri trãſitẽ ad altare,& hoſtiã uiuam placentem deo.ac ſine ulla macula æternæ pudicitiæ cõſecrarem. Scio q̃

ad imprecationem pontificis:flammeū uirginale ſanctū operuit caput.Et illud apoſtolicæ uocis inſigne ce lebratum ſit.Volo autem uos omnes uirginem caſtam exhibere xpo.quando aſtitit regina a dextris eius in ueſtitu deaurato circūdata uarietate.qua ueſte polymita:& multaꝝ uirtutum diuerſitate contexta:indutus fuit & ioſeph:& regum quondam utebantur.filiæ.Vnde & ipſa ſponſa lætatur:& dicit.Introduxit me rex i cubiculum ſuū.Sodaliūq; reſpondet chorus.Omnis gloria filiæ regis intrinſecus.Sed & noſtra oratio dabit aliquid emolumenti.Equorum curſus fauore pernitior fit.Pugilū fortitudo clamoribus incitatur.Paratas ad p̄lium acies:ſtrictoſq; mucrones ſermo imperatoris accendit.Igitur & in opere p̄ſenti auia quidem materq; plantauerunt.ſed & nos rigabimus:& dominus incrementum dabit.Rhetoꝝ diſciplina eſt ab auis & attauis.& omni retro nobilitate ornare quem laudes:ut ramoꝝ ſterilitatem radix fœcunda compenſet.& quod in fructu non teneas:mireris in trunco.Scilicet nunc mihi Proborum & Olibriorum clara repetenda ſunt nomina.& illuſtris Anitii ſanguinis genus.in quo aut nullus.aut rarus erit qui non meruerit conſulatum:aut proferendus Olibrius uirginis noſtræ pater:quem immatura morte ſubtractū roma congemuit. Vereor plura dicere.ne ſanctæ matris uulnus exaſperem:& uirtutum eius recordatio fiat doloris inſtauratio.Pius filius.uir amabilis clemens dominus:cuius affabilis:conſul quidem in pueritia.ſed moꝝ bonitate ſenator illuſtrior:felix morte ſua.qui non uidit patriam corruentem.immo fœlicior ſobole:qui demetriadis pro auiæ nobilitatem inſigniorem reddidit demetriadis filiæ perpetua caſtitate. Veꝝ quid ago oblitus ꝓpoſiti?Dum admiror iuuenem laudaui aliquid bonorum ſæculoꝝ.cum in eo uirgo noſtra magis laudanda ſit:q; hæc uniuerſa contempſerit.q; non ſe nobilem.non diuitiis p̄potentem:ſed hominē cogitarit. Incredibilis animi fortitudo.intra gemmas & ſericum.inter eunuchoꝝ & puellarum cateruas:& adulationem ac miniſteria familiæ perſtrepentis.& exquiſitas epulas.quas ample domus præbebat abundantia:appetiſſe eā ieiuniorum laborem.aſperitatem ueſtium:uictus continentiam.Legerat enim domini uerba dicentis: Qui mollibus ueſtiuntur:in domibus regum ſunt.Stupebat ad conuerſationem heliæ & ioannis baptiſtæ: quorum uterq; zona pellicea aſtrinxit:& mortificauit lombos ſuos.Alter ueniſſe narratur in ſpiritu & uirtute heliæ p̄curſor domini in utero prophetans parentis.& ante diem iudicii iudicis uoce laudatur. Annæ filiæ phanuelis mirabatur ardorem:quæ orationibus atq; ieiuniis uſq; ad ultimā ſenectutem in templo domino ſeruiebat.Quatuor uirginum filiarum philippi deſiderabat choꝝ.& unā ſe illarum eſſe cupiebat: quæ pudicitia uirginali prophetiæ gratiam conſecutæ ſunt.His & huiuſcemodi cogitationibus paſcebat animum: nihil ita metuens q̄ auiam matrēq; offendere.Quarum cum incitaretur exemplo:uoluntate & ſtudiis terrebatur.non quo diſpliceret eis ſanctum propoſitum.ſed q; pro rei magnitudine optare id & appetere non auderent.Aeſtuabat chriſti tyruncula.Oderat ornatum ſuum:& cum heſter loquebatur ad dominum. Tu noſti q; oderim inſigne capitis mei:hoc eſt diadema quo utebatur quaſi regina:& tantæ ducam imunditiæ:uelut pannum mulieris menſtruatæ.Aiunt ſanctæ & nobiles fœminæ.quæ eam uidere.quæ norunt. quas de littore galliarum ad habitationem ſanctorum locorum hoſtium per africam compulit ſæua tempeſtas noctibus & ſecreto conſciis tantum uirginibus dei.quæ in matris & auiæ comitatu erant.nunq̄ eam linteamine.nunq̄ plumaꝝ uſam mollicie:ſed ciliciolum in nuda humo habuiſſe pro ſtratu.iugibus faciem rigaſſe lachrymis:ſaluatoris mente genibus aduolutam ut ſuum reciperet propoſitum.ut impleret deſideriū.& auiæ animū matriſq; molliret.Quid ultra differo?Cum iam nuptiaꝝ appropiquaret dies.& futuro matrimonio thalamus pararetur:ſecreto & abſq; arbitris.noctēq; habens pro ſolatio: talibus fertur ſe armaſſe conſiliis. Quid agis demetrias?Cur pudicitiā tanto pauore defendis?Libertate opus eſt & audacia. Quæ ſic in pace metuis.qd faceres in martyrio ꝓpetrādo?Quæ tuoꝝ uultū ferre nō potes.quō ſuſtineres tribunalia plecutoꝝ?Si te uiroꝝ exēpla nō ꝓuocant:hortet faciatq; ſecurā beata martyr agnes:q̄ ætatē uicit & tyrānū:& titulū caſtitatis martyrio cōſecrauit.Neſcis miſera.neſcis cui uirgitatem tuā debeas.Dudū inter barbaras manus tremuiſti.auiæ matriſq; ſinu & paliis tegebaris.Vidiſti te captiuā:& pudicitiā tuā nō tuæ ptātis.Horruiſti truces hoſtiū uultus:raptas uirgines dei gemitu tacito conſpexiſti.Vrbs tua quondā orbis caput romani populi ſepulchꝝ eſt:& tu in libyco littore exulē uiꝝ exul ipſa accipies.Quā habitura,pnubā?Quo deducēda comitatu?ſtridor punicæ liguæ,pcacia tibi feſcēnina cātabit.Rūpe mores oēs:Perfecta dei dilectio foras mittit timorē.Aſſume ſcutū fidei.loricā iuſticiæ. galeam ſalutis:,pcede ad p̄liū. Habet & pudicitia ſeruata martyriū ſuū.Quid metuis auiā?Quid formidas parētem:Forſitā & ipſe uelit qd te uelle nō credūt. His & aliis q̄pluribus iflāmata ſtimulis oēm corpis cultū & habitū ſæculare q̄ſi ,ppoſiti ſui ipedimēta,piecit.Prætioſa monilia & graues cēſibus unione:ardēteſq; gēmæ reddunt ſcrineis. Vili tunica iduit:uiliori tegit pallio:& iſperata auiæ genibus repēte ,puoluit:fletu tātū merorisq; plāctibus q̄ eſſet oſtendēs.Obſtupuit facta & grauis fœmia alienū habitū inepte cōſpiciēs.Mater gaudio ſtabat attonita.utraq; ueꝝ nō credere qd uerū eſſe cupiebāt.Hæſit uox faucibus:& iter ruborē & palloreꝝ metūq; atq; lætitiā cogitatiōes uariæ mutabātur.Succūbēdū ē huic loco:ne qua narrat aggrediar qd dicēdo minus faciā.Ad explicādā icredibilis gaudii magnitudinē & tulliāi fluuius exiccaret igenii & cōtortæ demoſthenis uibratæq; ſniæ tardius lāguidiuſq; ferrent.Quicqd pōt cogitare aius:qcqd ſermo nō pōt explicare:illo in tpe factū audiuimus.Certati in oſcula neptis mater & filia ruūt:uberti flere p̄ gaudio:iacentē manu attollere:amplexariq; trepidantē:agnoſcere in illius,ppoſito mentē ſuā:& gratulari q; nobilē familiā uirgo uirgitate ſua nobilioꝝ faceret:inueniſſe eam quod p̄ſtaret generi:quod romanæ urbis cineres mitigaret.Ieſu bone quid illud in illa domo exultationis fuit.Quaſi ex radice fœcunda multæ ſimul uirgines pullularunt: exemplumq; patronæ & dominæ ſecuta eſt clientium turba atq; famularum. Per omnes domos ſeruebat uirginitatis profeſſio: quarum cum impar eſſet in carne conditio unū erat præmium caſtitatis.Parum loquor.Cūctæ per africam eccleſiæ quodā

exultauere tripudio. Non ſolū ad urbes: oppida: uiculoſq; ſed ad ipſa quoq; mappalia celebris ſama penetrauit. Omnes inter africā italiāq; inſulæ hoc rumore repletæ ſunt: & inoffenſo pede longius gaudia cucurrere. Tūc lugubres ueſtes italia mutauit: & ſemiruta urbis romæ mœnia priſtinū ex parte recepere fulgorē: ppitiū ſibi æſtimantes deū in alūnæ conuerſione pfecta. Putares extictam gotthoꝝ manū: & colluuiē pfugarū atq; ſeruoꝝ domini deſuper intonantis flumine concidiſſe. Non ſic poſt trebiam thraſimenum & cānas: in quibus locis romanoꝝ exercituum cæſa ſunt milia. marcelli primū apud nolam prælio: ſe populus romanus erexit. minori prius gaudio ſtrata galloꝝ agmīa: auro redempta nobilitas: & ſeminarium romani generis ī arce cognouit. Penetrauit hic rumor oriētis littora: & ī mediterraneis urbibus chriſtianæ gloriæ triūphus auditus eſt. Quæ uirginum chriſti non huius ſe ſocietate iactauit? Quæ mater non tuum iuliana beatum clamauit uteꝝ? Incerta apud infideles ſunt premia futuroꝝ: plus interim recepiſti uirgo: q̄ obtuliſti. Quam ſponſam homīs una tantū ,puincia nouerat uirginem chriſti totus mūdus audiuit. Solent miſeri parentes: & non pleni fidei chriſtiani deformes & aliquo membro debiles filias quia dignos generos non ſueniunt: uirgītati tradere. tanti ut dicit̄ uitrum: quāti margaritū. Certe q religioſiores ſibi uident̄: paruo ſumptu: & q uix ad alimenta ſufficiat: uirgībus dato: oēm cenſum in utroq; ſexu ſæcularibus liberis largiuntur. Quod nup ī hac urbe qdem diues fecit p̄ſbyter. ut duas filias in ,ppoſito uirgīali inopes relīqueret: & alioꝝ ad oēm copiam filioꝝ luxuriæ atq; delitiis ,puideret. Fecerūt hoc multæ (proh dolor) noſtri ,ppoſiti fœminæ. atq; utīnam raꝝ eſſet exemplū. quod quāto crebrius eſt: tanto iſtæ fœliciores: quæ ne plurimaꝝ qdem exempla ſectatæ ſunt. ferē & oīum chriſtianoꝝ laude celebrāt̄: qcqd fuerat nuptiis p̄parātum a ſancta chriſti ſinoride uirgini traditum. ne ſponſo fieret iniuria. īmo ut dotata priſtinis opibus ueniret ad ſponſum. & quod ī rebus mundi pituꝝ erat: domeſticoꝝ dei ſuſtentaret inopiam. Quis hoc credat. Probam illa oīum dignitatem: & cunctæ nobilitatis in orbe romano nomen illuſtrius: cuius ſanctitas: & ī uniuerſos effuſa bonitas etiam apud barbaros uenerabilis fuit: quam trium liberoꝝ: probini: olibrii & probi: non fatigarūt ordinarii conſulatus: & cum incenſis direptiſq; domibus in urbe captiuitas: nunc habitas uenūdare dicit̄ poſſeſſiones: & facere ſibi amicos de iniquo māmona: qui ſe recipiant in æterna tabernacula: ut erubeſcat omnis eccleſiaſtici miniſterii gradus: & caſſa nomīa monachoꝝ emere prædia: tanta nobilitate uendente? Vir barbaroꝝ effugerat manus: & auulſas de complexu ſuo uirgines fleuerat: cum ſubito intolerabili: & quod nunq̄ timuerat: amantiſſimi filii orbitate percutitur. & quaſi futura uirginis chriſti auia: ſpe futuroꝝ mortiferum uulnus excepit. ,pbans in ſe uerum eſſe: quod in lyrico carmīe: ſuper iuſti p̄conio dicitur. Si fractus illabatur orbis. impauidum ferient ruinæ. Legimus in uolumine iob. Adhuc iſto loquente: uenit alius nuncius. Et in eodem. Tentatio. ſiue ut melius habetur in hebraico: militia eſt uita hominis ſuper terram. Ad hoc enim laboramus: & in ſæculi periclitamur militia: ut ī futuro ſæculo coronemur. Nec miꝝ hoc de hominibus credere: cum dominus ipſe tentatus ſit. Et de abraham ſcriptura teſtatur q̄ deus tentauerit eū. Quam ob cauſam & apoſtolus loquitur: gaudentes in tribulatione & ſcientes q̄ tribulatio patientiam operatur: & patientia ,pbationem: & probatio ſpem. ſpes autem non confundit. Et in alio loco. Quis nos ſeparabit a charitate chriſti? tribulatio. an anguſtia. an perſecutio. an fames. an nuditas. an periculum. an gladius? Sicut ſcriptum eſt. Quia propter te mortificamur tota die: æſtimati ſumus ut oues occiſionis. Et eſaias huiuſcemodi homines cohortatur dicēs. Qui ablactati eſtis a lacte: qui auulſi ab ubere: tribulationem ſup tribulationem expectate: ſpem ſuper ſpem. Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriā: quæ reuelabitur in nobis. Cur iſta replicauerim: ſequens ſermo monſtrabit. Quæ de medio mari fumanté uiderat patriam: & fragili cymbæ ſalutem ſuam ſuorūq; commiſerat crudeliora inuenit africæ littora. Excipitur enim ab eo quem neſcias: utrum auarior an crudelior fuerit. cui nihil dulce præter uinum: & præciū. & quī ſub occaſione partium clæmentiſſimi principis ſæuiſſimum oīum extitit tyrannorum. & ut aliquid loquar de fabulis poetarum: quaſi orcus in tartaro: non tricipité: ſed multoꝝ capitum habuit cerberum: q cuncta traheret: laceraret. hic matrum gremiis abducere pactas. negociatoribus: & auidiſſimis mortalium ſyris nobilium puellarum nuptias uendere. non pupillaꝝ: non uiduaꝝ: non uirginum chriſti inopiæ parcere. magiſq; manus rogantiū expectare q̄ uultus. Hanc feram & charybdin: Sillāq; ſuccinctā multis canibus: fugiens barbaros matrona ſuſtinuit. quæ nec naufragiis parceret: nec captiuitatibus flecteretur. Imitare cru delis ſaltem hoſtem romani imperii. Brēnus noſtri temporis tantum quod inuenerat tulit: tu q̄ris quod nō iuenis. & mirant̄ æmuli (uirtus enim ſemp inuidiæ patet) cur tartaꝝ ſecum pudicitiā tacita ,ſcriptiōe mercata ſit. cū & ille partem dignatus ſit accipe: qui totū potuit auferre: & hæc quaſi comiti negare non auſa ſit quæ ſe intelligebat ſub nomīe priuatæ dignitatis tyrāno ſeruientem. Sentio me inimicoꝝ patere morſibus q̄ adulari uidear clariſſimæ & nobiliſſimæ fœminæ. q accuſare non poterunt. ſi me ſcierint hucuſq; tacuiſſe. Neq; enim laudaui in ea unq̄ antiqtatem generis diuitiarū: & potentiæ magnitudinem uiro uiuente uel mortuo. quæ alibi forſitā mercēnaria oīone laudauerunt. Mihi ,ppoſitum eſt ſtilo eccleſiaſtico laudā̄ animam uirginis meæ: & gratias agere. q̄ uolūtatem eius ſua adiuuerit uoluntate. Alioqn cellula monaſterii: uilis cibus: ueſtiſq; contempta: & ætas uicina iam morti: breuiſq; temporis uiaticum: carent omni aſſentatiōis infamia. Deniq; in reliquis partibus omnis mihi ſermo ad uirginem dirigetur: & uirginem nobilem: & nobilem: non minus ſanctitate q̄ genere. cuius quanto ſublimis magis aſcenſus eſt: tanto lapſus periculoſior. Illud tibi nata deo: præ omnibus unū. Prædicam: & repetens: iterūq; iterūq; monebo. Vt animū tuū ſacræ lectionis amore occupes: nec in bona terra pectoris tui ſemētem lolii auenarūq; ſuſcipias: ne dormiente patrefamilias qui eſt voiꝯ ideſt animus deo ſemper adhærens inimicus homo zizania ſuperſeminet: ſed ſemp loquaris. In noctibus q̄ſiui: quē dilexit ania mea: ubi paſcis. ubi cubas in meridie. & adhæſit aīa mea poſt te.

me ſuſcepit dextera tua.Illudq; hieremíæ:non laboraui ſequens te.neq; enim dolor í iacob:nec labor ín iſ-
rael.Quando eras in ſæculo:ea quæ erant ſæculi:diligebas.polire faciem purpuriſſo:& ceruſſa ora depinge-
re:ornare criné:& alienis capillis turritum uerticem ſtruere ut taceam de inaurium p̄ciis:candore margari-
tax̄:rubri maris,pfunda teſtantium.ſmaragdox̄ uirore:ceraunio x̄ flámis: hyacinthox̄ pelago;ad quæ ar-
dent & inſaniunt ſtudia matronax̄.Nunc autem qa ſæculum reliqſti:& ſecūdo poſt baptiſmū gradu: iniſti
pactum cum aduerſario tuo dicens ei:renuncio tibi diabole:& ſæculo tuo:& pompæ tuæ:& operibus tuis.
ſerua fœdus quod pepigiſti:& eſto conſentiens pactūq; cuſtodiens cum aduerſario tuo: dum es í uia huius
ſæculi ne forte tradat te iudici:& de ſuo aliqd uſurpaſſe conuincat.tradariſq; miniſtro:qui ipſe eſt inimicus
& uindex:& mittaris in carcerem:& in tenebras exteriores:quæ quanto a xp̄o uero lumine ſeparamur.tan-
to nos maiori horrore circundant:& nō inde exeas:niſi ſoluas nouiſſimū quadranté:ideſt minimū quodq;
delictum:quia &,p ocioſo uerbo reddituri ſumus rationem in die iudicii.Hæc dicta ſunt non in fauſto con
tra te uaticinio:ſed pauidi cautiq; monitoris officio:ea quoq; in te quæ tuta ſunt.formidátis.Si ſpūs inquit
poteſtatem habentis aſcenderit ſup te:locum tuū ne dimiſeris.quaſi in,pcinctu & í acie ſtamus ſemp ad pu-
gnam.Vult nos loco mouere hoſtis:& de gradu accedeŕ:ſed ſolidanda ueſtigia ſunt:& dicendum ſtatuit ſu-
pra petram pedes meos:& petra refugium leporibus.,p quo multi erinacios legunt animal puum & fuga:&
peccatox̄ ſentibus pgrauatum.Sed ideo ieſus ſpinis coronatus eſt:& nr̄a delicta portauit:&,p nobis doluit:
ut de ſentibus & tribulationibus fœminarum:ad quas dicitur:in anxietatibus & doloribus paries mulier:&
ad uix̄ conuerſio tua;& ipſe tui dominabitur:roſæ uirginitatis:& lilia caſtitatis naſcerenť. Vnde & ſpōſus
paſcitur inter lilia:& inter eos:qui ueſtimenta ſua non coinquinauerunt.uirgines enim permanſerunt: au-
dieruntq; præceptum;candida ſint ſemper ueſtimenta tua:& quaſi auctor uirginitatis & princeps loquitur
confidenter.Ego flos campi:& lilium conuallium.Petra igitur leporum eſt:qui in perſecutionibus fugiunt
de ciuitate in ciuitatem.nec timent illud propheticum.periit fuga a me.Montes autem excelſi ceruis: quo-
rum colubri cibus ſunt:quos educit puer paruulus de foramíne quando pardus & hædus requieſcūt ſimul:
& bos & leo comedunt paleas:ut nequaq̄ bos diſcat feritatem:ſed leo doceatur manſuetudinem. Reuerta-
mur ad propoſitum teſtimonium.Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te:locum tuū ne dimiſe-
ris.Poſt quod ſequitur:Quia curatio quieſcere facit peccata maxima. Qui uerſiculus hunc habet ſenſum.
Si in cogitationes tuas coluber aſcenderit:omni cuſtodia ſerua cor tuum:& cum dauid canito ab occultis
meis munda me domine:& ab alienis parce ſeruo tuo.& ad peccatum maximū quod opere perpetratur:ne-
quaq̄ peruenies:ſed incentiua uitiorum ſtatim in mente iugulabis:& paruulos babylonios allides ad petrā:
in qua ſerpentis ueſtigia non reperiuntur:cauteq; domino ,pmittes ſi mei non fuerint dominati: tunc im-
maculatus ero:emundabor a delicto maximo:Hoc eſt quod alibi ſcriptura teſtať.Peccata patrum reddam í
filios:in tertiam & quartam generationem.ut cogitationes noſtras mentiſq; decretum:non ſtatim puniat:
ſed reddat in poſteris,i.in malis opibus & in delictox̄ pſeuerantia.quando p amos loquiť ſup tribus & qua
tuor impietatibus illius & illius ciuitatis:nōne aduerſabor eam?Hæc curſim quaſi de prato pulcherrimo ſā
ctax̄ ſcripturax̄ paruos flores carpſiſſe ſufficiat:p cōmonitiōe tui:& ut claudas cubiculum pectoris:& cre-
bro ſignaculo munias frontem tuā.ne exterminator ægypti in te locū repiat:ſed priogenita quæ apud ægy-
ptios peunt:in tua mente ſaluenť.& dicas cum,ppheta:paratum cor meū deus:paratum cor meum cantabo
& pſallam:exurge gloria mea:exurge pſalterium & cithara:quam aſſumere iubeť & tyrus:multis peccatorū
confoſſa uulneribus:ut agat pniam:& maculas priſtinæ fœditatis cum petro amaris lachrymis abluat. Ve-
rum nos ignoremus pœnitentiam:ne facile peccemus.Illa quaſi ſecunda poſt naufragium miſeris tabula ſit
in uirgine integra ſeruetur nauis.Aliud é quærere quod pdideris:aliud poſſidere:qđ nūq̄ amiſeris. Vnde &
apoſtolus caſtigabat corpus ſuū.& in ſeruitutem redigebat:ne aliis p̄dicans ipſe reprobus inueniaťi corpo-
riſq; ex pſona generis humani inflāmatus ardoribus loquebaťi. Miſer ego homo quis me liberabit de cor-
pore mortis huius?Et itex̄.Scio quia non habitat in me hoc eſt in carne mea bonum. Velle enī adiacet mi-
hi ut faciam autem bonum nequaq̄.Neq; enim quod uolo bonū:ſed quod nolo malum: hoc facio. Et de-
nuo.Qui in carne ſunt:deo placere non poſſunt. Vos autem non eſtis in carne:ſed in ſpiritu.ſi tamen ſpiri-
tus dei habitat in uobis.Poſt cogitationum diligentiſſimā cautionem ieiuniorum tibi arma ſumenda ſunt.
& canendū cū dauid.Humiliaui in ieiunio aīam meam.& cinerem tanq̄ panem manducaui:& cum moleſti
erant mihi induebar cilicio.Eua p cibum eiecta eſt de paradiſo.Helias quadragíta diex̄ exercitatus ieiunio
igneo curru rapiťi in cælū.Moyſes quadraginta diebus ac noctibus:familiaritate & ſermone dei paſciťi.In ſe
ueriſſimū ,pbans quod diciť.Non in ſolo pane uiuit homo.ſed in omni uerbo quod,pcedit de ore dei. Sal-
uator generis humani:qui uirtutem & conuerſationis ſuæ nobis reliquit exemplum:poſt baptiſmū ſtatim
aſſumiť a ſpiritu:ut pugnet contra diabolum:& opp̄ſſum eum atq; contritū tradat diſcipulis conculcādū.
Vnde & apoſtolus loquiť.Deus aūt cōteret ſathanam ſub pedibus nr̄is uelociter. Et tamē hoſtis antiquus
poſt.xl.diex̄ ieiuniū:p cibum molitur inſidias.& dicit.Si filius dei es:dic ut lapides iſti panes fiāt.In lege mē
ſe.vii.poſt clāgorem tubax̄.x.die menſis:totius gentis hebreæ ieiunium eſt:& extermiatur anima illa de po
pulo ſuo:q̄ ſaturitatem prætulerit contínētiæ.In iob ſcriptum eſt de dracone. Virtus eius in lumbis eius:&
fortitudo illius ſuper umbilicum uentris eius.Aduerſum iuuenes & puellas ætatis ardore hoſtis noſter abu
tiť:& iflammat totam natiuitatis nr̄æ.& implet illud í oſee:oés adulterátes quaſi clibanus corda eox̄:q̄ dei
miſericordia & ieiunox̄ frigore reſtringūtur.Hæc ſunt ignita diaboli iacula:q̄ ſimul & uulnerāt & iflāmāt.
Et a rege babylonio tribus pueris p̄parātur.q ſuccédit fornacem.xlix.cubitox̄ habens ipſe ſeptem hebdo-
madas ad pditōem:q̄s dominus obſeruari iuſſerat ad ſaluté.Sed qūo ibi q̄rtus ſpém habés q̄ſi filii hois imé-

ſos mitigauit ardores:& inter camini æſtuantis incendium docuit flámas calorem amittere: & aliud oculis cõminari:aliud præbeꝛ tactui:ſic & in animo uirginali:rore cæleſti:& ieiunioꝝ frigore:calor puellaris extiguitur:& in humano corpore angeloꝝ imperaꝺ conuerſatio. Quam ob rem & uas electionis de uirginibus ſe dicit domini non habere p̃ceptũ.qa contra naturam.imo ultra naturam eſt:non exercere: quod nata ſis. Interficere in te radicem tuam:& ſola uirgitatis poma decerpere:neſcire thoꝝ:omnem uiroꝝ horrere contactum:& in corpore uiuere ſine corpore. Neq; uero imoderata tibi iperamus ieiũia.& enormẽ ciborũ abſtinentiá.quibus ſtatim corpora delicata franguntꝺ.& ante ægrotare incipiũt: q̃ ſanctecõuerſationis iacere fundamenta.philoſophorumq; ſententia eſt. μέσο τὰς τὰς ἀρετὰς ὑπερβολας κακίας εἶναι: quod latinus ita poteſt ſermo reſonare moderatas eſſe uirtutes:excedentes modum atq; menſuram inter uitia reputari. Vnde & unus de ſeptem ſapientibus. μηδὲν ἀγάν: ideſt ne qd ait nimis. Quod tam celebre factũ eſt:ut comico quoq; uerſu expſſum ſit. Sic debes ieiunare ut non palmites.& reſpirare uix poſſis.& comitũ tuarum uel porteris uel traharis manibus.ſed ut fracto corpis appetitu:nec in lectione:nec in pſalmis:nec i uigiliis: ſolito qd minus facias. Ieiuniũ non perfecta uirtus:ſed cæteraꝝ uirtutũ fundamentum eſt.& ſanctificatio: atq; pudicitia.ſine qua nemo uidebit deum.gradus p̃bet ad ſũma ſcandentibus.nec tamen ſi ſola fuerit:uirginem poterit coronare. Legamus euangelium ſapientiũ:& ſtultaꝝ uirginum:quaꝝ aliæ cubiculum ſponſi ingrediũtur.aliæ bonoꝝ opeꝝ:oleũ non habentes:extinctis lampadibus excluduntur. Latus eſt ſup ieiuniis campus:in quo & nos ſæpe cucurrimus:& multoꝝ ꝓpria habentur libri:ad quoꝝ te mittimus lectionem ut diſcas qd boni habeat continentia & qd econtrario mali ſaturitas:Imitare ſponſum tuũ. Eſto auiæ matriq; ſubiecta. Nullũ uiroꝝ & maxime iuuenũ:niſi cum illis uideas. Nullũ ſcias:quem illi neſciant. Sæcularis quoq; ſententia eſt:eadem uelle:& eadem nolle:ea demũ firma amicitia eſt. Vt appeteres uirginitatem: ut chriſti p̃cepta cognoſceres.ut ſcires qd tibi expediret:quid eligere deberes.illaꝝ te exempla docuerunt. ſancta domi iſtruxit conuerſatio. Non igiꝺ ſolum putes tuũ eſſe:quod tuũ eſt.ſed eaꝝ quæ ſuam in te expſſere pudicitiá.& honorabilium nuptiaꝝ.cubiliſq; imaculati p̃cioſiſſimi germinauere te florem.q perfectos affert fructus ſi humiliaueris te ſub potenti manu dei:& ſcriptum ſemper memineris.ſuperbis deus reſiſtit. humilibus aũt dat gr̃am.ubi autem gr̃a:non opeꝝ retributio:ſed donantis eſt largitas: ut impleaꝺ dictum apoſtoli. Non eſt uolentis neq; currentis:ſed dei miſerentis:& tamen uelle & nolle noſtrum eſt:ipſumq; qd noſtrũ eſt:ſine dei miſeratione noſtraꝝ non eſt. Eunuchoꝝ quoq; tibi & puellaꝝ ac ſeruuloꝝ mores magis eligantur:q̃ uultuum elegantia. qa in omni ſexu & ætate & truncatorum corpoꝝ uiolenta pudicitia:animi conſiderandi ſunt:q amputari niſi xp̃i timore non poſſunt. Scurrilitas atq; laſciuia:te p̃ſente non habeat locum. Nunq̃ uerbum inhoneſtũ audias:aut ſi audieris non iraſcaris. Perditæ mentes hoĩum uno frequenter leuiq; ſermone tentant clauſtra pudicitiæ. Ridere & rideri ſæcularibus derelinque.grauitas tuam p̃ſonã decet. Catonẽq; illum dico cenſoriũ:& ueſtræ quondam urbis principem:q extrema ætate græcas lr̃as non erubuit cenſor:nec deſperauit ſenex diſcere. Et. M. Craſſum ſemel in uita ſua ſcribit riſiſſe lucilius. Fuerit illa affectata ſeueritas:& gloriam quærens auraq; popularem Nos affectus & perturbatiões quãdiu in tabernaculo corporis huius habitamus:& fragili carne circundamur:moderari & regere poſſumus:amputare nõ poſſumus. Vnde & pſalmiſta dicit:iraſcimini & nolite peccare. Quod apoſtolus diſſerens:ſol inquit non occidat ſuper iracundiam ueſtram:quia & iraſci hominis eſt:& finem iracundiæ imponere: chriſtiani. Superfluum reor te monere contra auaritiam:cum generis tui ſit & habere & calcare diuitias:& apoſtolus doceat auaritiam eſſe idolorum cultum.dominuſq; reſpondeat ſciſcitanti:magiſter bone quid boni faciens uitam æternam poſſidebo. ſi uis eſſe perfectus:uade:& uende omnia quæ habes & da pauperibus: & habebis theſaurum in cælis: & ueni ſequere me. Apoſtolici faſtigii eſt perfectæq; uirtutis uendere omnia:& pauperibus diſtribuere:& ſic leuem & expeditum cum chriſto ad cæleſtia ſubuolare. Nobis immo tibi diligens credita eſt diſpenſatio:q̃q̃ in hoc omni ætate omniq; perſonæ libertas arbitrii relicta ſit. Si uis inquit eſſe perfectus Non cogo:non impero:ſed ꝓpono palmã:oſtendo præmia:tuum eſt eligere ſi uolueris in agone atq; certamine coronari. Et conſideremus q̃ ſapienter ſapientia ſit locuta:uende quæ habes. Cui iſta p̃cipiũtur? Nempe illi cui dictum eſt:ſi uis eſſe perfectus non partem bonoꝝ tuoꝝ uende:ſed omnia. Cunq; uendideris qd ſequiꝺ? Et da pauperibus:non diuitibus.non ꝓpinquis:non ad luxuriam:ſed ad neceſſitatem. Siue ille ſacerdos ſit ſiue cognatus & affinis:nihil in illo aliud conſideres q̃ paupertatem. Laudent te eſurientium uiſcera non ructantium opulenta conuiuia. In actibus apoſtoloꝝ quando domini nr̃i adhuc calebat cruor: & feruebat recens in credentibus fides:uendebant omnes poſſeſſiones ſuas:& p̃cia eaꝝ ad apoſtoloꝝ deferebant pedes:ut oſtendant pecunias eſſe calcãdas:dabaturq; ſingulis.put cuiq; opus erat. Ananias & ſapphyra diſpẽſatores timidi:imo corde duplici:& ideo condemnati:qa poſt uotum quaſi obtulerũt ſua:& non eius cui ſe mel ea uouerant.ptemq; ſibi alienæ ſubſtantiæ reſeruauerũt metuentes famã.quam uera fides non timet.p̃ſentem meruere uendictam.non crudelitate ſnĩæ:ſed correptõis exẽplo. Deniq; & apoſtolus petrus nequaq̃ imp̃caꝺ eis mortem.ut ſtultus philoſophus calumniaꝺ.ſed dei iudicium ꝓphetico ſpiritu annunciat:ut pœna duoꝝ hominũ ſit doctrina multoꝝ. Ex eo tempore quo uirginitati ꝓpetuæ conſecrata es.tua nõ tua ſũt imo uere tua.qa xp̃i eſſe cœperunt:quæ auia uiuente uel matre ipſaꝝ arbitrio diſpenſanda ſunt. Sin autem obierint.& ſõno ſanctoꝝ reqeuerit(ſcio enim hoc illas optare ut te habeant ſupſtitem)cum ætas maturior fuerit.& uoluntas grauior.firmiorq; ſententia.facies quod tibi uiſum fuerit.imo quod dominus impat.ſcitura nihil te habituram:niſi quod in bonis opibus erogaueris. Alii ædificent eccleſias.ueſtiant parietes marmorum cruſtis columnarum moles aduehant.earumq; deaurent capita.p̃cioſum ornatum non ſententia. ebore argentoq; ualuas:& gẽmis aurata diſtinguant altaria. Non reꝑhendo:nõ abnuo. Vnuſq;q; ĩ ſenſu ſuo

abūdet meliuſq; eſt hoc facere:q̄ repoſitis opibus ícubare.Sed tibi aliud ꝓpoſitū eſt,chriſtū ueſtire in paupe
ribus,uiſitare í languentibus,paſcere í eſurientibus,ſuſcipe in his q tecto idigent,& maxíe í domeſticis fidei
uirginū alere monaſteria,ſeruoꝝ dei & paupeꝝ ſpiritu habere curam,q diebus & noctibus ſeruiūt domío
tuo,q in terra poſiti imitanť angeloꝝ conuerſatōem,& nihil aliud loquunť niſi quod ad laudes dei ptinet,
habenteſq; uictū & ueſtitū,his gaudent diuitiis. q plus habere nolunt;ſi tamē ſeruant ꝓpoſitum . Alioqn ſi
amplius deſiderant,his quæ neceſſaria ſunt;ꝓbanť idigni.Hæc ad uirginem diuité & uirginē nobilem ſum
locutus . Nūc tantū ad uirginē loquar.í.non ea q̄ extra te ſed in te ſunt conſiderans Præter pſalmoꝝ & oño
nis ordinem,qđ tibi hora tertia,ſexta,nona,ad ueſpeꝝ media nocte & mane ſemp eſt exercēdū.ſtatue quod
horis ſanctam ſcripturā ediſcere debeas,quanto tpe legere,non ad laborē;ſed ad delectatōem & íſtructōem
aíæ,Cūq; hæc finieris ſpatia,& frequēter te ad figenda genua ſollicitudo aíæ ſuſcitauerit,habeto lanā ſemp
in manibus,uel ſtaminis police fila deducito,uel ad torquenda ſubtegmía in aiueolis fuſa uertanť, aliarūq;
neta,aut í globum collige aut extēda compone:quæ texte ſunt reſpice,quæ errata reꝑhende. quæ facienda
cōſtitue.Si tātis operum uarietatibus fueris occupata,nunq̄ dies tibi lōgi erunt.ſed q̄uis æſtiuis tendātur ſo
libus:breues uidebātur í quibus aliquid opis ꝑtermiſſum nō eſt.Hæc obſeruās & teipſam ſaluabis & alias.
& eris magiſtra ſācte cōuerſatōis,multarūq; caſtitaté lucrum tuum facies:ſcriptura dicēte:In deſideriis ē oīs
aía ocioſi.Nec iccirco tibi ab ope ceſſandum ē,quia deo ꝓpitio nulla re idiges.ſed ideo cum oībus laboran
dum eſt,ut ꝑ occaſionem opis nihil aliud cogites:niſi quod ad domini ptinet ſeruitutem.Sípliciter loquar.
Quāuis oēm ſenſum tuum í pauperes diſtribuas,nihil apud xp̄m erit p̄cioſius,niſi quod manibus tuis ipſa
cōfeceris,uel í uſus ꝓprios,uel in exēplum uirginum cæterarum,uel quod auiæ matriq; offeras: maiora ab
eis í refectōe pauperum:p̄cia receptura Pene ꝑterii:quod uel p̄cipuum ē.Dum eſſes paruula:& ſācte & bea
tæ memoriæ anaſtaſius eps romanā regeret eccleſiā:de oriētis partibus hæreticorum ſæua tēpeſtas ſimplici
tatem fidei:q̄ apoſtoli uoce laudata eſt polluere & labefactare conata eſt.Sed uir ditiſſimæ pauptatis:& apo
ſtolicæ ſollicitudís ſtatim noxiū ꝑculit caput,& ſibilantia hydræ ora compeſcuit.Et qa uereor:ímo rumo
re cognoui:in q̄buſdam adhuc uiuere:& pullulare uenenata plantaria:illud te pio charitatis affectu p̄monē
dam puto:ut ſancti innocentiíq; apoſtolicæ cathedræ:& ſupradicti uiri ſucceſſor & filius eſt:teneas fidem.
nec peregrinam:quāuis tibi prudens callidaq; uidearis:doctrinam recipias.Solent enī huiuſcemodi per an
gulos muſſitare.& quaſi iuſticiā dei q̄rere:cur illa aía í illa eſt nata,puícia.Quid cauſæ extitit:ut alii de chri
ſtianis naſcanť parentibus:alii ĩter feras & ſæuiſſimas natōes:ubi nulla dei notitia eſt.Cūq; enim quaſi ſcor
pionis íctu ſimplices quoſq; percuſſerit,& fiſtulato uulnere locū ſibi fecerit,uenena diffundūt.Putaſne fru
ſtra infans paruulus.& q uix mēm riſu,& uultus hylaritate cognoſcat,q nec boni aliq̄d fecit,nec mali dæ
mone corripiť,morbo opprimiť regio,& ea ſuſtinet q̄ uidemus ípios homíes non ſuſtinere & ſuſtinere deo
ſeruientes?Sin aūt iudicia ſunt inquntdomini uera:iuſtificata in ſemetipſis:& nihil apud deū iniuſtū ē: ipſa
rōne compellimur:ut credamus aías fuiſſe í cæleſtibus,& ꝓpter q̄dam antiq̄ peccata dānatas in corporibus
humanis,& ut ita loq̄mur:ſepultas,noſq; in ualle lachrymaꝝ pœnas luere ueteꝝ peccatoꝝ. Vnde & ꝓphe
ta dicit.Priuſq̄ humiliarer ego peccaui,& educ de carcere aíam meā.& iſte peccauit ut cæcus ex utero naſce
reť:an parentes eius.& cætera his ſimilia.Hæc ípia & ſcelerata doctría olim in ægypto & orientis partibus
uerſabať.& nūc abſcondite q̄ſi in foueis uíperaꝝ apud plæroſq; uerſaťillarūq; partiū polluit puritatem.&
q̄ſi hæreditario malo ſerpit í paucis:ut pueniat ad plurimos.Quā certus ſum:q; ſi audieris:non recipias.ha
bes.n.apud deū magiſtras,quaꝝ fides norma doctríæ eſt.Intelligis q̄d loquor?Dabit.n.tibi deus í oībus in
tellectū.Nec ſtatí aduerſum ſeuiſſimā hæreſim.& multo his neqora q̄ dixi,reſponſionē ordís flagitabis. ne
non tantū,phibuiſſe uidear,q̄ cōmouiſſe.cū p̄ſentis opis ſit íſtruere uirginem:nō hæreticis reſpondere.Cæ
teꝝ omnes fraudulentias eoꝝ.& cuniculos q̄bus nítunť ſubuertere ueritatem:í alio ope deo adiuuāte ſub
uertimus.Quod ſi uolueris;ꝓmpte libenterq; mittemus.Vltroneas,n,aiūt putere merces:& p̄cia facilitate
decreſcūt:q̄ ſemper in raritate maiora ſunt.Solet ĩter plæroſq; eſſe certamē utrū ſolitaria:an cū multis uita
melior ſit:Quaꝝ prior p̄ferť q̄dem ſecundæ ſed in uiris q̄dem periculoſa eſt,ne abſtracti ab hominum fre
quentia ſordidis & impiis cogitationibus pateant.& pleni arrogantiæ.& ſupercilii cūctos deſpiciāt.armēt q;
linguas ſuas:uel clericis uel aliis monachis detrahendo.De q̄bus rectiſſime dícitur.Filii hominū dentes eo
rum arma & ſagittæ:& lingua eoꝝ gladius acutus.Quanto magis in fœminis,quaꝝ mutabilis fluctuanſq;
ſententia,ſi ſuo arbitrio relinquatur,cito ad deteriora delabitur?Noui ego in utroq; ſexu per nimiam abſti
nentiam,cerebri ſanitatem in quibuſdam fuiſſe uexatam.Præcipueq; in his:qui in humectis & frigidis habi
tauerunt cellulis:ita ut neſcirent,quid agerent,quo ue ſe uerterent, quid loqui:quid tacere deberent. Certe
ſi rudes ſæcularium litterarum:de tractatibus hominū diſertoꝝ q̄ppiam legerint:uerboſitatē ſolam diſcūt
abſq; notitia ſcripturaꝝ.& iuxta uetus elogium:cum loq neſciant:tacere non poſſunt:docentq; ſcripturas:
quas non intelligunt:& cū aliis perſuaſerint:eruditoꝝ ſibi aſſumūt ſupercilium prius imperitoꝝ magiſtri:
q̄ doctorum diſcipuli.Bonum eſt igitur obedire maioribus:parere perfectis: & poſt regulas ſcripturarum:
uitæ ſuæ tramité ab aliis diſcere:nec præceptore uti peſſimo.ſ.præſumptiōe ſua.De talibus fœminis & apo
ſtolus loquitur:quæ circūferuntur omni uento doctrinæ:ſemper diſcentes:& nunq̄ ad ſcientiam ueritatis
peruenientes.Matronaꝝ maritis a ſæculo ſeruientiū tibi conſortia declinenť:ne ſollicitetur aíus:& audias:
q̄d uel maritus uxori:uel uxor locuta ſit uiro.Venenatæ ſunt huiuſcemodi confabulationes.Sup quaꝝ dā
nationem ſæcularem uerſum aſſumens apoſtolus fecit eccleſiaſticū.Corrumpunt mores bonos confabula
tiones peſſimæ.Cuius iambici metꝝ dum uerbum ſeruat ex uerbo:nequaq̄ expreſſit latina tranſlatio.Gra
ues fœminæ & maxime uiduæ ac uirgines tibi comites eligant:quaꝝ ꝓbata eſt cōuerſatio:ſermo modera-

tus:ſancta uerecūdia.Fuge laſciuiam puellaꝝ:quæ ornant capita.crines a fronte demittūt: cūtem poliunt: utunt pigmentis:aſtrictas habent manicas:ueſtimenta:ſine ruga:ſoccoſq; criſpantes:ut ſub nomīe uirginali uendibilius pereant.Mores enim & ſtudia dominaꝝ plærūq; ex ancillaꝝ & comitū moribus iudicant.Illa tibi ſit pulchra:illa amabilis:illa habenda īter ſocias:quæ neſcit eſſe ſe pulchrā:quæ negligit formæ bonū & ꝓcedens ad publicū non pectus & colla denudat:nec pallio reuoluto ceruices aperit:ſed quæ cælat faciē: & uix uno oculo:q uiæ neceſſarius eſt patente īgredit.Dubito an loquar?Sed ueli:nolim:qa crebro fit:dicē dum eſt:non quo hæc in te timere debeam:quæ iſta forſitā neſcias:nec unq̄ audieris:ſed quo per occaſionē tui cæteræ p̄monendæ ſint.Cincinatulos pueros & calamiſtratos:& peregrini muris olentes pellicula(de q̄ bus illud arbitri eſt,nō bene olet q ſemp bene olet)quaſi quaſdā peſtes & uenena pudicitiæ uirgo deuitet: ut taceam de cæteris quoꝝ īportuna uiſitatio:& ſe ifamat & alias:ut etiam ſi nihil mali ꝓpetret: tamen hoc ſit uel maximū malū fruſtra patere maledictis:& morſibus ethnicoꝝ. Nec hoc de oībus dicimus.ſed de iis quos eccleſia ipſa reꝑhēdit.quos iterdū abiicit. In quos nōnūq̄ eꝑoꝝ & p̄ſbyteroꝝ cenſura deſæuit.ut ꝓpe periculoſius ſit laſciuis puellis ad loca religionis.q̄ ad publicū ꝓcedere.quæ uiuūt in monaſterio. & quarū ſimul magnus eſt numerus:nunq̄ ſolæ.nunq̄ ſine matre ꝓcedunt.De agmīe colūbaꝝ crebro accipiter unā ſeparat.quā ſtatim iuadat & laceret:& cuius carnibus & cruore ſaturet:Morbidæ oues ſuū relinquūt gregē & lupoꝝ faucibus deuorant.Scio ego ſanctas uirgines quæ diebus feſtis ꝓpter frequentiā populoꝝ pedem domi cohibent.nec tūc egrediunt.quando maior eſt adhibenda cuſtodia:& publicū penitus deuitandū.An te annos circiter.xxx.de uirginitate ſeruāda edidi librū:in quo neceſſe fuit mihi ire contra uitia:& ꝓpter inſtructōem uirginis.quā monebā diaboli iſidias patefacere.Qui ſermo offendit plurimos.dum unuſq̄ſq; in ſe itelligens quod dicebat:non quaſi monitorem libenter audiuit:ſed quaſi criminatorē ſui operis aduerſatus eſt.Verūtamen qd ꝓfuit armaſſe exercitū reclamantiū:& uulnus conſciæ dolore monſtraſſet? Liber manet;hoies ꝓterierūt.Scripſi ad plæraſq; uirgines ac uiduas στρουθασματα & q̄cquid dici poterat:in illis opuſculis defloratum eſt,ut a ſuperfluo eadem a nobis repetant,aut nunc ꝓtermiſſa plurimū noceant. Certe & beatus cyprianus egregium de uirginitate uolumē edidit.& multi alii tam latino ſermōe:q̄ græco: oīumq; gentium lr̄is atq; linguis præcipui in eccleſiis agminis uita laudata eſt.Sed hoc ad eas pertineat: quæ necdū elegerunt uirginitatem:& exhortatione indigent,ut ſciant quale ſit:ut eligere debeat. Nobis lecta ſeruanda ſunt.& quaſi inter ſcorpiones & colubros incedendū.& accinctis lumbis.calciatis pedibus.& apꝑhenſis manu baculis.iter per iſidias huius ſæculi.& inter uenena faciamus. poſſimuſq; ad dulces iordanis peruenire aquas:& terram repromiſſionis itrare.& ad domū dei aſcendere.ac dicere cu propheta. Domīe dilexi decorem domus tuæ:& locū habitationis gloriæ tuæ.Et illud.Vnam petii a domīo hanc reqram:ut inhabitem in domo domini oībus diebus uitæ meæ.Fœlix illa conſcīa.& beata uirginitas.in cuius corde p̄ter amorē xp̄i.q eſt ſapientia.caſtitas patientia.atq; iuſticia.cæteræq; uirtutes nullus alius uerſatur amor.nec ad recordationem homīs aliquando ſuſpirat.nec uidere deſiderat:quē cum uiderit nolit dimittere. Sanctum uirginum,ꝓpoſitum.& cæleſtis angelorūq; familiæ gloriam quarūdam non bene ſe agentiū nomē infamat:quibus aperte dicendū eſt.ut aut nubant.ſi ſe non poſſunt continere.aut cōtineant.ſi nolūt nubere. Digna res riſu.īmo planctu.icedentibus dominis ancilla uirgo procedit ornatior:ut pro nimia conſuetudine quā incomptam uideris dominā ſuſpiceris.Nōnullæ ſeparatæ & abſq; arbitris quærunt hoſpitia.ut uiuant licentius.utant balneis.faciantq; quod uolunt:& deuitent conſcientias plurimaꝝ.Hæc uidemus & patimur: & ſi aureus nūmus affulſerit inter bona opera reputamus.Finem iungo principio:nec ſemel monuiſſe contentus ſum, Ama ſcripturas ſanctas.& amabit te ſapientia.dilige eam.& ſeruabit te.honora illam: & amplexabitur te.Hæc monilia in pectore & in auribus tuis hæreant.nihil aliud nouerit lingua,niſi chriſtum. nihil poſſit ſonare:niſi quod ſanctum eſt.Auiæ tuæ tibi ſemper ac matris in ore dulcedo uerſetur. Quaꝝ imitatio forma uirtutis eſt.

Incipit alia epiſtola ad demetriadē ſub nomīe hieronymi inſcripta de uirgītate & uita perfecta.

Ota q̄ a plæriſq; hæc epiſtola dicit non eſſe hieronymi:ſed alicuius pelagianiſtæ eo q̄ nimis bonum naturæ & libeꝝ p̄dicet arbitrium.Beda p̄ſbyter dicit eam eſſe iuliani eius hæreſis ſectatoris in libro de gratia dei contra eundem iulianū.Nos plæraq; huius epiſtolæ ab auguſtino nouimus eſſe reꝑhenſa tanq̄ gratiæ dei aduerſantia. Vnde & ſuſpicat illam a pelagiano perſcriptam ſicut ipſe ſcribit in epiſtola ad iulianam demetriadis matrem:quam ob hoc ipſi libello ſubdidimus. Continet tamen multa ſalutaria monita:& coīter ī exemplaribus ſub nomine hieronymi habet inſerta: ideoq; & nos illam inſcripſimus.

I ſūmo īgenio pariq; fretus ſcīa:officiū ſcribēdi facile me implere poſſe crederē:tamē tam arduū hoc opus īgredi:ſine magno difficultatis timore nō poſſem.Scribendū eſt enim ad demetriadē uirginem xp̄i:uirginē nobilem: uirginem diuitē:& qd his maius eſt:ardore fidei nobilitatē diuitiaſq; calcantē.Quā utiq; pro tam īſignis admiratione uirtutis:ut laudare oībus facile:ita docere difficile eſt.Cui enī oīo deeſſe poſſit.in eius laude celebranda,quæ ſūmo loco nata.ī ſūmis opibus delitiiſq; nutrita.tātis tāq; uariis huius uitæ blandimētis uelut tenaciſſimis quibuſdam irretita uinculis ſubito eruperit.cūctaq; ſimul corporis bona animi uirtute mutauerit,quæ florem adhuc ipſum ineuntis ætatis. quodam fidei gladio.ideſt uolūtate ſucciderit.& crucifigens cum xp̄o carnem ſuā uiuā.ſanctāq; hoſtiā ſacrauerit deo.ac nobiliſſimis ſanguīs poſteritatē uirgītatis amore contempſerit?Prona aūt & facilis dicendi uia ē:

quæ ipſa ubertate materiæ curſum oronis accendit. Sed alio nobis magis itinere pargendum eſt. qbus ppo 284
ſitum eſt. inſtitutionem uirgis. non laudem ſcribere. nec tam paratas iam uirtutes eius exprimere q̄ parādas:
magiſq; reliquā ordinare uitam. q̄ ornare p̄terita. Eſt aūt difficillimū. cū eius perſona facere. i qua cupiditas
tanta diſcendi eſt tātuſq; perfectionis ardor: ut ei quælibet pfecta doctrina. par eſſe uix poſſit. Memit enim
rectęq; meminit quas mūdi opes. gloriāq; reſpuerit. qbus uoluptatibus renunciauerit: quas deniq; contépſe
rit uitæ p̄ſentis illecebras. Et ideo cōtenta non eſt cōi hoc mediocriq; genere uiuēdi. & q̄ facile ipſa multo-
rum ſocietate uileſcat. Nouū aliqd & iuſitatum reqrit p̄cipuū. ac ſingulare quoddam flagitat. nō minus cō-
uerſatōem ſuam: q̄ cōuerſionē uult eſſe mirabile. In ſæculo nobilis: apud deū cupit eſſe nobilior. Tam p̄cio-
ſa reqrit in moribus: q̄ cōtempſit in rebus. Hunc itaq; tam deuote mentis ardorē. hanc tātæ perfectōis ſitī.
quod unq̄ ſatiabit flumē ingenii? Quæuis aliquādo oronis. quæ copia tantū exprimere uerbis poterit. q̄tum
parata eſt uirgo rebus iplere? Nobis uero donāda eſt uenia: q ad orandū domini tabernaculum. ſecūdum ui
res noſtras munus offerimus. Nec ueremur ne temere ſcribendo. ad tantæ nobilitatis uirginem: ultro nos
morſibus tradamus iuidiæ. Scribimus. n. petente ſancta matre eius. imo iubente idq; a nobis trāſmarinis lit
teris miro cū deſiderio animi flagitante. quæ facile oſtendit. quo ſtudio. q̄taq; cura i filia germē cæleſte plā-
tauerit: dum illud tam ſollicite cupit ab aliis irrigari. Remoti ergo a temeritate. & ab ambitione liberi. ppo
ſito iſudemus opi: nec de mediocritate diffidamus ingenii. quod credimus. & fide mris. & merito uirgis ad-
iuuari. Quotiens mihi de iſtitutione moꝝ. & ſanctæ uitæ cōuerſione dicendū eſt. ſoleo primo humanæ na
turæ uim qualitatēq; mōſtrare. & qd efficere poſſit oſtendere: ac iam inde audiētis aium ad ſpēs incitare uir
tutū ne nihil p̄ſit ad ea. puocari aliquē: quæ forte ſibi impoſſibilia eſſe p̄ſenſerit. Nunq̄ enim uirtutum uiā
ualemus ingredi: niſi ſpe ducamur comite. Siqdem appetendi ois conatus perit: conſequendi deſperatione.
Quem ego exhortationis ordinem cum in aliis quoq; opuſculis tenuerī. tamen hic maxime obſeruandum
puto. ubi eo plenius naturæ bonum declarari debet. quo inſtituenda eſt uita perfectior. ne tanto remiſſior
ſit ad uirtutem animus ac tardior: q̄to minus ſe poſſe credat. & dum quod ineſſe ſibi ignorat. id ſe exiſtimat
non habere. Proferenda ſemper in notitiam ea res eſt. cuius uſus deſideratur. & explicandum quicquid bo-
num natura poteſt: cum quicquid poſſe p̄batur. implendum eſt. Hæc igitur prima ſanctæ ac ſpiritualis ui-
tæ fundamenta iaciantur. ut uires ſuas uirgo agnoſcat. quas tum demū bene exercere poterit: cum eas ſe ha
bere didicerit. Optima enim animi ſcitamenta ſunt cum docetur aliquis poſſe. quod cupiat. Nam & in bel-
lo ea exhortatio maxima eſt: eaq; plurimum auctoritatis habet: quæ pugnatorem de uiribus ſuis admonet.
Primū itaq; debes naturæ humanæ bonum de eius auctore metiri: deo ſcilicet qui cum uniuerſa mundi &
quæ intra mundum ſunt opera bona & ualde bona feciſſe referatur. Quanto putas p̄ſtantiorem ipſum ho-
minem fecit. ppter quem omnia etiam ſtelligitur illa condidiſſe? Quem dum ad imaginem & ſimilitudinē
ſuā facere diſpoſuit. ante q̄ faceret: qualē eſſet facturus oſtēdit. Deide cū ſubiecit ei uniuerſa aialia. cūq; etiā
cōſtituit eoꝝ dominū. q̄ uel mole corporis. uel uiriū magnitudie. uel armis dentiū. multo ualētiora hoīe ſe
cerit declarat: q̄to pulchrius ſit hō ipſe cōditus. qué uel ex hoc uoluit naturæ ſuæ ſtelligere dignitatē. dū for
tia ſibi ſubiecta mirat aialia. Neq;. n. nudū illū ac ſine p̄ſidio reliqt. nec diuerſis periculis uelut expoſuit īfir-
mū. ſed qué inermē extrīſecus fecerat. melius ītus armauit. rōne ſcilitet atq; prudētia: ut p̄ ſtellectū uigoréq;
mētis. quo cæteris p̄ſtabat aialibus factorē oium ſolus agnoſceret: & ide ſeruiret deo. unde aliis dominabat
qué tamē iuſticiæ dominus uolūtariū eſſe uoluit. nō coactū. & ideo reliqt eū in manu cōſilii ſui. Poſuitq; an
te eū uitā & morté. bonū & malū. & qd placuerit ei. dabit illi. Vnde etiā in deuteronomio legimus. Vitā &
morté dedi ante faciē tuā. benedictōem & maledictōem: elige tibi uitā ut uiuas. Hīc iam p̄uidēdū eſt. ne for
te illud remordeat te: in quo temeꝝ īperitū uulgus offendit. Vt ideo nō uere bonū factū hoīem putes. qa is
facere malū pōt. nec ipſa naturæ uiolētia aſtrigit ad īmutabilis boni neceſſitatem. Nā ſi diligēter retractes.
& ad ſubtiliorē ſtellectū cogas aium: hinc tibi melior ſtatus hois. ac ſupior apparebit: unde putat īferior. In
hoc. n. gemini itineris diſcrimīe: in hac utriuſq; partis libertate rōnabilis aiæ decus poſitū eſt. Hīc inq̄ totus
naturæ noſtræ honor cōſiſtit. hinc dignitas. hinc deniq; optimi quiq; laudē merent. hic p̄miū. Nec eſſet oī-
no uirtus ulla in bono p̄ſeuerantis: ſi is ad malū tranſire nō potuiſſet. Volens nāq; deus rōnabilem creaturā
uolūtarii boni munere. & liberi arbitrii ptāte donare. utriuſq; partis poſſibilitatem homini īſerendo. p̄priū
eius fecit eſſe quod uelit. ut boni ac mali capax. naturaliter utrūq; poſſet: & ad alterutrū uoluntatem defle-
cteret. Neq; enim aliter ſpontaneū habere poterat bonū: niſi ea creatura quæ etiam malū habere potuiſſet.
Vtrūq; nos poſſe uoluit optimus creator. ſed unū facere bonū ſcilicet. quod & imperauit: maliq; facultatē
lis & pulla animi tacentis ī diciū eſt. Si rugā non habet: ſi ꝑ terrā ut altior uidearis trahaſ: ſi de induſtria diſſuta ſit tunica: ut aliquid intus appareat: operiatq; qđ fœdū é. & apiat qđ formoſum. Caliga quoq; ambulātis nigella ac nitēs ſtridore ad ſe iuuenes uocat. Papillæ faſciolis cōprimūſ: & criſpāti cīgulo āguſtius pectus arctaſ. Capillis uel in frontem: uel ī aures defluunt. Palliolum interdū cadit. ut candidos nudet humeros. & quaſi uideri noluerit: cælat feſtina quod uolens detexerat. Et quādo in publico quaſi per uerecundiam operit faciem: lupanariū arte id ſolum oſtendit. quod oſtēſum magis placere poteſt. Reſpondebis. Vnde me noſti? Et quomodo tam longe iactas ī me oculos tuos? Fratris hoc tui mihi narrauerūt lachrymæ: & ītolerabiles per momenta ſingultus. Atq; utinam ille mentitus ſit: & magis timēs hoc q̄ arguēs dixerit. Sed mihi crede. Nemo mentiens plorat. Dolet ſibi ꝑlatum iuuenem. non quidem comatū. nō ueſtium ſericarum ſed rofulum. & in ſordibus delicatum. q̄ ipſe ſacculum ſignet. textrinū teneat. penſa diſtribuat. regat familiā. emat q̄cq̄d de publico neceſſariū é. Diſpenſator & dominus & ꝑueniēs officia ſeruulo⁹: quē oēs rodāt famuli: & quicquid domina non dederit. illū clamitent ſubtraxiſſe. Quærulū ſeruulorū genus é. & q̄tūcunq; dederis: ſemper eis minus eſt. Non enim conſiderant de q̄to: ſed q̄tum deſ. dolorēq; ſuū ſolis quod poſſūt detractionibus conſolātur. Ille paraſitum: iſte īpoſtoré. hic hæredipetā: alius nouo quolibet appellat uocabulo. Ipſum iactant aſſidere lectulo. obſtetrices adhibere lāguēti. portare mattulā. calefacere lintea: plicare faſciolas. Facilius mala credūt homīes. & quodcūq; domi fingitur: rumor ī publicum fit. Nec mireris. ſi ancillæ & ſeruuli de uobis iſta confingant: cū mater quoq; id ipſum quæraſ. ac frater. Fac igiſ quod moneo. quod præcor: ut ꝑmum matri: dehinc ſi id fieri non poteſt: ſaltem fratri reconcilieris. Aut ſi iſta tam cara nomina hoſtiliter deteſtaris: diuidere ab eo quem tuis diceris ꝑtuliſſe. Si autem & hoc non potes: reuertere ſaltē ad tuos. Si nō potes deſerere alienū: uel honeſtius ſodali tuo utere. Separentur domus ueſtræ. diuidaturq; conuiuium: ne maledici homines ſub uno tectulo uos manentes: lectulum quoq; criminentur habere cōmunem. Potes & ad neceſſitates tuas quale uoluiſti habere ſolatium: & aliqua ex parte publica carere infamia. Quanq̄ cauenda ſit macula: quæ nulla nitro ſecūdū hieremiam: nulla fullonum herba dilui pōt. Quādo uis ut te uideat. adhibe arbitros. amicos. liberos: ſeruulos. bona conſcientia nullius oculos fugit. Intret ītrepidus: ſecurus exeat. Taciti oculi. & ſermo ſilens. & totius corporis habitus: uel trepidationē interdum. uel ſecuritatem loquuntur. Aperi q̄ſo aures tuas: & clamorem totius ciuitatis exaudi. Iam ꝑdidiſtis ueſtra uocabula: & mutuo uobis cognomina ſuſcepiſtis. Tu illius diceris: & ille tuus. Hæc mater audit: & frater: paratiq; ſūt: & ꝑcantur uos ſibi diuidere: & priuatā ueſtræ coniunctionis infamiam laudem facere communem. Tu eſto cum matre: ſit ille cum fratre. Audētius diliges ſodalem fratris tui: honeſtius amabit mater amīcum filii. q̄ filiæ ſuæ Quod ſi nolueris: ſi mea monita rugata fronte cotēpſeris: epiſtola hæc tibi uoce libera proclamabit. Quid alienum ſeruum obſides? Quid miſtrum chriſti famulum tibi facis? Reſpice ad populum: ſingulorum facies intuere. Ille in eccleſia legit: & te aſpiciunt uniuerſi. niſi q̄ pene licentia cōiugali de tua īfamia gloriaris. Nec iam ſecreto dedecore potes eſſe contenta. procacitatem: libertatem uocas. Facies meretricis facta eſt tibi. neſcis erubeſcere. Iterum me malignum: iterum ſuſpitioſum: & rumigerulū clamitas. Ego ne ſuſpitioſus. ego ne maliuolus. qui (ut in principio epiſtolæ ꝑfatus ſum) ideo ſcripſi: quia non ſuſpicabar: an tu negligens: diſſoluta. contēptrix. quæ annos nata. xxv. adoleſcentem necdum bene barbatulum ita brachiis tuis quaſi caſibus incluſiſti? Optimum re uera pædagogum: q̄ te moneat: q̄ aſpitate frontis exercear. Et q̄q̄ in nullis ætatibus libido ſit tuta: tamen uel cano capite ab aperta defendat ignominia. Veniet ueniet tempus: dies enī alabitur dum ignoras: & iſte formoſulus tuus: (quia cito ſeneſcunt mulieres maxime quæ iuxta uiros ſunt) uel ditiorem reperiet: uel iuniorem. Tūc te penitebit conſilii tui: & tædebit ꝑtinaciæ: quando & rem & famam amiſeris: quando quod male iūctū fuerat: diuidetur bene: niſi forte ſecura es. & coaleſcente tanti temporis charitate: diſſidium non uereris. Tu quoq; mater quæ propter ætatem maledicta non metuis: noli ſic uindicare: ut pecces. Magis a te diſcat filia ſeparari: q̄ tu ab illa ſeiūgi. Habes filium & filiam & generum: immo & cōturbernalē filiæ tuæ. Quid quæris aliena ſolatia: & ignes iam ſopitos ſuſcitas? Honeſtius é tibi ſaltem culpā filiæ ſuſtētare: q̄ occaſiōem tui q̄rere. Sit tecū filius monachus: pietatis uiduitatiſq; ꝑfidiū. Quid tibi alienum hominē quæris: ī ea ꝑſertim domo: quæ filium & filiam cape non potuit? Eius iā ætatis es: ut poſſis nepotes hīe de filia. Inuita ad te utrūq;. Reuertaſ cum uiro: quæ ſola exierat. Virum dixi: nō maritū. Nemo calūnieſ. Sexū ſignificare uolui: nō cōiugiū: Aut ſi erubeſcit & retractat: & domū in qua nata eſt arbitraſ anguſtā: uos ad eius hoſpitiū pgite. Quanuis arctū ſit: facilius mīrem & frem capere pōt: q̄ hominē alienū: cū quo certe ī domo una ſine cubiculo caſta manere non poterat. Sint ī una domo duæ fœminæ: & duo maſculi. Si aūt & tertius ille Τριτοβοσκός tuus abire nō uult: & ſeditiōes ae turbas concitat: ſit biga ſit triga: frer ueſter ac filius & ſororem illis exhibebit & matrem. Alii uir icū & generum uocent: ille nutritium appellet & frem. Hæc ad breuē lucubratiūculam breui ſermone dictaui: uolens deſiderio poſtulantis ſatisfacere: & q̄ſi ad ſcholaſticam materiā me exercēs (eadem enī die māe pulſabat oſtium q̄ ꝑfecturus erat) ſimulq; ut oſtenderem obtrectatoribus meis: q; & ego poſſē: quicqd uēiret ī buccā dicere. Vnde & ſcripturis pauca pſtrixi. nec oīonē meam (ut ī cæteris libris facere ſolitus ſū) illarum floribus: texui. Ex temporalis eſt dictio. & tāta ad lumen lucernulæ facilitate ꝑfuſa. ut notariorū manus līgua ꝑcurreret. & ſigna ac furta uerborū uolubilitas ſermonū obrueret. quod iccirco dixi: ut qui nō ignoſcit ingenio: ignoſcat uel tempori.

Epiſtola beati hieronymi ad marcellam de laudibus aſſellæ uirginis..

n Emo reꝑhēdat q; ī epiſtolis aliquos aut laudamus. aut carpimus. cū & ī arguēdis malis ſit correptio cæterorū: & ī optimis prædicandis bonorum ad uirtutem ſtudia cōcitenē. Nudius tertius de beatæ mēoriæ lea aliq̄ dixeráus: Illico pupigit aíum: & mihi uenit ī mēte: nō debeſ nos tacere

de uirgíe:q de ſecundo ordíe caſtitatis locuti ſumus.Igitur aſellæ noſtræ uita breuiter explicanda eſt: cui q̃ ſo ne hanc epiſtolá legas(grauatur qppe laudibus ſuis)ſed his potius quæ adoleſcentulæ ſũt:legere dignare: ut ad exemplum eius ſe iſtituentes:conuerſationem illius perfectæ uitæ normam arbitrentur.Prætermitto q̃ ĩ matris utero benedicitur ei ante q̃ naſcatur.q̃ ĩ phialia nitentis uitri:& oĩ ſpeculo purioris: patri uirgo traditur per qetem.q̃ adhuc infantiæ ſuoluta pannis:& uix annum decimum ætatis excedens:honore futu ræ btitudinis cõſecratur.Sit gr̃æ omne quod ante laborem fuit:licet deus p̃ſcius futurorum:& hieremiam ſctificet ĩ utero:& ioanné ĩ aluo matris faciat exultare:& paulum ante conſtitutionem mundi ſeparet ĩ euã gelium filii ſui.Ad ea uenio:quæ poſt duodecimũ annum ſudore proprio elegit:arripuit:tenuit: cœpit:ĩple uit.Vnius cellulæ clauſa anguſtiis,latitudine paradiſi fruebatur.Idem terræ ſolũ & or̃onis locus extitit.& quietis,ieiuniũ pro ludo habuit:inediá pro refectione.Et cum eam non ueſcendi deſideriũ,ſed humana cõ fectio ad cibum traheret:pane & ſale,& aqua frigida cõcitabat magis eſurié q̃ reſtrĩgebat.Et quia pene obli tus ſum quod ĩ pricipio debui dicere cum primũ hoc propoſitũ arripuit,aurum colli ſui,quod murenulam uulgus uocat,quod ſcilicet metallo ĩ uirgulas lenteſcentes,quædã ordinis flexuoſi cathena cõtexitur,abſq; parentibus uendidit,& tunicam fuſciorem,quam a matre ĩpetrare non poterat,pio ĩduta negociationis au ſpitio.ſe repente domino conſecrauit:ut intelligeret uniuerſa cognatio,non poſſe aliud ei extorqueri, quæ iam ſæculum dãnaſſet ĩ ueſtibus.Sed ut dicere cœperamus,ita ſe ſemper moderate habuit,& intra cubiculi ſui ſecreta cuſtodiuit,ut unq̃ pedem ꝓferret ĩ publicũ,nunq̃ uiri noſſet alloquiũ,& quod magis ſit admiran dum,ſororem uirginem amaret potius q̃ uideret.Operabat manibus ſuis:ſciens ſcriptum eſſe.Qui nõ opa tur:non manducet.Sponſo aut orans loquebatur:aut pſallens.Ad martyrum limina pene inuiſa properabat.Et cum gauderet propoſito ſuo.ĩ eo uehementius exultabat:q̃ ſe nullus cognoſceret.Cũq; per omnem annum iugi ieiunio paſceretur,biduo triduoq; ſic pmanés.tunc uero in quadrageſima nauigii ſui uela ten debat. omnes pene hebdomadas uultu lætante coniungens(& quod ĩpoſſibile forſitá eſt hominibus ad cre dendum deo autem præſtante poſſibile eſt)ita ad quinquagenariam peruenit ætatem.ut nõ doleret ſtoma chus.non uiſcerum cruciaretur incuria.non ſicca humus iacentia membra confringeret.non ſacco aſpera ta cutis fetorem aliquem ſitumq; contraheret.ſed ſana corpore.anio ſanior.ſolitudinem putaret eſſe deliti as:& in urbe turbida inueniret heremum monachorum.Et hæc quidem tu melius noſti a q̃ pauca didici mus:& cuius oculis duricies de genibus camelorum ĩ illo ſanſto corpuſculo præ orandi frequẽtia obcaluiſ ſe p̃ſpecta eſt.Nos quod ſcire poſſumus:explicamus.Nihil illius ſeueritate iocundius,nihil ſuauitate triſtius nihil triſtitia ſuauius.Ita pallor in facie eſt.ut cum continentiam indicet:non redoleat oſtentationé. Sermo ſilés & ſilẽtiũ loquẽs,nec citus nec tardus ĩceſſus:idé ſemꝑ habitus,neglecta mũdicies.& ĩculta ueſte cultus ipſe ſine cultu.Sola uitæ ſuæ qualitate promeruit:ut in urbe pompæ,laſciuie,delitiarum. in qua humilem eſſe miſeria eſt:& boni eam prædicent,& mali detrahere non audeant.Viduæ eam imitentur:& uirgies.Ma ritæ colant,noxiæ timeant:ſuſpiciant ſacerdotes.

Incipit ſextus tractatus tertiæ partis principalis de ſtatu ac continentia coniugali.

Epiſtola beati hieronymi ad celantiam.qualiter inter honores ſæculi & diuitiarum illecebras.atq; in coniu gio:& deo placere poſſit & coniugi,& ne uxor maritum ſuum dimittat propter religionis cauſam ſine il lius conſenſu.

Etus ſcripturæ celebrata ſententia eſt eſſe pudoré quo gloria inuenitur & gratia: & eſſe rur ſus pudorem qui ſolet parere peccatum.Cuius dicti ueritas q̃q̃ ſatis ad omnium intelligen tiam ipſa ſui luceat claritate:mihi tamen neſcio quomodo in præſenti cauſa propius innotu it.Prouocatus enim ad ſcribendum litteris tuis quæ miris hoc a me obſecrationibus flagita bát:diu(fateor)de reſponſione dubitaui:ſilentium mihi ĩperãte uerecundia.Cui tamen fortiſ ſime reſiſtebat & uim faciebat p̃cum tuarum fidelis ambitio:pugnabatq; acriter cũ hæſitatione mea humi litas obſecrantis:& magna quadam fidei uiolentia oris clauſtra pulſabat.Cũq; ſic aĩum ĩ utroq; nutãtem co gitatio diuerſa libraret:pene pudor excluſit officium.Sed me illa quam ſupra poſui ſapiẽtis ſententia arma uit ad depellendam inutilem uerecundiam:& damnoſum ſilentium reſoluendum.Cum utiq; ipſá ſcribendi cauſam tam hõeſtam uiderem eſſe tam ſanctam:ut peccare me omnio crederé ſi tacerem.Illud mecum ſcri pturæ reputans.Tempus tacendi & tempus loquendi.Et iterum.Ne retineas uerbum in tempore ſalutis.Et illud beati petri.Parate ſemper ad ſatiſſactionem omni poſcenti uos rationem.Petis namq; & ſollicite ac ui gilanter petis:ut tibi certam ex ſcripturis ſanctis præfiniamus regulam:ad quam tu ordies curſũ uitæ tuæ. & cognita domini uoluntate inter honores ſæculi & diuitiarum illecebras morũ magis diligas ſupellecti lem:atq; ut poſſis in cõiugio conſtituta:nõ ſolũ coniugi placere:ſed etiam ei qui indulſit coniugium. Cui tã ſantæ petitioni tamq; pio deſiderio non ſatiſſacere quid aliud é q̃ ꝓfectum alterius non amare? Parebo igit̃ p̃cibus tuis:teq; paratam ad ĩplendum domini uoluntatem:ĩpius nitar incitare ſentẽtiis,ldé enĩ uerus oĩum dominus ac magiſter q nos & placere ſibi iubet:etiá docet quõ placere ei poſſumus.Ipſe itaq; te iformet:ĩpe re doceat q iterrogáti ĩ euãgelio adoleſcenti qd faceret:ut mereret uitá æternã:diuina cõtinuo mãdata ꝓ põit oſtẽdẽs nobis eius uolũtaté eé faciẽdá a quo ſpamus & p̃mia.Propter qd alio teſtat loco.Nõ oĩs q di cit mihi dné domie itrabit ĩ regnũ cælox ſed q facit uolũtaté p̃ris mei q ĩ cælis é:ĩpe itrabit ĩ rgnũ cælox. Quo mãifeſte oſtẽdit.nos nõ ſola dei cõfeſſiõe tãti p̃mii magnitudiné ꝓmereri:niſi fidei & iuſticiæ opa cõ iũcta ſint. Qualis é.n.illa cõfeſſio.q̃ ſic deũ credit.ut ꝓ nihilo eius ducat ĩperiũ? Aut quo ex aĩo,aut uere di cius dné dnẽ ſi eius qué dõinũ cõfitemur p̃cepta cõtenimus? Vnd ĩpe ĩ euãgelio dicit.Quid ãt uocatis me domie dné & nõ facitis q̃ dico? Et iterox.Populus hic labiis me honorat: cor ãt eox lõge é a me? Et rurſũ lo

quiē p ꝓphetam.Filius honorificat patrem:& ſeruus dominum ſuū timebit.Et ſi pr̄ ego ſū, ubi eſt honor meus? Et ſi dominus ego ſum,ubi eſt timor meus? Ex quo apparet,nec honorari ab eis nec timeri: qui eius p̄cepta non faciunt. Vnde ad dauid exp̄ſſius dicit̄,q peccatum admiſerat.Et ꝑ nihilo duxiſti deū.Et ad he li fit ſermo domini dicens.Qui honorificat me:honorificabo eum:qui aute ꝑ nihilo me habēt. ad nihilū redigentur.Et nos ſecuro animo ſumus ac bono,qui p ſingula quæq; peccata ihonorates deū:clæmentiſſimum dominum ad iracūdiam ꝓuocamus:eiuſq; iperia ſupbiſſime contēnēdo i tātæ maieſtatis imus iniuriam.Quid enī unq̄ tā ſupbū,quod uero tā ingratū uideri p̄ōt,q̄ aduerſus eius uiuere uoluntatē a quo ipſū uiuere accepis,q̄ illius p̄cepta deſpicere,q ideo aliquid iperāt:ut cauſas habeat remunerādi? Neq; enim obſequii nr̄i deus indiget:ſed nos illius idigemus iperii.Mandata eius deſiderabilia ſup aurū :& lapidem prætioſum nimis & dulciora ſup̄ mel & fauū:quoniā in cuſtodiēdis illis retributio multa.Et ideo nobis iraſcitur.Iccirco magis illa imēſitas:illa dei bonitas offenditur:quia eā p tāti etiam p̄mii detrimenta cōtēnimus: nec ſolū iperia:ſed etiam ꝓmiſſa illius ꝑ nihilo ducimus. Vnde ſæpe animo imo ſemper:illa nobis domini reuoluenda ſententia eſt.Si uis ad uitā uenire ſerua mādata.Hoc enī tota nobiſcū lege agitur,hoc ꝓphetæ: hoc apoſtoli docēt:hoc a nobis:& uox xp̄i:& ſanguis efflagitat.Qui ideo p oībus mortuus eſt:ut qui uiuūt iam non ſibi uiuant:ſed ei qui ꝑ illis mortuus eſt. Viuere autē illi nō eſt aliud:q̄ eius p̄cepta,ſeruare:quæ nobis ille:quaſi certū dilectionis ſuæ pignus:ſeruanda mādauit,dicēs,Si diligitis inquit me:mādata mea ſeruate.Et qui habet mandata mea:& ſeruat ea:ille eſt q diligit me.Ac rurſus.Siqs diligit me:ſermonē meū ſeruabit;& pater meus diliget eū;& ad eum ueniemus:& māſionem apud eum faciemus.Qui non diligit me :ſermones meos non ſeruat.Grandē uim obtinet uera dilectio.Et q pfecte amatur:totā ſibi amātis uēdicat uoluntatem.Nihilq; eſt iperioſius charitate.Nos ſi uere xp̄m diligimus:ſi nos eius redēptos ſanguine recordamur:nihil magis uelle:nihil oīno debemus agere:q̄ quod illū uelle cognoſcimus.Duo aūt ſunt genera mandatorū:in quibus claudit̄ tota iuſticia.Prohibēdi unum eſt;iubendi alterū. Vt enī mala ꝓhibentur:ita præcipiunt̄ bona.Ibi ociū operatur:hic ſtudiū.Ibi coercet̄ animus:hic incitat̄.Hic feciſſe:illic nō feciſſe culpabile eſt.Vnde ꝓpheta dicit.qs eſt homo,qui uult uitā:& cupit uidere dies bonos? Prohibe linguā tuā a malo:& labia tua ne loquantur dolū.Declina a malo:& fac bonū.Et beatus apoſtolus ait.Odientes malū;adherentes bono.Hoc itaq; duplex diuerſūq; p̄ceptum ꝓhibendi ſcilicet & iperandi:æquo omnibus iure mādatū eſt.Non uirgo,nō uidua,nō nupta:ab hoc iperio libera ē.In quouis ꝓpoſito,in quouis gradu:æquale peccatum ē:uel ꝓhibita admittere:uel iuſſa nō facere.Neq; uero eo⁊ te ſeducat error.q ex arbitrio ſuo eligūt, quæ potiſſimū dei mādata cōtēnāt,quæ ue quaſi uilia ac parua deſpiciant:nec metuunt,ne ſecundum diuinam ſententiam minima cōtēnēdo,paulati decidāt.Stoico⁊ qdē eſt:peccatorū tollere differentiam:& delicta omnia paria iudicare,nec ullum inter ſcelus & erratū diſcrimē facere.Nos uero etſi multū diſtare inter peccata credimus:qa & legimus,tamen ſatis ꝓdeſſe ad cautionem dicimus:etiam minima ꝑ maximis cauere.Tanto enī facilius abſtinemus a quocunq; delicto;quāto illud magis metuimus.Nec cito ad maiora ꝓgreditur:q etiam parua formidat.Et ſane neſcio,an poſſimus leue aliquod peccatū dicere:quod in dei contēptū admittit̄.Eſtq; ille prudentiſſimus:q non tantū deſiderat quod iuſſū ſit;q̄ illum q iuſſerit;nec quanti tatem iperii ſed iperātis cogitat dignitatē.Aedificāti itaq; tibi ſpiritalē domū;non ſupra leuitatē arenæ; ſed ſupra ſoliditatē petræ;inocētiæ i primis fundamenta ponant̄;ſup quæ facilius poſſis arduū culmē iuſticiæ erigere.Maximā enim partē æqtatis ipleuit;qui nulli nocuit.Btūſq; eſt q pōt cū ſancto iob dicere. Nulli nocui hominum;iuſte uixi cum omnibus. Vnde audēter & ſimpliciter loquebat̄ ad deū qs eſt q iudicet me.i. qs tuū aduerſū me poteſt iplorare iudicium.ut ſe læſum a me conuincat? Puriſſimæ conſcientiæ eſt ; ſecure canere cū ꝓpheta.Perambulabam in innocentia cordis mei:i medio domus meæ. Vnde idē alibi dicit.Non fraudauit eos deus bonis:q ambulant i inocentia.Itaq; malitiā,odiū,atq; inuidiā,quæ uel maxima .uel ſola ſemina ſunt nocendi:chriſtiana a ſe ꝓpellat anima.Neq; manu tantum neq; lingua: ſed corde quoq; cuſtodiat inocentiam,nec mō ope:ſed uoto etiam nocere formidet.Quantū enī ad peccati rōnem ꝑtinet:nocuit q nocere diſpoſuit.Multi noſtro⁊ illū abſolute atq; itegre definiūt inocētē:q ne i eo quod nulli noceat q; dem ꝓdeſſe deſiſtat.Quod ſi eſt ue⁊:tum demū lætare de inocētiæ conſcientia:ſi cū potes adiuuare,nō deſinas.Sin uero diuiſa iter ſe iſta atq; diſtincta ſūt:aliudq; eſt non nocere:cū ſemp potes:aliud ꝓdeſſe cū poſſis aliud malum nō facere,aliud opari bonū:illud tibi rurſum occurrat non ſufficere xp̄iano:ſi parte unā iuſticiæ ipleat;cui utraq; p̄cipitur. Neq; enim ad multitudinis exēpla decet reſpicere;quæ nullam ha⁊ diſciplinam ſequēs nullum uiuēdi tenens ordinem:non tam rōne ducit̄;q̄ quodam impetu ferturNec imitandi nobis illi ſunt:qui ſub criſtiano nomie gentilem uitā agūt;& aliud ꝓfeſſione:aliud conuerſatione teſtant̄,atq; ut apoſtolus ait:deū confitentur ſe noſſe:factis autem negant.Inter xp̄ianū & gentilem non fides tantū debet,ſed etiam uita diſtiguere:& diuerſam religionem p diuerſa opa monſtrare.Nolite ait apoſtolus iugū ducere cū ifidelibus.Quæ.n.participatio iuſticiæ cū iniqtate? Aut q ſocietas lucis ad tenebras ? Quæ āt cōuētio xp̄i ad belial? Aut quæ pars fideli cū ifideli? Qui aūt cōſenſus templo dei cū idolis? Sic ergo iter nos & illos maxima ſeparatio:diſtiguatur certo diſcrimie error & ueritas.Illi terrena ſapiant;q cæleſtia ꝓmiſſa non habent.Illi breui huic ſe uitæ totos iplicent;q æterna neſciunt.Illi peccare non metuant;q peccatorum ipunitatem putāt,Illi ſeruiāt uitiis;q nō ſperāt futura p̄mia uirtutū.Nos uero q puriſſima cōfitemur fide:oēm hoiem manifeſtandum eſſe ante tribunal xp̄i:ut recipiat unuſqſq; propria corporis ſui ,put geſſit ſiue bonum ſiue malū;pcul eſſe debemus a uitiis dicēte apoſtolo.Qui enī ſūt xp̄i:carnē ſuam crucifixerunt cū uitiis & cōcupiſcentiis.Nec turbam ſequantur errantem:q ſe ueritatis diſcipulos confitentur. Duas certe conuerſationis uias: & diſtincta in diuerſum itinera uiuendi ſaluator in euangelio oſtdit dicens: q̄ ſpatioſa uia.

q̄ ducit ad mortē:& multi sūt q̄ intrāt p eā.Et rursum:q̄ arcta uia & angusta ē q̄ ducit ad uitā: & pauci sūt q̄ inueniūt eā. Vide quāta iter has uias separatio sit:quātūcp discrimē.Illa ad mortē:hæc tēdit ad uitā.Illa celebratur & teneť a multis:hæc uix inueniť a paucis.Illa enī uitiis p consuetudinem q̄si decliuior ac mollior.& uelut quibusdam amœna floribus uoluptatū,facile ad se rapit cōmeātiū multitudinē:hec uero īsueto calle uir tutū tristior atq; horridior:ab his tantum eligiť:q̄bus non tam delectatio itineris cordi ē.q̄ utilitas māsionis.Asperā enim nobis & īsuauē uirtutū uiam nimia effecit cōsuetudo uitiorum:quæ si in partem alteram transferať,inuenies(sicut scriptura dicit)semitas iusticiæ leues.Ponamus ergo iam rōnē uitæ nostræ: & per quā potissimum gradiamur uiā conscientia teste discamus.Omne enim qđ agimus.oē quod loquimur: aut de lata aut de angusta uia est.Si cum paucis angustū iter:& subtilem quandam semitā inuenimus:ad uitam tendimus. Si uero multorum comitamur uiam:secūdum domini sententiā imus ad mortem. Si ergo odio atq; inuidia possidemur,si cupiditati & auaritiæ credimus si pœnitentia commoda futuris p̄ferimus:p spatiosam uiam incedimus.Habemus enim ad hoc comitū multitudinem:& late similium stipamur agmībus. Si iracūdiā,libidinemq; implere uolumus:si iniuriam uendicare:si maledicenti maledicimus.& aduersū inimicum inimico animo sumus:æque cum pluribus ferimur.Si uel adulamur ipsi uel adulantem libenter audimus.Si uero gratiam impendimus:& magis offendere animos hominū timemus q̄ non ex animo loqui: de multorum item uias imus.Tot nostri sunt socii:quot extranei ueritatis.At econtrario.si ab omnibus uitiis sumus,extranei:si purum ac liberum præstamus animum & omni cupiditate calcata solis studemus diuites esse uirtutibus:per angustam uiam nitimur.Couersatio enim ista paucorum est:estq; perrarū atq; difficile,idoneos huius itineris comites reperire. Quietiam multi ac ire se simulāt:& p diuersa errorū diuerticula ad uiā multitudinis reuertuntur.Ideoq; timendum est:ne quos duces recti huius itineris habere nos credimus: eos comites habeamus erroris.Si igiť inueniuntur exempla:quæ nos per hanc uiam ducant ad uitā: & rectum euangelii tramitem teneant:sequenda sunt,Sin uero ea:uel deficiunt:uel deficere putantur: apostolorum forma uniuersis proposita est.Clamat uas electionis paulus:noscp quasi ad angustum hoc iter conuocans dicit.Imitatores mei estote:sicut & ego xp̄i.Certe(quod est amplius omnibus)ipsius domini relucet exemplum:qui in euangelio ait. Vēite ad me omnes qui laboratis. & onerati estis:& ego reficiam uos. Tolli te iugum meum super uos & discite a me:quia mitis sum.& humilis corde.Si periculosum ē imitari illos:de quibus dubitas an imitandi sint:hunc certe imitari tutissimum est:atq; eius uestigia sequi qui dixit. Ego sū uia :ueritas & uita.Nunq̄ enī errat:qui sequitur ueritatē. Vnde & apostolus ioannes ait.Qui dicit se in xp̄o manere:debet sicut ille ambulabat:& ipse ambulare.Et beatus petrus ait.Xp̄s p uobis passus est:uobis reliquens exemplum:ut sequamini uestigia eius:q peccatum non fecit.nec est inuentus dolus ī ore eius.Qui cū malediceretur.non maledicebat:cum pateret non cōminabatur.Tradebat autem iudicanti se iniuste. Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignū:ut peccatis mortui,iusticiæ uiuamus.Cesset oīs excusatio errorū:auferantur peccandi fœda solatia.Nihil omnino agimus:qui nos p multitudinis exempla defēdimus:& ad consolationem nostram aliena spe numerātes uitia:deesse nobis dicimus:quos debeamus seq. Ad illius exēplū mittimur:quem omnes fatemur imitandum.Atq; ideo præcipua tibi cura sit:legē nosse diuinā;p quā possis q̄si p̄sentia cernere exempla sanctorum:qd faciendū sit:qd ue uitandum:illius consilio discce.Maximum enī ad iusticiam auxiliū ē:iplere diuinis eloquiis animū:& qđ ope exequi cupias:semper corde meditari.Rudi adhuc populo.& hoībus ad obediētiam īsuetis p Moysē īperatur a domīo:ut in signum memoriæ:q̄ p̄cepta domini recordentur:p singulas uestimentorum simbrias habeant cū cocco hyacithini coloris insignia:ut etiam casu huc:illucq; respicientibus oculis mādatorū cælestiū memoria nascatur. De q bus simbriis pharisæi redarguūtur a domino:cp eas puerso usu:nō ad cōmonitionem p̄ceptorum dei:sed ad ostensionē sui habere cœperāt:ut scilicet quasi de maioris obseruationis diligentia sancti a populo iudicarē tur. Tibi uero seruanti:non iā litteræ p̄cepta:sed spūs:diuinoq; mādatorū memoria specialiter excoléda sit: cui nō tā frequenter recordanda sunt p̄cepta domini:q̄ sēper recogitanda.Sint ergo diuinæ scripturæ semper in manibus tuis :& iugiter mente uoluantur.Nec sufficere tibi putes mandata dei memoria tenere: & opibus obliuisci.Sed ideo illa cognoscere:ut facias qcquid faciendum didiceris. Non enim auditores legis iusti sūt apud deū:sed factores legis iustificabuntur.Latus quidē & īmēsus diuinæ legis cāpus extēdiť: q diuersis testimoniis ueritatis:uelut cælestibus qbusdam floribus uernās:mira oblectatione legētis aium pascit.ac refouet.Quæ omnia semper cognoscere:secūcp reuoluere:ingens ad cōseruandā iusticiam beneficiū est.Sed q̄si ad cōpendiosū locum:quoddā cōmonitoriū illa tibi euāgelii eligēda sētētia ēt:& supscribēda cordi tuo:quæ ad totius iusticiæ breuiariū domini ore ꝓfertur.Oīa qcūcp uultis:ut faciāt uobis hōines:hæc & uos facite illis.Cuius p̄cepti uires exprimēs:iūgit ac dicit.Hæc enī lex & ꝓphetæ.Infinitæ nāq; sūt species. partesq; iusticiæ:quas nō mō stilo ꝓsequi:sed cogitatione etiā capere difficillimū ē.Quas omnes una ac breui sententia cōphendit:& latentē hominū conscientiā secreto animi iudicio aut absoluit:aut dānat. Ad omnē igitur actū:ad oē uerbū:ad oēm etiā cogitatū hæc sententia retractetur:quæ tibi quasi speculū quoddā paratū.& ad manū sēper positū q̄litatē tuæ uolūtatis ostēdat:ac etiā uel de iniusto ope redarguat:uel de iusto lætificet.Quotiēscūcp enī talē ī alterū habueris animū:q̄lē ī te ab altero seruari cupis:æquitatis uiā tenes.Quotiens uero talis erga alterū fueris:qualē ī te uis neminē:iter iusticiæ dereliquisti.En totum illud dīuinæ legis arduū totūcp difficile.En ob quā causā dura īperia domino reclamamus:& dicimus nos uel difficultate:uel īpossibilitate mādatoꝝ p̄mi.Nec sufficit q̄ iussa nō facimus:nisi etiā iubēte iniustū ꝓnuncie-mus:dū ipsū æquitatis auctorē:nō mō dura & ardua:sed etiā īpossibilia p̄cepisse conquerimur. Omnia ingt q̄cūcp uultis ut faciāt uobis hoīes:hæc & uos facite illis.Cōiūgi uult iter nos atq; cōnecti p mutua bene-

ficia charitatē.oēsq; hoies uicario iter se amore copulari:ut id uno quoq; pstante alteri:quod sibi ab oibus pstari uelit:tota iusticia:& præceptū hoc dei cōmūis sit utilitas hominū.Et o mirā clæmētiā domini:o ineffabilē dei benignitatē:præmiū nobis pollicet:si nos iuicē diligamus:ideſt si nobis ea pstemus inuicē:quoꝝ uicissim indigemus.Et nos superbissimo simul & īgrato aīo:eius renitimur uoluntati:cuius etiā iperiū beneficiū est.Nulli unq̄ omnino detrahas:nec aliorū uituperatione te laudabilem uideri uelis.magisq; uitā tuam ordinare disce:q̄ alienā carpere:ac semper scripturæ memor esto dicentis.Noli diligere detrahere:ne eradiceris.Pauci admodū sūt:q huic uitio renunciēt.raroq; iuenies:qui ita uitā suam irrephensibilē exhibere uelint:ut hi non libenter rephendāt alienam:Tantaq; huius mali libido mentes hoīum iuasit:ut etiam qui procul ab aliis uitiis recesserūt:i istud tamē quasi i extremū diaboli laqueū icidāt.Tu uero hoc malū ita effuge:ut nō mō ipa nō detrahas:sed ne alii qdē detrahenti aliquādo credas:nec obtrectatoribus auctoritatē de consensu tuo tribuas:ne eorū uitiū nutrias annuendo.Noli inquit scriptura consentaneus esse cū derogantibus aduersus ꝓximū tuū:& non accipies p illos peccatum.Et alibi.Sepi aures tuas spinis:& noli audire liguā neq̄.Vnde & beatus dauid diuersas innocentiæ species iusticiæq; denūcians:de hac quoq; uirtute non tacuit dicēdo.Et obprobrium non accepit aduersus proximos suos.Propter quod ipse non solum aduersatur:sed etiam persequit detrahentem.Ait enī.Detrahentem secreto proximo suo:hunc persequebar.Est sane tale hoc uitiū.quod uel in primis extingui debeat:& ab eis q se sācte istruere uolunt prorsus excludi.Nihil enī tā ingetat animum.nihil ē quod ita mobilē mētē ac leuē faciat q̄ facile totū credere:& obtrectatoꝝ uerba temerario assensu mentis sequi.Hic enī crebræ dissensiones:hinc odia iniusta nascuntur.Hoc est qd̄ sæpe de amicis etiam inimicos facit:dū concordes qdem sed credulas aīas:maliloqua līgua dissociat.At cōtra magna qes animi:magnaq; ē morū grauitas nō temere de quoq̄ sinistri quid audire.Beatusq; est:q ita se contra hoc uitiū armauit:ut apud eū detrahere nemo audeat.Quod si hæc i nobis esset diligētia:ne passim obtrectatoribus crederemus:iam omnes detrahere timerent: necnō tam alios: q̄ seipsos uiles detrahendo facerent.Sed hoc ideo malū celebre est:iccirco i multis feruet hoc uitiū:quia pene ab omnibus libenter audit.Adulatorū quoq; assentationes:& noxia blādimenta fallaciæ:uelut quasdā pestes animæ fuge. Nihil ē. qd̄ tam facile corrūpat mētes hominū:nihil est qd̄ tam dulci & molli uulnere aīum feriat. Vnde & quidā sapiens ait.Verba adulatorū mollia:feriūt autē iteriora uētris.Et dominus loquit per ꝓphetā. Populе meus q btificāt uos seducūt uos:& semitas pedum uestroꝝ pturbāt.In multis isto maxime tpe regnat hoc uitium.quodq; ē grauissimū.humilitatis ac beniuolentiæ loco ducit.Et ita fit:ut qui adulari nescit:aut iuidus: aut superbus putet.Est sane grande & subtile artificiū:laudare alteꝝ i cōmendationē sui:& decipiēdo aīum sibi obligare decepti:quodq; hoc maxime uitio agi solet:fictas laudes certo pcio uēdere. Quæ hæc tanta ē leuitas aī.quæ tanta uanitas:relicta ꝓpria conscia alienam opinionē.seq.& qdē fictā atq; simulatā.rapi uēto falsæ adulationis.gaudere ad circūuētionē suā.& illusionē ꝓ beneficio accipe? Tu ergo si uere laudabilis esse cupis:laudē hoīum ne reqras.Illiq; præpara conscientiam tuā:q illuminabit abscondita tenebraꝝ:& manifestabit consilia cordiū:& tūc laus tibi erit a deo.Sit igit intētus ac uigilās & aduersus peccata semper armatus animus tuus.Sermo i oibus moderatus & parcus:& q necessitatem magis loquēdi īdicet:q̄ uolūtatem. Ornet prudentiā uerecūdia:quodq; pcipuū in fœminis semp fuit cūctas i te uirtutes pudor supet.Diu ante considera qd loquendū sit:& adhuc tacēs ꝓuide ne qd dixisse pœniteat.Verba tua ponderet cogitatio: & lī guæ officiū aī libra dispēset. Vnde scriptura dicit.Argentum & aurū tuū cōfla:& uerbis tuis facito statera: & frenos ori tuo rectos:& attēde ne forte labaris in lingua.Nunq̄ malū uerbū de ore tuo ꝓcedat:quæ ad cumulū benignitatis iuberis etiam maledicētibus benedicere.Misericordes inquit:modesti:humiles:non reddentes malū ꝓ malo:neq; maledictum ꝓ maledicto:sed econtrario benedicentes. Mentiri uero atq; iurare lingua tua ꝓrsus ignoret:tātusq; in te sit ueritatis amor:ut qcqd dixeris:iuratū putes. De quo saluator ad discipulos ait.Ego autē dico uobis:non iurate oīno.Et paulo post.Sit aūt sermo uester est:ē:nō:non.Quod autē his abūdatius ē:a malo ē.In oi igit actu atq; uerbo qeta mens & placida seruet.sempq; cogitatiōi tuæ dei pœnitētia occurrat.Sit hūilis aīus tuus ac mitis:& aduersus sola uitia erectus.Nūq̄ illū aut supbia extollat.aut auaritia iflectat:aut ira pcipitet.Nihil enī qetius:nihil purius.nihil deniq; pulchrius ea mente esse debet.q i dei habitaculū ꝓpārāda ē.quē non auro tēpla fulgentia.nō gēmis altaria distincta delectāt: sed anima ornata uirtutibus.Ideo & tēpla dei sanctorū corda dicūt:affirmāte apostolo.q ait.Siqs tēplū dei uiolauerit: dispdet illum deus. Tēplum enī dei sanctum ē:qd̄ estis uos.Nihil hēas humilitate pstātius:nihil amabilius. Hæc est enī pcipua obseruatrix & q̄si custos qdā uirtutū oīum nihilq; ē qd̄ nos ita & hoibus gratos & deo faciat:q̄ si uitæ merito magni humilitatis īfimi simus.Propter qd̄ scriptura dicit.Quanto magnus es. hūilia te i oibus:& corā deo inuenies gr̄am.Et dominus loquit ꝓ prophetā.Super quē aliū requiescā.nisi super humilem.& quietū.& tremētem sermones meos? Verūtamen eā humilitatem seqre.nō quæ ostendit atq; simulat gestu corporis.aut fracta uoce uerborū:sed quæ puro affectu corporis exprimit. Aliud ē enī uirtutē hre:aliud uirtutis similitudinē.Aliud ē reꝝ umbras seq:aliud uirtutē.Multo illa deformior ē supbia: q̄ sub quibusdā humilitatis signis latet.Nescio enī quomodo turpiora sunt uitia:cum uirtutū specie cælant. Nulli te unq̄ de generis nobilitate ꝓponas:neq; obscuriores quasq; & humiliore loco natas.te inferiores putes: Nescit religio nostra personas accipere.nec conditiones hominū:sed aīos inspicit singulorum. Seruum & nobilem.de moribus pronunciat.Sola apud deum libertas ē.non seruire pctis.Sūma apud deū est nobilitas: clarum esse uirtutibus.Quid apud deum in uiris nobilius petro.qui piscator & pauper fuit? Quid in fœminis beata maria illustrius fuit.quæ spōsa fabri describit? Sed illi piscatori & pauperi cælestis regni a xpo credūt claues:hæc sponsa fabri meruit esse mater illius a quo ipsæ claues datæ sunt.Elegit enim deus ignobi-

lia:& contemptibilia huius mundi:ut potentes ac nobiles ad humilitatem facilius adduceret. Nam & alias fruſtra ſibi aliquis de nobilitate generis applaudit:cum uniuerſi paris honoris & eiuſdem apud deum præcii ſint:qui uno xpi ſanguine ſunt redempti. Nec intereſt qua quis conditione natus ſit:cum omnes in xpo æqualiter renaſcamur. Nam etſi obliuiſcimur:quia ex uno omnes generati ſumus:ſaltem id ſemper meminiſſe debemus. qa p unū omnes regeneramur. Caue ne ſi ieiunare:aut abſtiere cœperis:te putes eē iā ſanctā. Hæc enim uirtus adiumentum ē:non perfectio ſanctitatis. Magiſcꝫ prouidēdum eſt:ne tibi hoc cum licita cōtēnas:ſecuritatem quandam illicitorum faciat. Quicquid ſupra iuſticiam offerē deo:nō debet īpedire iuſticiam. ſed iuuare. Quid aūt prodeſt tenuari abſtinentia corpus. ſi animus ītumeſcat ſuperbia? Quā laudē merebimur de pallore ieiunii. ſi inuidia liuidi ſumus? Quid uirtutis habet uinū non bibere. & ira atꝫ odio inebriari? Tunc inq̄ præclara eſt abſtinentia:tunc pulchra atꝫ magnifica caſtigatio corporis: cū eſt animus ieiunus a uitiis. Immo qui probabiliter ac ſcienter abſtinentiæ uirtutem tenent. eo affligūt carnem ſuā. quo animæ frangant ſuperbiam:ut quaſi de quodam faſtigio contēptus ſui atꝫ arrogantiæ deſcendant ad īplendā domini uoluntatem. quæ maxime in humilitate perficitur. Iccirco a uariis ciborum deſideriis mentem retrahunt:ut totam eius uim occupent in cupiditate uirtutū. Iamꝫ minus ieiuniorum & abſtinentiæ laborem caro ſentit:anima eſuriente iuſticiam. Nam & uas electionis paulus dum caſtigat corpus ſuum. & in ſeruitutem redigit. ne aliis prædicans ipſe reprobus inueniat:non ad ſolam(ut quidam īperiti putant)hoc facit caſtitatem(non enim huic tantummodo. ſed omnibus oīno uirtutibus abſtinētia opitulat)neꝫ magna aut tota apoſtoli gloria eſt non fornicari. ſed hoc agit ut caſtigatione corporis erudiatur animus. quantoꝫ nil ex uoluptatibus concupiſcit. tanto magis poſſit de uirtutibus cogitare. ne perfectionis magiſter impfectum aliquid in ſe oſtendat. Ne xpi imitator extra p̄ceptū quicq̄ aut uoluntatem xpi faciat. ne ue minus exemplo q̄ uerbo doceat:cūꝫ aliis prædicauerit ipſe reprobet a domino. audiatꝫ cum phariſæis. Dicunt enim & nō faciunt. Apoſtolici uero. & præcepti eſt & exempli:ut curemus non conſcientiæ tātum. ſed etiam famæ. Nō ſuperfluum & a fructu uacuum gentium magiſter hoc docet. Vult enim etiam extraneos ad fidem hominēs. per fidelium opera proficere:ut religionem ipſam religionis diſciplina cōmendet. Et ideo ſicut lumina ria in mundo lucere nos iubet. in medio nationis prauæ & puerſæ. ut icredulæ mentes errantium. ex noſtrorum actuum lumine:ignorantiæ ſuæ tenebras deph̄endāt. Vnde ipſe ad romanos ait. Prouidentes bona nō ſolum coram deo:ſed etiam coram hominibus. Et alibi. Sine offenſiōe eſtote iudæis. & gentibus. & eccleſiæ dei ſicut ego per omnia omnibus placeo:non quærens quod mihi utile eſt. ſed quod multis. Beatus eſt qui tam ſancte. tamꝫ grauiter diſpoſuit uitā ſuam. ut de eo ſiniſtri aliquid. ne fingi quidem poſſit: dum aduerſus obtrectatorum libidinem pugnat meriti magnitudo. ne fingere quiſq̄ auſus eſt. quod a nullo putat eſſe credendum. Quod ſi id aſſequi difficile atꝫ nimis arduum ē. ſaltem hanc adhibeamus uitæ noſtræ diligentia:ne malæ mētes occaſionem inueniant detrahendi. Ne ex nobis ſcītilla procedat:per quam aduerſus nos ſiniſtræ famæ conflent. Alioquin fruſtra iraſcimur obtrectatoribus noſtris:ſi eiſīpis obtrectandi materias miniſtramus. Si autem nobis diligenter atꝫ ſollicite omnia ad honeſtatem prouidentibus:cūctiſꝫ actibus noſtris timorem dei præferentibus:illi nihilominus inſaniūt:conſoleſ nos conſcientia noſtra:quæ tunc maxime tuta eſt:tunc optime ſecura eſt:cum ne occaſionē qdem male de ſe ſentiendi dedit. Illis enim ue dicit per prophetam:q dicunt:qꝫ bonū ē malū:q lucē appellant tenebras:& qd̄ dulce eſt amarum uocant. Nobis ergo ſaluatoris aptabit̄ ſermo. Beati eſtis cū uobis maledixerīt homines mētientes. Nos mō id agamus ut male de nobis nemo loqui abſqꝫ mēdacio poſſit. Ita habeto ſollicitudinem domus:ut aliquā tamen uacatio nem animæ tribuas. Eligat̄ tibi opportunus:& aliquantum a familiæ ſtrepitu remotus locus. ī quem tu ue-lut ī portū:q̄ſi ex multa tēpeſtate curarum te recipias:& excitatos foris cogitationum fluctus ſecreti tranquillitate cōponas. Tantū ibi ſit diuinæ lectiōis ſtudiū:tā crebræ orationum uices tam firma & p̄ſſa de futuris cogitatio:ut omnes reliqui tpis occupationes facile hac uacatione cōpenſes. Nec hoc ideo dicimus: quo te retrahamus a tuis īmo id agimus ut ibi diſcas:ibiqꝫ mediteris:qualē tuis p̄bere te debeas. Familiam tuam ita rege:& cōfoue:ut te matrem magis tuoꝝ:q̄ dominam uideri uelis:a quibus benignitate potius q̄ ſeueritate exige reuerentiam. Fidelius & gratius ſemper obſequium ē. qd̄ ab amore:q̄ qd̄ a metu p̄cipitur. Præcipue aūt ī coniugio uenerabili atꝫ īmaculato:apoſtolicæ regulæ ordo teneat̄. Seruet̄ ī primis uiro auctoritas ſua:totaqꝫ a te diſcat domus:q̄tum illi honoris debeat. Tu illū obſequio tuo:tu magnū illum tua humilitate demonſtra. tāto ipſa honoratior futura q̄to illū amplius honoraueris. Caput enī ut ait apoſtolus:mulieris eſt uir. Nec aliunde magis reliquū corpus ornat̄:q̄ ex capitis dignitate. Vnde idem alibi dicit. Mulieres ſubditæ eſtote uiris ſicut oportet in domino. Sed & beatus petrus ait. Similiter autem mulieres ſubditæ ſint uiris ſuis:ut & ſi q non credunt uerbo:p mulierū conuerſationem ſine uerbo lucrifiant. Si ergo etiā gētilibus maritis debet̄ honor iure cōiugii:q̄to magis reddendus ē xpianis? Atꝫ ut oſtendat qbus ornamētis etiam uiris iūctæ fœminæ decorare ſe debeant:ait. Quarū ſit nō extrinſecus capillatura:aut circūdatio auri:aut ueſtimētorum cultus:ſed qui abſconditus cordis eſt homo:ī icorruptibilitate quieti:& modeſti ſpūs: qui eſt in conſpectu dei locuplex. Sicut enim aliquando & ſanctæ mulieres ſperantes ī domino ornabāt ſe: ſubiectæ propriis uiris:ſicut ſara obediebat abrahæ. dominum ſuum uocans. Hæc aute p̄cipiens non eas iubet ſqualleré ſordibus:& horrentibus pannorum aſſumentis tegi:ſed īmoderato cultui:& nimis exquiſito iterdicit ornatui:ſimplicēꝫ cōmēdat ornatū:atꝫ habitū. De quo & uas electionis ait. Similiter aute & mulieres in hītu ornato:cum uerecūdia & ſobrietate ornantes non ītortis crinibus:aut auro: & margaritis:uel ueſte p̄cioſa:ſed quod decet mulieres promittentes caſtitatē:per opera bona. Reppi uero te miræ fidei ardore ſucceſſam:aliquot iam ante annos continentiam propoſuiſſe: & reliquum uitæ tuæ tempus pudicitiæ

cõsecrasse. Magni hoc animi signũ: & pfectæ uirtutis idiciũ ẽ: renunciare subito exptæ uoluptati: fugere no tas carnis illecebras: & calentis adhuc ætatis flámas fidei amore restringere. Sed illud quoq; simul didici: qd me non mediocriter angit ac stimulat: te uidelicet tantũ hoc bonum absq; cõsensu & pacto uiri seruare cœ pisse: cum hoc apostolica oino interdicat auctoritas: quæ in hac dũtaxat causa nõ modo uxoré uiri: sed etiá uirum uxoris subiecit ptãti. Vxor inquit sui corporis ptãté non habet: sed uir. Similiter autem uir ptãté nõ habet sui corporis: sed mulier. Tu uero quasi oblita fœderis nuptialis: pactiq; huius ac iuris imemor: icõsul to uiro uouisti domino castitatem. sed periculose ꝓmittit: qd adhuc in alterius ptãte est. Et nescio q̃ sit gra ta donatio: si unus offerat rem duoꝝ. Multa iá p huiusmodi ignorãtiam: & audiuimus & uidimus scissa cõ iugia. quodq; recordari piget occasione castitatis adulterium ꝑpetratũ. Nam dum una pars se etiam a licitis abstinet: altera ad illicita delapsa é. Et nescio in tali causa quis magis accusari quis amplius culpari debeat: utꝝ ille q repulsus a coniuge fornicat: an illa quæ repellẽdo a se uiꝝ fornicatiõi quodámodo obiecit. Atq; ut super hac causa: qd ueritas hẽat agnoscas: pauca mihi de diuia auctoritate ponẽda sũt. Apostolicæ doctri næ regula. ne cum iouiniano æquet continentiæ opera nuptiarum: ne cum manichæo cõiugia cõdẽnet: ita uas electionis atq; magister gentium iter utrũq; tẽperatus icedit ac medius: ut remedium icontinentiæ in dulgeat. & ad ꝑmiũ prouocet continentiam: totusq; in hac causa eius hic sensus est ut ex utriusq; senten tia ꝓponat castitas. aut certe ab utroq; debitũ commune saluat. Sed ipsa iam apostoli uerba ponamus: to tamq; hanc causam a sui principio retractemus. Loquit enĩ ad corinthios. De quibus autẽ scripsistis mihi: bonum ẽ hoĩ mulieré non tangere. Et q̃q̃ hic laudauerit castitatem: tamen ne aliquibus uideatur ꝓhibere cõiugia: subiungit. Propter fornicationem: autẽ. unusquisq; suá uxoré hẽat. Vxori uir debitũ reddat. Simili ter autẽ & uxor uiro. Mulier aũt sui corporis ptãté non habet: sed uir. Et uir sui corporis ptãté nõ habet: sed mulier. Nolite fraudari inuicẽ. Ac rursus: ne tanta p nuptiarum parte dicendo uideret excludere castitaté. sequit. Nisi forte ex cõsensu ad tempus: ut uacetis orationi. Et statim quasi recusat hoc quod dixit: ad tẽpus ne non tá perpetuá q̃ temporalem ac breuẽ continentiá docere uideat. Ait enĩ Propter incontinentiam ue strá. Hoc autẽ dico secundũ indulgentiá nõ secũdũ iperiũ. Vnde hoc qd dixit ad tempus: docet meditatio nem debere fieri castitatis: ut per certa iterualla tẽporũ: quasi exploratis continẽtiæ suæ uiribus: sine piculo utriq; promittãt: qd semper ẽ ab utroq; seruándũ. Quid uero absolute uelit: manifeste dicit. Volo autẽ oés homines esse sicut meipsũ: idest ĩ iugi ac ꝑpetua castitate uiuere. Vides ne q̃ caute: q̃ ꝓuide: q̃ sine ullius oc casione scandali: magister firmauerit de castitate sentẽtia? Nolens tãtũ bonũ in unius temeritate nutare: qd ligare & confirmare debet consensus amborũ. Et re uera qd ea castitate firmius est. qd ue tutius. q̃ quæ ex duoꝝ cœpta sententia ẽ. ab utroq; uelut ĩ commune seruat. nec de se tãtũ pars altera sollicita: mutuo se ad uirtutis aĩ & perseuerãtiam? Hoc enĩ sicut alia quoq; bona non tãtũ cœpi sse: sed pfecisse laudãdum est. Iam dudũ (ut intelligis) scopuloso difficiliq; ĩ loco uersat oratio: nec audet in alterutrã declinare pté: dũ æq̃liter utrũq; formidat: sed ex nostra difficultate tuũ agnosce discrimẽ. Malemus enĩ te contristare (forsitã tibi ue ra dicendo) q̃ ficta adulatione decipere. Duplex ut uides malũ æquale & áceps piculũ ẽ. Ex utroq; arctaris: ex utroq; cõstringeris. Conténere oino uiꝝ atq; despicere apte cõtra apostoli sententiã ẽ. Perdere uero tan ti tpis castitatem. & deo nõ teddere quod promiseras: timendũ atq; metuendũ est. Vt uulgo dicit facile ex amico inimicũ facies: cui promissa non reddas. Sic enĩ scriptura dicit. Quod si uoueris uotũ domio deo. nõ moreris reddere illud: qa q̃rens q̃rit illud dominus deus tuus abs te. & erit tibi in peccatũ. Ait ergo debitã honorificentiã uiro exhibe: ut ex utroq; domino debitũ qd uouisti reddere possis: de cuius consci a non dif fidimus. si paululum expectasses. non q; te a bono castitatis retrahamus: sed huius animum ad castitatis ora culum totis uiribus incitemus. ut uoluntariũ sacrificium offerat deo ĩ odorem suauitatis: ut exuta mens a cũctis retinaculis mundanis. atq; corporalibus uoluptatibus ualeas plenius ihærere dominicis præceptis. Quod tamen ne qd a nobis negligenter esse dictũ arbitreris: diuinarũ scripturarũ testimoniis edocuimus. Sicut etiã apostolus dicit. Et erunt duo in carne una: iam non una caro: sed unus spũs. Hoc sacramentũ ma gnũ est: arduũq; ẽ iter castitatis. sed magna sunt præmia. Vocatq; nos dominus ĩ euangelio dicens. Venite benedicti pris mei: possidete ꝑparatũ uobis regnũ ab origine mundi. Idẽ ipse dominus dicit. Venite ad me omnes. q laboratis & onerati estis: & ego uos reficiá. Tollite iugũ meũ super uos: & discite a me quia mitis sum: & humilis corde: & iuenietis requié animabus uris. lugũ enĩ meũ suaue est: & onus meũ leue. Dicit enĩ idẽ domius his: qui ad sinistram eius erũt. Discedite a me maledicti ĩ ignem æternũ: quẽ ꝑparauit pater me us diabolo & angelis eius. Nescio uos operarii iniquitatis. Erit ibi fletus: & stridor dentiũ. Illi utiq; oés plan gent. Illiq; lugebũt: q ita curis se uitæ præsẽtis ĩuoluũt: ut obliuiscant futurã: quos sõno quodã ignorãtiæ: & malæ securitatis oppssos fluctibus domini cõprehẽdet aduentus. Vnde ipse ĩ euangelio ait. Attẽdite uobis: ne forte grauentur corda ura ĩ crapula & ebrietate. & curis huius uitæ: ne forte supueniat ĩ uos repentina di es illa. Tanq̃ laqus enĩ superueniet in oés: q sedẽt sup faciem ois terræ. Et rursũ. Vigilate & orate: nescitis. n. quãdo tẽpus sit. Bti sũt q ita expectãt: ita illũ speculant diẽ: ut se ad eũ quotidie ꝑparẽt. q non de ꝑterita sibi iusticia bládiétes: secũdũ apostolũ p dies singulos in uirtute renouant. Iusticia enĩ non ꝓderit ei a q̃ die iu stus esse desierit: sicut etiã iniquo non nocebit iniquitas sua a die quo se ab iniquitate conuerterit. Nec san ctus ergo securus esse debet. q̃diu ĩ huius uitæ agone uersat. nec despare peccator. q secundum p̃dictã ꝓphe tæ sentẽtiam. una die iustũ se efficere põt. sed totũ quo tẽdit spatiũ uitæ tuæ. ut pagere possis iusticiá. nec de ꝑterita iusticia cõfidés. remissior efficiaris. Sed sicut dicit apostolus. posteriora obliuiscens. ad ea aũt quæ an teriora sũt extẽdés. ad destinatũ psequar brauiũ supnæ uocationis sciés scriptũ eẽ: cordis ispectorẽ deũ. & ic circo satagit: ut animá mũdã habeat a pcto. ꝓpter qd scriptũ ẽ. Oi custodia serua cor tuũ. Et iteꝝ. Diligit do

minus: munda corda. Accepti aũt sũt ei: oẽs imaculati. Iccirco age, ut ordines reliquũ tẽpus uitæ tuæ sine offensa. ut possis secure canere cũ ꝓpheta. Perambulabam i innocẽtia cordis mei: i medio domus meæ. Et iterũ introibo ad altare dei: ad deũ q lætificat iuuentutem meã Quia nõ incohasse sufficit: sed pfecisse iustitia ẽ.

Ad innocẽtiũ papã de muliere septies pcussa: quæ ad exẽplũ cotinẽtiæ cõiugalis istic inscribitur.

Vanto amore & ſtudio contenderim,ut pariter in heremo moraremur:conſciũ mutuæ charitatis pectus agnoſcit,Quibus lamẽtis,quo dolore,quo gemitu,te abeũte ,pſecutus ſim,iſtæ quoq; lræ teſtes ſunt:quas lachrymis cernis interlitas. Vere tu quaſi paruulus delicatus contemptũ rogantis p blandimenta fouiſti:& ego incautus,qd tunc agerem neſciebã. Tacere?ſed quod ardenter uolebã:moderate diſſimulare non poterã.Impenſius obſecrare?Sed audire nolebas:qa ſimiliter nõ amabas.Quod unũ potuit,ſpreta charitas fecit,quem pſentẽ retinere non ualuit: qrit abſentem.Quoniam igit & tuipſe abiens poſtularas,ut tibi poſtq̃ ad deſerta migraſſem,iuitatoria ad te ſcripta tranſmitterem,& ego me factu,pmiseram:inuito:iam,ppera.Nolo priſtinarũ neceſſitatum recorderis. Nudos amat heremus.Nolo te antiquæ pegrinationis terreat difficultas.Qui in chriſtum credis:& eius credis ſermonibus.Quærite primũ regnũ dei:& hæc omnia opponent uobis.Non tibi pera ſumenda:non uirga eſt. Affatim diues eſt:q cum chriſto paup eſt.Sed quid ago?Rurſus improuidus obſecro.Abeant pces:blãdimenta diſcedant.Debet amor læſus iraſci.Qui rogantem contempſeras:forſitan audias obiurgantem. Quid facis in paterna domo delicate miles.ubi uallum,ubi foſſa,ubi hyens acta ſub pellibus?Ecce de cælo tuba canit.Ecce cum nubibus debellaturus orbẽ:imperator armatus egredit.Ecce bis acutus gladius ex re-

gis ore procedens. obuia quæq; metit. & tu mihi de cubiculo ad aciem tu de umbra egrederis ad solem? Corpus assuetum tunica: loricæ onus non fert. Caput optum linteo: galeam recusat. Mollem ocio manū durus exaspat capulus. Audi edictum regis tui. Qui non est mecū, contra me est: & qui mecū non colligit spargit. Recordare tyrocinii tui diem. quo christo in baptismate consepultus in sacramenti uerba iurasti, p nomine eius: non te pri parcituꝝ esse. non mri. Ecce aduersarius in pectore tuo christum conat occidere. Ecce donatiuum. quod militaturus acceperas: hostilia castra suspirat. Licet puulus ex collo pedeat nepos, licet sparso crine & scissis uestibus. ubera quibus te nutrierat mater ostendat. licet in limine pater iaceat: pcalcato pge pre. siccis oculis ad uexillum crucis euola. Solum pietatis genus est: in hac re esse crudelem. Veniet. uenict postea dies: quo victo reuertaris in priam: quo hierosolymā cælestem uir fortis coronatus incedas. Tūc municipatū cum paulo capies. tunc & parentibus tuis eiusdem ciuitatis ius petes: tunc & p me rogabis. qui te ut uinceres incitaui. Neq; uero nescio qua te dicas nunc compede ppediri. Non est nobis ferreum pectus, nec dura pcordia: non ex silice natos hircanæ nutriere tigrides. Et nos p ista transiuimus. Nunc tibi blandis uidua soror hæret lacertis: nūc illi cum quibus adoleuisti uernaculi aiunt. Cui nos seruituros reliquis? Nūc & gerula quondam iam anus: & nutritius secundus post naturalem pietatis prem clamitant. Cui nos morituros relinquis? Expecta paulisp & sepeli: cras forsitā morituros. Forsitan & laxis ubeꝝ pellibus mater arata rugis fronte antiquū referens māma lallare congeminet. Dicant si uolunt grāmatici. In te omnis domus inclinata recumbit. Facile rumpit hæc uincula amor christi: & gehennæ timor. At contra scriptura pcipit. parentibus obsequēdum: sed quicūq; eos sup xpm amat. pdit animā suam. Gladium tenet hostis. ut me pimat. & ego de mris lachrymis cogitabo? Propter prem militiam deseram. cui sepulturam xpi causa non debeo. Domino passuro timide petrus consulens scandalum fuit. Paulus retinentibus se fratribus: ne hierosolymā pgeret respondit. Quid facitis plorantes. & conturbantes cor meū? Ego enim nō solum ligari sed & mori i hierusalem paratus sum pro nomine domini nostri iesu xpi. Aries iste pietatis quo fides quatitur euangelii mucrone retūdendus est. Mater mea & fratres mei hi sunt: qcūq; faciunt uoluntatem pris mei, q in cælis é. Si credunt in christum: faueant mihi, p eius nomine pugnaturo. Si non credunt, mortui sepeliant mortuos suos. Sed hoc ais in martyrio. Erras frater, erras: si putas unq̄ xpianum psecutōem non pati. Et tunc maxime oppugnaris: si te oppugnari nescis. Aduersarius noster tanq̄ leo rugiens, aliquem deuorare q̄rens circuit. & tu pacem putas? Sedet in insidiis cum diuitibus: ut in occultis interficiat inocētem. Oculi eius in pauperem respiciunt. Insidiat in occulto sicut leo in spelunca sua. Insidiatur ut rapiat pauperem. & tu frondosæ arboris rectus umbraculo molles sōnos futurus pda carpis. Inde me psequitur luxuria: inde auaritia conat irrumpere, inde uenter meus uult mihi deus esse p christo. Compellit libido ut habitantem in me spūm sanctum fugem: ut templum eius uiolem. Persequit inq̄ me hostis. Cui nomia mille, mille nocēdi artes. & ego infœlix uictorem me putabo dum capior. Nolo ego te frater charissime examinato pondere delictoꝝ. minora credas idolatriæ crimina esse quæ diximus: imo apostoli discipulus qui ait. Hoc enim scitote intelligentes, qa omnis fornicator, aut imūdus, aut auarus, aut fraudator, qd é idoloꝝ seruitus: nō habet hæreditatē i regno xpi & dei. Et q̄q̄ generaliter aduersum deū sapiat qcquid diaboli é. & qd diaboli é idolatria sit, cui oia idola mācipātur: tamen & in alio loco speciati, nominatiq; determinat dicens. Mortificate mēbra uestra quæ sūt sup terram, deponentes fornicatōem, imunditiam, & concupiscentiam malam, & cupiditatem, & auaritiam, quæ sunt idoloꝝ seruitus; ppter quæ uenit ira dei in filios diffidentiæ. Non est tantum in eo seruitus idoli, siquis duobus digitulis tura compsta in bustum aræ iaciat: aut austum patera poculum fundat meꝝ. Neget auaritiam esse idolatriam: qui poterit. xxx. argenteis dominum uenditum appellare iusticiam. Neget sacrilegium esse, qui in libidine sedet, qui membra christi & hostiam uiuam plancentem deo: cum publicaꝝ libidinum uictimis nefaria colluuione uiolauit. Non fateatur fraudem idolatriam esse; sed similes eoꝝ, qui i actibus apostoloꝝ ex primonio suo partem pcii reseruantes præsenti periere uidicta. Animaduerte frater: non tibi licere de tuis quiq̄ habere rebus. Omnis inquit dominus, qui non renunciauerit omnibus quæ possidet non potest meus esse discipulus. Cur timido animo christianus es. Respice cum petro relictum rete. Respice surgentem de theloneo publicanum statim apostolum. Filius homis non habet ubi caput suum reclinet & tamen amplas porticus, & igentia tectoꝝ spatia metiris: hæreditatem expectans sæculi. cohæres xpi esse non poteris. Interptare uocabulū monachi: hoc est nomen tuū. Quid facis in turba qui solus es. Et hoc ego non integris rate uel mercibus, nec quasi ignarus fluctuum doctus nauta pmoneo: sed quasi nuper e naufragio iectus, in littus timida nauigatoris uoce denūcio. In illo æstu charybdis luxuriæ salutem uorat. Ibi ore uirgineo, ad pudicitiæ ppetranda naufragia: scyllæum renidens libido blanditur. Hic barbaꝝ littus: hic diabolus pirata cum sociis portat uicula capiendis. Nolite credere: nolite esse securi. Licet in modum stagni fusum æquor arrideat: licet uix summa iacentis elementi spiritu terga crispent. Magnos hic campus montes habet itus iclusos. Intus est piculum; itus est hostis. Expedite rudentes: uela suspendite. Crux antemnæ figat in frontibus: tranqllitas ista tempestas est. Sed forsitā dicturus es. Quid ergo. Quicūq; in ciuitate sunt xpiani non sunt. Non est tibi eadem causa: quæ cæteris. Ausculta dominū dicentem. Si uis perfectus esse, uade & uende oia tua, & da paupibus: & ueni seqre me. Tu aūt pfectū te esse pollicitus es. Nam cū derelicta domo, militia te castrasses, ppter regna cæloꝝ. qd aliud q̄ pfectam sectatus es uitam. Perfectus aūt seruus xpi nihil pter xpm habet. Aut siqd pter xpm habet; pfectus nō est. Et si pfectus non est: cum se pfectū fore deo pollicitus sit, deo āte mētitus é. Os aūt qd mentit; occidit aiam. Igit ut cōcludā, si pfectus es, cur bona prna desideras. Si pfectus nō es: dominū fefelliſti. Diuinis euāgeliū uocibus tonat. Nō potestis duobus domis seruir. Nō, n, potestis deo seruire & māmonæ, & audet qsq̄ mēdacē xpm facere: māmōæ. & domio seruiēdo. Voci-

ferat ille sæpe. Siqs uult post me uenire, abneget semetipm & tollat crucē suā. & sequatur me & ego onustus auro, arbitror me xpm seq. Qui dicit se ī xpm credere, debet quomodo ille ambulauit: & ipse ambulare. q̄ si nihil habes (ut te respondsuꝝ scio) cur tam bene paratus ad bella non militas. nisi forte in patria tua te arbitraris hoc facere: cum ī sua dominus signa nō fecerit. Cur id cum auctoritate summa defendis. Sume rationem. Nemo ꝓpheta ī patria sua honorem habet. Non quæro inqes honorē. sufficit mihi conscia mea. Neq; dominus quærebat: qppe q ne a turbis rex constitueretur aufugit. Sed ubi honor non est. ibi contemptus ē. Vbi aūt contēptus: ibi frequēter iniuria. Vbi aūt iniuria: ibi & īdignatio. Vbi īdignatio ibi & qes nulla. Vbi qes nulla: ibi mēs a ꝓposito sæpe deducitur. Vbi aūt alicui per īgetudinem aliqd aufertur ex studio: minus fit ab eo quod tollitur. Et ubi minus est: ꝓfectum non potest dici. Ex hac supputatione illa summa nascitur monachum perfectum in patria sua esse non posse. Perfectum autem esse nolle delinqre est. Sed de hoc gradu pulsus: ꝓuocabis ad clericos: An de his aliqd audeam dicere, q certe in suis urbibus commorantur. Absit autem ut qcq̄ de his siniſtrū loquar q apostolico gradui succedentes. xp̄i corpus sacro ore conficiūt. ꝑ quos & nos xp̄iani sumus: q claues regni cælorꝝ habentes, quodāmodo ante iudicii diem iudicant. q sponsam domini sobria castitate conseruant. Sed alia ut ante perstrixi: monachorꝝ est uita: alia clericorꝝ. Clerici oues pascunt: ego pascor. Illi de altario uiuūt. mihi quasi īfructuosæ arbori. securis ponitur ad radicem. si munus ad altare non defero: nec possum obtendere paupertatem cum ī euangelio anū uiduam: duo quæ sola sibi superant. æra mittentem in gazophylatiū laudat dominus. Mihi ante p̄sbyterꝝ sedere non licet. Illi si peccauero licet tradere me sathanæ in īteritum carnis: ut spūs saluus sit. ī die domini nostri iesu xp̄i. Et in ueteri qdem lege. quicūq; sacerdotibus non obtemperasset. aut extra castra positus lapidabatur a populo: aut gladio ceruice subiecta contemptū expiabat cruore. Nunc uero inobediens spiritali mucrone trūcatur: aut eiectus de ecclesia rabido dæmonū ore discerpitur. q̄ si te quoq; ad eundem ordinem pia fratrum blandimēta sollicitant: gaudebo de ascensu. timebo de lapsu. Qui ēpatum desiderat: bonū opus desiderat. Scimus ista: sed iūge: quod sequt. Oportet autem huiusmodi irreprehensibilem esse: unius uxoris uiꝝ. sobrium. pudicum. prudentem. ornatum hospitalem. docibilem. non uinolentum. nō pcussorem. sed modestum. Et cæteris quæ de eo sequunt explicitis: non minorem in tertio gradu adhibuit diligentiam dicens. Diaconos similiter pudicos: non bilingues. non multo uino deditos. non turpis lucri appetitores: habentes ministerium fidei in conscia pura. Et hi autem ꝓbent primum: & sic mīstrēt nullum crimen habentes. Ve illi homini q uestem non habens nuptialem īgreditur ad cœnam. Nihil supereſt: nisi ut statim audiat. Amice quomodo huc intrasti. nō habens uestem nuptialem? Et illo obmutescente dicat mīstris. Tollite illum. ligatis pedibus & manibus. & mittite eum in tenebras exteriores: ubi erit fletus & stridor dentium. Ve illi homini q acceptum talentum in sudario ligans. cæteris lucra facientibus. id tantum quod acceperat reseruauit: ilico īdignantis domini responsione. ac clamore feriet̄. Serue neq̄. quare non dedisti pecuniam meam ad mensam. & ego ueniens cū usuris exegissem eam. Ideſt deposuisses ad altare: quod ferre non poteras. Dum enim tu ignauus negociator denarium tenes. alterius locum qui pecuniam duplicare poterat. occupasti. Quam ob rem sicuti q bene ministrat bonum opus sibi acqrit. ita qui indigne ad calicem domini accedit: reus erit corporis & sanguinis domini. Non omnes episcopi: ēpi sunt. Attendis petrum: sed & iudam considera. Stephanum suscipis sed & nicolaum respice: quem dominus ut ioannes testatur in apocalypsi sua dānat snīa: qui non tantum turpia. sed & nefanda cōmentus est: ut nicolaitaꝝ hæresis ex illa radice nascat. Probet se unusqsq;: & sic accedat. Nō facit ecclesiastica dignitas xp̄ianum. Cornelius centurio adhuc ethnicus dono sancti spūs mundatur. Presbyteros daniel puer indicat. Amos sycomorꝝ mora destringens: repente ꝓpheta effectus est. Dauid pastor eligitur in regem. Minimū discipulum iesus amat plurimū. Inferius frater accumbe: ut minore aduenient̄. sursum iubearis ascendere. Super quem dominus requiescit. nisi super humilem & quietum. & trementem uerba sua? Cui plus cōmittitur: plus ab eo exigitur. Potentes potenter tormenta patiētur. Nec sibi quisq̄ de corporis tantum mundi castitate supplaudat: cum de omni uerbo ocioso. quodcunq; locuti fuerint homines reddituri sint pro eo rationem in die iudicii. cum etiam conuitium in fratrem. homicidii sit reatus. Non ē facile stare loco pauli. tenere cathedram petri. iam cum xp̄o regnantium. ne forte ueniat angelus qui scindat uelum templi tui: & candelabrum tuum de loco moueat. Aedificaturus turrim futuri operis sumptus supputa. Infatuatum sal ad nihilū prodest: nisi ut proiiciatur foras: & a porcis conculcetur. Monachus si ceciderit: rogabit pro eo sacerdos. Pro sacerdotis lapsu. quis rogaturus est? Sed quoniam de scopulosis locis enauigauit oro: & inter cauas spumeis fluctibus cautes fragilis ī altum cymba processit expandenda uela sunt uētis. & q̄stionum scopulis transuadatis: lætantium more nautaꝝ: epilogi celeuma cantādum est. O desertum xp̄i uernans: o solitudo ī qua illi nascuntur lapides: de qbus ī apocalypsi ciuitas magni regis construit. O heremus familiarius deo gaudens. Quid agis frater ī sæculo, q maiores mundo? Quādiu te tectorꝝ umbræ p̄munt? Quādiu fumosaꝝ urbium carcer īcludit? Crede mihi. Nescio qd plus lucis aspicio. Libet sarcina corporis abiecta ad puꝝ ætheris uolare fulgorem. Paupertatem times: sed beatos pauperes xp̄s appellat. Laborē terreris: nemo athleta sine sudore coronat. De cibo cogitas: sed fides famē non timet. Supra nudam metuis humū exesa ieiuniis mēbra collidere: sed dominus tecū iacet. Squallida capitis horret īcultа cæsaries. sed caput tuū xp̄s est. Infinita heremi uastitas terret? sed tu paradisum mente deambula. Quotienscūq; illuc mēte cōscēderis: totiēs ī heremo nō eris. Scabra sine balneis attrahit cutis: sed q ī xp̄o semel lotus est: nō habet necesse iterꝝ lauare. Et ut breuiter cōcludā ad cūcta audias apostolū respōdentē. Nō sunt cōdignæ inqt passiones huius sæculi ad supuenturā gloriā q̄ reuelabit ī nobis. Delicatus es frater si & hic uis gaudere cū sæculo: & postea regnare cū xp̄o. Veniet, ueniet illa dies qua corruptiuū hoc & mortale īcorruptōem īduat &

imortalitatem.Beatus seruus quē dominus iuenerit uigilantē.Tūc ad uocē tubæ pauebit terra cū populis tu gaudebis.Iudicaturus cū domio lugubre mūdus imugiet:& tribus ad tribus pectora feriēt. Potentissimi quondā reges nudo latere palpitabūt.Exhibebit cū ple sua uenere.Tunc ignitus iupiter adducet:& cū suis stultus plato discipulis aristotelis argumēta nō pderūt.Tūc tu rusticāus & paup exultabis & dices.Ecce crucifixus deus meus:ecce iudex q obuolutus pānis ī præsepio uagiit.Hic est ille oparii & q̄stuariæ filius: hic q mris gestatus sinu hoiem deus fugit in ægyptū:hic uestitus coccino:hic sentibus coronatus:hic magus dæmonium habens & samarites.Cerne manus iudææ quas fixeras:cerne latus romanæ quod foderas. Videte corpus an idē sit quod dicebatis clā nocte sustulisse discipulos.Dilectio tua me cōpulit:ut hæc tibi frater dicerē:& ut his itteresse contigat qbus nūc labor durus est.

Ad luciniū bethicū hortatoria ut ī sancta cōuersatōe pmaneat nec retro respiciat.Et ī fine icidenter de opusculis suis & duabus qōnibus.Vtrū sabbato ieiunādū sit:& eucharistia sumenda quotidie.

On opinanti mihi subito lr̄æ tuæ redditæ sunt:q̄ q̄to īsperatæ:tanto gaudioꝝ plenæ qescentem aīam suscitarūt:ut statī amore cōplecterer quē oculis ignorabā:& illud mecū tacitus musitarem. Quis dabit mihi pēnas sicut colūbæ:& uolabo:& reqescā:ut iueniam quē diligit aīa mea? Vere nūc ī te domicus sermo completus est.Multi ab oriēte & occidēte ueniēt:& recūbēt ī sinu abrahæ.Cornelius cēturio cohortis italice:iam tūc lucinii mei p̄figurabat fidē.Apostolus paulus scribēs ad romanos:cū inqt ī hispaniā,pficisci cœpo:spero q̄ p̄teriēs uideā uos:& a uobis deducar illuc:tātis fluctibus approbauit qd de illa,puicia q̄reret:ī breui tpe ab hierosolymis usq; ad illyricū euangelii iaciens fundamenta romā uictus īgreditur:ut uictos supstitiōis erroribus liberos faciat.Manet ī hospitio cōducto p biēnium:ut nobis utriusq; īstr̄i æternam reddat domū.Piscator hoium:misso rete apostolico te quoq; quasi pulcherrimū auratam iter īnumera piscium genera traxit ad littus:reliquisti amaros fluctus:salsos gurgites: scissuras montiū:& leuiatā regnantē in aqs:cū iesu deserta expetens cōtempsisti:ut possis illud,pphetic̄ canere:in terra deserta:& in iuio:& iaquoso sic ī sancto apparui tibi.Et itez.Ecce elongaui fugiens:& mansi ī solitudine: expectabā eum q saluū me fecit a pusillanimitate spūs:& tēpestate.Obsecro ergo te:& moneo parentis affectu :ut q sodomā relinq̄sti ad mōtana festinās post tergū ne respicias:ne aratri stiuā:ne fimbriā saluatoris:ne cicinos eius noctis rore madefactos:quos semel tenere cœpisti;aliquādo dimittas.ne de tecto uirtutū pristina q̄rens uestimenta descēdas:ne de agro reuertaris domū:ne campestria cū loth & amœna hortoꝝ diligas: quæ nō irrigant de cælo ut terra sancta:sed de turbinoso flumīe iordane:postq̄ dulces aquas maris mortui cōmixtione mutauit.Cœpisse multoꝝ est:ad culmē pueniss̄e paucoꝝ.Qui ī stadio currūt:oēs qdem currūt sed unus accipit coronā.At ecōtra de nobis dr̄.Sic currite ut apphendatis.Nō est iuidus agonitheta noster: nec alteri palmā:alteri parat ignominiā.Oēs athletas suos desiderat coronare.Gaudet aīa mea:& magnitudine lætitiæ:rem mœroris patior.Ruth ī lachrymis uerba,prūpant.Zacheus publicanus ad unius horæ conuersatōem hospitē hr̄e meruit saluatorē.martha & maria cōuiuio p̄parato dominū susceper. Meretrix lauat fletibus pedes:& unguentis bonoꝝ opeꝝ dominici corpis dedicat sepulturā.Simō leprosus iuitat magistrū cū discipulis:& nō contēnit.Abrahæ dr̄.Egredere de terra tua:& de cognatōe tua:& de domo p̄ris tui:& uade in terram:quā mōstrauero tibi.Relinqt chaldeā:relinqt mesopotamiā:q̄rit qđ nescit:ne pdat qđ iuenerat nō.n.arbitratus é simul se hr̄e posse: & p̄riam:& dominū.sed iam tūc illud,pphetæ dauid ope cōplebat. Aduena ego sum apud te:& pegrinus sicut oēs p̄res mei.Hebræus.i.perotes atq; trāsitor:dū nō est in p̄senti uirtute cōtentus:sed p̄teritoꝝ obliuiscens:in futuꝝ se extēdit:& scit illud:ibūt de uirtute in uirtutē.mysticum sortitus est nomē:& uiā tibi aperuit quo nō q̄ras ea quæ tua sūt:sed quæ aliena:& illos putes parentes:p̄res: atq; affines:seu cognatos:q tibi in xp̄o copulati sunt.Mater inqt mea:& frēs mei hi sunt:q faciūt uolūtatem p̄ris mei.Habes tecū prius in carne:nūc in spū:sociā de coniuge germanā:de fœmia uiꝝ:de subiecta parem: quæ sub eodē iugo ad cælestia simul regna festinet.cauta rei familiaris dispensatio:& ad calculos rediēs : nō cito deponit.Ioseph cū tunica ægyptiæ fugere non potuit.Adolescens ille:q opertus sindone seq̄bat iesum: qa tentus fuerat a mīstris:terrenū abiiciens opimentū:nudus euasit.Helias igneo curru raptus ad cælū:melioré reliqt in terris.Heliseus boues & fuga prioris opis uertit in uota.Loquit sapiētissimus uir:q tangit pcē inqnabit ab ea.q̄diu uersamur ī rebus sæculi:& aīa nr̄a possessionū:ac reddituū,pcuratōe deuincta est:de deo libere cogitare nō possumus.Quæ.n.pticipatio iustic̄iæ cū iniqtate?aut quæ societas lucis ad tenebras. Qui cōsensus xp̄i ad belial?Quæ pars fideli cū ifideli?Non potestis inqt dominus deo seruire:& mámonæ. Auꝝ deponere icipientiū est:nō pfectoꝝ.Fecit hoc Thebanus Crates:fecit Antisthenes.seip̄m offerre deo: ,pprie xpianoꝝ est:& apostoloꝝ:q duo cū uidua pauptatis suæ in gazophilatiū æra mittētes:totum cēsum quē habuerūt domio tradiderūt:& merent audire:sedebitis sup duodeci solia:iudicātes duodeci tribus isra el.Hæc & ipse itelligis quo aio replicē:& quod sub aliis uerbis te ad sanctoꝝ locoꝝ iuité habitaculum abū dantia tua multoꝝ inopiā sustentauit:ut & hoꝝ diuitiæ in tuā īdigentiam redundarent: fecisti tibi amicos de iniquo mámona:q te reciperent in æterna tabernacula.Laudanda res:& apostolicoꝝ tēpoꝝ uirtutibus coæquanda;quando uenditis possessionibus suis credentes afferebant pecunias suas:atq; fundebant ante pedes apostoloꝝ:ostendentes auaritiā esse calcandam:sed dominus magis q̄rit aīas credentiū q̄ opes.Legimus redemptio aiæ uiri,ppriæ diuitiæ.Possumus qdem diuitias,pprias intelligere:quæ non de alieno:non de rapinis sunt:iuxta illud.Honora deum de tuis iustis laboribus:sed melior est intelligētia ut diuitias,pprias cognoscamus thesauros abscōditos:quos nec fur possit suffodere:nec latro uiolētus eripere.Opuscula mea q̄ non sui merito:sed tua bonitate desiderare te dicis:ad describendum hominibus tuis dedi:& descripta uidi in charthaceis codicibus:ac frequenter monui:ut conferrent diligentius:& emendarent.Ego.n.tanta uolu

mina præ frequentia cõmeantiũm:& peregrinoꝝ turbis relegere non potui:& ut ipſi pbauere p̃ſentes: lon-
go tentus incõmodo:uix diebus quadrageſimæ q̃bus ipſi pficiſcebant:reſpirare cœpi. Vnde ſi pagrammata
reppereris:uel minus aliqua deſcripta ſunt:quæ ſenſum legentis impediant:nõ mihi debes iputare: ſed tuis.
& iperitiæ notariorũ librariorũq; icuriæ:q ſcribunt:non quod iueniunt:ſed quod itelligũt. & dum alienos
errores emendare nituntur:oſtendunt ſuos. Porro ioſephi libros:& ſanctoꝝ Papiæ & Polycarpi uolumina fal
ſus ad te rumor pertulit a me eſſe tranſlata:qa nec ocii nec uirium eſt:tantas res eadem in alteram linguam
exprimere uenuſtate. Origenis & ſancti Didymi pauca tranſtulimus uolentes experte noſtris oſtendere: qd
græca doctrina retineret. Canonem hebraicæ ueritatis excepto octatheuco:quem nunc in manibus habeo:
pueris tuis & notariis dedi deſcribendum. Septuaginta iterpretum editõem:& te habere non dubito:& ante
annos plurimos diligentiſſime emendatam:ſtudioſis tradidi:nouũ teſtamẽtum græcæ reddidi auctoritati.
Vt enim uetes libroꝝ fides de hebræis uolumibus examinanda eſt:ita nouoꝝ græci ſermonis normã deſi
derat. De ſabbato quod q̃ris:utrum ieiunandum ſit:& de euchariſtia:an accipienda quotidie:quod romanæ
eccleſiæ & hiſpaniæ obſeruare phibent. Scripſit qdem & Hippolytus uir diſertiſſimus:& carptim diuerſi au
ctores i uariis auctoribus edidere:ſed ego illud te breuiter admonendum puto:traditões eccleſiaſticas:p̃ſer-
tim quæ fidei non officiant:ita obſeruandas ut maioribus traditæ ſunt. nec alioꝝ conſuetudinem:alioꝝ cõ
trario more ſubuerti:atq; utinam omni tempore ieiunare poſſemus quod in actibus apoſtoloꝝ diebus pẽ-
tecoſtes:& die domico:apoſtolũ paulũ & cũ eo credẽtes feciſſe legimus:nec tamẽ mãichææ hæreſeos accu-
ſandi ſunt: cum carnalis cibus p̃ferri non debuerit ſpiritali. Euchariſtiam quoq; abſq; condẽnatõem noſtri:
& pungente conſcia:ſemper accipere:& pſalmiſtam audire dicentem:guſtate & uidete:quoniam ſuauis ẽ do
minus: & cum eo carne:eructauit cor meum uerbum bonũ. Nec hæc dico:q; dominicis diebus ieiunãdum
putem:& contextas. lx. diebus ferias auferam:ſed unaquæq; puincia abundet in ſenſu ſuo: & p̃cepta maioꝝ
leges apoſtolicas arbitret. Duo palliola:& amphimallum de tuis uſibus uel utẽda:uel ſanctis danda ſuſcepi.
Ego iſignia paupertatis:& quotidiani ſymboli ac pniæ tibi & ſorori tuæ miſi:quatuor ciliciola apta ppoſi-
to:& uſibus ueſtris:& codicem. hoc eſt uiſionis eſaiæ:ualde obſcuriſſimas:quas nuper hiſtorica explanatiõe
diſſerui qõnes:ut quotienſcũq; mea opuſcula uideris:totiens amici dulciſſimi recordatus:nauigatõem quã
parump diſtuleras pares. Et qa non eſt in homine uia eius:& a domino greſſus hominis diriguntur:ſi forte:
quod pcul abſit:aliquid fuerit impedimento:q̃ſo:ut quos charitas iungit:terraꝝ longitudo non ſeparet: &
abſentem luciniũ noſtrũ:ſemp p̃ſentem:litteraꝝ uiciſſitudine ſentiamus.

Ad Marcellam ſcribit & ſæcularium occupationum æſtus & humanæ mutabilitatis uices deſcribẽs ad
ſecedendum ex urbe & relinquendum ſæculum exhortatur: bethleem & locum ortus dominici magnis p̃-
coniis efferens.

Mbroſius quo chartas:ſumptus:notarios miniſtrante:tam inumerabiles libros uere. Adamãtius
& noſter. Chalcenterus:explicauit in quadam epiſtola quam ad eundem de athenis ſcripſerat: re-
fert:nunq̃ ſe cibum:Origene p̃ſente:ſine lectione ſumpſiſſe. nunq̃ ueniſſe ſõnum:niſi unus e fra-
tribus ſacris lr̃is pſonaret:hoc diebus egiſſe:uel noctibus ut & lectio oro̅nem ſuſciperet:& oro le
ctionem. Quid nos uentris aialia:tale unq̃ fecimus? Quos ſi uel ſecũda hora legentes inuenerit oſcitamus:
manu facie̅ defricantes:continemus ſtomachũ:& quaſi poſt multũ laborem labimur:& mundialibus rurſũ
negociis occupamur. p̃termitto prandia:qbus mens onerata p̃mitur. pudet dicere frequentiam ſalutandi: q̃
aut ipſi quotidie ad alios pgimus:aut ad nos uenientes cæteros expectamus. Deinceps itur ad uerba: ſermo
teritur. Lacerantur abſentes:uita aliena deſcribitur:& mordentes inuicem conſumimur ab inuicem. Talis
nos cibus occupat:& dimittit. Cũ uero amici receſſerit:ratiocinia ſupputamus. Nunc ira pſonã leonis nobis
iducit:nunc cura ſupflua in annos plurimos duratura p̃cogitat:nec recordamur euangelii dicẽtis:ſtulte hac
nocte auferent aiam tuam a te:quæ aũt p̃paraſti:cuius erunt? Veſtes non ad uſus tantũ:ſed ad delitias conq
runtur. Vbicũq; compendium eſt:uelocior pes:citus ſermo:auris attentior. Si dãnum ut ſæpe in re familiari
accidere ſolet:fuerit nũciatum:uultus mœrore deprimit:lætamur ad nummũ amiſſo obolo contriſtamur.
unde cum in uno hoie aioꝝ:tam diuerſa ſit facies:ppheta dominũ depcatur dicens:domine in ciuitate tua
imagine eoꝝ doſſipa. Cũ. n. ad imaginẽ & ſimilitudinem dei conditi ſimus:ex uitio noſtro pſonas nobis plu
rimas ſup inducimus. Et quomodo in theatralibus ſcænis unus atq; idem hiſtrio nunc herculem robuſtus
oſtendit:nũc mollis in uenerem frangit:nunc tremulus imbecilem:ita & nos:q ſi de mundo non eſſemus:
odiremur a mũdo:tot habemus perſonaꝝ ſimilitudies:quot peccata. Quapropter:quia multa iam uitæ ſpa
tia tranſiuimus fluctuando:& nauis nr̃a nunc pcellaꝝ concuſſa turbine:nũc ſcopuloꝝ illuſionibus pforata
eſt:q̃primũ licet q̃dam portus ſecreta quaſi ruris intremus. En tibi cibarios panes:& holus noſtris manibus
irrigatum:& lac delitiæ ruſticanæ uiles qdem:ſed innocentes cibos p̃bent:ita uiuentes:non ab oro̅ne ſom-
nus:nec ſaturitas a lectione reuocabit. Si æſtus eſt:ſecretũ arboris umbra p̃bebit. Si autũnus:ipſa aeris tem-
peries & ſtrata ſubter folia:locum quietis oſtendit. Vere ager floribus depigitur. & inter querulas aues pſal-
mi dulcius cantabuntur. Si frigus fuerit & brumalis nix:ligna non emã: & calidius uigilabo: uel dormiam.
Certe quod ſciam: uilius nõ algebo. Habeat ſibi roma ſuos tumultus:arena ſæuiat circus inſaniat: theatra
luxurient. Et quia de noſtris dicendum:quotidie matronaꝝ turba uiſitetur ſenatus. Nobis adhærere domi
no bonum eſt:ponere in domino deo ſpem noſtram:ut cum paupertatem iſtam cælorum regna mutauerit
erumpamus in uocem. Quid enim mihi eſt in cælo. & a te quid uolui ſuper terram? q̃ ſcilicet cum tanta re-
periamus in cælo:parua & caduca q̃ſiſſe nos doleamus in terra. Velle ueꝝ ut ad uillam & ad mariæ diuerſo
rium ueniamus (plus enim laudat unuſquiſq; quod poſſidet) quo ſermone:qua uoce:tibi ſpeluncam ſaluato-

ris exponam? & illud p̄sepe in quo infantulus ūagiit: silentio magis: q̄ infirmo sermone honorādum est. Vbi sunt latæ porticus? Vbi aurata laqaria? Vbi domus miserorꝝ pœnis & dānatorꝝ labore uestitæ? Vbi ĩstar palatii priuatorꝝ extructæ basilicæ. ut uile corpusculū homis p̄ciosius inambulet. & quasi mūdo q̄cq̄ possit esse ornatius tecta sua magis uelint aspicere q̄ cælum? Bethleē esse in hoc paruo terræ foramine cælorꝝ conditor natus est. hic iuolutus pānis: hic uisus a pastoribus: hic demonstrat ab stella: hic adoratur a magis: & puto sanctior locus est rupe tarpeia: quæ de cælo sæpius fulminata ostendit deo displicer. Est qdem ibi sancta ecclesia sunt trophœa apostolorꝝ & martyrꝝ. Est xp̄i uera confessio: & apostolorꝝ p̄dicata fides: & gentilitate calcata in sublime quotidie erigit uocabulum xp̄ianū. Sed ambitio: potentia: magnitudo urbis: uideri & uidere: salutari & salutare: laudare & detrahere: uel audire: uel ploqui: & tantam hoīum frequentiam uidere a ppposito monachorꝝ & a qte aliena sunt. Aut. n. uidemus ad nos uenientes: & silentium p̄dimus aut si non uidemus supbiæ arguimur. Interdum ut uisitantibus reddamus uicē: ad supbas fores pgimus. inter linguas rodentium mistrorꝝ postes ingredimur deauratos. In xp̄i ergo uilla: ut supra diximus: tuta rusticitas est extra psalmos silentium est. Quocūq; te uerteris: arator stiuam retinens alleluia decantat. Sudans messor psalmis se aduocat: & curua falce attondens uites uinitor: aliquid dauiticū canit. Hæc sunt in hac puincia carmina. hæ ut uulgo dicitur: amatoriæ cantiones.

Ad Exuperantium exhortatoria: ut abiecta militia sæculi ac spreto cōnubio deo militet.

Nter oĩa quæ mihi sancti fratris tui qntiliani amiciciæ p̄stiterunt: hoc uel maximū est: q̄ te mihi ignotū corpore: mente sociarūt. Quis enim non diligat eum. qui sub paludamento & habitu militari agat opera pphetarꝝ. & exteriorem hoīem aliud pmittentem uincat interiori homine q formatus est ad imaginē creatoris. Vnde & prior ad officium puoco lr̄arꝝ: & p̄cor ut mihi occasionem tribuas sæpius rescribendi. quo de cætero scribam audacius. Illud autem prudentiæ tuæ breuiter significasse sufficiat: ut memineris apostolicæ sniæ. iunctus es uxori: ne q̄ras solutionem: solutus es ne q̄ras uxorem: ideſt alligatōem; quæ solutioni contraria est. Qui igit seruit officio coniugali: uinctus est. qui uinctus est seruus est. Qui autem solutus est: liber est. cum ergo xp̄i gaudeas libertate & aliud agas: aliud repromittas: ac ppemodum in Δωματι constitutus sis: non debes ad tollendam tunicam tecta descendere: nec respicere post tergum: nec aratri semel arrepti stiuam dimittere: sed si fieri potest: imitare ioseph: & ægyptiæ dominæ pallium derelinque: ut nudus sequaris dominum saluatorem: qui dicit in euangelio. Nisi quis diminerit omnia & tulerit crucem suam: & secutus me fuerit: non potest meus esse discipulus. Proiice sarcinam sæculi: ne q̄ras diuitias: quæ camelorꝝ prauitatibus comparantur. Nudus & leuis ad cælum uola. ne alas uirtutum tuarꝝ auri deprimant pondera. Hæc autem dico. non quo te auarꝝ didicerī. sed subintelligam iccirco adhuc te militiæ operam dare. ut impleas sacculum quem euacuare dominus p̄cepit. Si igitur qui habēt possessiones & diuitias. iubentur oĩa uendere & dare pauperibus & sic sequi saluatorem. dignatio tua aut dilues est & debet facere quod p̄ceptum est. aut adhuc tenuis. & nō debet q̄rere quod erogatura est. Certe xp̄s pro animi uoluntate oĩa in acceptū refert. Nemo apostolis paupior fuit. & nemo tantum p domino dereliquit. Vidua illa in euangelio paupcula. quæ duo minuta misit i gazophylatium. cunctis p̄fertur diuitibus. qa totū quod habuit. dedit. & tu igitur eroganda nō q̄ras. sed q̄sita iam tribue. ut fortissimū tyrunculū suū xp̄s agnoscat. ut lætus tibi de longissima regione uenienti occurrat pater. ut stolam tribuat. ut donet annulum. ut imolet p te uitulum saginatū. ut expeditum cū sancto fratre qntiliāo ad nos cito faciat nauigare. pulsaui amiciciarꝝ fores. si aperueris. nos crebro habebis hospites.

Ad Præsidium diaconū de rōne cærei paschalis pcunctantē scribit. & solutōe dimissa ad contemptum sæculi & heremiticam uitam hortatur.

Ieronymus. Præsidio fratri salutem. Nulla res uetus inqt comicus: tam facilis é: qn difficilis fiat: quā inuitus facias. Quod si ille rem facilem difficulter fieri iuito aīo putauit. qd me facere posse æstimas in re maxima. & nullius unq̄ ediserta eloquētia? Nam his qcunq; uoluerint de laudibus cærei dicere: plenisq; ut aiunt uentis ingenii sui ītendere uela: & quasi q̄dam pelagi alta penetrantes: uicina abscondere littora: statim in oīonis foribus renidet clamor forꝝ: pratorūq; descriptio: & in modū sonantis aure molliter uerba cadentia: dum describuntur apes: q̄ sine coitu generātur: & generant: quod solæ a concubitu liberæ natos ore legunt: arte componunt: & quadam rōne uitali: animas apiculis: nō de suis inserunt. Præterea uirgilii totus georgicorꝝ liber pfertur in medium. Rex aduolans agmen inducit: tantoq; strepitu diuersa narrantur munia: ut militaribus castris interesse te credas. Sed cum hæc audieris. siue legeris laudabis oratoris eloquentiam. & ut breuiter signē. puta te quintiliani controuersiam recordari in qua pauper causatur: dolens ob interitum apum: flores ab impotentissimo diuite uenenatos. Esto hæc iocunda sint. & aurem composito pede mulceant. quid addico? Nunquid ad ecclesiæ sacramenta? Nūquid ad tempus paschæ: cum agnus occidit? Cum accinctis lumbis carnes cū ossibus deuorantur? Cum tacente epō. & psbyteris in plæbeium quodāmodo cultum: redactis leuita loqtur. docetq; quod pene nō didicit. & festissimo p̄dicans tempore; toto deinc anno iusticium uocis eius idicitur. Vides ne q̄ grandia sint? Intelligis te difficilia postulare? In eodem quippe momento: & p̄dicanda conscribere: & cur ita prædicta sint docere: omnium difficillimū est. Nam illud quod pene me præteriit: diuinis magis q̄ humanis uocibus disserēdum est. Lege pētateucum. instrumentum uetus percurre. Nusq̄ in dei sacrificiis mella: nusq̄ cæræ uisum: sed lucernarum lumina: & oleo fotos uidebis igniculos. Quid causer de ueteri testamento. Nouos percurre libros. hi ut opinor: sunt euangelia quatuor: apostolorum actus epistolæ ioannis: apocalypsis. Nihil præter ista: nūquid ali-

cubi cæreus? Nonne in fine euangelii detonantis inter ſeptem candelabra: & lucernas aureas ſponſus reuela 305
tur in cælis? Ad hæc reſpondebis: & ego a te iccirco fieri poſtulaui quia ſciui eſſe difficile: qđ petebã. Breui-
ter oĩs ſoluit̃ q̃ſtio: & par pari referť ſnĩa: & ego me iccirco facere debere non putabo qa rem difficillimam
poſtulaſti: attamen ne cauſando differã: ſi corã pariter fuerimus, audies uniuerſa quæ ſentiã: ut ſiqd forte ne-
ſcimus: in tua aure moriať. Nã qui ſcribit: multos ſumit iudices: alius in alterius lruet ac craſſať ingenium:
ille ſi unus ſermo defuerit: quaſi claudam oratiunculam diffugiet. Alius ſi paululum ſe eloquentis cothur
nus extulerit: non p̃ſb̃m latrabit eſſe: ſed rhetoré, itaq; ſi uis te mihi hoc obligari munere: placẽtinas deliti
as deſere: ſectare abrahæ habitũ: relinque natale ſolũ ſpretiſq; urbibus ad deſerta ſecede: ut poſſis orare cũ
xp̃o: erit qdẽ durus: & mucidus: & hordeacius forte panis, ſed delicatũ militẽ rex non amat hieruſalẽ. Quæ
ſimilã: & mella: oleũ mãducauit: fornicationis arguiť: non q; mali ſint cibi: quos p̃na ĩdulget clæmentia ſed
q; mollis p̃liator ad primã ſtati aciem concidat: & poſt umbrã ſolẽ ferre neqant: poſt ſudarium galeã oneri
potius reputet: qua tutamini: q; ſi exire cupiẽti mater obſiſtit in limine: Loq̃re ei uerbis domini: mater mea
& fr̃es mei hi ſunt: qui faciunt uoluntatem p̃ris mei: qui in cælis eſt. Si uernaculæ: cũ quibus nutritus es: fle
re, & p̃ni ruris memoria: ipſius quoq; domus anguli: & ſecreta retinere te cœperit: in q̃bus infãs uolutatus
es: luſiſti puer: adoleſcentulus laſciuiſti: recordare oés qui nũc accolæ heremi ſũt cæleſtes illos choros: p eoſ-
dẽ erupiſſe tramites: iiſdem inſtitiſſe ueſtigiis: & ut longam or̃onem cõpendio breuiem: epiſtola quippe li-
brum redolere non debet aut parua, aut magna ſunt: quæ tibi deferenda ſuademus, ſi parua non difficile pu
tes parua cõtẽnere, ſi magna maiora magis p̃mia p̃parant. Sed dicis. Volo prius p̃nũ rus uendere: & exiguis
fũptibus congregatis: ſiue uiaticũ uiæ ſternere: ſiue in pauperum uſus me alimoniã p̃parare. Et hic euangeli
cam audi ſententiã. Si uis pfectus eſſe uade uẽde oía quæ habes: & da pauperibus: & ueni & ſeq̃re me. Plures
iam anni ſunt quo cœpiſti ſeruire deo: Mens x̃pm ſeq̃ns nõ diu ſæculi ſuſtinet onus: nec ſe patiť iſtius mũdi
uinculis alligari: q̃n potius eſt timendũ ne dum occaſio diſtribuendi p̃monii p̃tẽdiť: dũ nõ uis rẽ maioris
p̃cii minoris uendere: ſit ĩpedimentũ in propoſito tuo. Decem aliquid emptũ eſt nũmulis uel unũ libenter
accipiã: dũ me ad p̃liũ feſtinantem nullæ p̃pediant moræ. Matthæus ſedens ad telonæum audit. ſeq̃re me.
nunq̃d prius ratiocinia ſupputauit: & reuerſus domum ſuorum paſſus eſt lachrymas: p̃diorũq; actione lici-
ta: nequaq̃ potuit domini ſeq; ueſtigia niſi mundi ſe prius onere liberaret? Ille diſcipulus qui renunciare parẽ
tibus ante cupiebat: uoce ſaluatoris arguiť. Et certe multũ eſt inter eũ: cuius breuis ad domũ recurſus ſtati
uenturi: rep̃hendiť: & te: qui tanto iam tempore aut nõ uẽdis tua: qđ cito poteſt facere: aut nõ facile cõtem
nis: ſed uides multa tibi ĩpedimento eſſe ne facias. Cum hæc legeris: ad aſylũ romuli fugiẽs: & comœdiæ cõ
ſcendens arã: uerbere domini ſæuientis eludis eccleſiam. Totũ deſerere non poſſum. Vereor ne ĩcurram ſa-
crilegiũ: ſi altaria derelinq̃. Euge meus plus de te exacturus ſum: ſi ad uitã monachi clerici aliquid dignita-
tis accedit: ſi in apoſtolico ſtans ordine: quotidie x̃pi corpus pia plæbi famulatione diſtribuis. Sed conſidera
obſecro: ſatis eſſe difficile locũ ſtephani ĩplere: uel pauli: in angelico ſtare miniſterio: & populos ſubiacentes
cãdenti deſup ueſte deſpicere. Præcioſũ eſt margaritũ ſed cito frangiť: fractũq; nõ põt inſtaurari. Nauis q̃is
ſit rudis: & ſolidis confixa clauis tumentes fluctus tabulata non ſentiant: cito tamen ſi piculoſe nauigat: pfo
rať: & licet plenis uentis lucroſius ad optata pueniat: tamen magis ſecuræ ſunt aquæ tranquillæ: & ut apti-
us loquar: plus te qdem dicis hr̃e mercedis: ſi ĩ media urbe conſiſtens: monacho; uitã uictites? Hæc ſũt ue
ra: quæ dicis: ſed non tã facile explenť ope: q̃ dicto. Vt enĩ cætera ptermittã quæ nos ab auſteriori uita retra
hunt: illud ĩfetã: ad cuius cõparationẽ: etiam quæ diſſimulaueri: ĩmo timuerim dicere: ĩtelliges. Alius bar-
bam cædit æqualiter & hilaritatem frontis nitenti deſup coma ꝓtegit. Tu ſi paululũ ut nos ſolemus face-
re ruſticani capillũ uſq; ad cutẽ p̃ſequeris: riſũ p̃bebis: oĩbus. Quod ſi pulla fuerit tunica: etiam p̃teruntium
digitis denotaberis. Caue inq̃: ut non ſtricte ſint calige: ne crura non cadeant. niſi formoſus fueris: ſanctus eſ
ſe non poteris. Aliquis ĩuitat de optimatibus ad prandium: oés uotiuis ꝓgunt feriis: certe aut eũdum tibi ẽ:
aut negãdum. Si ieris: aut eiſdem cibis ueſceris aut aliis. Si aliis cõuiuarum offendẽť oculi. Si iiſdẽ: perit abſti
nentia. q; ſi ire nolueris: tunc miſer in prandio comederis. ad ſingulas quaſq; phialas & delibuta mellis urna
potaberis. Alius in tuũ uultũ cauillabiť ille inceſſum ridebit: hic habitũ. & imitatores forſitã iudæorũ non-
ne hic eſt iquiẽt filius fabri? Nonne fr̃es eius & ſorores apud nos ſunt? Ego illũ memini ante tot ferme an-
nos: illud feciſſe turpe: dixiſſe turpius: alius furẽ clamabit & mœcchum. ſeq; ſceleris finget fuiſſe particip̃.
Omnia pariter prandia conſonabunt: & in te temulentiũ conuiuium diſſolueť. Quod ſi ſuillis abſtinueris
carnibus: & non crebro balneas frequentaueris: tunc uere per omnes colũnas manichæi titulus aſcribeť. Si
uolucrum edulium refutaueris: & tenellas columbas: craſſoſq; turtures expetenti gutturi durior dominus
denegaueris: ſacrilegii crimen affigetur. Statimq; aient. Hi ſunt qui creatorem mundi contemnunt: in uſus
noſtros facta ſunt omnia. Audiui domino teſte non mentior: quendam in ſuam gulam diſertum: cum me
rumore cognouiſſet eſculentioribus cibis abſtinere. Dicere. Nunquid porcellus ideo factus eſt. ut togatus ĩ
ſenatu ſniam diceret? Quod uidelicet me ſtultitiæ condemnaret: qui putaret: ea quæ ſunt ĩ hominum uſus
creata. nõ ſumere. Hæc & iſtiuſmodi: cum uitam in urbibus laceret bonam. quid facies frater in medio. Aut
uitiis: aut anathemati colla ſubmittes ideſt aut ſectaberis quæ ſunt aduerſa continentiæ. aut ſi facere nolue-
ris. ipſe damnaberis. prætermitto crebras ſalutationes: obſequia matronarum: uariaſq; illecebras. quibus eti
am rigidiſſimi emolliuntur animi. & ſireneo cantu ad naufragia pertrahuntur. q; ad ſpecioſas quaſq; for-
mas oculus ſæpe inuitus abſtrahitur. q; aures obſcœna dicta feriunt. nunc illud affirmo. q; etiam ſi iſta nõ
eſſent. ad comparationem tamen ingentis boni. minora diſerere debueras. Adde q; diaconus es: & abſceſ-
ſum tuum eccleſiæ damna non ſentiẽt. Helias uixit in heremo. heliſæum prophetarum ſecutus eſt chorus.

Præcurſor domini ioannes nutritus ſolitudine:ad hoc tantum deſcendit ad iordanis ripas:ut populos argueret confluentes:& phariſæos itelligeret clericos iudæorum:& generationes uipereas denotaret. Nuper ægypti deſerta uidiſti.Intuitus es angelicã familiam.Quanti ibi flores ſunt?Quam ſpiritalibus gemmis prata uernantia?Vidiſti ſerta:qbus dominus coronaſ.Ille tibi ī pectore ignis æſtuet.Illa quotidie cogita:tracta: deſidera:& quaſi quodam carcere detentus exclama heu me quia ꝑgrinatio mea ꝓlongata eſt.Et in paradiſũ mente conſcendens:totiens in terra non eris:quotiens terrã deſpexeris.Eadem nobis certe: cũ his qui habitant ꝑ deſerta:cõditio eſt.iiſdem ifirmitatibus uel uirtutibus ſubiacemus.Si te aquæ potus uexat.q̃ti nobiliores.non dicã uina neſciunt.& carniũ ignorant cibos.Sed iſuſo tantum legumine ſuſtentaſ?Si balnearum te lauacra ſollicitant:q̃ti principes ciuitatũ:ſiue ob culpam ꝓpriam:ſiue ob inuidiam:ad inſulas deportati:ſine ꝑmio futuraq; mercede abſq; balneis ꝑſeuerant?Nemo id neceſſitate pati non põt:qd' ꝓ deo uolũtate pati detractat.Habebis cellulam:quæ te ſolum capiat:imo non eris ſolus angelica tecũ turba uerſabiſ. Tot ſocii:quot ſancti. Leges euangelium:fabulabiſ tecum ieſus.Replicabis apoſtolos:uel ꝓphetas.Nunqd poteris talem aliũ tuis ſermonibus hñe conſortem?Terra ſumus:& cinis:& ꝑ omnia momenta de nſa ſalute ſuſpenſi:continuo in puluerem diſſoluẽdi:qd retractamus faceſ de neceſſitate uirtutẽ?Certe quãdoq; moriendum eſt:ſtercoribus plena uitalia.quæ nos quotidie nſæ cõmonent uilitatis:in ſimilem putredinem oẽ ſecum tractura ſunt corpus.q̃cito relinquamus mundi anguſtias:& ſi forte ob continentiam(qd' tamen raro accidit)dolore ſtomachum:æſtuaſ febribus cœperimus:ꝓpetuæ uitæ ianuam morbum putemus: plenãq; uictoriã:quia ſcriptura docente cognoſcimus:nullum ante uitæ huius finem:plene beatũ eſſe dicẽdum. Quanti in mediis opibus & iter inſulas conſulatus repentina morte ſubtracti ſunt?Nuper iperator Valentinianus:cum aduerſus Sarmatas quandoq; propter Illyrii uaſtationem ī conſiſtorio ſæuus ifremeret: & totius gentis excidium rigidus minaret:ſanguine erũpente diſcrepuit.Quid loquar de ſre eius:quẽ contra regale faſtigium:Thraciæ ignis abſorbuit?Necdum annus cõpletus eſt:quo principem Gratianũ ꝓdente exercitu ſuo ante fœda captiuitas:dehinc miſerabilior oppſſit iteritus.Et ut iſta taceã:etiam q cõi fine perierũt: poſt mortem pari cũ omnibus conditione ſociant. Quod ne quiſq̃ eoꝝ quidem in die iudicii minimo de monachis cõparabiſ.Sectemur ſaltem mulierculas:ſexus nos doceat ifirmior.Quãtæ diuitiis pariter & nobilitate pollentes(nolo enī uocabula dicere ne adulari uidear)relictis facultatibus:pignoribuſq; cõtẽptis:id factu facile iudicauerũt:quod tu proprio putaſti more difficile?Id de cærei carmie diſce.Illud tibi de uariis floribus lumen exorna.Eſto & ipſe apis Delboræ:uictoriã imitare:Barach tecum Siſaram perſequatur:& liberato iſrael iudicum carmẽ ingemines:& xp̃i mella componas.Si ſic lampadem p̃pares:ſponſo uenientem non dormies:ſed cubiculum regis intrabis.Plura cum dicere uellem:& te mecum tali exhortatione retinere;ſubito nunciatum eſt aſellos eſſe conductos.qui me romam uſq; ꝓtraherent.Itaq; inuitus placentiam te remitto.Pelicani cum ſuos a ſerpente filios occiſos mortuos ſueniunt:lugent:& ſe & ſua latera ꝓcutiũt: & ſanguine excuſſo ad corpora mortuorum:ſic reuiuiſcunt. Aquila quando ſenuerit grauant' ipſius pẽnæ & oculi:quæritq; fontem:& erigit pennas:& colligit in ſe calorem:& ſic oculi eius ſanant'.& in fontem ſe ter mergit:& ita ad iuuentutem redit.Phœnix auis eſt in idia:& ꝓ quingentos annos de libano iplet ſe aromatibus: & ſic nidificat.Et idicat ſacerdoti Heliopolitano menſæ Famenoth aut Farmuth.Implet aram ſacerdos ſarmentis:& ibi confert phœnix aromata:& electrũ aræ iponit.Et primo ſolis ortu phœnix qdem mouet pennas:ſolis uero calore accendiſ electrum:& ſic exuruntſ aromata:& ipſa phœnix incendiſ.Craſtino die de cinere gigniſ uermis:ſecundo pennas affert:tertio ad antiquam redit naturam:& ſic ad ſua loca reuertiſ.Anguis quando ſenuerit ꝓdit aſpectum.Et ſi uoluerit redire ad iuuentutem:ieiunat quadraginta diebus:ut laxeſ pellis eius.& ſic anguſtum foramen inquirit:ut dum nitiſ exire inde:pellẽ ſenectutis dimittat. Coluber ad bibendum ueniens:in aqua uenenum deponit:ne eum uenenum aqua concretum occidat.Nudum hominem timet:ueſtitũ ꝑſequiſ:caput tamen ſuum cælat:quando ꝓcutiſ:ubi ſcit eſſe mortem ſuam: Serpens quidem ſi ſemel calamo ꝓcutiaſ:moriſ:ſin uero iterum percutiaſ confirmaſ:brumali tpe infirmior efficiſ: & a ſoricibus deuinciſ.Igiſ ante hyemẽ circa ſe colligit ſegetes:ut illis eſcam p̃beat. Viperæ per os coitũ faciunt:maſculi mortem contemnunt:ſed fœmina ī ipſo coitu:ſiue magna dulcedine exagitata: ſiue futuri ꝑſciens piculi dum abſorbet ſemen:caput maſculi excidit:& ſic eũ occidit.Sed cũ conceperit:uiſcera illius ab ipſis quos conceperit:comeduntur:& ſic matrem occidunt.Formicæ quæ nil portãt:non rapiunt onera earum:quæ portant:ſed cum depoſuerint triticũ:diuidunt grana timentes:ne ſi fuerit pluuia floreſcant. Vulpes ſi diu eſurit:uolutat ſe in puluere:& fingit ſe mortuam ergo uolatilia ueniunt:& dum uolũt illã comedere comedunt'.Vulpecula cum leporibus ludit:& ſic illos occidit.Panther pardo ſimilis eſt:& eſt uarii coloris:& mitis.Si ſaturatus fuerit:tribus diebus dormit.Poſt tertium diem lauat ſe:& clamat: & ſic odorem ſuauem emittit:& cõuocat omnes feras:quæ odore ducunt'.Et eſt omnibus feris amicus:ꝑter draconem & aſpidem. Teſtudo marina quæ eſt grandis ut inſula:dum emergit de alto oſtendit ſe in ipſo mari tanq̃ petram;nec ſe mouet inde quoaduſq; homines naues ligent:& cum hæc ſenſerit trahit ſe ī altum:ſed cum eſu rierit apit os:& bonũ odorem reddit:ad quem piſces cæteri colliguntſ.Perdix aliena oua caſefacit:furatis ſuis,ſed cum creuerint in nido pulli euolant:& ad parentes ſuos redeunt:mentitũ parentem omittentes.Perdices ſibi inſidiant'.& ſi afferant illos ad ſiluam:qui eos habent:uocem emittunt abſconſi:& ſic cæteri ueniũt: & retibus capiũt':plus pedibus q̃ pẽnis fugiũt aucupantes.Et ſi ad hoc fuerint:ut capiaſ:ſimilem ſibi colorẽ lapidẽ q̃runt:& ibi ſe ſupinos ponunt.Vulſ cũ cœperit oua edere:primũ de terra idiæ euſtochium ſumit:& eſt tanq̃ nux.& intus habet aliqd qd' mouet':& ſonũ reddit.& hoc ſibi apponit:& multos qdẽ facit fœtus: unus uero remãet. Myrmicoleon ab ante leo;retro formica:de duabus feris naſciſ:eſca uero ipſius ī primis

eſt lac mris:ideſt formicæ nutrif enī mater legumine tanq̄ formica:ſub ea conditione quam noſti. O quotieſcūq; hanc epiſtolam legeris totiens te ſcias:quod pollicitus es:eſſe uenturū.

Beati Hieronymi pſbri ad ruffinū preſbyterū cuius ad oriēte gratulaf aduentū:cui uitam uirtuteſq; Bonoſi quondā contubernalis ſui deſcribit,q ſæculo contépto ad heremū uolauerat:ubi plura de laudibus heremi & uitæ contemplatiuæ ponunf.

PLus deū tribuere q̄ rogaf:& ea ſæpe cōcedere:quæ nec oculus uidit:nec auris audiuit: nec ī cor hois aſcéderūt:licet ex ſacroꝝ miſterio uoluminū ante cognouerī:tamē ī cauſa ꝓpria nūc ꝓbaui ruffine chariſſime. Ego enī q audaci fieri ſatis uoto credebā:ſi uiciſſitudie lrāꝝ imaginē nobis præſentiæ metiremur:audio te ægypti ſecreta penetrare:monachorū iuiſere choros: & cæleſté ī terris circuite familiā. O ſi mihi nūc domius ieſus xp̄s uel philippi ad Eunuchū:uel abacuch ad danielē trāſlationē repéte cōcederet:q̄ ego nūc tua arctis ſtrīgerem colla cōplexibus,q̄ illud os qd' mecū uel errauit aliquādo:uel ſapuit:ipreſſis figerē labiis. Verū qa non tā te ſic ad me uenire:q̄ ad te ſic ire non mereor:& iuali dū etiā cū ſanū eſt:corpuſculū crebri fregeī morbi:has mei uicarias:& tibi obuias mitto,q̄ te copula amoris ĩnexū ad me uſq; ꝓducāt. Pria ĩopinati gaudii ab Heliodoro fre mihi é nunciata fœlicitas:nō credebā certū: qd' certū eſſe cupiebā:præſertī cū & ille ab alio ſe audiſſe diceret:& rei nouitas fidē ſermonis auferret. Rurſū ſuſpenſā uoto nutāte menté qdā alexādrius monachus:q ad ægyptios cōfeſſores,& uoluntate iam martyres:pio plæbis fuerat tranſmiſſus obſeqo:manifeſtus ad credulitatem nuncii auctor ĩpulerat. Fateor & ī hoc meam labaſſe ſniam. Nam cū & pr̄iam tuā ignoraret & nomē:ī eo tamē plus uidebaf afferre:q; eadē aſſerebat:quæ iā alius īdicauerat. Tandē plenū & ueritatis pōdus erupit. Ruffinū enī nitriæ eſſe:& ad beatum prexiſſe maccharīū:crebra cōmeantiū multitudo referebat. Hic uero tota credulitatis frena laxaui. & tunc uere ægrotū eſſe me dolui:& niſi me attenuati corporis uires quadam cōpēde ꝓpediſſent:nec mediæ ſeruor æſtatis:nec nauigantibus ſemper incertū mare:pia feſtinatione gradiēti:ualuiſſet obſiſtere. Credas mihi fr̄: non ſic tépeſtate iactatus portū nauta ꝓſpectat:non ſic ſitiētia ibres arua deſiderat:non ſic curuo aſſidēs littore anxia filiū mr̄ expectat,poſtq̄ me a tuo latere ſubitus turbo cōuulſit:poſtq̄ glutio charitatis hærentem ĩpia diſtraxit auulſio. Tunc mihi cæruleus ſupra caput aſtitit imber. Tunc maria undiq; & undiq; cælū. Tandem ī īcerto pegrīationis erráti:cū me Thracia Pōtus atq; Bithynia totūq; Gallatiæ & Cappadociæ iter: & feruido Cilicum terra fregiſſet æſtu:ſyria mihi uelut fidiſſimus naufrago portus occurrit,ubi ego q̄cquid morborum eſſe poterat exptus:ex duobus oculis unū perdidi. Innocētiū enī patrē aiæ meæ repentinus febrium ardor abſtraxit,nunc uno & toto mihi chariſſimo lumīe euagrio noſtro fruor: cui ego ſemper infirmus qdem ad laboré cumulus acceſſi. Erat nobiſcū & helias ſancti melanii famulus:q puritate morum maculā ſeruitutis abluerat:& hic necdū obductā reſcidit cicatricē. Verū q de dormientibus contriſtari apoſtoli uoce ꝓhibemur:& nimia uis mœroris læto ſupueniente nuncio tēperata eſt:īdicamus hæc tibi:ut ſi neſcis diſcas:ſi ante cognouiſti pariter gaudeamus. Bonoſus tuus imo meus & ut uerius dicam noſter: ſchalā p̄ſagatā iacob ſōniante iā ſcandis:portat crucé ſuā:nec de craſtio cogitat:nec poſt tergum reſpicit. ſemīat ī lachrymis:ut ī gaudio metat,& ſacro moyſi ſerpenté ī heremo ſuſpendit. Cædant huic ueritati tā græco q̄ romano ſtilo mendaciis ficta miracula. Ecce puer honeſtis ſæculi nobiſcū artibus iſtitutus:cui opes affati: dignitas apprīe iter æquales erat:cōtépta mr̄e:ſororibus:& chariſſimo ſibi germano iſulam pelago circūſonā te naufragam:cui aſperæ cautes & nuda ſaxa & ſolitudo terrori eſt:quaſi quidam nouus paradiſi colonus incedit. Nullus tibi agricolaꝝ:nullus monachorum:nec paruulus quidem qué noſti Oneſinus:quo uelut frē ī oſculo fruebaf:ī tanta uaſtitate adhæret lateri comes. Solus tibi imo iā xp̄o comitante nō ſolus:uidet gloriam dei:quam etiā apoſtoli niſi ī deſerto nō uiderāt. Nō qdé cōſpicit turritas urbes:ſed in nouæ ciuitatis cē ſu dedit nomen ſuum:horrent ſacco mēbra deformi. ſed ſic melius obuiam chriſto rapieī ī nubibus. Nulla euriporum amœnitate perfruitur:ſed de latere domini aquam uitæ bibit. Proponatur tibi ante oculos amice dulciſſime:& in præſentiam rei totus animo ac mente conuertere. tunc poteris laudare uictoriam: cū laborem p̄liantis agnoueris. Totam circa iſulam fremit iſanū mare,& furioſis montibus illiſū ſcopulis æquor reclamat. Nullo terra gramie uiret:nullis uernās cāpus denſatur umbraculis. abruptæ rupes quaſi quēdam hòrroris carcerem claudunt. Ille ſecurus:itrepidus: & totus de apoſtolo armatus:nunc deum audit dum diuina relegit:nunc cum deo loquitur cum dominum rogat.& fortaſſe ad exemplum ioānis,aliquid uidet:dū ī inſula commoraf. Quas nunc diabolū nectere credis trichas? Quas parare arbitraris iſidias? Forſitan antiquæ fraudis memor famé ſuadere tentabit:ſed iam illi reſponſum eſt:nō ī ſolo pane uiuit homo. Opes forſi tan gloriāq; proponet ſed dicetur illi:qui cupiunt diuites fieri:icidūt in muſcipulas & tentationes. Et mihi gloriatio omnis in chriſto eſt. Feſſa membra ieiuniis morbo grauante concutiet:ſed apoſtoli repercutietur eloquio. quando enim infirmor:tunc fortior ſum,& uirtus ī ifirmitate perficif. Minabif mortē:ſed audiet Cupio diſſolui:& eſſe cū xp̄o. Ignita iacula uibrabit:ſed excipientur ſcuto fidei. Et ne multa replicem: ipugnabit ſathanas. ſed tutabif xp̄s. Gr̄as tibi domine ieſu:q; in die tuo habeo:qui pro me te poſſit rogare. Scis ipſe(tibi enī patent pectora ſingulorum:qui cordis arcana rimaris:qui tantæ beſtiæ aluo icluſum ꝓphetam ī profundo uides)ut ego & ille pariter a tenera infantia ad florentem uſq; adoleuerimus ætatem:ut iidem nos nutricū ſinus:iidem amplexus fuerint baiuloꝝ,& dum poſt romana ſtudia adirem ſemibarbaras ripas: eodē cibo pari frueremur hoſpitio:ut ego primus cœperī uelle te colere. Memento q̄ſo hūc bellatoré tuū mecū quondā fuiſſe tyroné. habeo ꝓmiſſū maieſtatis tuæ. Qui docuerit & non fecerit: minimus uocabif ī regno cælorꝝ. Quia aūt docuerit & fecerit: maxius uocabif ī regno cælorꝝ. Fruaf ille uirtutis corōa:& ob quotidiana martyria ſtolatus agnū ſequaf. Multæ,n.ſūt māſiones apud p̄rem:& ſtella a ſtella differt in cla-

ritate.Mihi cõcede ut iter ſctõꝝ caput poſſim leuare calcanea.ut cum ego uoluerĩ:ille ꝓfecerit.mihi ignoſcas: qa iplere non potui:illi tribuas p̃miũ qđ̃ meret̃.Plura fortaſſe q̃ epiſtolæ breuitas patiebat̃ longo ſermone ꝓtraxerĩ:qđ̃ mihi ſemper accidere cõſueuit:quando aliqđ de Bonoſi nr̃i laude dicẽdũ é.Sed ut ad illud redeãt:unde diſceſſerã:obſecro te:ne amicũ q̃ diu q̃rit̃ uix ĩuenit̃:difficile ſeruat̃: pariter cũ oculis mẽs amittat: fulgeat qlibet auro: & põpaticis ferculis coruſca ex ſarcinis metalla radiẽt.Charitas nõ põt cõparari. Dilectiõpcium non habet.Amicitia quæ deſinere põt:uera nunq̃ fuit.Vale ĩ xp̃o.

Paulĩus & Theraſia ad Sebaſtianũ heremi cultorẽ:cuius uitã heliæ & heliſæo ac filiis cõparat ꝓphetaꝝ. & miſteriũ laudat monachi frĩs:illi uictũ miſtrãtis.& utrorũqꝫ oſonũ ſuffragiũ poſtulat.

Ancto & merito dilectiſſimo fri Sebaſtião Paulĩus & Theraſia in xp̃o domĩo ſalutẽ.Benedictus eſt domĩus deus iſrael q elegit te:& aſſumpſit ĩ uas electiõis ſuæ:& ſegregauit ab utero mr̃is antiquæ.& dedit tibi pennas columbæ.ut ab huius ſæculi ſtrepitu procul auolans diceres.ecce uolaui fugiens:& mãſi ĩ ſolitudie:quaſi ſolitudo nõ tua ſit:quæ non deſerta eſt:ſed ſecreta & ab huius mundi tenebris deſolata:a dei lumine frequenter:& a dæmoniis furentibus fugiat̃:atqꝫ ab angelis gaudentibus excolat̃.Ipſe dominus deus noſter donauit nobis:licet longo ĩteruallo diſtantibus appropinquare tibi in dilectione ꝓ odorẽ bonũ notitiæ tuæ:quã ꝓ fratrẽ in domino chariſſimũ uictorẽ accepimus.qui nobis & opus propoſiti tui:& ſecretũ tabernaculi nunciauit:qa ueterum ſanctorum ſtrenuus æmulator ſuper torrentem tibi gratiſſimum ſicut illi quondam filii prophetarũ heliſæo duce ſuper Iordanem pacificã mãſionem & ſpiritalia caſtra poſuiſſes:& diacõus tibi fr̃ Benedictus ſareptenæ illius Sunamitibis obſequio miſtraret.Btũs ille:cui mandauit dominus ſicut uni uolatiliũ cæli:ut te ſicut heliam ad torrentem ſecreto ſedentem:panibus pietatis paſceret:& ad cellulam tuam aſſiduis ſuper hac miſtratione ueſtigiis uelut ad arcã noe fructiferum pii germinis ramum afferens colũba reuolaret.Benedicti uos a domĩo:qui facit unius moris hĩtare ĩ domo:& qui germanitatis uĩculũ duplicauit ĩ nobis:quos in eccleſiæ utero fr̃es fecit:& ſub una fide uaris diſtĩxit officiis:ut ſub diuerſo munere alter alterum paſceretis.Tu illũ ſpiritalibus armis ieiunans & orans iuuares:& ille ĩ te cæleſtia ſibi bona ſereret:dum carnalia tibi alimenta ſuppeditat non indigenti qdem pereuntis eſcæ ſumptu:qa fames tuam iuſticiã & regnũ dei eſurit:ſed tamẽ idem dominus:qui fecit qđ̃ intus eſt:fecit qđ̃ foris eſt ſp̃ũs quidem promptus eſt:caro aũt infirma:ideo uiuentem licet animam in uerbo dei:quod é xp̃s:qui uerus & uiuus pãis eſt:tali remunerat̃ obſequio:ut corpori tuo:ideſt terrenæ ĩ te fragilitati ſeruiat cibis modicis:& ipſe ieiuniorum tuorũ abundantia ſagineſ̃.Ideo enĩ dixit non ĩ ſolo pane uiuit homo:ſed & ĩ oĩ uerbo dei:quia ut ĩfirmioris ſubſtãtiæ noſtræ rationẽ ne eſuriret habuit:perinde & carni panem ipſe creator oſtendit.Sed ne corporis curam animæ præponeremus:quæ uerbo dei paſcit̃:nõ ĩ ſolo pane uictum hominis conſtitutum docuit:quem etſi aĩæ cura nõ q̃rat:tamen corporis natura depoſcit. Ideo benedictus ille:cui ad opes aĩæ proficit neceſſitas conditionis tuæ.qa adhuc homo:& iſto uiſibili pãe paſcendus es:& ſi ĩterĩus æterno illo pane ſatureris.Non enim proficeret ſpiritalis uirtus:niſi ſubeſſet carnalis infirmitas.nec eſſet potens fidelium miſtratio:niſi materiam miniſtrandi plærũqꝫ iopia fr̃na præberet. Vnde & apoſtolus ait.In ſancto cõpenſationem futuram cum eccleſiam dei ad conſolationem iſtius benedictionis hortat̃:& dicit abũdantia ueſtra ſit ad illorum ĩopiã:& ut illorũ abundãtia ueſtræ ĩopiæ ſupplemẽ tũ fiat:adhuc audio dicere ĩ utroqꝫ ueſtrũ diuerſa ioannis & domini forma conſiſtit.Ioannis in deſerto uox clamantis:& domini in templo docentis.& unus ueſtrum ĩ ſeruituté miſterii uocatus é:alter in monachi libertaté: ſed utriqꝫ in unũ dei regnũ & gloriã conuocati.& ambo liberi:qa ambo ſub gr̃a & ambo ſerui: qui ãbo ſub lege fidei. ambo liberi a pct̃õ:ambo ſerui iuſticiæ:& ãbo ĩ ieiũiis domĩo diem ſapitis:& ambo ĩ epulis ſincæritatis domino gr̃as agitis:qui dat eſcam omni carni:& dat eſcam uiuam eſurientibus ueram uitã. Vnus ueſtrum audiuit ut dicat introibo ad altare dei:ad deum qui lætificat iuuentutem meam.Et alter ab eodem propheta didicit dicere:ſingulariter ego ſum:donec tranſeam.Ergo quia ſic electi eſtis:& dilecti domino:ut alter alterĩus onera portetis.& charitate perfecta qua inuicem uos paſcitis:ſuſtinetis:iſtruitis: locupletatis: adipletis legem xp̃i:orate pro nobis.cõſerite ualidas oſonum manus:ut ſupetis multitudinem peccatorum noſtrorum.Ob hoc enim miſericors & miſerator dominus pct̃õribus ſuis ſctõrum notitiam charitatéqꝫ ꝓcurat:& donat:ut etiã ĩexcuſabiles reos p̃potẽs aduocatio meritis dãnationis abſoluat.Maneatis ĩ regno domini:qđ̃ ĩtra uos fecit eſſe per inhabitantem ĩ uobis arabonẽ ſp̃ũs ſancti.ĩ quo clamatis abba pr̃: Benedicti domino filii pietatis & pacis & luminis.

Militem hortat̃:ut relicta ſæculi militia plena diſcriminis æterno regi incipiat militare:perẽne præmium ſuſcepturus.

Tſi ignotus tibi ſim facie:iã tamẽ ĩ corde cognoui:qa filius meus ĩ domĩo chariſſimus uictor referẽs mihi religioſam uitã tuã:fecit ut te q̃ĩs abſẽtẽ cognoſcerẽ:& ſicut cõſorté futurũ ĩ xp̃o diligẽr̃ iciperẽ.Retulit enĩ mihi quomodo & ĩ militia ſæculari ĩ qua adhuc tu teneris: ſocius & ſecutor contubernii tui fuerit.Vnde magis præſumpſi ſcribere ad te per ipſum.Spero etenĩ te ex eadem uia ad uiam noſtram eſſe uenturum.quandoqdem iſtum de tuis ſociis ad nos præmiſiſtĩ:quem pro pignore tuo eccleſia tenet.ut te poſt eũ capiat.Nihil enĩ eſt benedicte fili.quod poſſit aut debeat præferri ei q eſt uerus dominus & uerus pr̃ & ĩperator æternus.cui enĩ rectius uitam noſtram ĩpẽdimus:q̃ illi a quo accepimus:& cui eam uſqꝫ ĩ finem debemus?Quia ipſius beneficio uiuimus.Si tamen ĩ hoc ſæculo ipſi militauerimus:tũc ad ipſum tranſire merebimur.qꝫ ſi magis dilexerimus hoc ſæculum:& maluerimus Cæſari militare:q̃ xp̃o.poſtea nõ ad xp̃m:ſed ad gehennã tranſferemur:ubi pricipium huius ſæculi uertit̃ cauſa. Ideo nec affectum:nec pr̃iam:nec honores:nec diuitias deo p̃ferre debemus:qa ſcriptũ eſt. Præterit huius mũdi

figura.& qui hunc mũdum dilexerint:cum ipso & pibunt.Ideo ipse dominus in euãgelio conteſtaꝫ & dicit. qui amat pr̃em aut mr̃em plus q̃ me:non eſt me dignus.& q non accipit crucẽ ſuã:& ſequiꝫ me:non poteſt meus eſſe diſcipulus.De diuitiis aũt ſæculi huius: quas q̃dã pro ſũmo bono & neceſſario amplectunt:& diligunt:ita dicit.Quia non ꝓderũt theſauri iniqs:iuſticia autem eripit a morte.Et itez̃ per prophetã dicit. Exterminati ſũt oẽs:qui exaltati fuerant auro & argento.In euangelio quoq; clamat:atq; p̃dãnat diuites ſæculi dicens.Ve uobis q ſaturati eſtis:quia eſurietis.Ve uobis q ridetis nũc:quia lugebitis & flebitis.Noli ergo diutius diligere hũc mundum neq; militiam eius:quia ſecundum ſcripturæ auctoritatẽ inimicus dei eſt. quicũq; eſt amicus ſæculi.& qui militat gladio:mortis miſter eſt.Qui autem ſuum uel alienum ſanguinem fundit:hic recipiet fructũ ſtipendiorum.Aut enĩ exitu mortis tenebiꝫ reus:aut crimine.quia neceſſe eſt ut miles in bello:ĩ quo tamen non tam pro ſe q̃ pro alio dimicat:aut ſuam mortem uictus inueniat: aut mortis cauſam uictor acquirat.qa uictor eẽ non poterit:ſi effuſor ſanguis ante non fuerit.Ideo dicit dominus.Nõ poteſtis duobus dominis ſeruire.Sed quia uni deo ſeruiendũ eſt:facile puto poſſe diſcerni:cui potius ſeruiri debeat:deo an mãmonæ:xp̃o an cæſari:cum ipſe cæſar xp̃i ſeruus ſtudeat eſſe:ut aliquarum gentium rex eẽ mereaꝫ.Neq; enĩ qcũq; rex terrenus totius terræ dominus eſt.Xp̃s aũt totius mũdi rex eſt; qa omnia per ipſum facta ſunt:& ſine ipſo factũ eſt nihil:& ipſe eſt rex regum:& dominus dominantiũ.ipſe in terris: ĩ mari:in abyſſis oĩa quæ uult facit.Nunc igiꝫ ſequamur:huic militemus:cui coniunctus nunq̃ diſiungiꝫ miles; qui militãtibus ſibi gloriam uitæ æternæ:honorem regni cæleſtis:& diuitias hæreditatis ſuæ:& diuiæ cognitionis conſortium perẽne largiꝫ.Scriptũ eſt aũt.q pecuniam diligit:non iuſtificabiꝫ.& q terrenas poſſeſſiones concupiſcit:in illis ſicut ſcriptum eſt ĩplanabiꝫ.Nam in eccleſiaſtico per ſalomonẽ loquiꝫ diuina ſapientia. quia multũ ditati ſunt ĩ auri cauſa:& facta eſt in facie illius ꝓditio ipſorũ.Lignũ inquit offenſiõis eius eſt auꝛ:& deiicit illos qui ſectanꝫ illud:ſed nõ oĩs niſi ĩprudẽs diſperiet in illo.quã ob rẽ fuge ab illo fili: ſicut a facie ſerpentis:credens xp̃o:q in euãgelio teſtaꝫ oĩbus hoĩbus.qa nõ ĩ abũdantia cuiuſq̃ uita eſt ex his quæ poſſidet.Sed te forſitã ætatis tuæ fiducia:& ſtipes dignitatũ uel diuitiarũ augmenta ſollicitant. Velut dicas:adhuc iuuenis ſũ:& ĩ tẽpore licet ut parũper militem:& uxorẽ ducã:& filios habeam:& poſtea deo ſeruiam.Ad hæc tibi reſpondet non ego:ſed dominus;qui loquiꝫ in prophetis & apoſtolis ſuis.& propheta dicit:ne tardaueris conuerti ad dominum:nec differes de die in diem:ne ſubito ueniat ira illius.In euangelio autem quo ardore ꝓperandum ſit ad conuerſionẽ oſtendit.A diebus autem ioannis uſq; ad hodiernũ diẽ uim patiꝫ regnũ cælorum:& qui uim faciũt:rapiũt illud. Talis uiolentia grata eſt:quæ neminẽ cõcutit:nullius dãno committiꝫ.In hanc rapinam manus tuas uerte:quæ crimẽ non habet & conſert ſaluteꝫ.Et quid tibi militarium ſtipendiorũ curationes:cũ iuidia uiolẽtiæ curareꝫ.Cum forſitan pro tua honeſtate etiam debitorum moderatus exactor ſis:cũ ſine cuiuſq̃ iuidia:& cũ dei gr̃a poſſis eſſe uiolentus:ut rapias regnum cælorum.Quod ſi patiꝫ & gaudet xp̃s iuadi:qui pro abundantia charitatis & potentiæ ſuæ capax ẽ largiendi qd̃ tenet:& qd̃ donauerit obtinendi:nam quãdo ſanctis ſuis in regno ſuo regnare cõceſſerit:ipſe regnabit ĩ illis quos cõſortes regni cæleſtis aſſũpſerit.Scriptũ eſt enĩ & regnũ dei cũ ſanctis fore:& ipſos ſanctos eſſe regnũ dei.Quod propitio deo cũ cõuerſus fueris:& legendo cognoſces;& credendo intelliges.De ætatis aũt flore primo qs audeat gloriariꝫ Admonet diuĩa ſcriptura dicẽs:Oĩs caro fœnũ eſt:& oĩs claritas eius ut flos fœni: aruit fœnũ:& flos decidit.Sermo aũt domini manet in æternũ.Ideo ꝓpheta:illa potius in q̃bus æterna corporis rediuiui gloria poſt reſurrectionem poſſit manere deſiderãs clamat: q̃ amabilia ſunt tabernacula tua domine uirtutũ:concupiſcit & deficit aĩa mea ĩ atrio domini:& de uiculis cõiugalibus & cæteris tpaliũ rez̃ tam ſpinoſis:q̃ ianibus curis apoſtolus:ĩ quo xp̃s loquiꝫ:admonet ne ĩ lõgũ huius ſæculi tp̃s irrita uota mittamus:& cognoſcere nos iubet:qa tp̃s breuiatũ eſt.& dicit.Reliquũ eſt:ut qui habent uxores tanq̃ non habentes ſint:& q flent tanq̃ non flentes:& q gaudent tanq̃ non gaudentes:& q emũt tanq̃ non poſſidentes:& q utunꝫ hoc mundo tanq̃ non utentes.Quod cum dicit:oſtendit liberos non debere ĩplicari. quando quidem liberari ſuadeat ĩpeditos. Si ergo iã forſitan alligatus es uxori:noli q̃rere ſolutionem. Quod ſi adhuc liber es ab uxore:noli q̃rere ĩplicationẽ.Non enĩ apoſtolus ꝓpter cõiugii condẽnationẽ hoc dicit: quandoquidem huius fœderis religionẽ magno xp̃i & eccleſiæ ſacr̃o cõparat:ſed ꝓpter iſtãtẽ neceſſitatẽ bonũ eſſe aſſerens hominẽ ſic eſſe quẽadmodũ ipſe erat. Volo ĩquit uos ſine ſollicitudie eſſe:hoc eſt ut nihil p̃ter deum & ſaluteꝫ nr̃am cogitemus.Nam uxor & filii q̃q̃ & ipſa dimittimus:nobis pignora data ſũt. Vnde idem apoſtolus ait.Quia tribulationẽ carnis habebũt:qa neceſſitudis nr̃æ carnes q̃to cariores nobis ſũt:tãto magis nos diſcrutiant & fatigant.Nam uxore accepta primũ optanꝫ filii.& ſi non ſuſcipiunꝫ:ſterilitas lugeꝫ.ſi ſuſcipiunꝫ:orbitas timeꝫ.Ac ꝓinde nunq̃ in carnalibus affectionibus ita requieſcit animus:ut cruciatu careat:dum neceſſitudines ſuas aut bonas amat cũ amittendi metu:aut malas odit cũ amittẽdi uoto. In utroq; miſeriis ſuſtinendis ſemper obnoxius.Miſer ẽ enĩ q uxorem bonã perdit: miſerior qui malã poſſidet. Inter hæc duo accidentia ſatis fœlicior ẽ:q utrũq; non nouit.Similiter & de filiis.ſæpiſſime enĩ ſũt miſerrimi parentes:uel qui amabiles habent:quibus orbanꝫ:uel qui tales habent:ut nõ habentibus iuidere cogantur: audi ergo fili mi & iclina aurẽ tuã mihi:& dirũpe oĩa uicula tua quæcũq; ĩ hoc ſæculo te ĩplicatum tenent. Commuta ĩ melius militiã:ut æterno regi icipias militare.Et nũc ut audio qui adiutor & rutator es ciuiũ: fias comes xp̃i.Deinde ĩ hac militia ſoletis ĩ uotis habere hanc officii ꝓmotionem:ut ꝓtectores efficiamini.Si aũt deo te ꝓbaueris:ip̃m deũ icipies habere protectorẽ. Vide ad qualẽ militiã te iuito collegã: ut qd̃ hoium eſſe optas:hoc tibi deus ſit.Quẽ ſi cœperis ſeq;:& ĩ eius comitiua icœpis militare:finis militiæ tuæ erit regnũ non terræ & temporis:ſed æternitatis & cæli.

Epiſtola beati hieronymi de teſtamento geruntii.monet quaſdam uirgines ꝺeo ꝺicatas a pr̃e geruntio

in teſtamento exhæredatas:quæ cum ſororibus in teſtamentaria cauſa ipſum arbitrum delegerant:ut repudiatam propter xp̃m patris hæreditatem non requirant.

Anĉti mei ſẽſus affectu uobis uaco:& ſi interī loco ſegregor.nã & uidere uos mihi uideor & audire:tam me occupatũ habet ueſtra dilectio.Quod ſi uos ī iuicẽ faciatis:tũ illud īpoſſibile per carnem poſſibile reddit ex ſpiritu.ut fiat duoꝝ hominum corpus unũ .Nam ut probem etiam ueſtra mecũ uigilare colloqa:accipite qd de hæreditate:qd ſuggeſſiſtis cogitãti altius uideat: quoniã me etiã ī carnalium arbitrũ p ſpiritalia delegiſtis.poſſẽ quidẽ dicere qs me cõſtituit iudicẽ aut diuiſorẽ inter uos:ſi non ad infideles ꝓceſſiſſet iſta ſnia.Iudæoꝝ enī īcredulitas hac domini reſponſione repcutitur: non ferit.Nam ipſi aliquãdo iudæi in ipſo moyſe uiſitationẽ illã domini nõ uidentes:qua ægyptiũ frīs liberator occiderat.ſeq̃ntiq; die fratrũ diſcordias rixaſq; uolens ſedare:auſi ſunt dicere:Quis te cõſtituit principẽ aut iudicẽ ſuper nos? Ac ꝓinde ſuo illis dominus ore reſpõdit:quo amplius confutarent:ſi proderent fallo ſe q̃rere:quẽ ſpreuiſſent:dicente ipſo:ſi credidiſſetis moyſi:credetis utiq; & mihi.Sed quoniam & ego ueſter ſum:& uos uere ſcio q̃ſtiſſe iudiciũ eius q ægyptium gaudenter occidit:& cũ aduerſario dũ in uia eſtis: mittatis cito cõfœderare concordiam:apud iudæos ſibi ſuã ſniam relinquemus ſuper ipſos:qui eam protulere uiuentẽ.Nos humilibus de domini lenitate dicemus:nobis datũ eſt ſcire myſterium. Ac proinde ut ad exordium diuerticuli reuertamur:hæreditatẽ illã uobis arbitror conténendã: nec aliqd a iudice ſæculi poſtulandũ.Quõ enī nobis illos licet adire.qui etiã ſuo iudicio neſciunt ueritatẽ? Quãdoquidẽ pilatus ex ipſorum curia ſic loquat ad dominũ.Quid eſt ueritas? Nempe hic iudex erat:& negocia cauſaſq; litigantium libripendæ iuſticiæ tanto ſtatuto iure ſoluebat.Et quid hic ualebat facere:ſi non nouerat ueritatẽ? Certe euãgeliſtæ adeo iuſtũ fuiſſe pilatũ cõmemorant:ut innocẽtẽ mallet abſoluere q̃ punire:& tamẽ ueritatẽ quaſi diſcere cupiat īquirit.Nam ueritatis ignoratio interrogationis eſt actio.Quid ergo dicemus? Inanes ſine dubio mortaliũ curas:& uniformẽ mundialiũ rerũ prodidit falſitatẽ.Ibiq; iudicia uera non eſſẽ:ubi ſint mentita negocia:ſeq; ī rebus carentibus ueritate:carere uero iudicio iudicat.Quid enī quaſi nr̃m apud illa tribunalia repetemus.ſi reſcribente apoſtolo nihil ītulimus in hũc mundum.uerũ nec auferre quid poſſumus? Si enī nihil ītulimus in hũc mundũ ueniẽdo:& nihil auferre poterimus abeundo:falſo aliquid noſtrũ hic eſſe dicimus:ubi nobis totus pene mũdus alienus ẽ.De quo nobis quid iudex ſæculi tribuere poterit.ſi nihil natura donauit? Quid pilatus ueritatis īterrogator potius q̃ ꝓlator? Quid inq̃ niſi barabã? Qué iõ iudæi deo cæli p̃ferũt:quia ad iudicẽ ſæculi cõuolarũt.In quo utiq; p̃fidus populus nõ reũ ſed reatũ accepit.Sed hæc de iudicio ſint dicta nõ de negocio.Cæterũ quod ad cauſã pertinet:non ſolũ moneo: ſed obteſtor: ut ſi geruntiũ pro xp̃o offendiſtis:in ea offenſione duretis.Qui enī p̃ſeuerauerit uſq; in finẽ:hic ſaluus erit.Nam ſi cauſa offenſionis eſt xp̃s: amplexandũ eſt īpii p̃ris elogiũ:non dolendũ. Ne recedamus a xp̃o: cui nõ illa exhæredatio recõmendat:ſicut ſcriptũ eſt.Beati eſtis cũ p̃ſecuti uos fuerint:& maledixerint nomini ueſtro ut neq̃ ꝓpter filium hominis.gaudete ī illa die & exultate:ecce merces uŕa multa ẽ ī cælo. Hanc mercedẽ offẽſio illa ꝓuidit:cuius pœnitet ueritatis.Quod ſi uocatæ ad dominũ in imagine leuitarũ ſpiritalibus gladiis corporeos occidiſtis affectus.quẽ p̃fem deſideratis? Vnus eſt enī p̃r noſter qui in cælis eſt:ac ꝓinde domius hæreditas nŕa.In xp̃o enī poſſidendũ eſt qd cũ xp̃o eſt poſſidendũ.Ne reuertamini ad mortuũ:qui ſequimini uiuentẽ: mortui inquit ſepeliãt mortuos ſuos.Ac ſi iampridẽ dixiſtis.pater non nouimus te. ut teſtamẽtũ domini ſeruaretis. quid adhuc repudiati patris quæritis teſtamentũ? Hic ẽ ille gladius:qui a domino per terras:p̃fem a filio ſeparaturus:īmiſſus eſt.Hoc eſt uere circũcidere naturã:qd iudæi forma nõ ueritate cuſtodiunt:& circũcidere cultro petrino.Petra aũt erat xp̃s.Is utiq; qui dixit:Si qs amauerit p̃fem aut mr̃em ſuper me non eſt me dignus.Hoc uos gladio utentes illos imitare leuitas ab anteriore hoſe ꝓfectoris noſtri caſtra currentes:obuios affectus pro domini amore iugulate:& iuxta legiſlatoris īperiũ ptrãſeunte primum uirtutũ exercete cũ reditu:uidelicet ut præterita tranſeuntes:nec ſæculi mirabilibus īhærentes:ubi primũ ad eũ qui nos miſit in mũdũ cũ fœmorali gladio redeamus:reſiſtentes nobis:remoranteſq; nos ꝓpiquum: ꝓximum :fratremq;:ne per hos elongeẽ noſtra peregrinatio perimamus:& hæc a porta faciamus ad portã: ideſt ne cũ in porta oculi fr̃em fuero pſecutus:portã fortaſſe auris obſideat:& per aliam portam p̃termiſſus occurrat.Hæ ſi quidem ſunt portæ animæ noſtræ:per quas ad illam ſæculi blandimenta deſcendunt:& per quas ſenſus carnis introeũt:per quas niſi late ſtrage facta uiam uirtutibus quadam īpietate fecerimus:nunq̃ ad regem ueræ pietatis peruenire poterimus.Quod ubi pro noſtra deuotione fueritis utiliter executæ ſtatim uobis ab ipſo moyſe talis facti laudatore dicetur:īpleſtis hodie manus domino.Hoc eſt ſæculũ:qui uobis cõditione carnalis ſubſtantiæ ꝓpinquus eſt:& ꝓximos occidẽtes actus uŕos:qui máus ſũt:īpleſtis domino: cum illis præter q̃ dominus imperat non annuiſtis.Sic abraham domino dexteram ſuam dum parricidium facere non recuſat:impleuit.qui filii ſui:dum illam deo armat.oblitus eſt.& in præcepti reſpiciens maieſtatem:atrocitatẽ operationis non dignatus eſt retractare.Implentur namq; manus domino:cum domini occupanẽ imperiis:cum domini tradite uoluntati:non hominis incipiunt eſſe:ſed dei.quando non affectui carnis obtemperant:ſed diuinæ ſeruiunt iuſſioni.Sic iudith ob libertatem ciuium uel:ſalutem:ſe ſub ſpecie fornicationis īpleuit deo:& īermis armatum:& uirum mulier occidit.Sic uos domio plenæ carnis affectibus triũphatis:nõ queratis refugam:qui a uobis etiam ſi recurreret:foret occidendus.Remittite palliũ tunicã detrahenti.Pecunia eoꝝ cũ ipſis ſit in interitũ:qui xp̃o pecuniã p̃tulerũt.Exeuntes ſemel de ſodoma cuncta relinquamus incẽdiis.Videt loth uxoris exẽplũ irã domini:quæ in irã quia reſpexit:incurrit.Nolu it uobiſcũ gerũtius in cæleſtibus habere partem.cur uos partem ex cenſu eius deſideratis in terris? Quod ſi ille uŕa glorioſa tãtope contẽpſit.cur nõ uos illius inhonora contẽnitis? Ferte oro uos patienter fidei notas

ſtigmata xp̃iana eccleſiæ pauptatẽ.Ferte inq̃ ipudicoꝝ elogia uirginitatis hæredes.Viſitatas uos eẽ cogno
ſcite:& tanta uiſitatione clarificatas:ne pte cũ ifidelibus habeatis.Mundus iſte uos cũ uro domio nõ agno
uit:ſi de ſæculo eſſetis:ſæculũ uos amaret.Reges ſæculi a filiis ſuis tributa nõ poſcũt.In domibus regũ ſũt:
qui mollibus ueſtiunt.Zebedeus iacobũ & ioannem non ſequit.Sinite geruntiũ in nauicula remanere cũ
retibus:dũmodo cũ apoſtolis:xp̃i iaceatis in pectore.Ve diuitibus:quoniam receperunt cõſolationem ſuã.
Vobis aũt filiæ in futuro conſolatio ura debet:uobis exhæredatio illa futuræ hæreditatis in cæleſtibus ſe-
cit augmentũ.uobis ſua mundus ipſe ſubduxit:ubi uos non ſuas eſſe cognouit.ĩmo diris diues ardoribus
lazaro in ſinu p̃ris abrahæ recũbẽte torquet.Et quid miꝝ ſi pauperculus & peregrinus ĩ terra qdẽ aliẽa ſe-
pulchrũ emit abrahã a filiis heth?O ueritas.nequeo enĩ tẽperare quĩ exclamẽ.O altitudo ſapiæ & ſciæ dei.
Sepulchrũ ſibi patriarcha peregrinus emit.Quid eſt ſepulchrũ? Locus eſt quietis:ubi iuxta mundi rationẽ
defunctorũ corpora collocant.uera ergo intelligentia locũ ſibi requietionis pater abrahã fide ſua & contẽ-
ptu pecuniæ cõparauit.Iſtud ſibi ſepulchrũ & paulinus noſter nuper ipſe diuitiis cũ ſua matrefamilias cõpa
rauit:qui a conuerſatione ſæculi morientes:a mundialibus opibus iam quieſcunt:dicente apoſtolo. Mortui
enim eſtis:& uita ueſtra abſcondita eſt cum xp̃o in deo.Et iterum.Si autem mortui ſumus cum xp̃o: credi
mus quia ſimul uiuemus cum ipſo.hoc eſt illud duplex ſepulchrum:exterioris hominis & interioris quies
una.Nam ſi homo ex duabus ſubſtantiis conſtat:merito & ſepulchꝝ duplex habere debebit: ut cum alter-
utra ſubſtantia ĩ ſuam naturam diſſociata remeauerit:requies utriq̃ non deſit:quoniã cũ ex corpore & ani
ma homo ſit: tamen nec aĩa ſine corpore homo dici põt:nec corpus ſine aĩa homo eſt:cũ tamen aĩa & cor-
pus ſit homo.Sed ubi hoc nomen qd̃ ex duobus noĩbus ſuis ꝓprie tertiũ duorũ cõmixtione pficit: eorum
diſſidio fuerit uacuatũ:ſua ſingulis loca ad requiẽ recẽſent:quoniam utrũq̃ uiuit:& moritur utrũq̃. Nam
ſicut p̃ter hãc uitam alia uita eſt beatoꝝ:ita p̃ter hanc mortem mors eſt alia impioꝝ.Sed inter hanc uitam
& mortẽ atq̃ illã uitam & mortem intereſt hoc:q̃ iſtæ naturæ ſunt:illæ ſunt meritoꝝ:atq̃ ita duplex ſepul
chꝝ naturæ debet & meritis.Hoc ſepulchꝝ ſibi duplex patrefamilias iſti de quibus locuti ſumus prouide
rũt:qui ſenatũ:honores:diuitias:relinquendo mortui illis uidebant:quibus nati eſſe uident etiam dũ uiuũt
mortui.Ecce unũ ſepulchꝝ:in quo conuerſatio ueteris hoĩs:cũ crepũdiis ſuæ nobilitatis abſconditus.Illud
erit aliud:cũ ip̃m corpus quod naturæ lege caducũ ẽ:diſſolutũ reuertet ĩ terram:de qua ſcriptũ eſt.terra es:
& in terram ibis.anima tamen in refrigerio requieſcente.Nam qui duplex ſibi ſepulchrũ uoluerit compara-
re: habebit forſitan iuxta conditionẽ naturæ:ubi corpus mortale cõdat:quando habebit iuxta meriti legẽ
ubi anima requieſcat.Quod quidem ita cõſtitutũ eſt:ut mors iſta:quæ per diſſolutiõem aĩæ generat & cor
poris:media ſit:& duarũ uitarũ.Bis enĩ hominem neceſſe eſt mori:& bis ei uita debet.Nã & beatus paulus
duas breuiter uitas deſignauit:dicendo.Pietas autem ad omnia ualet permiſſionẽ habens uitæ.Et eius quæ
nunc eſt & futuræ.Et beatus ioannes in apocalypſi duas mortes oſtendit dicendo.In eos mors ſecunda non
habet poteſtatem.Secundam enĩ dixit:quia eſt & p̃ria.ſed illud nobis magna ratione tractandũ: & diligenti
circũſpectione prouidendum eſt:an ante iſtam mortẽ:quæ ſeparatiõe ut dixi aĩæ corporiſq̃ generatur: mo-
ri ſæculo huic anathematizatis:ſi poteſt dici oĩbus eius uoluptatibus:quæ nobis extra lineã uitalis ſubſtan
tiæ mundi copiis ſuggerũt malimus:an poſt naturalem interitũ:qui animam corpuſq̃ diſcernit.unde & ĩ-
teritus dicit:q̃ iter ipſa eat:ac medium ſe inter duas ſubſtantias quæ hominẽ ſui cõiugatione faciebãt: terti
um illũ gradũ perfectæ ſubſtantiæ ſublaturus ĩmergat.quoniam qui hic mortuus fuerit:mundi uoluptati-
bus non utendo:& corporis ſtimulos obterẽdo cõſepultus eſſe uidet cũ chriſto:& ſi conſepultus utiq̃ in ſe
pulchro: ſine quo eẽ nõ poteſt ſepultura .Huic & mors alia cõmunis illa debet:quæ animam a uinculis cor
poris ſoluit & liberat:cui corporis æque ſuũ ſepulchrũ & ſua ſepultura debet..His duabus mortibus poſt
geminũ ſepulchrũ beata illa & ꝓpetua uita ſuccedit.Cæterũ qui totũ mundum hic lucrifecerit ambiendo:
rapiẽdo: quoniã hic facta carnis mortificare cõtẽpſit poſt iſtã naturalẽ mortẽ:quã trãſire nõ poſſumus:dici
tur merito uno & ſimplici ſepulchro eſſe cõditus:uel potius eſſe cõmendatus:& ſecũdam mortem miſer ĩ-
currit:quæ plena eſt & dolorũ æternitate & lachrymarũ ꝓpetuitate.Hæc ſũt itaq̃ duo ſepulchra: quæ ſibi
& paulinus uir ſingularis ad imaginem patriarchæ ſollicitiſſimus requiſiuit.unũ ubi & ueterem hominem
cũ actibus ſuis ſpoliatus occuleret:& licet necdũ corpus depoſuiſſet:carnalia non haberet ĩ carne.aliud ubi
corpore ipſo cũ uenerit dominus confringere terram eius:expoſito aĩam collocet ĩ quiete:ut fidei tũc pater
ille hæc filiis:cõtẽptu ut diximus pecuniæ cõparauit:in quo diues cũ paupere non potuit recubare.Huc oẽs
peregrinos mundi:huc egentes:huc etiam exheredatos ꝑ xp̃o ſæcularibus recipiet teſtamentis, ideoq̃ nec
ueſtigiũ habuit in hac terra:quoniã nemo q eum ſequeret inuẽtus eſt. At nunc uos filiæ confidite:quæ ex
eo ueſtigiũ abrahæ ueſtis:exquo de terra non eſſe cœpiſtis.Obſequiũ uolũtati patris ueſtri:cuius corrupte
læ obſecutæ nõ eſtis:qui uobis a filiis heth ſepulchrũ emit.Quod ſibi & cæteris ſuis uoluit cõparare: apud
quos utiq̃ mortuæ eſtis:quãdo cũ eis id quod uiui in mundo poſſederit non tenetis.Gratiaſq̃ illi ſemp agi
te:qui uos hoc fecit ueſtigiũ non habere:ut ibi cũ lazaro ſinũ abrahæ haberetis. Poſſideat ergo ille pecuni
am:uos ſepulchrũ.ille imagines eſcarũ:uos requiem prophetarum.

Vide ad hanc materiam ptinentẽ aliã epiſtolã ad iulianũ de pignoribus.In qua illũ de amiſſis liberis cõ-
ſolat ad cõtẽptum mũdi:& xp̃i militiam cohortat:quæ habet prima iter funebres epiſtolas.

Vita Pauli primi heremitæ præcipue heremi cultoris,a beato hieronymo conſcripta.

NTer multos ſæpe tractatũ ẽ:a quo potiſſimũ monachorũ heręus habitari cœpta ſit.Quidã.n.al
tius repetẽtes:a btõ helia & ioãne ſũpſere pricipiũ.Quoꝝ & helias plus nobis uidet fuiſſe q̃ mo
nachus:& ioãnes ãte ꝓphetare cœpiſſe q̃ natus ẽ.ad quã opinionẽ uulgus oẽ cõſẽtit. Alii aſſerũt

antoniu⁹ huius ꝓpoſiti fuiſſe caput:qđ ex parte uerū é.Non enī tam ipſe ante omnes fuit:qui ab eo omnī
um incitata ſunt ſtudia.Amatus uero & Maccharius diſcipuli Antonii:quoꝝ ſuperior magiſtri corpus ſepe
liuit:etiam nūc affirmant Paulum quēdam Thebeum principem iſtius rei fuiſſe:qđ nō tam nomine q̄ opi
nione nos quoq; cōprobamus.Nonnulli & hæc & alia ꝓut uoluntas tulit iactitant:ſubterraneo ſpecu cri
nitū calcaneo tenus hominem fuiſſe:& multa quæ ꝓſequi ocioſū ē:ĩcredibilia fingentes. Quorum qa ĩpu
dens mendacium fuit:nec refellenda qdem ſententia uideť.Igiť quia de Antonio tam græco q̄ romano ſti
lo diligenter traditū eſt:pauca de Pauli pricipio & fine ſcribere diſpoſui:magis quia res omiſſa erat:q̄ fretus
ingenio.Quomodo autem in media ætate uixerit:& quas a ſathana pertulerit inſidias:nulli hominum cō
pertū habeť.Sub Decio & Valeriano ꝓſecutoribus quo tempore Cornelius romæ & Cyprianus Carthagie
fœlici cruore damnati ſunt:multas apud ægyptum & thebaidā eccleſias tēpeſtas ſæua populata eſt. Votū
tunc xp̄ianis erat ꝓ xp̄i nomine gladio ꝓcuti. Verū hoſtis callidus tarda ad mortem ſupplicia cōquirēs:ani
mas cupiebat iugulare non corpora:& ut ipſe qui ab eo paſſus eſt Cyprianus ait uolentibus mori:non pmit
tebať occidi.cuius ut crudelitas notior fiat:duo memoriæ cauſa exempla ſubiecimus.Perſeueranté igiť ĩ fi
de martyrem:& inter eculeos laminaſq; uictorem iuſſit melle pungi:& ſub ardentiſſimo ſole ligatis mani
bus poſt tergum reſupinari:ſcilicet ut muſcarū aculeis cederet:q ignitas ſartagines antea ſupaſſet.Aliū ĩ iu
uenili ætate florentem in amœniſſimos hortulos ꝓcepit abduci.Ibiq; iter lilia cādētia & rubentes roſas: cū
leui iuxta murmure aquarum ſerpet riuus:& molli ſibillo arborum folia uentus cōſtringeret: ſupextructū
plumis lectum reſupinari:& ne ſe idem poſſet excutere:blandis ſertorum nexibus irretitum relinqui.Quo
cum recedentibus cunctis:ad eum meretrix ſpecioſa ueniſſet:cœpit delicatis cōſtrīgere colla cōplexibus: &
quod dictu quoq; ſcelus eſt:manibus attrectare uirilia:ut corpore in libidinem concitato:ſe uictrix ĩpudica
ſupiaceret.Quid ageret miles xp̄i:& quo ſe uerteret:neſciebat.qué tormenta non uicerant ſuperabat uolu
ptas.Tādé cælitus iſpiratus ꝓciſam linguā morſu oſculātis ſe faciem expuit:ac ſic libidinis ſenſum ſuccidēs:
doloris magnitudo occupauit.Per idem ergo tempus quo talia gerebanť apud inferiorem thebaidam cū ſo
rore iam uiro tradita:poſt mortem amborū parentū ĩ hæreditate locupleti paulus relictus eſt annorū circi
ter.xvi.lr̄is tam græcis:q̄ ægyptiacis appprime eruditus:manſueti animi:deū ualde amans.Et dū ꝓſecutiōis
procella detonaret:in uillam remotiorem & ſecretiorem ſeceſſit. Verū qd non mortalia pectora cogit auri
ſacra fames?Sororis maritus cœpit prodere uelle:qué cælare debuerat.non illum ſororis lachrymæ:nō cō
munio ſanguis:non ſpectans cūcta ex alto deus ab ſcelere reuocauit.Ad hæc inſtabat crudelitas:quæ pieta
tem uidebať imitari.quod ubi prudentiſſimus adoleſcens intellexit.ad montium deſerta cōfugiens dum fi
nem perſecutionis ꝓſtolareť neceſſitatem ĩ uoluntatem conuertit:ac paulatim ꝓgrediés:rurſuſq; ſubſiſtés:
atq; hoc idem ſæpius faciens:tandem repperit ſaxoſum montem.ad cuius radices haud procul erat grandis
ſpelūca:q̄ lapide claudebať:quo réoto ut é cupiditas hominū occulta cognoſcere:auidius exploras aſſaduer
tit itus grande ueſtibulū:qđ apto deſup cælo patulis diffuſa ramis uetus palma cōtexerat: fonté lucidiſſi
mum oſtendens:cuius riuū tantummodo foris erūpentem ſtatim modico foramine eadem quæ aquas ge
nuerat: terra ſorbebat.Erāt præterea per exeſum montem:haud pauca habitacula:in quibus erāt ſcabræ iā
incudes & mallei:qbus pecuniæ oli ſignatæ uiſebanť.Hunc locū ægyptiorū litteræ ferūt furtiuæ monetæ
officinā fuiſſe ea tempeſtate qua Cleopatræ Antonius iunctus é.Igiť adamato:quaſi quod a deo ſibi offerre
tur:habitaculo omnem ibidem in orationibus & ſolitudine duxit ætatem.Cibū & ueſtimentum ei palma
ꝓbebat:quod ne cui ĩpoſſibile uideať.Ieſum teſtor & ſanctos angelos eius in ea heremi parte quæ iuxta ſyri
am ſaracenis iūgiť uidiſſe me monachos:de quibus unus triginta per annos clauſus hordeaceo pane & lutu
lenta aqua uixit.Alter in ciſterna ueteri quā gentili ſermone ſyri cubam uocant:quinq; caricis per ſingulos
dies ſuſtentabať.Hæc igiť ĩcredibilia eſſe uidebunť iis:qui non crediderint:quia omnia poſſibilia ſunt cre
dentibus.Sed ut ad id redeam:unde digreſſus ſum:cum iam centum tredecim annos beatus Paulus uitā cæ
leſtem ageret ĩ terris:& nonagenarius in alia ſolitudine Antonius moraretť:ut ipſe aſſerere ſolebat:hæc ĩ mé
tem eius cogitatio ĩcidit:nullū ultra ſe ꝓfectum monachum in heremo confediſſe. At illi per noctem q̄eſcé
ti reuelatū eſt eſſe alium ulterius multo ſe meliorem:ad quem uiſcendum deberet ꝓficiſci.Illico erūpente lu
ce uenerabilis ſenex infirmos artus baculo regente ſuſtentans:cœpit ire uelle:quo neſciebat. Et iam media
dies coquente iam ſole deſuper feruebat:nec tamen accepto itinere abducebať dicens. Credo ĩ deum meū:
q; ſeruū qué mihi promiſit:oſtendet.Nec plura his cōſpicit hominem equo mixtum: cui opinio poetarum
cētauro uocabulū indidit.Quo uiſo ſalutaris ĩpreſſione ſigni armat frontem. & heus tu inquit. Quanā in
parte hic ſeruus dei habitat? At ille barbarum neſcio quid frēdens:& frangens potius uerba q̄ proloquēs:in
ter horrētia ore ſenis blandum quæſiuit eloquiū:& cum dexteræ protenſione manus cupitū indicat iter:&
ſic patentes campos uolucri tranſmittens fuga:ex oculis mirantis euanuit. Verum hæc utrum diabolus ad
terrendum eū ſimulauerit:an ut ſolet heremus monſtruoſoꝝ animaliū ferax iſtam quoq; gignat beſtiam:
ĩcertum hēmus.Stupens itaq; Antonius: & de eo quod uiderat ſecum reuoluens:ulterius ꝓgrediť: nec mo
ra iter ſaxoſam cōuallē non grādem homūculū uidet:adūcis naribus:fronte cornibus aſpata:cuius extrema
pars corporis ĩ capraꝝ pedes deſinebat.Et hoc antonius ſpectaculo ſcutū fidei & loricam ſpei bonus ꝓlia
tor arripuit.Nihilominus memoratū animal palmarū fructus eidē ad uiaticum quaſi pacis obſides ferebat.
Quo cognito greſſū ꝓſſit antonius:& quiſnam eſſet interrogans:hoc ab eo reſponſū accepit. Mortalis ego
ſum:& unus ex accolis heremi:quos uario deluſa errore gentilitas faunos ſatyroſq; & ĩcubos uocans colit.
legatione fungor gregis mei p̄camur ut ꝓ nobis cōmunē deū depceris:qué ꝓ ſalute mundi olī ueniſſe co
gnouimus:& in uniuerſam terram exiit ſonus eius. Talia eo loquēte lōgæuus uiator ubertim facié lachry-

mis rigabat.quas magnitudine lætitiæ indices effuderat.Gaudebat quippe de xp̃i gloria.& de ĩteritu fatha
næ.ſimulq; admirans.q; eius poſſet ĩtelligere ſermonẽ.& baculo humũ ꝓcutiens aiebat. Ve tibi alexandria.
quæ pro deo portenta ueneraris. Ve tibi ciuitas meretrix.ĩ qua totius orbis dæmonia cõfluxere. Quid nũc
dictura es.Beſtiæ xp̃m loquunt.& tu ꝑ deo portenta ueneraris.Necdum uerba cõpleuerat.& quaſi penni-
gero uolatu petulcum animal aufugit.Hoc ne cuiq̃ ob incredulitatem ſcrupulũ moueat.ſub rege conſtanti
no uniuerſo mundo teſte defendit.Nam alexandriam iſtiuſmodi homo uiuus ꝓductus magnũ populo ſpe-
taculũ p̃buit.& poſtea cadauer exanime ne calore æſtatis diſſiparet.ſale infuſum antiochiam ut ab ĩperato
re uideret allatũ eſt.Sed ut propoſitũ ſequar antonius cepta regione ꝓgebat.ferarũ tantum ueſtigia intuens
& heremi latã uaſtitatẽ.Quid ageret.quo uerteret gradũ neſciebat.iam altera effluxerat dies. reſtabat unũ
ut deſeri ſe a xp̃o non poſſe conſideret.Pernox ſecundas in oratiõe exegit tenebras.& dubia adhuc luce ꝑ-
cul intuet lupam ſitis ardoribus anhelantem ad radicem montis irrumpere. quam ſecutus oculis & iuxta
ſpelunca cũ fera abiiſſet accedens ĩtro cœpit aſpicere nihil curioſitate proficiente tenebris arcẽtibus uiſum.
Verum ut ſcriptura ait ꝓfecta dilectio foras mittit timorẽ.ſuſpenſo gradu & anhelitu tẽperato callidus ex-
plorator ingreſſus:ac paulatĩ ꝓgrediens ſæpiuſq; ſubſiſtens ſonum aure captabat.Tandem per cæcæ noctis
horrorẽ ꝑcul lumen intuitus.dum auidius ꝓperat offenſo pede lapidem in ſtrepitu cõcitauit:poſt cuius ſo
nitũ beatus paulus oſtiũ quod patebat occludens ſera obfirmauit.Tunc uero antonius proforibus corrues
uſq; ad ſextam & eo amplius horã aditũ p̃cabat.dicens.Qui ſim unde cur ueneri noſti.Scio me non mereri
cõſpectũ tuũ uidere tamẽ niſi uidero nõ recedam.Qui beſtias recipis.hominẽ cur repellis?Quæſiui & iue-
ni.pulſo ut aperiat.quod ſi nõ ipetro.hic moriar ante poſtes tuos:certe ſepelies meũ cadauer.
Talia perſtabat memorans:fixuſq; manebat.
Ad quem reſponſum paucis ita reddidit heros.
Nemo ſic petit ut mineꝫ.nemo cũ lachrymis iniuriam uel calũniam facit.& minaris ſi non recipiam:cũ mo
riturus aduenerís ſepeliã te.Sic arridens paulus patefecit ingreſſum.Quo apto dũ ĩ mutuos miſcẽt ample-
xus:propriis ſe ſalutauere nominibus gratiæ domino in commune referunt.Et poſt ſecundum oſculũ reſi-
dens paulus cum antonio ita exorſus eſt.En quẽ tãto labore q̃ſiſti putridis ſenectute mẽbris operit inculta
canicies.en uides hominem puluerem mox futurum.uerũ qa charitas oĩa ſuſtinet.narra mihi q̃ſo quomo-
do ſe hẽat humanũ genus.an in antiquis urbibus noua tecta cõſurgãt.quo mundus regaꝫ imperio.an ſuper
ſint aliqui.qui dæmonũ errore rapiant.Inter has ſermocinationes conſpiciunt alitem coruum in ramo ar
boris coſediſſe.q; inde leuiter ſubuolabat:& integrũ panem ante ora mirantium depoſuit.Poſt cuius abſceſ
ſum.eia inquit paulus.dominus nobis prandium miſit.uere pius.uere miſericors .Sexaginta iam anni ſunt
quo accipio dimidii ſemper panis fragmentum.uerum ad aduentum tuum militibus ſuis duplicauit anno-
nam.Igit domio gratiarũ actione celebrata.ſuper uitrei marginem fontis uterq; cõſedit.Hic uero q; ſran-
geret panem oborta cõtentio pene diem duxit ad ueſperũ.Paulus more cogebat hoſpitii.antonius iure re-
fellebat ætatis.Tandem conſilium fuit ĩter illos.ut apphenſo pane e regione:dum ad ſe q; ſq; nitiꝫ pars ſua
remaneret in manibus.Dehinc paululum aquæ cõcauis manibus ꝓno ore ĩ fonte libauerunt.& ĩmolantes
deo ſacrificium laudis.noctem tranſegere ĩ uigiliis.cũq; iã eſſet terræ redditus dies.beatus paulus ad antoni
um ſic locutus eſt.Olim te frater ĩ iſtis regionibus habitare ſciebam oli conſeruum meũ mihi promiſerat
deus.Sed quia dormitionis tempus aduenit.& qꝺ ſemper cupiebã diſſolui.& eſſe cum xp̃o.pacto curſu ſup
eſt mihi corõa iuſticiæ:tu miſſus es a domio.qui humo corpuſculũ meum tegas.ĩmo terræ terram reddas.
His antonius auditis flens & gemens ne ſe deſereret.atq; ut comitẽ talis itineris accipet.p̃cabat.Et ille non
debes inquit q̃rere.quæ tua ſunt.ſed quæ aliena.Expedit tibi ſarcina carnis abiecta agnũ ſequi. Sed & cæte
ris expedit fratribus:ut tuo adhuc iſtruant exẽplo.Quã ob rẽ q̃ſo ꝓge.niſi moleſtum eſt.& pallium qꝺ tibi
Athanaſius eps dedit:ad iuoluendũ corpus meũ defer.Hoc autem beatus paulus rogauit. non q; magnope
re curaret.utrũ tectũ putreſceret cadauer.aut nudum:quippe q; tanti temporis ſpacio cõtextis palmarũ fo-
liis ueſtiebat.ſed ut a ſe recedenti mœror ſuæ mortis leuaret.Stupefactus ergo antonius.q; de Athanaſio &
pallio eius audierat.quaſi xp̃m in paulo etiam uideret.& ĩ pectore eius deũ uenerans.ultra reſpondere nihil
auſus eſt.ſed cũ ſilentio lachrymans.oſculatis eius oculis.manibuſq; ad monaſterium qꝺ poſtea a ſaracenis
occupatum eſt.regrediebatur.Neq; uero greſſus ſeq̃bat aĩum.ſed q̃is corpus inane ieiuniis ſeniles anni fre
gerant.tamen animo uicebat ætatem.tandem fatigatus & anhelus ad habitaculũ ſuũ confecto itinere pue-
nit.Cui cũ duo diſcipuli q; longæuo uiatori miſtrare conſueuerant occurriſſent dicentes.ubi tandiu mora-
tus es pater.reſpondit ille & ait. Ve mihi peccatori.q; falſi monachi nomen fero. Vidi heliam uidi ioannem
ĩ deſerto.& uere uidi paulũ in paradiſo.& ſic ore cõpreſſo manu uerberans pectus.ex cellula pallium protu-
lit.Rogantibuſq; diſcipulis.ut plenius q̃dnam rei eſſet exponeret ait. Tempus tacendi.& tempus loquendi.
Tunc egreſſus foras & nihil quidem cibi ſumens.per uiam qua uenerat regreſſus eſt.illũ ſitiens.illum uide-
re deſiderans.illũ oculis ac mente amplectens. Timebat enĩ quod euenit:ne abſente ſe xp̃o debitũ ſanctus
ſpiritũ redderet.Cũq; iam dies alia illuxiſſet.& trium horaꝝ ſpacio uiam remeauiſſet.uidit ĩter angelorum
choros. inter ꝓphetarum & apoſtolorum populos niueo candore paulũ fulgẽtẽ ĩ ſublime aſcẽdere. & ſtati
in faciem ſuã ꝓcidẽs.ſabulũ capiti ſupiacebat plorans atq; eiulans.Cur me paule dimittis? Cur inſalutatus
abis? Tãta tarde notus :tã cito recedis.Referebat poſtea beatus antonius tanta ſe uelocitate qꝺ reliquũ erat
uiæ cucurriſſe:ut inſtar auis ꝓuolaſſet.Nec ĩmerito.Nam ĩtrogreſſus ſpeluncã uidit genibus cõplicatis ere
cta ceruice: extenſiſq; mãibus ĩ altũ:corpus exanime. Ac primũ & ipſe uiuere eũ credẽs pariter orabat. Poſt-
q̃ uero nulla ut ſolebat ſuſpiria p̃cantis audiuit.in flebile oſculũ ruens intellexit: q; etiam cadauer ſãcti do-

mini.cui omnia uiunt. officio gestus ꝑcabaꝫ.Igiꝫ obuoluto & ꝓlato foras corpore hymnos quoq; & psalmos de xp̃iana traditione decantans contristabaꝫ antonius.q; sarculū quo terrā foderet.non hr̃et:fluctuāsq; uario mentis æstu:& secū multa reputans dicebat.Si ad monasteriū reuertar.q̃triduanū iter est.si hic mane am.nihil ultra ꝓficiam.Moriar ergo.ut dignū est.& iuxta bellatorem tuū xp̃e ruens:extremū alitū fūdam. Talia eo animo uolente.ecce duo leones ex interioris heremi parte currentes:uolantibus quasi per colla iubis ferebanꝫ.Quibus aspectis exhorruit.rursusq; ad deū referens mentem q̃si columbas uideret. mansit intrepidus.Et illi quidem directo cursu ad cadauer beati senis substiterunt.adulantibusq; caudis circa eius pedes accubuere.fremitu ingenti rugientes:prorsus ut intelligeret eos plangere quomodo poterant. Deinde haud ꝓcul cœperūt humū pedibus scalpere arenāq; certatī egerentes unius hominis capacem locum fodere rūt.ac statim quasi mercedē ꝓ ope postulantes cū motu auriū ceruice reiecta ad antonium perrexerūt. manus eius pedesq; lingentes. At ille animaduertit benedictionem eos a se p̃cari.nec mora in laudatione christi effusus.q; muta quoq; aialia deū esse sentirent ait.Domie sine cuius nutu nec folium arboris defluit: nec unus passerū ad terram cadit:da illis sicut tu scis.& manu annuens ut abirent ꝓperauit.Cūq; illi recessissent. sanc̃i corporis onere seniles curuauit humeros:& depositio eo in fossam desuper humū congregans. tumulū ex more cōposuit.Postq̃ autē alia dies illuxit.nequid pius hæres ex intestati bonis non possideret: tunicā eius sibi uendicauit quā i sportarum modū de palmæ foliis contexerat.Ac sic ad monasterium reuersus. discipulis cūcta ex ordine replicauit.diebusq; solēnibus paschæ uel pentecoste semper pauli tunica uestitus ē. Libet in fine opusculi eos iterrogare.qui sua patrimonia ignorant.qui domos marmoribus uestiunt.q uno filo uillarū insuunt prædia.huic seni nudo quid unq̃ defuit? Vos gemma bibitis.ille concauis naturæ manibus satisfecit.Vos in tunicis aurꝫ texitis:ille nec uilissimum quidem idumentum habuit mācipii uestri.Sed econtrario illi pauperculo paradisus patet.uos auratos gehēna suscipiet.Ille uestē xp̃i licet nudus tamen seruauit:uos uestiti sericis indumentum xp̃i ꝓdidistis.Paulus uilissimo puluere cooptus iacet. resurrecturus ī gloriā:uos operosa saxis sepulchra ꝓmūt.cū uestris opibus arsuros.Parcite q̃so uos. parcite saltē diuitiis q̃s amatis.Cur & mortuos uestros auratis obuoluitis uestibus? Cur ambitio uestra inter luctus lachrymasq; nō cessat? An cadauera diuitū nisi ī serico putrescere nesciunt? Obsecro q̃cūq; hæc legis:ut Hieronymi peccatoris memineris.cui si dominus optionem daret.multo magis eligeret tunicam Pauli cū meritis eius. q̃ regū purpuram cum pœnis suis.

Vltimus tractatus epistolarꝫ btī Hieronymi.quæ ꝓtinēt ad diuersas materias. prout patet in principio uiuslibet epistolæ.

Epistola beati Hieronymi ad paulinum hortatoria ad conuersationem monasticā & studiū scripturarꝫ.

Onus hō de bono cordis thesauro profert ea:quæ bona sunt.& ex fructibus arbor cognoscitur. Metiris nos uirtutibus tuis.& paruos magnus extollis.ultimāq; partem cōuiuii occupas: ut patrissamilias iudicio ꝓueharis.Quid enī ī nobis aut quātulum est.ut doctæ uocis mereamur p̃coniū.ut illo ore quo religiosissimus princeps defendiꝫ humiles modicīq; laudemur? Noli igiꝫ ff̃ charissime annorꝫ æstimare nos numero:nec sapientiam canos reputes.sed canos sapientiam.salomōe testante.Cani hoīs prudētia eius.Nam & Moyses septuagīta ꝑsbyteros iubeꝫ eligere.quos ipse sciret esse ꝑsbyteros utiq; nō æuo.sed prudētia iudicādos.Et daniel adhuc puer longæuos iudicat atq; ipudicos.senes ætas lasciua cōdēnat.Noli ing̃ fidē pensare tēporibus.nec me iccirco melioré putes.q; prior ī xp̃i exercitu cœperī militare.Paulus apostolus ī uas electionis de ꝓsecutore mutatus.nouissimus in ordine:primus ī meritis ē. qa extremus.licet plus oībus laborauit.iudas qui quōdā audierat. Tu autē hō dux meus & notus meus ī domo dei ambulauimus cū consensu.,pditor amici magistri saluatoris arguiꝫ uoce.& nodū iformis lethi trabe nectit ab alta.Econtrario latro crucem mutat paradiso:& facit homicidii pœna martyriū. Quāti hodie diu uiuendo portant funera sua.& quasi sepulchra dealbata plena sunt ossibus mortuorꝫ? Subitus calor lōgū uicit teporé.deniq; & tu audita sententia saluatoris.Si uis ꝓfectus esse:uade & uende oīa quæ hēs: & da pauperibus.& ueni seq̃re me.uerba uertis ī opa.& nudā crucē nudus seq̃ns expeditior & leuior scādis schalā iacob.Tunicā mutas cū aīo:nec pleno marsupio glorioſas sordes appetis.sed puris manibus & cādido pectore pauperē te & spū & opibus gloriaris.Nihil ē enī grāde tristi & lurida facie uel simulare uel ostentare ieiunia.possessionū redditibus abūdare:& uile iactare palliolū.Crates ille thebanus homo quōdam ditissimus. cū ad philosophandū athenas pgeret:magnū auri pōdus abiecit.nec putauit se simul posse.& uirtutes & diuitias possideꝫ.Nos subsarcinati auro xp̃m pauperē seq̃mur:& sub ꝓtextu elemosynæ p̃stinis opibus icubātes.quō possumus aliena fideliter distribuere:q nr̃a timide reseruamus? plenus uēter facile de ieiuniis disputat.Non hierosolymis fuisse.sed hierosolymis bene uixisse laudādū ē.Illa expetēda est ciuitas.nō quæ occidit ꝓphetas.& xp̃i sāguinē fudit:sed quā flumis impetus lætificat.quæ ī monte sita.celari nō pōt.quā matrē sctōrū apostolus clamitat.In q̃ se municipatū cū iustis lætaꝫ hr̃e.Neq; uero hoc dicēs memetipsū incōstantiæ redarguo.dánoq; qđ facio.ut frustra uidear ad exēplū abrahā & meos & patriā reliqsse.sed nō audeo dei oīpotētiā āgusto fine cōcludere.& coartare ꝓuo terræ loco:quē nō capit cælū.Siguli quiq; credētiū nō loco rū diuersitatibus.sed fidei merito pōderāꝫ.& ueri adoratores neq; ī hierosolymis.neq; ī monte garizin adorāt p̃em:qa deus spūs ē.& adoratores eius ī spū & ueritate adorare nō oportet.Spūs aūt spirat ubi uult. Domini ē terra & plenitudo eius.Postq̃ siccato iudæ uellere uniuersus orbis cælesti rore ꝓfusus est.& multi de oriēte & occidēte ueniētes recubuerūt ī sinu abrahæ.desiit notus eē tātū ī iudæa deus.& ī israel magnū nomē eius.sed ī oēm terrā exiuit sonus apostolorꝫ.& ī fines orbis terræ uerba eorꝫ. Saluator ad discipulos loquēs.cū esset ī tēplo.Surgite inqt abeamus hinc.Et ad iudæos. Relinqueꝫ uobis domus ur̃a deserta. Si cæ-

lū & terra trāſibūt.utiq; trāſibūt oīa quæ terrena ſūt.& crucis igit'.& reſurrectionis loca ꝑſūt his:q portāt
crucē ſuā:& cū xp̄o reſurgūt quotidie.q dignos ſe tāto exhibēt hītaculo.Cæterū q dicūt.tēplū domini.tem
plū domini audiāt ab apoſtolo. Vos eſtis tēplū domini.& ſpūs ſanctus habitat in uobis.Et de hieroſolymis.
& de britānia æq̄liter patet aula cæleſtis.Regnū enī dei intra nos ē.Antonius:& cūcta ægypti.& meſopota-
miæ.ponti.cappadociæ.& armeniæ exaīa monachoꝝ non uidere hieroſolymam.& patet illis abſq; hac ur-
be paradiſi ianua.Btūs hilariō cū palæſtinus eēt.& ī palæſtina uiueret.uno tātū die uidit hieroſolymam. ut
nec cōtēnere loca ſancta ꝑpter uiciniā:nec rurſus dominū loco claudere uideret'.Ab adriani tēporibus uſq;
ad īperiū cōſtātini ꝑ annos circiter cētū octogīta:ī loco reſurrectionis ſimulacrū iouis:ī crucis rupe. ſtatua
ex marmore ueneris a gētibus poſita colebat'.æſtimantibus ꝑſecutionis auctoribus.q; tollerent nobis fidē
reſurrectiōis & crucis.ſi loca ſancta ꝑ idola polluiſſent.Bethleē nūc noſtram:& anguſtiſſimū orbis locū.de
quo pſalmiſta canit ueritas de terra orta eſt.lucus inumbrat bathamuco.ideſt adonidis.Et ī ſpecu.ubi quō-
dam xp̄s puulus uagiit.ueneris amaſius plāgebat'.Cur inqes hæc tā lōgo repetita proemio? Videlicet ne qc-
q̄ fidei tuæ deeſſe putes:qa hieroſolymā non uidiſti.nec nos iccirco meliores æſtimes:q; huius loci habita-
culo fruimur.ſed ſiue hic ſiue alibi æqualē te ꝑ opibus tuis apud dominū noſtrum hr̄e mercedem.Re uera
ut ſimpliciter motū mentis meæ fatear:conſiderans & ꝓpoſitū tuū:& ardorem quo ſæculo renunciaſti:dif-
ferētias ī locis arbitror.ſi urbibus & frequētia urbiū derelicta in agello habites:& xp̄m q̄ras ī ſolitudine:&
ores ſolus ī monte cum ieſu:ſanctorūq; tantū locoꝝ uicinitatibus ꝑfruaris.ideſt ut urbe careat: & ꝓpoſitū
monachi nō amittas.Quod loquor non de epīs:non de p̄ſbyteris.non de clericis loquor:quorū aliud offici
um eſt.ſed de monacho:& monacho quōdam apud ſæculū nobili:q iccirco p̄ciū poſſeſſionū ſuarum ad pe
des apoſtoloꝝ poſuit docens pecuniam eſſe calcandā:ut humiliter & ſecreto uictitans ſemꝑ cōtēnat qd' ſe-
mel cōtēpſit.Si crucis & reſurrectionis loca nō eſſent ī urbe celeberrima:ī qua curia.ī qua aula militū.ī qua
ſcorta mimi.ſcurræ.& oīa ſunt:quæ ſolent ī cæteris urbibus.uel ſi monachorū turbis ſolūmō frequētaret'.
expetendū re uera huiuſcemodi cūctis monachis eſſe habitaculū.nunc uero ſūmæ ſtultitiæ ē.renūciare ſæ
culo.dimittere patriā:urbes deſerere.monachū ꝓfiteri.& inter maiores populos pegre uiuere melius:q̄ eras
uicturus ī patria.De toto huc orbe cōcurrit'.Plena eſt ciuitas uniuerſi generis hominū.& tanta utriuſq; ſe-
xus cōſtipatio.ut qd' alibi ex pte fugiebas:hic totū ſuſtinet' cogaris.Quia igit' me frater ī terrogas:ꝑ quā uiā
īcedere debeas:reuelata tecū facie loquar.Si officiū uis exercere p̄ſbyterii.ſi ep̄atus te uel opus uel onus for
te delectat.uiue in urbibus & caſtellis.& alioꝝ ſaluté fac lucrū aīæ tuæ.Sin aūt cupis eſſe.qd' diceris mona-
chus.ideſt ſolus.qd facis ī urbibus.quæ utiq; non ſūt ſoloꝝ habitacula.ſed multoꝝ.Habet unū quodq; ꝓ-
poſitū prīcipes ſuos.Romāi duces imitent' Camillos.Fabritios:Regulos:Scipiones.Philoſophi ꝓponant ſi-
bi Pythagorā:Socratē:Platonē.Ariſtotelem.Poetæ æmulent' Homerū.Virgiliū.Menādrū:Terentiū.Hiſto-
rici Thucydidē.Saluſtiū:Herodotū.Liuiū.Oratores Lyſiā:Gracchos:Demoſthenē: Tulliū.Et ut ad noſtra
ueniamus epi & p̄ſbyteri hēant ad exēplū apoſtolos & apoſtolicos uiros:quoꝝ honorē poſſidentes hr̄e ni-
rant' & meritū.Nos aūt hēamus ꝓpoſiti nr̄i principes Paulū.& Antonium.Iulianū.Hilarionem. Macchari-
um.Et ut ad ſcripturarū auctoritatē redeā.nr̄ princeps Helias.noſter Heliſæus.nr̄i ducs filii ꝓphetarū.qui
habitabant ī agris & ſolitudine.& faciebāt ſibi tabernacula ꝓpe fluēta iordāis.De his ſunt & illi filii rechab.
q uinū & ſicerā nō bibebāt:qui morabant' ī tētoriis:q dei ꝑ hieremiā uoce laudant':& ꝓmittit' eis.q; nō de-
ficiat de ſtirpe eoꝝ uir ſtans corā domīo.Hoc reor & ſeptuageſimi pſalmi titulū ſignificare filioꝝ Ionadab.
& eoꝝ q primi ī captiuitatē ducti ſūt.Iſte ē Ionadab filius Rechab:q in regnoꝝ libro ſcribit' currū aſcēdiſ-
ſe cū Hieu.Et huius filii ſūt q in tabernaculo ſemper habitātes ad extremū ꝓpter irruptionē chaldaici exer
citus hieroſolymā ītrare cōpulſi.hanc primi captiuitatem ſuſtinuiſſe dicunt'.q; poſt ſolitudinis libertatem
urbe quaſi carcere ſunt recluſi.Obſecro itaq; te:ut quoniā ſanctæ ſororis tuæ ligatus es uiculo.& non peni
tus expedito ꝑgis gradu.ſiue hic:ſiue ibi multitudines hominū & officia & ſalutatiōes & cōuiuia ueluti q̄ſ-
dam cathēas fugias uoluptatū.Sit uilis & ueſptinus cibus holera & legumīa:ītērdūq; piſciculos ꝑ ſūmis du
cas delitiis.Qui xp̄m deſiderat:& illo pāe ueſcit'.nō quærit magnoꝑe de q̄prætioſis cibis ſtercus conficiat.
Quicqd poſt gulam non ſentit'.idē tibi ſit qd' panis & legumina.Habes aduerſum iouinianū libros de con
tēptu uentris & gutturis plenius differentes.Semper ī māu tua ſacra ſit lectio.Frequēter orādum:flexo cor-
pore mēs erigēda ad dominū.Crebræ uigiliæ:& uentre uacuo ſæpius dormiendum.Rumuſculos & glorio
las & palpantes adulatores quaſi hoſtes fuge.Pauperibus & fratribus refrigeria ſumptuū manu ꝓpria diſtri
bue.Rara eſt in hoſibus fides.Non credis uerum eſſe qd' dico? Cogita iudæ oculos:humilitatē ueſtiū timen
ti aīo non appetas.Sæculariū & maxime potētiū cōſortia deuita.Quid tibi neceſſe ē ea uidere crebrius.quo
rum contēptu monachus eſſe cœpiſti? Soror p̄cipue tua matronarū declinet colloqa:nec iter ſericas ueſtes
& gēmas circūſedētium fœminaꝝ ſe ſordidatā aut doleat aut miret'.qa alteꝝ ꝓpoſiti pœnitētia:alterum ia
ctantiæ ſeminarium eſt.Caue ne q̄ſi fidelis & famoſus tuoꝝ quondā diſpenſator alienam pecuniā diſtribuē
dā accipias.Intelligis qd loquar.Dedit enī tibi dominus ī omnibus intellectū.Habeto ſimplicitatē colūbæ.
ne cuiq̄ machineris dolos:& ſerpentis aſtutiā:ne aliorū ſuppláteris inſidiis.Non multū diſtat ī uitio: uel de-
cipe poſſe:uel decipi.Chriſtianum quem ſenſeris tibi aut ſemꝑ aut crebro de nūmis loquentē: excepta ele-
moſyna quæ indifferenter omnibus patet:iſtitorē potius habeto:q̄ monachum.Præter uictū & ueſtitum &
manifeſtas neceſſitates nihil cuiq̄ tribuas:ne filiorū panem canes comedāt.Verum xp̄i templum anima cre
dentis eſt.Illā exorna:illam ueſti:illi offer donaria.in illa chriſtū ſuſcipe.Quæ utilitas eſt parietes fulgere in
gemmis.& chriſtum in paupere fame mori? Iam nō ſūt tua quæ poſſides:ſed diſpenſatio tibi credita eſt.Me
mento ananiæ & ſaphiræ.Illi ſua timide ſeruauerunt:tu conſidera ne xp̄i ſubſtantiam imprudenter effūdas.

ideſt ne imoderato iudicio rem pauperum tribuas non pauperibus:& ſecundum dictum prudentiſſimi uiri liberalitate liberalitas pereat.Noli reſpicere ad phaleras & nomina uana catonum.Ego te inqt intus & i cute noui.Eſſe xp̃ianum grande eſt:non uideri.Et neſcio quomodo plus placent mundo:qui chriſto diſpli cent.Nec nunc ſus ut aiunt mineruam.ſed ingredientem pelagus amicus amicum monui:malens a te facul tatem meā q̃ri:q̃ uoluntatem:ut in quo ego lapſus ſum:tu firmo ꝓgeres gradu.Librū tuū quē ꝓ theodoſio principe prudenter ornateq; compoſitum tranſmiſiſti:libenter legi.& præcipue mihi in eo ſubdiuiſio placu it.Cūq; i primis partibus uicas alios.i penultimis teipſum ſupas.ſed & ipſum genus eloquii p̃ſſū eſt & niti dū.& cū tulliana luceat puritate:crebrū ē i ſententiis.latet enī ut ait qdam oſo:i qua tātum uerba laudant. Præterea magna eſt rerū conſequentia.& alterum pendet ex altero.quicqd aſſumpſeris uel finis ſuperioꝝ. uel initium ſequentium ē.Fœlix theodoſius:qui a tali xp̃i oratore defendit.Illuſtraſti purpuras eius:& utili tatem legum futuris ſæculis conſecraſti.Macte uirtute.q talia habes rudimenta.q̃lis exercitatus miles eris? O ſi mihi liceret iſtiuſmodi ingenium nō per aonios montes & helicones uertices ut poetæ canūt.ſed p ſyon & itabirium & ſinā & excelſa ducere ſcripturarū.Si contigeret doceri quæ didici.& quaſi p manus myſteria tradere ꝓphetarū:naſcereť nobis aliqd:quod docta græcia nō hꝫet.Audi ergo mi cōſerue.amice. germane. auſculta pauliſper quo i ſcripturis ſctis calle gradieris? Totū qd legimus i diuinis libris nitet quidem: & ful get etiam i cortice.ſed dulcius i medulla eſt.Qui edere uult nucleum.frangat nucem. Reuela inquit dauid oculos meos.& conſiderabo mirabilia de lege tua.Si tantus ꝓpheta tenebras ignorantiæ confitetur.q̃ nos putas paruulos & pene lactentes iſcientiæ nocte circūdari? Hoc autem uelamē non ſolum i facie moyſi: ſed & i euāgeliſtis & i apoſtolis poſitum eſt.Turbis Saluator i parabolis loquebat.& conteſtans myſticum eſſe quod dicebat.aiebat.Qui habet aures audiendi audiat.Niſi apta fuerint uniuerſa quæ ſcripta ſunt.ab eo q habet clauē dauid.qui apit & nemo claudit.claudit & nemo apit.nullo alio reſeráte pādent.Si haberes hoc fundamentum.imo ſi quaſi extrema manus in ope tuo ducereť.nihil pulchrius:nihil doctius.nihilq; latini us.tuis haberemus uoluminibus.Tertulianus creber eſt in ſententiis:ſed difficilis i loquēdo.Beatus cipria nus iſtar fontis puriſſimi dulcis icedit & placidus.& cum totus ſit in exercitatione uirtutum occupatus. p ſecutionū anguſtiis de ſcripturis diuinis nequaq̃ diſſeruit.Inclyto Victorinus martyrio coronatus. quod i telligit eloq nō poteſt.Lactantius quaſi quidam fluuius eloquētiæ tulliāæ utinā tā nīa affirmare potuiſſet. q̃ facile aliena deſtruxit.Arnobius iæq̃lis & nimius:& abſq; opis ſui ptitione confuſus.Sanctus hilarius gal licano cothurno attolliť.& cū græciæ floribus adorneť:longis iterdū piodis iuoluiť:& a lectione ſimplicio rum fratrū ꝓcul ē.Taceo de cæteris uel defunctis uel etiā adhuc uiuentibus:ſup q bus in utrāq; parte poſt nos alii iudicabunt.Ad teipſū ueniā ſymmiſten:ſodalem & amicum. meū inq̃ amicum ante q̃ notū. & ꝑca bor ne aſſentationem in neceſſitudine ſuſpiceris:quin potius uel errare me æſtimato.uel amore labi:q̃ ami cum adulatione decipere.Magnū hēs ingenium.& infinitam ſermonis ſupellectilem.& facile loqueris & pu re facilitaſq; ipſa & puritas mixta prudētiæ eſt.Capite quippe ſano oēs ſenſus uigent.Huic prudentiæ & elo quentiæ ſi accederet uel ſtudiū uel itelligētia ſcripturaꝝ.uideré te breui artem tenere noſtrorū:& aſcendē tē cum iacob tectum ſyō canere in domatibus. quod in cubilibus cognouiſſes.Accigere q̃ſo te accingere.ni hil ſine magno labore uita dedit mortalibus.nobilem te eccleſia habeat:ut prius ſenatus habuit. Præpara ti bi diuitias.quas quotidie eroges:& nunq̃ deficiant:dum uiget ætas:dum adhuc canis ſpargiť caput ante q̃ ſubeant morbi:triſtiſq; ſenectus & labor. & dire rapiat inclæmentia mortis.Nihil in te mediocre eſſe con tentus ſum:totum ſummum.totum perfectum deſidero.Sanctum uigilantium præſbyterum qua auidita te ſuſceperim melius eſt.ut ipſius uerbis q̃ meis diſcas lr̃is.q cur tam cito a nobis profectus ſit. & nos reliq̃ rit:non poſſum dicere ne lædere quēpiā uidear.tamen quaſi p̃tereūtē & feſtinantem paululū tenus.& guſtū ei noſtræ amiciciæ dedi:ut p eum diſcas qd in nobis non deſideres.Sanctam cōſeruam tuam & tecū domio militantem per te ſalutari uolo.

Epiſtola beati Hieronymi ad Ruſticū monachū de uita monaſtica.

Ihil chriſtiano fœlicius:cui ꝓmittiť regnū cælorꝝ.nihil laborioſius:qui quotidie de uita periclitať nihil fortius.qui uincit diabolum.nihil imbecillius:qui a carne ſuperaťur. Vtriuſq; rei exẽpla ſunt plurima.Latro credidit in cruce.& ſtati mereť audire.amen dico tibi.hodie mecum eris in paradiſo.Iudas deapoſtolatus faſtigio i pditionis tartaꝝ labiť.& nec familiaritate cōuiuii: nec in tictione bucellæ.nec oſculi gratia frāgiť:ne quaſi hoiem tradat.quem filium dei nouerat.Quid ſamaritana uilius? Non ſolum ipſa credidit.& poſt ſex uiros unum inuenit dominum:meſſiāq; cognouit ad fonte: quē iudæorum populus ignorabat.ſed auctor fit multorum ſalutis.Et apoſtolis ementibus cibos eſurientem re ficit.lapſumq; ſuſtentat.Quid ſalomone ſapientius? Attamen infatuaťur amoribus mulierum.Bonum eſt ſai. nullumq; ſacrificiū abſq; huius aſperſione ſuſcipiť.Vnde & apoſtolus præcipit.Sermo ueſter ſale ſit condi tus.Quod ſi ifatuať:foris proiiciť.i rantumq; perdit nomis dignitatem.ut nec i ſterqlinio quidem utile ſit. quo ſolent credentium arua condiri.& ſterile animarum ſolum pingueſcere.Hæc dicimus:ut prima. te fili ruſtice fronte doceamus.magna cœpiſſe.excelſa ſectari.& adoleſcentiæ imo pubertatis icentiua calcantem. pfectæ qdem ætatis gradum ſcandere.ſed lubricum qdem iter eſſe.per quod igrederis.nec plus ſeq gloriæ poſt uictoriem q̃ ignominiæ poſt ruinam.Non mihi nūc p uirtutū prata ducendus eſt riuulus.nec laboran dum ut oſtendam tibi uariorum pulchritudinem florum.qd i ſe lilia habeant puritatis.qd roſa uerecúdiæ poſſideat.qd uiolæ purpura ꝓmittat i regno.qd rutilātiū ſpoudeat pictura gēmaꝝ.Iam enī propitio domi no ſtiuam tenes.Iam tectum atq; ſolariū cū petro apoſtolo cōſcēdiſti.q eſuriens i iudæis cornelii ſaturať fi de:& famē incredulitatis eorum gentium conuerſione reſtiguit.atq; i uaſe euangeliorum quadrangulo.qd

de cælo deſcendit ad terras doceꝝ.& diſcit omnes homines poſſe ſaluari.rurſumq; quod uideꝝ ī ſpecie candidiſſimi liteaminis ī ſupna tranſſerꝝ & credentium turbas de terris ad cælum rapit.ut pollicitatio domini cōpleaꝝ.Beati mundo corde.quoniam ipſi deum uidebūt. Totum quod apꝑhenſa mău īſinuare tibi cupio. quod quaſi doctus nauta poſt multa naufragia rudem conor inſtruere uectorem.illud eſt:ut in quo littore pudicitiæ pirata ſit noueris.ubi carybdis & radix oīum malorum auaritia. ubi ſcyllæi obtrectatorꝛ canes. de qbus apoſtolus loqtur.Ne mordentes īuicem mutuo conſumamini:quomodo ī media tranqllitate ſecuri.lybicis īterdum uitiorum ſyrtibus obruamur.qd uenenatorum aīantium deſerta huius ſæculi nutriant. Nauigantes rubrū mare:ī quo optandum nobis eſt ut uerus pharao cū ſuo mergaꝝ exercitu.multis difficultatibus ac piculis ad urbē maximam peruenīꝝ.Vtroq; ī littore gētes uagæ īmo beluæ habitāt ferociſſimæ. ſemper ſolliciti.ſemper armati totius anni uehunt cibaria.latentibus ſaxis uadiſq; duriſſimis plena ſūt oīa. ita ut ſpeculator & doctor ī ſūma arbore ſedeat:& īde regendæ & circūflectendæ nauis dictata p̄dicet. Fœlix curſus ē.ſi poſt ſex menſes ſupradictæ urbis portum teneant.a quo ſe īcipit apire oceanus.p̄ quē uix anno perpetuo ad īdiam peruenīꝝ:& ad gāgem fluuium.quem phyſon ſancta ſcriptura cōmemorat.q circuit totam terram eiulath.& multa genera pigmentorum de paradiſi diciꝝ fonte deuehere.ubi naſciꝝ carbunculus & ſmaragdus.& margarita candentia.& uniones qbus nobilium fœminarum ardet ambitio. monteſq; aurei.quos adire ꝓpter gryphas & dracones & īmenſorum corporum monſtra hoībus īpoſſibile eſt:ut oſtē daꝝ nobis q̄les cuſtodes hēat auaritia.Quorſum iſta? Perſpicuū eſt.ſi negociatores ſæculi tanta ſuſtinent.ut ad īcettas pituraſq; diuitias perueniant.& ſeruent cum aīæ diſcrimīe quæ multis piculis q̄ſierūt.qd xp̄i negociatori faciendum eſt.q uenditis oībus q̄rit p̄cioſiſſimam margaritam.q totis ſubſtatiæ ſuæ opibus emit agrum.ī quo repiat theſaurum.quem nec fur effodere.nec latro poſſit auferre? Scio me offenſurum eſſe q̄ plurimos.q generalē de uitiis diſputationem ī ſuam referunt contumeliam.& dum mihi iraſcunꝝ.ſuam īdicant conſcientiam.multoq; peius de ſe q̄ de me iudicant.Ego enī neminē nomīabo.nec ueteris comœdiæ licentia certas p̄ſonas eligā atq; p̄ſtrīgā.Prudentis uiri ē ac prudentiū fœminarū diſſimulare īmo emendare quod ī ſe ītelligāt:& īdignari ſibi magis q̄ mihi.nec ī monitorem maledicta congerere.q & ſi iiſdem teneaꝝ crimībus.certe ī eo melior ē.q̄ ſua ei mala non placēt.Audio religioſam te habere matrem multorum ānorum uiduā.quæ aluit:quæ erudiuit īfantem.ac poſt ſtudia galliaꝛ.quæ uel florentiſſima ſunt. miſit romā. non parcens ſūptibus.& abſentiam filii ſpe ſuſtinens futuroꝛ.ut ubertatē gallici nitoremq; ſermonis grauitas rōana condiret:nec calcaribus ī te:ſed frenis uteꝝ.quod & ī diſertiſſimis uiris græciæ legimus:q aſianū tumorem attico ſiccabant ſale.& luxuriantes flagellis uineas falcibus reꝑmebant.ut eloquentiæ torcularia non uerborū pāpinis.ſed ſenſuum quaſi uuarum exp̄ſſionibus redūdarent.Hanc tu ſuſcipe ut parentē. ama ut nutricem.uenerare ut ſanctam.nec aliorum imiteris exēplū.q reliquūt ſuas:& alienas appetunt.quorum dedecus ī ꝓpatulo eſt:ſub nomībus pietatis q̄rētiū ſuſpecta conſortia.Noui ego quaſdam iam maioris ætatis.& plæraſq; generis libertini adoleſcentibus delectari.& filios q̄rere ſpiritales:paulatiq; pudore ſupato p̄ ficta matrū nomina erūpūt ī licentiam maritalem.Alii ſorores uirgīes deſerūt.& externis uiduis copulant. Sunt quæ oderunt ſuos.& non ſuorum palpanꝝ affectu:quaꝛ īpatiētia īdex aī nullam recipit excuſationē. & caſſa pudicitiæ uelamenta quaſi araneaꝛ fila dirūpūt.Videas nōnullos accīctis renibus pulla tunica barba ꝓlixa a mulieribus non poſſe diſcedere:ſub eodem manere tecto.ſimul inire conuiuia. ancillas iuuenes hīre ī miſterio:& p̄ter uocabula nuptiarū oīa eſſe mīrimonii.Nec culpa ē xp̄iani nomīs.ſi ſimulator religionis ī uitio ſit.q̄n īmo confuſio gentilium.cū ea uidēt eccleſiis diſplicere. quæ hoībus bonis non placent.Tu uero ſi monachus eſſe uis.& non uideri.habeto curam non rei familiaris cui renunciando hoc eſſe cœpiſti. ſed animæ tuæ.Sordidæ ueſtes candidæ mentis indicia ſunt.Vilis tunica contēptū ſæculi p̄bet.ita dūtaxat. ne animus tumeat.ne hītus ſermoq; diſſentiat.Balneaꝛ fomenta non quærat.q calorem corporis ieiuniorū cupit frigore extinguere.Quæ & ipſa moderata ſint.ne nimia debilitent ſtomachū.& maiorem refectionem poſcentia erūpant ī cruditatem quæ parens libidinum eſt.Modicus ac tēperatus cibus & carni & aīæ utilis eſt.Matrem ita uide.ne p̄ illā aliā uidere cogaris:quarū uultus cordi tuo hæreāt.& tacitū uiuat ſub pectore uulnus.Ancillas quæ illi ī obſeqo ſunt:tibi ſcias eſſe ī iſidiis.quia quanto uilior eaꝛ cōditio eſt: tanto facilior ruina eſt.Et ioannes baptiſta ſanctam matrem habuit.pontificiſq; filius erat.& tamen nec matris affectu:nec patris opibus uīcebaꝝ:ut ī domo parētum cū periculo uiueret caſtitatis:uiuebat ī heremo:& oculis deſiderantibus xp̄m nihil aliud dignabaꝝ aſpicere. Veſtis aſpera.zona pellicea.cibus locuſtæ melq; ſilueſtre:omnia uirtuti & continentiæ præparata.Filii ꝓphetaꝛ quos monachos ī ueteri teſtamento legimus. ædificabant ſibi caſulas propter fluenta iordanis.& turbis urbium derelictis:poléta & herbis agreſtibus uictitabant.Quādiu ī patria tua es:habeto cellulam ꝓ paradiſo.uaria ſcripturaꝛ poma decerpe.his utere delitiis:harū fuere cōplexu.Si ſcandalizat te oculus.pes. manus tua.proiice ea.nulli parcas. ut ſoli parcas animæ tuæ.Qui uiderit inquit dominus mulierē ad concupiſcendū eam: iā mœcchatus eſt eam in corde ſuo. Quis gloriabiꝝ caſtum ſe habere cor? Aſtra non ſunt munda in conſpectu domini quanto magis homines. quoꝛ uita tentatio eſt? Ve nobis:qui quotiens concupiſcimus:totiens fornicamur.Inebriatus eſt iquit gladius meus in cælo:multo amplius in terra:quæ ſpinas & tribulos generat.Vas electionis in cuius ore xp̄s reſonabat.macerat corpus ſuū.& ſubiicit ſeruituti.& tamē cernit naturalē carnis ardorem ſuæ repugnare ſententiæ.ut quod non uult agere cōpellaꝝ.& quaſi uim patiens uociferaꝝ.& dicit.Miſer ego homo.quis me liberabit de corpore mortis huius.Et tu te arbitraris abſq; lapſu & uulnere poſſe trāſire? Niſi omni cuſtodia ſeruaueris cor tuū:& cum ſaluatore dixeris:mī mea & frēs mei hi ſunt:qui faciunt uoluntatem patris mei. crudelitas iſta pietas ē.? mmo quid tam pium ſanctæ mri.q̄ ſanctū filiū cuſtodire? Optat & illa te uiuere.&

non uidere ad tẽpus:ut ſemper cũ xp̃o te uideat. Anna non ſibi Samuelẽ ſed tabernaculo genũit. Filii iona-
dab qui uinũ & ſicerã non bibebant:q habitabant in tentoriis.& quas nox cõpulerat ſedes habebant.ſcríbũ
tur in pſalmo q̃ primi captiuitaté ſuſtinuerint.quia exercitu chaldeorũ uaſtante iudæã. urbes introire cõ-
pulſi ſunt. Viderint quid alii ſentiant, Vnuſquiſq; eni ſuo ſenſu ducit. Mihi oppidũ carcer.& ſolitudo para-
diſus eſt. Quid deſideramus urbiũ frequentiã.qui de ſingularitate cenſemur? Moyſes ut præeſſet populo
iudæorũ.xl.annis eruditur in heremo.paſtor ouiũ hominũ factus eſt paſtor. Apoſtoli de piſcatione lacus ge
nezareth.ad piſcationé hoíum tranſierũt. Tunc habentes patré rete nauiculã ſecuti ſũt dominũ. ꝓtinus oía
reliquerunt.portantes quotidie crucé ſuã.& ne uirgã quidẽ in mãu habentes. Hoc dico.ut etiã ſi clericatus
te titillat deſideriũ diſcas:quod poſſis docere.& rationabilẽ hoſtiã offeras xp̃o.ne miles ante q̃ tyro. ne pri-
us magiſter ſis q̃ diſcipulus. Non eſt hũilitatis meæ neq; méſuræ iudicare de cæteris.& de miſtris eccleſiaꝝ
ſiniſtrũ quippiã dicere. Héant illi ordiné & gradũ ſuũ.qué ſi tenueris quõ tibi in eo uiuendũ ſit:editus ad ne
potianũ liber edocere te poterit. Nunc monachi icunabula moreſq; diſcutimus.& eius monachi qui libera
libus ſtudiis eruditus in adoleſcentia iugũ xp̃i collo ſuo ípoſuit. Primũq; tractandũ eſt.utrũ ſolus an cũ ali-
is in monaſterio uiuere debeas. Mihi placet ut habeas ſacrũ contuberniũ.nec ipſe te doceas.& abſq; doctor
ingrediaris uiã.quã nunq̃ ingreſſus es.ſtatiq; tibi in ptem alterã declinandũ ſit.& errori pateas.non plus aut
minus ambules q̃ neceſſe eſt.ut currens laſſeris.moraſq; faciens ob dormias. In ſolitudie ſubrepit ſupbia &
ſi parũper ieiunauerit.hominéq; non uiderit.putat ſe alicuius eſſe momenti. Oblituſq; ſui unde & quo ue-
nerit. intus corde foris lingua uagat. Iudicat contra apoſtoli uoluntaté alienos ſeruos.quo gula popoſcerit
porrigit manũ.dormit q̃tũ uoluerit.nullũ uereť.facit quod uoluerit.omnes inferiores ſe putat:crebriuſq; í
urbibus q̃ í cellula ẽ:& iter fres ſimulat uerecundiã:q plateaꝝ turbis collidit. Quid igit? Solitariã uitã rep-
hendimus? Minime.quippe quam ſæpe laudauimus. Sed de ludo monaſteriorũ huiuſcemodi uolumus egre
di milites.quos heremi dura rudimenta non terreant.qui ſpecimẽ conuerſationis ſuæ multo tempore dede
rint.qui omnium fuerint mimi.ut primi oíum fierent.quos nec eſuries aliquando nec ſaturitas ſupauit. q
paupertate lætant.quorum habitus.ſermo uultus inceſſus.doctrina uirtutũ eſt.qui neſciunt ſecundũ quoſ
dam ineptos homines dæmonum pugnantium contra ſe portenta confringere.ut apud íperitos & uiles ho
mines miraculum ſui faciant.& exinde lucra ſectent. Vidimus nuper & planximus croeſi opes unius morte
deꝑhenſas.urbiſq; ſtipes quaſi í uſum pauperum congregatas ſtirpi & poſteris derelictas. Tunc ferrum qd
latebat in profundo:ſupernatauit aquæ.& inter palmarum arbores myrrhæ amaritudo monſtrata eſt. Ni-
mirum talem & ſocium & magiſtrum habuit.q egentiũ famẽ ſuas fecit eſſe diuitias.& miſeris derelicta í ſu
am miſeriam detinuit. Quorum clamor tandem peruenit ad cælum.& patiẽtiſſimas dei uicit aures.ut miſ-
ſus angelus peſſimus nabal carmelo diceret. Stulte hac nocte auferent animam tuam a te.quæ autem præ-
paraſti.cuius erunt? Volo ergo te & ꝓpter cauſas quas ſupra expoſui.non habitare cum matre.& præcipue
ne aut offerẽtem delicatos cibos renunciando contriſtes.aut ſi accepis.oleum igni adiicias.& inter frequen
tiam puellarum per diem uideas:quod noctibus cogites. Nunq̃ de manu & oculis tuis recedat liber. diſcat
pſalterium ad uerbum: oratio ſine intermiſſione.uigil ſenſus.nec uariis cogitationibus patens.corpus pari-
ter & animus tendat ad dominũ. Iram uince patientia.ama ſcientiam ſcripturarum.& carnis uitia non ama
bis.nec uacet mens tua uariis ꝑturbationibus.quæ ſi pectori inſederint.dominabuntur tui: & te deducent
ad delictũ maximũ. Fac & aliq̃d operis.ut te ſemꝑ diabolus inueniat occupatũ. Si apoſtoli habentes poteſta
tẽ de euangelio uiuere laborabant manibus ſuis:ne quẽ grauarent.& aliis tribuebãt refrigeria.quoꝝ pro ſpi
ritalibus debebant metere carnalia.cur tu in uſus tuos ſucceſſura nõ præpares? Vel fiſcellam texe iunco.uel
caniſtrum lentis plecte uiminibus.ſerat humus.areolæ æquo limite diuidantur.in quibus cũ holerum ia-
ctata fuerint ſemina.uel plantæ per ordinem poſitæ.aquæ ducantur irriguæ.ut pulcherrimorum uerſuum
ſpectator aſſiſtas.

Ecce ſupercilio cliuoſi tramitis undam
Elicit.illa cadens raucum per leuia murmur
Saxa ciet.ſcatebriſq; arentia temperat arua.

Inſerantur infructuoſæ arbores uel gemmis uel ſurculis:ut paruo poſt tempore laboris tui dulcia poma de
cerpas. Apum fabricare aluearia.ad quas te mittant Salomonis prouerbia & monaſteriorum ordinem.ac re
giam diſciplinam in puis diſce corporibus. Texat & lina capiendis piſcibus:ſcribant & libri.ut & mãus ope
rentur cibum.& animus lectione ſaturetur:In deſideriis eſt omnis ocioſus. Egyptiorum monaſteria hunc
morem tenent.ut nullum abſq; operis labore ſuſcipiant.non tam propter uictus neceſſaria.q̃ ꝓpter animæ
ſalutem. Ne uagetur pernitioſis cogitationibus mens.& inſtar fornicantis hieruſalem omni tranſeunti diua
ricet pedes ſuos. Dum eſſem iuuenis.& ſolitudinis me deſerta uallerent.incentiua uitiorũ ardoremq; natu-
ræ ferre non poteram.quem cum crebris ieiuniis frangerem.mens tamen cogitationibus æſtuebat. Ad quã
edomandam.cuidam fratri.qui ex hebræis crediderat.me in diſciplinam dedi.ut poſt quintiliani acumina.
ciceroniſq; fluuios.grauitatemq; frontonis.& lenitatem plinii.alphabetum diſcerem ſtridentia anhelantia-
q; uerba meditarer. Quid ibi laboris inſũpſerim.quid ſuſtinuerim difficultatis.quotiens deſperauerim.quo
tienſq; ceſſauerim.& contentione diſcendi rurſus incœperim.teſtis eſt conſcientia tam mea qui paſſus ſum.
q̃ eorum qui mecum duxerunt uitam & gratias ago domino.q̃ de amaro ſemine litterarum dulces fructus
capio. Dicam & aliud.quod in ægypto uiderim. Græcus adoleſcens erat in cœnobio qui nulla continentia.
nulla operis magnitudine flammam poterat carnis extinguere. Hunc periclitanté pater monaſterii hac arte
ſeruauit. Impat cuidam uiro graui.ut iurgiis atq; conuitiis inſectaretur.hominé.& poſt irrogatã iniuriã pri-

mus uenit ad q̄rimoniā. Vocati teſtes ꝓ eo loquebant̄, quī contumeliam fecerat, flere ille cœpit contra mē dacium. Nullus alius credeꝝ ueꝝ ueritati, ſolus pr̄ defenſionem ſuam calide ſtuduit opponeꝝ, ne abundantio ri triſtitia abſorbereꝫ fr̄. Quid multa? Ita annus ductus eſt. Quo expleto interrogatus adoleſcens, ſup cogitationibus p̄ſtinis, an adhuc moleſtiæ aliquid ſuſtineret. Pape inquit uiueꝝ mihi non licet, & fornicari libet? O ſi ſolus fuiſſet, quo adiutoꝝ ſupaſſet? Philoſophi ſæculi ſolēt amorē ueterē amoꝝ nouo q̄ſi clauū clauo expelleꝝ. Quod & aſſuero regi ſeptē prīcipes feceꝝ pſagꝫ, ut uaſthis regiæ deſideriū aliagꝫ puellagꝫ amoꝝ cōpeſcerēt. Illi uitiū uitio, peccatūq; pctō remediāt̄, nos amoꝝ uirtutū uitia ſupamus. Declia a malo, & fac bonū, quæꝝ pacē & pſeqre eā. Niſi oderimus malum, bonum amaꝝ uon poſſumus. Quin potius faciendum eſt bonum, ut declinemus a malo pax quærenda eſt, ut bella fugiamus. Nec ſufficit eam quæreꝝ, niſi inuentam fugientemq; omni ſtudio pſequamur, quæ exupat omnem ſenſum, ī qua habitatio dei eſt, dicente ꝓpheta. Et factus eſt in pace locus eius. Pulchreq; pſecutio pacis dicit̄, iuxta illud apoſtoli. Hoſpitalitatem pſequentes, ut non leui uſitatoq; ſermone, & ut ita loquar: ſummis labiis hoſpites inuitemus, ſed toto mentis ardoꝝ teneamus quaſi auferentes ſecum de lucro nr̄o & cōpendio. Nulla ars abſq; magiſtro diſcit̄, etiam muta animalia & feragꝫ greges ductores ſequunt̄ ſuos. In apibus principes ſunt. Grues unam ſequunt̄ ordine littera to. Imptor unus, ludex unus ꝓuinciæ. Roma ut cōdita é, duos fratres ſimul reges hr̄e non potuit, & pricidio dedicat̄. In rebeccæ utero eſau & iacob bella geſſerūt. Singuli eccleſiarum epiſcopi, ſinguli archiꝑſbyteri, ſinguli archidiaconi, & omnis ordo eccleſiaſticus ſuis rectoribus nitit̄. In naui unus gubernator, in domo unus dominus, in quouis grandi exercitu unius ſignum expectat̄. Et ne plura replicando faſtidium legenti faciā, ꝓ hæc omnia ad illud tendit oratio, ut doceam te non tuo arbitrio dimittendū, ſed uiuere debere ī monaſterio ſub unius diſciplina patris conſortioq; multorum, ut ab alio diſcas humilitatē, ab alio patiētiam. Hic te ſilentium, ille doceat manſuetudinē. Non facias quod uis, comedas quod iuberis habeas q̄tum accepis, opis tui penſa perſoluas, ſubiiciaris cui non uis, laſſus ad ſtratum uenias, ambulanſq; dormites, & necdum exple to ſomno ſurgere cōpellaris, dicas pſalmum in ordine tuo, in quo non dulcedo uocis ſed mentis affectus q̄rit̄, dicente apoſtolo. Pſallā ſpū, pſallā & mente. Et cantantes ī cordibus ueſtris. Legerat enim eſſe ꝓceptum, pſallite ſapienter. Seruias fr̄ibus, & hoſpitum pedes laues, paſſus iniuriam taceas, ꝓpoſitum monaſterii time as ut dominum, diligas ut parentem. Credas tibi ſalutare quicquid ille præcepit, nec de maioris ſnīa iudices, cuius officii eſt obedire & implere quæ iuſſa ſunt, dicente moyſe. Audi iſrael & tace. Tātis negociis occupa tus, nullis uacabis cogitationibus, & dum ab alio tranſis ad aliud, opuſq; ſuccedit opi, illud ſolum mente te nebis, quod agere cōpelleris. Vidi quoſdam, qui poſtq̄ renunciauere ſæculo, ueſtimentis dūtaxat & uocis ꝓfeſſione non rebus nihil de p̄ſtina conuerſatione mutaſſe. Res familiaris magis aucta q̄ īminuta, eadē miniſteria ſeruulorum, idem apparatus conuiuii. In uitro & patella fictili aurum comedit̄, & iter turbas & examina miniſtrorum nomen ſibi uendicant ſolitarii. Qui uero paupes ſunt & tenui ſubſtantiola, uidenturq; ſibi ſcioli, pōparum ferculis ſimiles procedunt ad publicum, ut caninam exerceant facundiam. Alii ſublatis in altum humeris, & intra ſe neſcio quid coruicantes, ſtupentibuſq; in terra oculis tumentia uerba trutinant, ut ſi p̄conem addideris, putes incedere p̄fecturam. Sunt qui humore cellarum immoderatiſq; ieiuniis, tædio ſolitudinis ac nimia lectione, dum diebus ac noctibus auribus ſuis pſonāt, uertunt̄ ī melācholiam, & hippocratis magis fomentis q̄ noſtris monitis indigent. Plæriq; artibus & negociatiōibus p̄ſtinis carere non poſſūt, mutatiſq; nominibus inſtitorum eadem exercent cōmercia, non uictum & ueſtitum quod apoſtolus p̄cipit, ſed maiora q̄ ſæculi homines emolumenta ſectantes. & prius quidam ab ædilibus quos ἀγωρανόμους græci apellant uendentiū coercebat̄ rabies, nec erat ipune peccatum. Nunc autem ſub religionis titulo exercent iniuſta cōpendia, & honor nominis xp̄iani fraudē magis facit q̄ patit̄, quod pudet dicere. Sed neceſſe é, ut ſaltem ſic ad noſtrum erubeſcamus dedecus publice extendentes manus, pannis aurum tegimus. & contra omnium opinionem plenis ſacculis morimur diuites, qui quaſi paupes uiximus. Tibi cum in monaſterio fueris, hæc non licebit, & inoleſcente paulatim conſuetudine, quod primum cogebaris uelle incipies & delectabit te labor tuus, oblituſq; p̄teritoꝝ ſemp priora ſectaberis nequaq̄ cōſiderans, quid alii mali faciāt, ſed quid boni tu facere debeas. Neq; uero peccantium ducaris multitudine, & p̄tereuntium turba ſollicitet, ut tacitus cogites. Quid? Ergo omnes pibunt, qui in urbibus habitant? Ecce illi fruunt̄ ſuis rebus, miniſtrant eccleſiis, adeunt balneas, unguenta non ſpernunt, & tamen in omnium flore uerſant̄. Ad quod & ante reſpondi, & nunc breuiter reſpondebo, me in p̄ſenri opuſculo, non de clericis diſputare, ſed monachum inſtituere. Sancti ſunt clerici, & omnium uita laudabilis. Ita ergo age, & uiue in monaſterio, ut clericus eſſe mereāris, ut adoleſcentiam tuam nulla ſorde cōmacules, ut ad altare xp̄i quaſi de thalamo uirgo ꝓcedas, & habeas de foris bonum teſtimoniū, fœminæ quæ nomē tuū non nouerint, & uultum tuum neſciant. Cum ad p̄fectam ætatē ueneris (ſi tamen comes uita fuerit, & te uel populus uel pontifex ciuitatis in clericum elegerint) agito quæ clerici ſunt, & inter ipſos ſectare meliores, quia in oī conditione & gradu optimis mixta ſūt peſſima. ne ad ſcribendū cito ꝓſilias, & leui ducaris inſania. Multo tpe diſce, quod doceas. ne credas laudatoribus tuis, imo irriſoribus aurem ne libenter accommodes, qui cū te adulationibus fouerint, & quodammodo ipotem mentis effecerint, ſi ſubito reſpexeris, aut ciconiagꝫ deꝑhendes poſt te colla curuari, aut manu aures agitari aſini, aut æſtuantem canis protendere liguam. Nulli detrahas, nec in eo ſanctum putes: ſi cæteros laceres. Accuſamus ſæpe, quod facimus, & cōtra noſmetipos diſerti, in noſtra uitia inuehimur. muti de eloquentibus iudicantes. Teſtudineo grūnius incedebat ad loquendū gradu, & per interualla quædam uix pauca uerba carpebat, ut eum putares ſingultire non proloq. Et tamen cum menſa poſita librorum expoſuiſſet ſtruem: abducto ſupercilio contractiſq; naribus, ac fronte rugata, duobus digitulis cōcrepabat, hoc ſigno ad

audiendum discipulos prouocans.tunc nugas meras fundere.& aduersum singulos declamare.Creticum di ceres esse Longinum Censorinumq; romanæ facundiæ notare quem uellet.& de senatu doctorum exclude re.Hic bene nummatus plus placebat ī prādiis.nec mirum.qui multos ī esca resolutus.īcrepare solitus erat. factoq; cuneo circūstrepentium garrulorum procedebat in plublicum.intus Nero.foris Cato. Totus ambi guus.ut ex contrariis diuersisq; naturis unum monstrum nouamq; bestiam diceres esse compactam. iuxta illud poeticum.Prima leo.postrema draco.media ipsa chimæra.Nunq̄ ergo tales uideas.nec huiusmodi hoī bus appliceris.nec declines cor tuum in uerba malitiæ.& audias.sedens aduersus fratrem tuum loquebaris. & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum.Et iterum.Filii hominum dentes eorum arma sagittæ. & alibi.Molliti sunt sermones eius super oleum & ipsi sunt iacula.Et apertius ī ecclesiaste.Sicut mordet ser pens in silentio.sic qui fratri suo occulte detrahit.Sed dices.Ipse non detraho.aliis loquentibus quid facere possum? Ad excusandas excusationes ī peccatis ista prætendimus.Christus arte non illuditur.Nequaq̄ mea. sed apostoli sunt.Nolite errare.deus non irridetur.Ille in corde:nos uidemus in facie.Salomon loquitur in prouerbiis.Ventus aquilo dissipat nubes.& uultus tristis linguas detrahentium. Sicut enī sagitta si mit tatur contra duram materiam.Nonnunq̄ in mittentem reuertitur.& uulnerat uulnerantem. illudq; com pletur.Facti sunt mihi in arcum prauum.Et alibi.Qui mittit in altum lapidem.recidet in caput eius.ita de tractor cum tristem faciem uiderit audientis.immo ne audientis quidem.sed obturantis aures suas ne audi at iudicium sanguinis.ilico conticescit.pallet uultus hærent labia saliua siccat. Vnde idem uir sapiens cum detractoribus inquit ne cōmiscearis.quoniam repente ueniet perditio eorum.& ruinam utriusq; qs nouit? Tam scilicet eius qui loquitur.q̄ illius qui audit loquentē. Veritas angulos non amat.nec quærit susurrōes Timotheo dicit.Aduersum præsbyterum accusationem cito non receperis.Peccantem autem coram om nibus argue.ut cæteri metum habeant? Non est facile de perfecta ætate credendum.quā uita præterita de fendit.& honorat uocabulum dignitatis. Verum quia homines sumus.& interdum contra annorum matu ritatem puerorum uitiis labimur.Si me uis corrigere delinquentem.aperte increpa.tantum ne occulte mor deas.Corripiet me iustus in misericordiam.& increpabit me.Oleum autem peccatoris non īpinguet caput meum.Quem enim diligit dominus corripit.castigat autem omnem filium quem recipit. Et per esaiā cla mat dominus.Populus meus qui beatos uos dicunt seducunt uos.& semitas pedum uestrorum supplantāt. Quid enim mihi prodest.si aliis mala referas mea si me nesciente peccatis meis immo detractionibus tuis alterum uulneres. & concertatim omnibus narrans sic singulis loquaris quasi nihil dixeris alteri? Hoc ē nō emendare.sed uitio tuo satisfacere. Præcipit dominus peccantes in nos argui debere secreto. uel adhibito teste.& si audire noluerint.referri ad ecclesiam.habendosq; in malo ptinaces quasi ethnicos & publicanos. Hæc expressius loquor.ut adolescentem meum & linguæ & aurium prurigine liberē.ut renatum in christo sine ruga & macula quasi pudicam uirginem exhibeam castum tam mente q̄ corpore ne solo nomine glorie tur.& absq; oleo bonorum operum extincta lampade excludatur a sponso.Habes ibi sanctum doctissimūq; pontificē proculum.qui uiua & præsenti uoce nostras schedulas superet.quotidianisq; tractatibus iter tuū dirigat.nec patiatur te in partem alteram declinando uiam relinquere regiam.per quam israel ad terram re promissionis properans.se transiturum esse promittit. Atq; utinam exaudiatur uox ecclesiæ īplorantis. Do mine pacem tuam da nobis.Omnia enim dedisti nobis. Vtinam quod renunciamus sæculo uoluntas sit.nō necessitas.& paupertas habeat expetita gloriam.non illata cruciatum.Cæterum iuxta miserias huius tempo ris & ubiq; gladios sæuientes satis diues est.qui pane non indiget.nimiū potens est.qui seruire non cogitur. Sanctus Exuperius tolosæ episcopus.uiduæ sareptenis imitator esuriens pascit alios.& ore pallente ieiunijs fame torquetur aliena omnemq; substātia xp̄i uisceribus erogauit.nihil illo ditius.qui corpus domini ca nistro uimineo sanguinem portabat ī uitro.qui auaritiam eiecit e tēplo.qui absq; funiculo & īcrepatione ca thedras uendentium columbas.idest dona sancti spiritus mensasq; subuertit mammonæ.& nummulariorū æra dispersit.ut domus dei domus uocet orationis.& non latronum spelunca.Huius e uicino sectare uesti gia.& cæterorum qui uirtutum illius similes sunt.quos sacerdotium humiliores facit & pauperes. Aut si p fecta desideras.exi cum Abraham de patria tua & cognatione tua.& pge quo nescis. Si habes substantiam uende & da pauperibus.si non habes.grandi onere liberatus es.nudum xp̄m nudus sequere.Durum. gran de difficile.sed magna sūt præmia.

Sermo beati Hieronymi ad fratres de uigiliarum sanctitate.ubi in eos inuehens qui sacras uigilias sup fluas ac infructuosas putāt illarum antiquitatem auctoritatem atq; utilitatem testimoniis & exemplis scri pturarum ostendit.

Ignū ē fratres aptūq; prorsus satisq; cōueniēs de sāctis uigiliis nūc dicē.& ꝓferre sermonē. quā do ipa lucubratio exigit a sollicitis.Nox ecce ē caligo corporis.q̄ nō solū hoies.sed etiam cūctos sōno detinet aiantes.ut reformatis uiribus p soporē possit diuturnos labores sustinere uiuentes. Bonus deus.q ita ꝓspexit.ita cōstituit.ut homo exiturus ad opus suū & ad operationē suā usq; ad uesperā haberet uicariū tēpus.ī quo duris laboribus & multa fatigatione requiescere ꝓstitut. Nouimus aūt multos hominū ut aut maioribus suis placeant.aut sibi aliqd peculiariter prosint noctis particulā ad aliqd opusculū segregare id pro lucro ducere quod furati de sopore suo operari potuerint.A salomone uero lau datur & fœmina.quæ pensa & lanificiū & lucernā uigilanter exercet.Addidit etiā q̄ ex hoc laus uiro eius ī portis & gloria magna nascat.Quod si ī carnalibus īstrumentis.idest uictui aut uestitui necessariis.q uigilat non reprehēditur immo laudatur.& mirari me fateor esse aliquos qui sacras uigilias tam spirituali ope fru ctuosas orationibus hymnis lectionibusq; fœcundas.aut superfluas estimant.aut ociosas.aut quod his est

deterius ipertunas.& q̄dem si sunt homies a religione nostra alieni q ista sic sentiant nō est mir̄. Quomodo.n.prophanis religiosa placere possiunt.q̄bus si placerēt nostri essent.Quia sumus utiq̄ xp̄iani.Si uero nostri sunt quos uigilarium salutifer actus defendit.ut nihil de his deterius suspicer.aut pigri sunt.aut sōniculosi.aut quod his est.pximū senes uel infirmi.Si pigri sunt.erubescant.qa illis isonant uerba salomonis. Vade ad formicā o piger.& æmulaī uias eius.Si sōniculosi sunt expergiscātur.scriptura proclamāte.O piger quousq̄ dormis?Quādo autem de sōno surges.Paululū q̄dem dormis.modicū sedeas.pusillū autem dormitas. pusillum uero complecteris manibus pectus.Deide superueniet tibi tanq̄ uiator paupertas.inopia tanq̄ bonus & leuis cursor cito ueniet.Si senex es.qs te compellit ut uigiles?Quāq̄ & nō compulsus pro ætate tamē uigilas.Et si stare non potes.& tuam cogitas impossibilitatem.non debes iuuenes & ualentes ad tuū reuocare torporem.q̄ propter uarias tentatōes iuuentutis seipsos ꝓpensioribus macerare debent uigiliis.Si uero infirmus es mēbris.qd facere non potes noli reꝓhendere.imo riga & tu secundū prophetam lachrymis stratum tuum.& dic.Sic memor fui tui sup stratum meū.Iniunge etiam uigilātibus ut te suis præcibus iuuent. quo adiutus a domio super lectū doloris tui canere possis.Et tu aliquando merearis dicere.i matutinis meditabor i te qa fuisti adiutor meus.Alioqn stultum & satis extraneū est.ut qa ipi currere non ualemus bene currentibus derogamus.Nā & si non possumus debemus congratulari potentibus.Sic.n.ut de consensu malitiæ participaī cum facientibus pœna.sic participatio gloriæ speranda est de consensione bonitatis.Alios.n. effectus coronat.alios uolūtas pia lætificat.nec sane onerosum uel difficile uideri debet etiam delicatis corporibus i septimana duarum noctium.idest sabbati atq̄ domicæ portionem aliquam dei ministerio deputare.Ista enim quasi purificatio est dierum.v.uel noctium.q̄bus stupore carnali ingraueſcimus.aut mundanis actibus oscitamus.Nec erubescant aliqui in bono studio sanctitatis.cum non erubescant in perpetrando opere fœditatis.Merito ergo scriptura in prouerbiis ingerit.Est profusio quæ ducit ad peccatum.In bono enim opere confundi peccatum est.sicut in malo faciendo non confundi pernities est.Si sanctus es. ama uigilias.ut thesaurum tuū uigilando custodias.ipse in sanctitate serueris.Si peccator es.magis curre.ut uigilando & orando purgeris.dum tunso pectore frequentius clamas.Ab occultis meis munda me.& ab alienis parce seruo tuo.Qui enim iam ab occultis desiderat emundari.necesse est ut eum non delectet istis miseriis inquinari.Res exigit charissimi.ut de auctoritate uigiliarum & antiqtate deq̄ ipsa utilitate pauca dicamus. Magis enim quilibet labor suscipitur.si ante oculos proponatur utilitas.Antiqua est uigiliar̄ deuotio familiare bonum omnibus sanctis.Esaias deniq̄ ꝓpheta clamat ad deum.De nocte uigilat spūs meus ad te deus quoniam lux præcepta tua super terram.Dauid regio & prophetico sanctificatus unguento ita canit.Domine deus salutis meæ in die clamaui & nocte coram te.Et in alio psalmo.Memor fui nocte nominis tui domine.& custodiui legem tuam.Sed forsitan in lectulo suo positus hæc cantabat. Quod aliquanti pigriores sufficere putauerunt.si tātum i stratu suo aut ore unusq̄sq̄ aut psalmū forte submurmuret.Quod q̄dem & ip̄m bonum est dei semp.& ubiq̄ memisse salutare est.Sed qd̄ sit melius exurgētem cōspectui diuio assistēī accipe eiusdem ꝓphetæ aliā uocem.quæ & tempus & locū & hītum deprecātis ostēdit.In noctibus extollite manus uestras i sancta.& benedicite dominū.Et ne uespertias tātum horas noctis æstimes appellatas.occurrit & dicit.Media nocte surgebā.ut cōfiterer tibi sup iudicia iusticiæ tuæ.Habes & tēpus expsum exurgēdi.& sollicitudinem qūo deo cōfitearis ostēsam.Adhuc cōsiderāti mihi itensionem sanctor̄ maius aliqd & laboriosus occurrit.& ultra humanæ naturæ cōditōe suggerīt.cū eūdem audio ꝓphetam alio psallētem. Si ascēdero i lectum strati mei.si dedero somnū oculis meis & palpebris meis dormitatōem & reqem tēporibus meis.donec iueniam locū domio tabernaculū deo iacob.Quis.n.tātum stupeat dei amorem aī deuotōem.ut somnū sibi sine quo humana utiq̄ corpora deficiāt penitus iterdixerit.donec locū ad templum domino fabricādum rex & ꝓpheta reperiret?Quæ res nos debet firmiter admonere ut si ipsi locus domini eē uolumus.& tabernaculū eius ac tēplū cupimus haberi ꝓpetuū.sicut paulus asserit dicens. Vos estis templū dei uiui.iquātū possumus exemplo sanctor̄ uigilias diligamus.ne de nobis dicaī.ut psallīt.dormierūt sōnū suū.& nihil iuenerūt.Quī potius gratulabūdus unusq̄sq̄ iā dicat i die tribulatōis meæ deū exq̄siui māibus meis nocte corā eo.& nō sum deceptus.Quia bonū est cōfiteri domio.& psallere noī tuo altissime. ad ānūciandū mane misericordiā.& ueritatem tuā p noctē.Hæc & huiusmodi tāta ac talia ideo sācti illi cecinerūt. & scripta reliquerūt.ut nos eor̄ posteri pribus excitaremur exemplis ad celebrādas etiam noctibus salutis nostræ excubias.Sed a ueteribus ueniamus ad noua.de mistris legis ad mistros euangelii.de nouo etiam testaméto uigiliar̄ gra consignet.Anna phanuelis filia uidua cōtinuis oronibus & ieiuniis domio seruiens. nō discessisse de templo die ac nocte in euangelio legitur.Pastores illi sanctissimi dum super greges suos nocturnas exercent uigilias.& angelos & xp̄m natū i terris primū audire meruerūt.Iam uero instituto saluatoris nomie tota ad uigilādum auditores exuscitat.siue parabola boni semiatoris dicēdo.Dum dormirent homines uenit malus.& supersemiauit zizania in triticū.& abiit.quod si nō dormissent nec malus fortasse zizania semiare potuisset. siue cum dicit.Sint lumbi uestri præcincti.& lucernæ ardentes in manibus uestris. & uos similes homibus expectantibus dominū suū quando reuertaī a nuptiis.Beati serui illi quos cum uenerit dominus iuenerit uigilantes.Et si uespertina hora uenerit.si media nocte.si galli cantu. & iuenerit eos uigilantes bti sunt.Illud autem scitote qa si sciret patersamilias.qua hora fur ueniret. uigilaret utiq̄.& non sineret perfudi domū suam.Itaq̄ & uos estote parati.qa qua hora nō putatis filius homis uenturus est. Nec uerbis solum docuit uigilias.sed etiam docuit exemplo.nāq̄ testaī in euangelio.Quia erat iesus pernoctans in oratione dei.Pernoctabat dominus non sibi sed ut scirent serui inopes & infirmi quid agere deberent quand o dominus diues in orationibus nec ullius idigens q̄fortissimus per noctem i oratione duraret.sic &

increpat petrum in tpe passionis dicens. Non potuisti una hora uigilare mecū. Et ad omnes iam dicit. Vigilate inqt & orate. ne intretis in tentatōem. Hæc uerba & eiusmodi exempla oro uos quā non de ꝓfundo etiā sōno & morti simillimo ualeant suscitare. His istructi sermonibus. his confirmati documentis beati apostoli & ipsi uigilarūt. & uigilias imparunt. Petrus ab angelo in carcere suscitat'. & ipso referante portā ferreā in domū mariæ puenit. ubi erant multi congregati non ſtertentes utiq; sed orantes. Idem in sua epistola ponit ac dicit. Sobrii estote. ac uigilate. qa aduersarius uester diabolus tanq̄ leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Paulus & syllæas in custodia publica circa mediū noctis orantes hymnū audientibus uinctis dixisse memorant'. Vbi repente terræmotu concussis carceris fundamentis & ianuæ sponte aptæ. & oium uincula sunt soluta. Idem btūs apostolus a troade ꝓfecturus sermonē ducebat usq; ad mediā noctem accensis lanternis q̄pluribus in cœnaculo. Ex qua euthycus adolescens somno oppressus disputante paulo ꝓlixius a fenestra deductus cecidit de tertio tecto. & sublatus & mortuus est. quo statim reddito uitæ usq; ad lucē sermocinatus deo gubernante ꝓfectus est. q̄plene idem q̄q; copiose sup exercendis uigiliis adhortatus thessalonicensibus scribens ait. Itaq; non dormiamus sicut cæteri. sed uigilemus & sobrii simus. Nam qui dormiunt nocte dormiunt. & qui inebriant' nocte ebrii sunt. Nos autem qui dei sumus. sobrii simus. mire concludit siue uigilemus siue dormiamus simul cum illo uiuamus. Ad corinthios autem. Vigilate statim in fide. confortamini uiriliter agite. Sic & ad epheseos scribit orantes in omni tpe in spiritu & in ipso uigilantis quoq; exemplū ponens in cathalogo uirtutum suaꝝ functum se uigiliis multis apud corinthios gloriatur. Hæc sufficiāt de antiquitate & auctoritate uigiliaꝝ. Superest in secundum ꝓmissum ordinem de eaꝝ utilitate aliquid confera mus. q̄q̄ sentiri magis possit p exercitium ipsa utilitas. q̄ loquentis sermo narrare. Gustandum enim uidetur quia suauis est dominus sicut scriptum est. Qui ergo gustauit intelligit. & sentit quantum pondus pectoris uigilando deponit'. quantus mentis stupor excutit'. quanta lux animā uigilantis & orantis illustrat gr̄a. quæ uilitatio membra uniuersa lætificat. Vigilando timor omnis excludit'. fiducia nascit'. caro maceratur. uitia tabescunt. charitas roborat'. recedit stultitia. accedit prudentia. mens acuitur. error obtūditur. criminum caput diabolus gladio spūs uulnerat'. Quid hac utilitate magis necessariū? Quid istis lucris cōmodius? Quid hac dilectione suauius? Quid hac fœlicitate beatius? Teste autem ꝓpheta qui in principio psalmoꝝ suorum beatū uiꝝ describens summā beatitudinem eius in hoc uersiculo collocauit. Si in lege domini meditat' die ac nocte. Bona est quidem diuturna meditatio. sed efficatior est nocturna. quia p diem necessitudines uariæ obstrepunt. occupationes distrahūt mentem sensum duplex cura dispergit. Nox qeta. nox secreta opportunam se p̄bet oronibus. aptissimā uigilantibus dum carnalibus occupationibus expeditum collectū sensum in tantum hoiem diuis conspectibus sistit. Inde diabolus diuinaꝝ semper reꝝ callidus æmulator sicut ieiunia & uirgitatem uana baptismata & inania suis cultoribus dedit. ita & hoc sanctum æmulatus officium nocturna & uigiliis suis cum miseratōibus addidit. Vnde iam nostri si de suoꝝ institutione non excitant' ad habendas uigilias sacras uel in aduersa uarietatis usurpatione cernētes alienas ad dei rebus nō eē fateatur qua nisi æmularetur iniquus ad deceptōem. nisi deo placitas esse cognosceret ad celebrantium benedictōem. Tamen charissimi fratres q uigilat oculis uigilet & corde. q orat spiritu oret & mente. qa ualde iutile est oculis uigilare animo dormiente. Cum econtrario ex ꝓsona ecclesiæ scriptura testat'. Ego iquit dormio. & cor meum uigilat. Curādū est etiā ne nimietate cibi uel potus uigilaturi pectus onerēt'. ne cruditates eructantes & crapulam nō solū ipsi nobis isuaues simus. sed gr̄æ spūs idigni iudicemur. Quidā nāq; uir inter pastores eximius sicut fumus inqt fugat apes. sic idigesta tractatio auertit & abiicit spūs sci chrismata. Ergo tanq̄ diuio functuri misterio ante nos per abstinētiam parare debemus. ut igrauati expeditius uigilare possimus. Cogitatio quoq; mala pellat'. ne male uigilantis oro fiat sicut legitur i peccatum. Sūt. n. ex maligno uigiliæ sicut i puerbiis legitur. quare ablatum est somnus ab oculis eoꝝ. Nō enim dormiūt inqt nisi male fecerit. Absint fratres. absint ab hoc conuentu tales uigiliæ. Sit potius uigilantium clausum diabolo. apertū christo. ut quē labiis sonamus. corde teneamus. Tunc acceptabiles nostræ uigiliæ. tunc pernoctatio salutaris erit. si competenti diligentia & deuotione sincæra ministerium nostrum & diuinis obtutibus offeruntur. Hæc de uigiliarum auctoritate antiquitate. necnon utilitate dicta sufficiant gratia domini nostri iesu christi cum omnibus nobis amen.

Epistola beati Hieronymi p̄sbyteri de uita monachi captiui.

Vi nauali p̄lio dimicaturi sunt. ante i portu & i tranqllo mari flectunt gubernacula. remos trahunt. ferreas manus & uncos præparāt. dispositūq; per tabulata militē. pendēte gradu & labente uestigio stare firmiter cōsuescūt. ut quod i simulacro pugnæ didicerit. i uero certamie nō phorrescant. Ita & ego q diu tacui (silere qppe me fecit mens. cui sermo suppliciū est) prius exerceri cupio i paruo opere. & ueluti quādam rubiginem liguæ abstergere. ut uenire possim ad latiorem historiā. Scribere eni dispositui. si tamē uitam domius dederit & si uituperatores mei saltē fugientem me & clausum persequi desierit ab aduētu saluatoris usq; ad nostrā ætatē. i. ab apostolis usq; ad nostri tpis fæcē. qūo & per quos xp̄i ecclesia nata sit. & adulta persecutōibus creuerit. martyribus coronata sit. Et postq̄ ad xp̄ianos prīcipes uenerit potētia quēadmodum diuitiis maior. sed uirtutibus minor facta sit. Veꝝ hæc alias. Nūc qd' imineꝝ explicemus. Maronias. xxx. ferme milibus ab antiochia urbe syriæ haud grandis ad oriētem distat uiculus. Hic post multos uel domios uel patronos. dum ego adolescētulus morarer i syria. ad papæ euagrii necessarii mei possessionem deuolutus est. quem iccirco nūc noiaui. ut ostenderem unde nossem. qd' scripturus sū. Erat illic qdā senex noīe malchus. quē nos latie regem possumus dicere. syrus natōe & ligua. & re uera eiusdem loci idigena. Anus quoq; i eius cōtubernio ualde decrepita. & iam morti ꝓxia uidebat'. tā studiose ābo

religioſi & ſic eccleſiæ limẽ terentes.ut zachariam & heliſabeth de euangelio crederes.niſi q̃ ioannes in me 314
dio non erat.De his cũ curioſe ab accolis q̃rerem quæ nam eſſet eor̃ copula. mr̃imonii.ſanguinis an ſpũs:
omnes uoce conſona ſanctos & deo placitos.& mira neſcio qua reſpondebant cupiditate illectos. Adorſus
ſum hominẽ.& curioſius ſciſcitans rer̃ fidem.hoc ab eo accepi.Ego inquit mi nate maroniaci agelli colo-
nus.ſed ſolus parentibus fui.qui cũ me quaſi ſtirpẽ generis ſui.& hæredem familiæ ſuæ ad nuptias cogerẽt.
monachum potius uelle eſſe reſpondi.Quantis pater minis.quantis mater blanditiis p̃ſecuti ſunt.ut pudici
tiam p̃derem.Hæc res ſola indicio eſt.q̃ & domũ & parentes fugi.Et quia ad orientẽ ire nõ poteram ꝓpter
uicinam p̃ſidem.& romanor̃ militum cuſtodiam.ad occidentem uerti pedes.pauxillulum neſcioquid por-
tans uiatici.quod me ab inopia defenſaret.Quid multa?Perueni uicinam tãdem ad heremũ calchidos.quæ
inter imas & eſſam magis ad auſtr̃ ſita eſt.ibi reptis monachis.eor̃ me magiſterio tradidi.manuũ labore ui
ctum q̃ritans.laſciuiãq; carnis refrenans ieiuniis.Poſt multos incidit mihi cogitatio.ut ad p̃riam p̃gerem.&
dum adhuc uiueret mater(iam enim p̃rem mortuũ audieram)ſolarer uiduitatem eius.& exinde uenundata
poſſeſſiuncula.partem erogarem paupibus.& ex parte monaſterium conſtruerem.Quid erubeſco confiteri
infidelitatem meã?Et partem in ſumptũ meor̃ ſolatia reſeruarem.clamare occepit abbas meus diaboli eſſe
tentationẽ.& ſub honeſtæ rei occaſione latere antiqui hoſtis inſidias.hoc eſſe iter̃ reuerti canẽ ad uomitũ
ſuũ.Sic multos monachor̃ eſſe deceptos.nuſq̃ diabolum apta frõte ſe ꝓdere.Proponebat mihi exempla de
ſcripturis plurima.iter quæ illud ab initio q̃ adam quoq; & euam ſpe diuinitatis ſupplantauerit. & cum p-
ſuadere non poſſet.ꝓuolutus gentibus obſecrabat.ne ſe deſererem.ne me p̃derem.nec aratrum tenens poſt
tergum reſpicerem.Ve miſero mihi.uici monitorem peſſima uictoria.reputans illum non meam uoluptа-
tem ſed ſuum ſolatium q̃rere.Proſecutus ergo me de monaſterio quaſi funus efferret.& ad extremũ uale di
cens uideo ait te fili ſathanæ cauterio notatum.Non quæro cauſas.excuſationes non recipio. Ouis quæ de
ouilibus egreditur.lupi ſtatim morſibus patet.De beria ad eſſam ꝓgentibus uicina eſt publico itineri ſolitu
do.per quam ſaraceni in certis ſedibus huc atq; illuc ſemp uagantur.quæ ſuſpitio frequentiam in illis locis
uiator̃ congregat.ut imminens periculum auxilio mutuo declinetur.Erant in comitatu meo uiri.fœmiæ.
ſenes.iuuenes.paruuli numero circiter.lxx.& ecce ſubito equor̃ camelorumq; ceſſores iſmaelitæ irruunt.
crinitis uittatiſq; capitibus ac ſeminudo corpore.pallia & latas caligulas trahentes. pendebant ex humero
pharetræ.laxos arcus uibrantes.haſtilia longa portabant.Non enim ad pugnandum uenerant.rapimur.diſ-
rapimur.in diuerſa trahimur.Ego enim longo poſtliminio hæreditarius poſſeſſor.& ſero mei conſilii pœ-
nitens cum altera muliercula in unius heri ſeruitutem ſortitus uenio.ducimur immo portamur ſublimes
in camelis.& p uaſtam heremũ ſemp ruinam timẽtes.hæremus potius q̃ ſedemus.Carnes ſemicrudæ cibus.
& lac camelor̃ potus erat.Tandem grandi amne tranſmiſſo peruenimus ad iteriorem ſolitudinem.ubi do-
minam liberoſq; ex more gentis adorare iuſſi.ceruices flectimus.Hoc quaſi clauſus carcere mutato habitu.
ideſt nudus ambulare diſco.nam aeris quoq; intemperies nihil aliud p̃ter pudenda uelari patiebatur.Tradũ
tur mihi paſcendæ oues.& in malor̃ comparatione hoc fruor ſolatio.q̃ dominos meos & conſeruos rarius
uideo,Videbar mihi aliquid habere ſancti iacob.Recordabar moyſi.qui & ipſi in heremo quondam fuere
paſtores.ueſcebar recenti caſeo & lacte.orabam iugiter.Canebam pſalmos.quos in monaſterio dediceram.
Delectabat me captiuitas mea.Agebam dei iudicio gratias.q̃ monachum quẽ in patria fueram perditurus i
heremo inueneram.O nihil unq̃ tutum apud diabolum.O multiplices & ineffabiles eius inſidiæ. Sic quoq;
latentem me inuenit inuidia.Dominus uidens gregem ſuum creſcere.nihilq; in me deꝑhendens fraudulen-
tiæ(ſciebam enim apoſtolum p̃cepiſſe:dominis ſic quaſi deo fideliter ſeruiendum)& uolens me remunerar.
quo fidum ſibi magis faceret.tradidit mihi illam conſeruam meam aliquando captiuam.Et cum ego refu-
tarem & dicerem me chriſtianum.nec licere mihi uxorem uiuentis accipe. Siquidem captus nobiſcum uir
eius ab alio domino fuerat adductus.herus ille implacabilis in furorem euaginato me cœpit petere gladio.
Et niſi confeſtim brachium tenere mulier p̃occupaſſet.ilico effudiſſet ſanguinem.Iam uenerat tenebroſior
ſolitudo.& mihi nimium matura nox.duco in ſpeluncam ſemirutam nouam coniugem.& ꝓnubante nobis
triſtitia uterq; deteſtamur alter̃.nec fatemur.Tunc uere ſenſi captiuitatem meam: ꝓſtratuſq; humi mona-
chum cœpi plangere.quem perdebam dicens.Huccine miſer ſeruatus ſum?Ad hoc me mea ſcelera perdu-
xerunt.ut incaneſcente iam capite uirgo maritus fierem.Quid mihi ꝓdeſt parentes.patriam.rem familiarẽ
contempſiſſe pro domino.ſi hoc facio.quod ne facerem illa cõtempſi.niſi q̃ forte ꝓpterea hæc ſuſtineo. qa
rurſum p̃riam deſideraui?Quid agimus anima?Perimus an uincimus?Expectamus manus domini.an pro-
prio mucrone confodimur? Verte in te gladium.tua magis mors timenda eſt.q̃ corporis. Habet & ſeruata
pudicitia ſuũ martyriũ.laceat inſepultus xp̃i teſtis in heremo.ipſe mihi ero p̃ſecutor & martyr.Sic fatus du-
xi in tenebris quoq; micantem gladium.& acumine contra me uerſo.uale inq̃ infœlix mulier. habeto me
martyrem potius q̃ maritum. Tunc illa pedibus meis ꝓuoluta.p̃cor te iquit p ieſum xp̃m.& per huius oræ
neceſſitatem rogo.ne effundas ſanguinem tuũ in ſanguinem meũ.uel ſi mori placet.in me primũ uerte mu
cronem.ſic nobis potius coniungamur.etiam ſi uir meus ad me rediret.ſeruarem caſtitatẽ.quã me captiui-
tas docuit.uel interirẽ potius q̃ p̃derẽ.Cur moreris ne mihi iungaris?Ego morerer.ſi mihi iungi uelles. Ha-
beto me coniugem pudicitiæ & magis animæ copulã amato.q̃ corporis.Sperent domini maritũ.xp̃s noue-
rit fratrẽ.facile ſuadebimus nuptias.cũ nos uiderint ſic amare.Fateor.ſtupui.& admiratus uirtutẽ fœminæ
coniugæ plus amaui.Nunq̃ tamẽ illius nudũ corpus intuitus ſum.& nunq̃ eius carnẽ tetigi.timens in pace
p̃dere quæ in p̃lio ſeruauerã.Tranſeũt i tali mr̃imonio dies plurimi.amabiliores nos domis fecerãt nuptiæ.
Nulla fugæ ſuſpitio.iterdum.& menſe toto aberã fidus gregis paſtor p ſolitudinẽ.Poſt grande interuallum

dum ſolus in heremo ſedeo.& ꝑter cælū terrāq; nihil uideo.cœpi mecū tacitus uoluere.& iter multa quoq; contubernia monachoꝝ recordari.maximeq; uultum ꝓris mei.q me erudierat.tenuerat, ꝓdideratq;. Sicq; cogitans aſpicio formicaꝝ gregem anguſto calle ſeruere:ferre onera maiora q̄ corpora.Aliæ herbaꝝ quædam ſemina forcipe oris trahebāt:aliæ egerebant humū de foueis:& aquaꝝ meatus aggeribus excludebāt. Illæ uenturæ hyemis memores,ne madefacta humus in herbam horrea uerteret: illata ſemina ꝑcidebant. Hæ luctu celebri corpora defuncta deportabant.Quodq; magis miꝝ eſſet in tanto agmine egrediens non obſtabat itranti.Quin potius ſi quam uidiſſent ſub faſce & onere concidiſſe:ſuppoſitis humeris adiuuabāt. Quid multa?Mihi ſpectaculum dies illa ꝑbuit.Vnde recordatus ſalomonis ad formicaꝝ ſolertia nos mittentis,& pigras mentes a tali exemplo ſuſcitantis cœpi tædere captiuitatis,& mōaſterii cellulas q̄rere,ac formicaꝝ illaꝝ ſimilitudinem deſideraſ:ubi laboraſ in medium,cum nihil cuiuſq; ꝓprium ſit,oīa oīum ſunt. Regreſſo ad cubile,occurrit mulier,triſtitiam animi diſſimulare non potui.Rogat cur ita exanimatus ſim, audit cauſas,hortaſ fugam,non effrenaſ:non aſpernaſ.Peto ſilentium,fidem tribuit,qn & iugi ſuſurro iter ſpem & metum medii fluctuamus.Erant mihi ī grege duo hirci miræ magnitudis:q̄bus occiſis utres facio: eorūq; carnes uiaticū ꝑparo.& primo ueſperi putantibus nos dominis ſecreto cubitare iuadimus iter,utres & partes carnium portantes.Cunq; pueniſſemus ad fluuium(nam decem milibus aberat) inflatis aſcenſiſq; utribus aq̄s nos credimus,paulatim pedibus ſubremigantes,ut deorſum nos flumine deferente:& multo lō gius q̄ conſcenderamus in alteram nos exponente ripam,ueſtigium ſequentes ꝓderent.Sed iter hæc madefactæ carnes,& ex parte lapſæ,uix tridui cibum pollicebantur,bibimus uſq; ad ſacietatem, futuræ nos ſiti ꝑparantes.Currimus poſt tergum ſemp aſpicimus,& magis noctibus,ꝓmouimus,uel ꝓpter inſidias latæ uagārium ſaracenoꝝ,uel ꝓpter ardorem ſolis nimium.Paueſco miſer etiā referens,& ſi tota mente ſecurus,toto tamen corpe ꝓhorreſco.Poſt diem uero tertium dubio aſpectu,ꝓcul aſpicimus duos camelis ſedentes uenīr concite.Staricq; mens mali ꝓſaga,putare cœpit dominum,meditari mortem,ſolem cernere nigreſcēté.Dūq; timemus,& ueſtigiis nos ꝓditos per arenas intelligimus,offertur ad dexteram ſpecus, longe ſub terram penetrans.Igiť timentes uenenata animalia(nam ſolēt uiperæ reguli, & ſcorpiones,cæteraq; huiuſcemodi, feruorem ſolis declinantia,umbras petere)intrauimus quidem ſpeluncam.Sed ſtatim in ipſo introitu ſiniſtræ nos foueæ credímus,nequaq̄ ultra,ꝓgredientes,ne dum mortem fugimus,incurramus in mortem. Illudq; nobiſcum reputantes,ſi iuuat dominus miſeros habemus ſaluté.Si deſpicit peccatores,habemus ſepulchꝝ. Quid putas fuiſſe nobis animi?Quid terroris,cum ante ſpecum haud procul ſtaret dominus & conſeruus, & ueſtigio indice iam ad latebras peruenīſſent?O multo grauior expectata q̄ illata mors,rurſus cum timoꝝ & labore lingua balbutit,& quaſi clamante domino mutire non audeo.Mittit ſeruum ut nos de ſpecu trahat,ipſe camelos tenet,& euaginato gladio noſtrum expectat aduentum.Interea tribus fere uel quatuor cubitis introgreſſo famulo nobis ex occulto tergum eius uidentibus(nam oculorum iſtiuſmodi natura eſt,ut poſt ſolem umbram itrantibus,cæca ſint omnia)nox per antrum ſonat,exite furciferi,exite morituri.Quid ſtatis?Quid moramini?Exite,Dominus uocat,patienter expectat. Adhuc loquebatur. & ecce per tenebras aſpicimus leænam inuaſiſſe hominem,& gutture ſuffocatum cruentum intra trahere,Ieſu bone. quid tunc terroris nobis,quid gaudii fuit?Spectabamus. domino neſciente, hoſtem noſtrum perire. Qui cum uideret illum moras facere,ſuſpicatus eſt duos uni reſiſtere,ſed iram differre non ualens,ſicut tenebat gladium ad ſpeluncam uenit,& furore rabido ſerui increpans ſocordiam,prius a fera eſt tentus, q̄ noſtras latebras ꝑteriret.Qui ſunt,qui hoc crederent,ut ante os noſtrum beſtia pro nobis dimicaret?Sublato autem illo metu,ſimilis ante oculos noſtros uerſabatur interitus,niſi q̄ tutius erat rabiem leonis,q̄ iram hominis ſuſtinere,Pauemus intrinſecus,& ne mouere quidem nos auſi,ꝑſtolabamur euentum rei.Inter tanta pericula, pudicitiæ tantum conſcientia pro muro ſepti,leæna inſidias cauens,& uiſam eſſe ſe ſentiens,apprehenſum mordicum catulum mature effert.nobiſq; cedit hoſpitio,neq; tamen ſatis creduli ſtatim erupimus,ſed expectātes diu,& egredi cogitantes,illius nobis figurabamus incurſum.Sub talli ergo terrore,& alia trāſacta die exegimus ad ueſperam,uidimuſq; camelos quos ob nimiam uelocitatem dromedarios uocant. ꝑteritos cibos in ora uoluere,& in aluum miſſos iterum detrahere.Quibus aſcenſis,& noua ſitarcia,ideſt annona refocilati,decima tandem die ad romana per deſertum caſtra uenimus,oblatiq; tribuno rem ordíe pandimus. Inde tranſmiſſi ad ſabinū meſopotamiæ ducem,camelorꝝ ꝑcium accepimus.Et quia iam abbas ille meus obdormiuerat in domino,ad hæc delatus loca me monachis reddo,Hanc trado uirginibus,diligens eam ut ſororem non tamē me ei credens ut ſorori.Hæc mihi ſenex malchus adoleſcentulo retulit. Hæc ego uobis narraui ſenex caſtis,& hiſtoriam caſtitatis expono.Virgines uirginitatē cuſtodire exhortor.Vos narrate poſteris,ut ſciāt inter gladios,& inter deſerta & beſtias pudicitiam nunq̄ eſſe captiuā. & hoiem chriſto deditum poſſe mori,non poſſe ſuperari.

Beati Hieronymi ꝑſbyteri ad florentiū de ortu amiciciæ,ubi illius effert uirtutes & miſerationē in pauperes,Ruffinū quoq; ſanctitatis extollit.

Vantus beatitudinis tuæ rumor diuerſa populorum ora compleuerit.hinc poteris æſtimare,ꝙ ego te ante incipio amare q̄ noſſe.Vt eni ait apoſtolus,quorundā hoīum peccata manifeſta ſūt, ꝑcedentia ad iudiciū,ita ecōtrario tuæ dilectionis fama diſpgitur,ut nō tantū laudādus ſit ille,q te amat q̄ ſcelus puteť facere ille qui nō amat.Prætermitto inumerabiles,in quibus xp̄m ſuſtentaſti,pauiſti,ueſtiſti,uiſitaſti.Heliodori fratris a te adiuta neceſſitas,multorum poteſt ora laxare,quibus gratis,quo ille præconio peregrinationis incommoda a te ſota referebat?Ita ut ego ille ardentiſſimus. quem

intolerabilis langor pēnatis ut aiunt pedibus.certa charitate & uoto te ſalutauerī.& etiam complexus ſim. 315
Gratulor itaq; tibi:& naſcentem amicīciā ut dominus confœderare digneť p̄cor.Et qa frater Ruffinus.qui cū ſancta Melania ab ægypto hieroſolymā ueniſſe narrať,idiuidua mihi germanitatis charitate cōnexus ē. quæſo ut epiſtolam meā huic epiſtolæ tuæ copulatā.ei reddere nō graueris.Noli nos eius æſtimare uirtutibus.In illo conſpicies exp̄ſſa ſanctitatis īſignia.& ego cinis & uiliſſima pars luti.etiā fauilla.dum uertor.ſatis habeo.ſi ſplendoré moꝝ illius ībecillitas oculoꝝ meoꝝ ferre ſuſtineat.Ille modo ſe lauit. & mundus eſt.& tanq̄ nix dealbatus ego cūctis peccatoꝝ ſordibus inqnatus.diebus an noctibus opperior cū tremoř reddere nouiſſimū quadrantē.Sed tamē quia dominus ſoluit compeditos,& ſup humilem & trementē uerba ſua reqeſcit.forſitan & mihi in ſepulchro ſceleꝝ iacenti dicat.Hieronyme ueni foras.Sanctus p̄ſbyter Euagrius plurimū te ſalutat.& martinianū fratrem iuncto ſalutamus obſequio.quem ego uidere deſiderans. cathena langoris innector.

Beati Hieronymi p̄ſbyteri ad florentium de uiciſſitudine litteraꝝ inuitans.& libros quoſdam tranſcribi & ſibi mitti depoſcens.

N ea mihi parte heremi cōmoranti.quæ iuxta ſyriam ſaracenis iungitur.dilectionis tuæ ſcripta plata ſunt.qbus lectis:ita reaccenſus eſt aius hieroſolymā,pficiſcendi.ut pene nocuerit ,ppoſito. quod ,pfuerit charitati.Nunc igitur quomodo ualeo ,p me tibi lr̄as rep̄ſento.& ſi corpoř abſens ſum.amore tamē & ſpiritu uenio.ipendio expoſcens.ne naſcentes amicicias.quæ xp̄i glutino cohæſerunt.aut tēporis aut locoꝝ magnitudo diuellat.qn potius fœderemus eas reciprocis epiſtolis. Illæ iter nos currant.illæ ſe obuient.illæ nobiſcū loquanť.Non multū ,ditura erit charitas:ſi tali ſecū ſermōe fabuletur.Ruffinus aūt frater ut ſcribis.necdum uenit.& ſi uenerit.non multum,derit deſiderio meo . cum eū iam uiſurus non ſim.Ita enim & ille longo iteruallo ſeparatus eſt.ut huc non poſſit currere . & ego arreptæ ſolitudinis terminis arceor.ut cœperit iam mihi nō licere quod uolui.ob hoc & ego obſecro. & ut tu petas plurimū quæro:ut tibi beati rhetitii auguſtudunenſis ep̄i cōmentarios ad ſcribendū largiatur.in qbus canticum canticoꝝ ſublimi ore diſſeruit.Scripſit mihi & qdā de p̄ria ſupradicti fratris ruffini paulus ſenex terrulliani ſuū codicem apud eum eſſe:quem uehemēter repoſcit.& ex hoc quæſo.ut eos libros quos me non habere breuis ſubditus edocebit.librarii manu in charta ſcribi iubeas.Interp̄tatōem quoq; p̄ſalmoꝝ dauiti coꝝ & ,plixum ualde librum de ſynodis ſancti hilarii.quem ei apud treuiros manu mea ipſe deſcripſerā : ut mihi tranſferas peto.Noſti hoc eſſe aiæ pabulum.ſi ī lege domini meditetur die ac nocte.Cæteros hoſpitio recipis.ſolatio foues.ſumptibus iuuas.mihi ſi rogata præſtiteris:multa largitus es.& quoniam tribuente domino multis ſacræ bibliothecæ codicibus abundamus.impera uiciſſim quodcūq; uis mittam.nec putes mihi graue eſſe ſi iubeas.Habeo enim alūnos.qui me antiquæ artis eruditū.Neq; uero beneficium.pro eo qď poſtulo.polliceor.Heliodorus frater mihi indicauit:te multa de ſcripturis quærere.nec ſic īuenire.aut ſi oia habes īcipiet ſibi charitas uendicare.plus petere.Magiſtrū aūt pueri tui.de quo dignatus es ſcribere.qué plagiatorem eius eſſe nō dubium eſt.ſæpe euagrius p̄ſbyter dum adhuc antiochiæ eſſem me p̄ſente corripuit. Cui ille reſpōdit.Ego nihil timeo.dicit ſe a domīo ſuo fuiſſe dimiſſum:& ſi uobis placet ecce hic eſt.dimittite quo uultis.In hoc arbitror me nō peccare:ſi hoiem uagum nō ſiná lōgius fugere.Quapropter qa ego in hac ſolitudie cōſtitutus nō poſſum agere quod iuſſiſti:rogaui chariſſimū mihi euagrium.ut tam tui.q̄ mei cauſa inſtanter negociū p̄ſequatur.

Beati Hieronymi p̄ſbyteri ad marcellam de muneribus acceptis.quæ myſtice īterp̄tať.ubi de ceraſis ue recūdia rubētibus ſibi trāſmiſſis loqtur.iſinuans qs id genus pomi romā primus ſuexerit.

Arua ſpecie ſed charitate ſunt magna.munera accepiſſe a uirgine armillas.epiſtolam.& colūbas. Et quoniam mel in dei ſacrificiis non offertur.nimia dulcedo arte mutata eſt.& quadam(ut ita dicam)piperes auſteritate condita.Apud deum enim nihil uoluptuoſum.nihil tantum ſuaue placet.niſi quod ī ſe habet mordacis aliqd ueritatis.Paſcha xp̄i cum amaritudinibus manducatur. Feſtus eſt dies.& natalis beati petri feſtius eſt ſolito concinendus.ita tamen ut ſcripturaꝝ cardinem iocularis ſermo non fugiat.nec a præſcripto palæſtræ noſtræ longius euagemur.Armillis ī ezechiele armatur hierusalem.Baruth epiſtolam ſuſcepit ab hieremia in columbæ ſpecie ſp̄ūs ſanctus allabitur.Itaq; ut te aliqd & piperis mordeat.& priſtini libelli etiam nunc recorderis.caue ne operis ornaméta dimittas.quæ ueræ armillæ ſunt brachioꝝ.ne epiſtolam pectoris tui ſcindas.quam a baruth rraditam nouacula rex ,pphanus icidit. ne ad ſimilitudinem effirem per oſee audias.facta es inſipiens ut columba. Nimium reſpondebis auſtere . & quod feſto non conueniet diei.Talibus ,puocaſti.dum dulcibus amara ſociata ſunt.& a nobis paria recipies. laudem amaritudo comitabitur.Verum ne uidear dona minuiſſe:accepimus & caniſtrum ceraſis refertum talibus,& tam uirginali uerecundia rubentibus.ut ea nunc a lucullo delata exiſtimarem. Siquidem hoc genus pomi,ponto & armenia ſubiugatis.de ceraſunto primus romam pertulit.unde & de patria arbor nomē accepit.Igitur qa in ſcripturis caniſtrum ficis plenū legimus.Ceraſa uero non īuenimus.in eo quod allatum eſt:id quod non allatum eſt prædicamus.Optamuſq; te de illis pomis fieri.quæ contra templum dei ſunt.& de qbus deus dicit.qa bona.bona ualde.Nihil qppe ſaluator medium amat.& ſicuti frigidum non refugiēs calidis delectatur.ita tepidos ī apocalypſi euomere ſe loqtur. Vnde nobis ſollicitius prouidendū eſt.ut ſolēnem diē nō tam ciboꝝ abūdantia:q̄ ſp̄ūs exultatōe celebremus.qa ualde abſurdū eſt nimia ſaturitate honorare uelle martyrem. quem ſcias deo placuiſſe ieiuniis. ita tibi ſemper comedendum eſt : ut cibum & oratio ſequatur & lectio. Quod ſi aliquibus diſplicet. apoſtoli uerba cantato. ſi adhuc hominibus placerem. chriſti ancilla non eſſem.

beati Hieronymi p̄sbyteri ad marcellam de muneribus gratias agens:quæ ad laudem dantis mystice interpretatur.

T absentiam corpoꝝ ſpūs conſabulatiōe ſolemur.facit unuſqſq; quod præualet.Vos dona trāſmittitis:nos epiſtolas remittimus gr̄aꝝ.ita tamen ut qa uelataꝝ uirginū munus eſt.aliqua ī ip̄is munuſculis eſſe myſteria demonſtremus.Saccus oſonis ſignū atq; ieiunii eſt.Sella ut foras pedes uirgo nō moueat.Cerei ut accenſo lumīe ſponſi expectet̄ aduentus.Calices mortificatiōem carnis oſtendunt:& ſemp aium ad martyrium p̄paratum.Calix qppe domini inebrians q̄ præclarus eſt.Quod aūt & matronis offertis muſcaria paruis aialibus uentilandis.elegans ſignificatio eſt . debere luxuriam cito reſtringere:qa muſcæ morituræ oleum ſuauitatis exterminant.Hic typus ſit uirginū.hæc figura matronarum.In puerſum non licet munera uŕa conueniant.Sedere aptum eſt ocioſis in ſacco iacere pœnitentibus. Calicem hr̄e licet potantibus.licet & ꝓpter nocturnos metus.& aios ſemp malū conſcientiæ formidantes. Cereos accendiſſe quoq; ſit gratum.

Beati Hieronymi preſbyteri ad iulianū diaconum ſe excuſans de ſilentio litteraꝝ:pollicens præteritam negligentiam futura frequentia compenſare.

Ntiquus ſermo eſt.mendaces faciūt.ut nec uera dicentibus credaſ.Quod mihi a te ego obiurgatus de ſilentio litteraꝝ accidiſſe uideo.Dicam.Sæpe ſcripſi:ſed negligentia baiuloꝝ fuit.Reſpōdebis:oſium non ſcribētium uetus iſta excuſatio eſt.Dicā.Non repperi qui epiſtolas ferret.dices. hinc illinc iſſe q̄ plurimos.Contēdam:me etiam his dediſſe.At illi qa nō reddiderunt : negabūt & erit inter abſentes incerta cognitio.Quid igitur faciā?Sine culpa ueniam poſtulabo rectius arbitrans pacem loco motus petere:q̄ æquo gradu certamia cōcitare.q̄q̄ ita me iugis tam corporis ægrotatio q̄ animæ ægritudo conſumpſerit.ut morte iminente nec mei pene memor fuerim.Quod ne falſum putes : oratorio more poſt argumenta teſtes uocabo.Sanctus frater heliodorus hic affuit:q cum mecū heremū uellet incolere:meis ſceleribus fugatus abſceſſit.Veꝝ oēm culpam p̄ſens uerboſitas excuſabit.Nam ut ait flaccus in ſatyra.Omnibus hoc uitiū eſt cantoribus. inter amicos.Rogati ut nunq̄ cantēt iniuſſi.nunq̄ deſiſtant.Ita te deiceps faſcibus obruam lr̄aꝝ:ut econtrario incipias rogare:ne ſcribam.Sororem filiam in xp̄o tuā gaudeo te primū nūciante.in eo ꝑmanere quod cœperat.Hic enim ubi nūc ſum.nō ſolum qd agatur ī p̄ria. ſed an ip̄a p̄ria p̄ſtet ignoro.Et licet me ſiniſtro hiberia ex cetraꝝ ore dilaniet:nō timebo hoium iudiciū.habiturus iudicem meū.iuxta illud.quod qdam ait.Si fractus illibaſ orbis:impauidū ferient ruinæ.Quapropter quæſo. ut apoſtolici memor p̄cepti.quo docet opus nr̄m ꝑmanere debere.& tibi a domino p̄miū in illius ſalute pares.& me de cōi in xp̄o gloria crebris reddas ſermonibus lætiorem.

Beati Hieronymi p̄ſbyteri ad niciā hypodiaconū aglegiæ de uiciſſitudīe lr̄aꝝ:conquerens illaꝝ ītermiſſio ne ſcindi amiciciā. Vbi docet unde tabellarii & librarii nomē ſumpſit originē.

Vrpilius comicus tractās de uiciſſitudīe lr̄aꝝ.ſola ingt res eſt.quæ hoies abſentes p̄ſentes facit. Nec falſam dedit:q̄q̄ ī re nō uera ſn̄iam.Quid.n.eſt ut ita dicā,tam p̄ſens ĩter abſentes.q̄ p epiſtolas & alloq.& audire quos diligas?Nā & rudes illi italiæ hoies.quos caſcos ennius appellat: q ſibi ut in rhetoricis cicero ait.Ritu ferino uictū reqrebāt:ante chartæ & mēbranaꝝ uſum:aut in dedolatis e ligno codicillis.aut ī corticibus arboꝝ mutuo epiſtolaꝝ alloqa miſſitabāt. Vnde & portitores earū tabellarios.& ſcriptores a libris arboꝝ librarios uocauere.Quāto igiť nos expolito iam artibus mundo. id nō debemus omittere.qđ illi ſibi p̄ſtiterūt.apud quos erat cruda ruſticitas.& q humanitatē quodámodo neſciebant?Ecce btūs chromatius cū ſcō euſebio nō plus natura q̄ moꝝ ſibi æqualitate germano:litterario me,puocauit officio.Tu modo a nobis abiens recentē amiciciā ſcidis potius.q̄ diſſuis.qđ prudenter apud ciceronē lælius uetat:niſi forte ita tibi exoſus eſt oriēs.ut lr̄as quoq; tuas huc uenire formides.Expgiſceť: expgiſceť.euigila de ſōno.p̄ſta unā chartæ ſchedulam charitati.ĩter delitias p̄riæ & cōes quas habuimus peregrinationes aliquādo ſuſpira.Si amas.reſcribe obſecranti.ſi iraſceris.iratus licet ſcribe.Magnū & hoc deſiderii ſolamē habebo.ſi amici lr̄as uel indignātis accipiam.

Beati Hieronymi p̄ſbyteri ad Chromatiū louinianū & euſebiū de epiſtola accepta cōgratulans:de cuius breuitate conquerit.ubi docet quādo ꝑgamenoꝝ uſus ac nomē ĩcœperit.Bonoſum quaſi iam p̄fectū effert ſe quaſi iacentē deprimit.

On debet charta diuidere.quos amor mutuus copulauit.nec p ſingulos officia mei ſunt partienda ſermonis:cū ſic iuicem uos ametis:ut nō minus tres charitas iūgat.q̄ duos natura ſociauit.qn potius ſi rei cōditio pateret.ſub uno litterulæ apice noīa ĩdiuiſa cōcluderē:uŕis quoq; ita me lr̄is ,puocantibus:ut & in uno tres.& tres in uno.& ī tribus unū putarem. Nā poſtq̄ ſcō euagrio trāſmittente.in ea ad me heremi parte delatæ ſunt.quæ inter ſyros ac ſaracenos uaſtū limitē ducit . ſic gauiſus ſum.ut illum diē romanæ fœlicitatis.quo primū marcelli apud nolam p̄lio poſt canenſem pugnā hānibalis agmina cōciderint.ego uicerim.Et licet ſupradictus frater ſæpe me uiſitet:atq; me ita ut ſua in xp̄o uiſcera foueat.tamē longo a me ſpatio ſeiunctus.nō minus mihi dereliquit abeūdo deſideriū. q̄ arulerat ueniendo læticiam.Nūc cum ueſtris lr̄is ſabulor.Illas amplexor.illæ mecū loquūtur.illæ hic tantū latinæ ſciunt. Hic enim aut barbarus ſemiſermo dicēdus eſt.aut tacēdū.Quotienſcūq; chariſſimos mihi uultus notæ manus referūt impſſa ueſtigia.totiēs aut ego hic nō ſum.aut uos hic eſtis.Credite amori uera dicēti.& cum has ſcriberem uos uidebam.Quibus hoc primū q̄ror.cur tot interiacentibus ſpatiis maris atq; terraꝝ tā paruā epiſtolā miſeritis.niſi q̄ ita merui.q uobis ut ſcribitis ante nō ſcripſi.Chartā defuiſſe nō puto ægypto miſtrāte commercia.Etſi alicui ptolemæus maria clauſiſſet:tamen rex attalus membranas a pergamo miſerat:ut pe-

nūria chartæ pellibus penſaretur.unde pergamenaꝝ nomẽ ad hanc uſq; diem tradentæ ſibi inuicem poſte- 315
ritate ſeruatum eſt.Quid igitur arbitrer baiulum feſtinaſſe.q̃uis lõgæ epiſtolæ una nox ſufficit.An uos ali-
qua occupatione detentos. Nulla neceſſitas maior eſt charitate. Reſtant duo:ut aut uos pīguerit:aut ego
non meruerim. In quibus magis uolo uos inceſſere tarditatis. q̃ me condemnare non meritum. Facilius
enim negligentia emendari poteſt: q̃ amor naſci. Bonoſus ut ſcribitis:quaſi filius ιχθυοσ .i. piſcis aquoſa
petit: nos priſtina contagione ſordentes. quaſi reguli & ſcorpiones arentia quæq; ſectamur. Ille iam poſt
iam calcat ſuper colubri caput: nos ſerpenti terram ex diuina ſententia comedenti adhuc cibus ſumus.Ille
ſummum graduum pſalmum ſcandere:nobis adhuc in primo aſcenſu fluentibus.neſcio an dicere aliquan-
do contingat. Leuaui oculos meos in montes.unde ueniet auxilium mihi.Ille inter minaces ſæculi fluctus
in tuto inſulæ hoc eſt eccleſiæ gremio ſedens ad exemplum ioannis librum forte iam deuorat:ego in ſcele-
rum meoꝝ ſepulchro iacens.& peccatoꝝ uinculis colligatus.dominicum de euãgelio expecto clamorem.
Hieronyme ueni foras.Bonoſus inq̃ quia ſecundum pphetam omnis diaboli uirtus in lombo eſt:trans eu-
phratem tulit lombare ſuum:ubi illud in foramine petræ abſcõdens:& poſtea ſciſſum reperiens cecinit:do-
mine tu poſſediſti renes meos.Dirupiſti uincula mea:tibi ſacrificabo hoſtiam laudis.Me uero nabuchodo-
noſor a babylonem.i.confuſionẽ mentis meæ cathenatũ duxit.Ibi mihi captiuitatis iugũ impoſuit:ibi fer
ri circulum inectens.de canticis ſyon cantare p̃cepit.Cui ego dixi.Dominus ſoluit compeditos.dominus il-
luminat cæcos.Vt breuiter cœptam diſſimilitudinem finiam:ego ueniam dep̃cor.ille expectat coronã. So-
ror mea ſancti iuliani in xp̃o fructus eſt.Ille plantauit:uos rigate.dominus incrementum dabit. Hanc mihi
ieſus pro eo uulnere:quod diabolus inflixerat.p̃ſtitit.uiuã reddẽdo p mortua.Huic ego ut ait gentilis poeta
oĩa etiam tuta timeo.Scitis ipſi lubricũ adoleſcentiæ iter.in quo & ego lapſus ſum:& uos nõ ſine timore trã
ſiſtis.Hoc illa cũ maxime ingreditur:oĩum eſt fulcienda p̃ceptis.oĩum eſt ſuſtentanda ſolatiis.i.crebris uſ̃æ
ſanctitudinis epiſtolis roboranda.Et qa charitas omnia ſuſtinet:obſecro ut etiam a papa ualeriano ad eam
confortandã litteras exigatis.Noſtis puellares aĩos his rebus plærũq; ſolidari:ſi ſe intelligant curæ eſſe ma-
ioribus.In mea enim p̃ria ruſticitas uernacula:deus uenter eſt.& de die in diem uiuitur.& ſanctior eſt ille:q
ditior eſt.Acceſſit huic patellæ iuxta tritum populi ſermonẽ puerbium.dignũ operculum. Iupicinus facer-
dos.Secundũ illud quoq;:de quo ſemel in uita craſſum ait riſiſſe lucillius ſimilem habẽt labra lectucã.aſino
carduos comedente:uidelicet ut p̃foratam nauẽ debilis gubernator regat. & cæcus cæcos ducat in foueam.
taliſq; ſit rector.quales illi q reguntur.Matrẽ cõem:quæ cum uobis ſanctitate ſocietur:in eo uos p̃uenit:qa
tales genuit:cuius uere uenter aureus põt dici.eo ſalutamus honore.quo noſtis.unaquæq; ſuſcipiendas cun
ctas ſorores:quæ ſexum uicere cum ſæculo.quæ oleo ad lampadas largiter p̃parato.ſponſi operiuntur aduẽ
tum.O btã domus:in qua morantur anna uidua.uirgines pphetiſſæ.geminus ſamuel nutritus in templo.O
recta fœlicia:ĩ qbus cernimus machabæoꝝ martyꝝ coronis cinctã martyrẽ matrẽ.Nã licet quotidie xp̃m
cõfiteamini dũ eius p̃cepta ſeruatis:tamẽ ad priuatã gloriã publica hæc acceſſit uobis & apta cõfeſſio:q; per
uos ab urbe uſ̃a arriani quondã dogmatis uirus excluſum eſt.Et miramini forſitã.q; ĩ fine iam epiſtolæ rur
ſus exorſus ſim.qd faciam? Vocẽ pectori negare nõ ualeo:epiſtolæ breuitas compellit tacer̃:deſideriũ ueſtri
cogit loq;:p̃properus ſermo.Confuſa turbat oratio:amor ordinem neſcit.

Beati Hieronymi p̃ſbyteri ad chryſogonũ monachũ aquilegiæ:quærens in ipſo ortu amiciciæ conſue-
tudinem ſilentio lr̃arum eſſe neglectam.

Vi circa te affectus meus ſit:chariſſimus ambobus heliodorus tibi potuit fideliter nunciare.qui
nõ minore te diligit amore.q̃ ego diligo.ut ego ſemp in ore meo nomẽ tuum ſonẽ:ut ad primã
quãq; confabulatõem iocũdiſſimi mihi cõſortii recorder:& humilitatem admirer.uirtutem effe
ram.p̃dicem charitatem. Veꝝ tu quod natura lynces inſitum habent.ne poſt tergum reſpicien-
tes meminerint prioꝝ:& mens p̃dat quod oculi uidere deſiderãt.ita noſtræ neceſſitudinis penitus oblitus.
illam epiſtolã.quam in corde xp̃ianoꝝ ſcriptã apoſtolus refert.non parua litura:ſed imis aut aiunt cæris era
ſiſti.Et illæ qdem quas diximus feræ ſub frondente captantes arboris ramo fugaces cap̃as:aut timidum cer
uos aĩal comp̃hendunt.currentẽq; fruſtra p̃dam:dum hoſtem ſuũ ſecum uehit:rapido deſuper ore dilaniãt.
& tãdiu meminere p̃dandi:q̃diu uenter uacuus ſiccũ fame guttur exaſperat.ubi uero ſanguine paſta feritas
uiſcera diſtenta compleuerit. cum ſaturitate ſuccedit obliuio: tãdiu neſcitur a quid capiat: donec memo-
riam reuocauerit eſuries.Tu nec dum ſatiatus e nobis.cur finem iungis exordio? Cur amittis ante q̃ teneas?
Niſi forte negligentiæ ſemp excuſatione ſocia:aſſeras te non habuiſſe quod ſcriberes.cũ hoc ip̃m debueris
ſcribere.aliud nõ habuiſſe quod ſcriberes.

Beati Hieronymi p̃ſbyteri ad antonium monachũ.illi ſupbiæ crimẽ impingens.q; decem interpellatus
epiſtolis non reſponderit.

Ominus noſter humilitatis magiſter diſceptantibus de dignitate diſcipulis:unũ ap̃hendit e par
uulis dicens:qcũq; ueſtrum non fuerit conuerſus ſicut infans:non poteſt itroire in regnũ cælo-
rum.Quod ne tantũ docere:nec faceꝝ uideretur.impleuit exẽplo.dũ ad diſcipuloꝝ pedes lauat.
dum traditorẽ oſculo excipit: dũ loqtur cũ ſamaritana dũ ad pedes ſibi ſedẽte maria:de cæloꝝ
diſputat regno dum ab iferis reſurgens primũ mulierculis appareſcit.Sathanas aũt ex archangelico faſtigio
nõ aliam ob cãm niſi cõtrariam humilitati ſupbiam ruit.& iudaicus populus primas ſub cathedras & ſaluta
tões in foro uendicans:deputato antea in ſtillam ſitulæ gentium populo ſuccedente deletus eſt.Cõtra ſophi
ſtas quoq; ſæculi & ſapiẽtes mundi petrus & iacobus piſcatores mittũtur.Cuius rei cauſa ſcriptura ait.Sup-
bis deus reſiſtit.humilibus dat gratiam. Vides frater quale malũ ſit:quod aduerſariũ habet deũ.ob qd ĩ euã-

gelio & phariſæus arrogans ſpernitur & humílis publicanus auditur. Decem iam niſi fallor epiſtolas plenas tam officii q̄ p̄cum miſi. cum ne motum qdem facere dignaris: & domino loquente cum ſeruis, frater cum fratre non loqueris? Nimis inquies contumelioſe. Crede mihi. Niſi ſtili uerecundia prohiberet. tanta læſus ingererem: ut inciperes mihi reſcribere uel iratus. Sed quoniam & iraſci hominis eſt: & iniuriam non facere xp̄iani. Ad antiquū morem reuertens: rurſus p̄cor: ut & diligentē te diligas. & conſeruo ſermoné conſeruus impartias. Vale in domino.

Beati Hieronymi p̄ſbyteri ad theodoſium & cæteros anachoritas ſuffragiū oro̅nū iplorās: ut ex ſæculi tenebris liberetur.

Vam uellem nūc uro intereſſe conuentui: & admirandum conſortium. licet iſti oculi nō mereā-tur aſpicere: tota cū exultatione cōplecti. Spectarem deſertum omni amœnius ciuitate: uiderem deſolata ab accolis loca: quaſi ad quoddam paradiſi inſtar ſancto⁹ cœtibus obſideri. Ve⁹ quia hoc mea facere delicta: ne conſortio beato⁹ iſereretur obſeſſum omni crimíe caput. Iccirco ob-ſecro: quia uos imperare poſſe non ambigo: ut me ex iſtius tenebris ſæculi ueſtro liberetis oratu. Et ante di-xeram p̄ſens: & nunc per Iras uotum indicare non ceſſo: q̄ mens mea omni ad id ſtudium cupiditate rapiat. Nunc ueſtrum eſt: ut uoluntatem ſequatur effectus. Meum eſt ut uelim. obſecrationum ueſtra⁹ eſt: ut ueli & poſſim. Ego ita ſum: quaſi a cuncto grege morbida aberrans ouis. Quod niſi me bonus paſtor ad ſua ſta-bula humeris impoſitum reportarit: lababunt greſſus & in ipſo conamine ueſtigia concidét aſſurgétis. Ego ſum ille ꝓdigus filius: q̄ omni quam mihi pater crediderat: portione ꝓfuſa: necdum me ad genitoris genua ſubmiſi: necdum cœpi prioris a me luxuriæ blandimenta depellere. Et qa paululum non tam deſiui a uitiis: q̄ cœpi uelle deſinere. nunc me nouis diabolus ligat retibus. nunc noua impedimēta ꝓponens. maria undiq⁹ circūdat. & undiq⁹ pontū. Nūc in medio conſtitutus elemēto. nec regredi uolo: nec ꝓgredi poſſum. Superē. ut oratu uro: ſancti ſpūs aura me ꝓuehat: & ad portū optati littoris ꝓſequatur.

Beati Hieronymi preſbyteri ad aſellam de fictis amicis. qui coram blandiebantur. & poſt tergum detra-hebant: ſanctarum paulæ & melaniæ illi conſortium imputantes. quam e naui hieroſolymam pergens con-ſcripſit.

I tibi putem gras a me referri poſſe: non ſapiam. Potens eſt deus ſuper ꝓſona mea ſanctæ animæ tuæ reſtituere quod meretur. Ego enim idignus nec æſtimare unq̄ potui: nec optare: ut mihi tā-tum in xp̄o largíeris affectum. Et licet me ſceleratum qdam putant. & omnibus flagitiis obrutū & pro peccatis meis etiam hæc parua ſint: tamen tu benefacis: q̄ ex tua mēte etiam malos bonos putas. Periculoſum qppe eſt de ſeruo alterius iudicare: & non facilis uenia: praua dixiſſe de rectis. Veniet illa dies: in qua & mecū dolebis ardore non pauco. Ego ꝓbroſus ego uerſipellis & lubricus: ego mēdax & ſatha-næ arte decipiens. Quid enim eſt tutius. hæc uel credidiſſe. uel finxiſſe de inſontibus. an etiam de noxiis credere noluiſſe? Oſculabantur mihi manus qdam: & ore uipereo detrahebant. Dolebant labiis: corde gau-debant. Videbat dominus: & ſubſanabat illos: & miſe⁹ me ſeruū ſuum futuro cum eis iudicio reſeruabat. Alius inceſſum meū calūniabatur & riſum. ille uultui detrahebat. hic in ſimplicitate aliud ſuſpicabat. Pene certe triénium cum eis uixi. Multa me uirginum crebro turba circūdedit. diuinos libros ut potui. nōnullis ſæpe deſſerui. Lectio aſſiduitatem. aſſiduitas familiaritatem: familiaritas fiduciam fecerat. Dicāt. Quid unq̄ in me alter ſenſerint. q̄ xp̄ianum decebat? Pecuniam cuiuſq̄ accepi? Munera uel parua. uel magna nō ſpreui. In manu mea æs alicuius inſonuit? Obliquus ſermo. oculus petulás fuit? Nihil mihi obiicit̄: niſi ſexus meus: & hoc nunq̄ obiicitur: niſi cum hieroſolymā Paula ꝓficiſcitur. Iſti crediderunt mentienti. cur non credunt neganti. Idem eſt homo ipſe: q̄ fuerat. Fatetur inſontem. qui dudum noxium loquebatur. Et certe ueritatē magis exprimūt tormenta: q̄ riſus. niſi q̄ facilius creditur. Quod aut fictum libenter auditur. aut non fictū, ut fingatur impellitur. Ante q̄ domū ſanctæ Paulæ noſſem. totius in me urbis ſtudia conſonabant: omniū pene iudicio dignus ſummo ſacerdotio decernebar. Beatæ memoriæ. damaſus meus ſermo erat. Dicebar ſā ctus. dicebar humilis & diſertus. Nunquid domū alicuius laſciuioris ingreſſus ſum. Nunquid me ueſtes ſeri cæ. nitentes gémæ. picta facies. auri rapuit ambitio. Nulla fuit aliqua romæ matrona⁹ quæ meā poſſet edo mare mentem: niſi lugens atq⁹ ieiunans. ſqualens ſordibus. fletibus pene cæcata: quam continuis noctibus domini miſericordiam depcantem ſol ſæpe deꝑhendit. cuius canticum. pſalmi ſunt. ſermo euangelium. deli tiæ. continentia. uita. ieiunium. Nulla me potuit aliqua delectare: niſi illa quam manducantem nunq̄ uidi. Sed poſtq̄ eam pro ſuæ merito caſtitatis: uenerari. colere. ſuſcipere cœpi. omnes me ilico deſeruere uirtutes. O inuidia primū mordax tui. O ſathanæ callidítas ſemp ſancta perſequens. Nullæ aliæ romanæ urbi fabulā p̄buerunt: niſi Paula & Melania: quæ contemptis facultatíbus. pignoribuſq⁹ deſertis. crucem domini. quaſi quoddam pietatis leuauere uexillum. Si balneas peterent. unguenta eligerēt. diuitias & uiduitatem haberēt. materies luxuriæ. libertatis dominæ uocarentur & ſanctæ. Nunc in ſacco & cinere formoſæ uolunt uideri. & in gehennam ignis cum ieiuniis & fetore deſcendere: uidelicet non licet eis applaudente populo perire cū turbis. Si gentiles hanc uitam carperent. ſi iudæi haberent ſolatium non placendi eis. quibus diſplicet xp̄s. Nunc uero proh nefas: nomine chriſtianæ. ꝓtermiſſa domo ſuo⁹ cura. & ꝓprii oculi trabe neglecta: in alie-no oculo feſtucam quærunt. Lacerant ſanctum ꝓpoſitum: & remedium pœnæ ſuæ arbitrantur. Si nemo ſit ſanctus. ſi omnibus detrahatur. ſi turba ſit pereuntium. multitudo peccantium. Tibi placet lauare quotidie, alius has mundities ſordes putat. Tu attagenem ructas. & de comeſto accipenſere gloriaris: ego faba uentrē impleo. Te delectant cachinantium greges. me Paula Melania⁹ plangentes. Tu aliena deſideras: illæ contē-nunt ſua. Te delibuta melle uina delectant. illæ potant aquam frigidam ſuauiorem. Tu te perdere exiſtimas

qcquid in præsenti nō habueris.comederis deuoráueris.Illæ futura desiderāt. & credunt uera esse.quæ scri
pta sunt.Esto inepte & inaniter qbus resurrectio corpoꝝ persuasit.qd ad te? Nobis ecōtrario tua uita displi
cet.Bono tuo crassus sis.me macies delectāt & pallor tu tales miseros arbitraris.nos te miserabiliorem puta
mus.Par pari refertur snia.& iuicem nobis uidemur insanire. Hæc mi domia Asella cum iam nauem con
scenderem raptim flens dolensq; conscripsi.Et gras ago deo meo.q; dignus sim quem mundus oderit. Ora
aūt ut de babylone hierosolymā regrediar ne mihi domietur nabuchodonosor.sed iesus filius iosedech.Ve
niat esdras.q iterpretaf adiutor.& reducat me in pria meam.Stultus ego q uolebam cantare cāticum do
mini i terra aliena.& deserto monte syna ægypti auxiliū flagitabam.Non recordabar euangelistæ.qa qui de
hierusalem egreditur statim icidit in latrones.spoliatur.uulneraf.occiditur.Sed licet sacerdos despiciat atq;
leuites.Samaritanus ille misericors est.cui cum diceretur.samaritanus es.& dæmoniū hebes.dæmonium re
nuens.samaritem se nō negauit.qa quem nos custodem.hebræi samaritem uocant.Maleficū qdam me gar
riunt.titulum fidei seruus agnosco. Magū uocant.& iudæi dominū meū.Seductor & apostolus dictus est.
Tentatio me non appræhendit.nisi humana.Quotam partem angustiaꝝ perpessus sum.q cruci milito? In
famiam falsi crimis iportarūt.sed scio p bonam & malam famā pueniri ad regna cæloꝝ. Saluta Paulam &
eustochium.uelit nolit mundus in christo meas.Saluta matrem Albinam.sororēq; Marcellā.Marcellinam
quoq; & sanctā Fœlicitatē.& dic eis.Ante tribunal xpi simul stabimus.ibi parebit.qua mēte qs uixerit.Me
mēto mei exemplū patiētiæ & uirgitatis isigne.fluctusq; maris tuis pcibus mitiga.

Beati Hieronymi pſbyteri ad uirgies hemonēses.quaꝝ scripta precaf licet se fateaf indignū.ubi & con
tra liuorem hoium de occultis indicantium loquitur.

Hartæ exiguitas idicium solitudis est.& iccirco longū sermonem breui spatio coartaui.qa & uo
biscū uolebam prolixius loq.& angustia scedulæ cogebat tacere.Nūc igitur igenio est uicta pau
peries.Minutæ qdem lītæ.sed confabulatio lōga est.Et tamē in hoc necessitatis articulo aīaduer
tite charitatem.cum nec penuria scriptionis ualuit phibere.ne scriberem.Vos aūt ignoscite ob
secro dolenti.Dico.n.læsus.dico lachrymans.ne unū qdem apicem totiens uobis tribuēti officiū pstitistis.
Scio qa nulla coio luci & tenebris est.nulla cum ancillis dei.& peccatore sociatio.Attamē & meretrix domi
no pedes lachrymis lauit:& de dominoꝝ micis canes edunt.& ipse saluator non uenit iustos uocare sed pec
catores.Non enim egent sani medico.Et magis uult pniam peccatoris q̄ mortem:& errātem ouiculam suis
humeris refert.& pdigum filium reuertentem excipit lætus pater. Qui potius apostolus ait.Nolite iudicaf
ante tēpus.Tu.n.qs es.q alienum seruū iudices? Suo domio stat.aut cadit.Et qui stat uideat ne cadat.Et iui
cem onera uestra portate.Aliter sorores charissimæ hoium liuor.aliter xps iudicat.Non eam est snia tribu
nalis eius sedis.& angulis susurronū.Multæ hoibus uiæ uidenf iustæ.quæ postea reperientur praue. Et in
testaceis uasculis thesaurus sæpe recōditur.Petrū ter negātem amaræ i suū locum restituere lachrymæ. Cui
plus dimittitur.plus amat.De toto grege silef.& ob unius morbidæ pecudis salutem angeli lætanf in cælo
Quod sicui uidetur indignū.audiat a domino.Amice.si ego bonus.quare oculus tuus nequā est?

Beati Hieronymi pſbyteri ad marcellā de onaso.ubi inuehit cōtra detractores.& eos q omne quod hie
ronymus reprehendebat in uitiis.cōtra se dictū putabant.

Edici quos uocāt chirurgicos.crudeles putātur.& miseri sunt.An nō est miseria alienis nō dolef
uulneribus.& mortuas carnes inclæmēti secare ferro.nō horrere curātem.quod horret ipse qui
patitur.& inimicū putari? Ita se natura habet.ut amara sit ueritas.bláda uitia existimētur. Esaias
in exemplū captiuitatis futuræ.nudus nō erubescit icedere. Hieremias de media hierusalem ad
euphratem fluuiū mesopotamiæ mittif.ut inter inimicas gentes.ubi est assyrius & castra sunt chaldæorum
ponat περὶ ξωμα.i.lūbare corrūpendum. Ezechiel stercore primū humano.deinde bubulo.panem de om
ni semēte conspersum edere iubef.& uxoris interitū siccis oculis uidet.Amos de samaria pellitur. Cur quæ
so? Nempe ideo pellitur.quia chirurgici spiritales secantes uitia peccatoꝝ ad pniam coartantur paulus apo
stolus inimicus inquit uobis factus sum.ueꝝ dicens.Et qa saluatoris dura uidebātur eloqa.plurimi discipu
loꝝ retrorsum abierunt.Vnde non miꝝ est si & nos ipsi uitiis detrahentes offendimus plurimos. Dispositi
nasum secare fetētem.timeat qui strumosus est. Volo corniculæ detrahere garrienti.rācidulam se intelligat
cornix.Nūquid unus in urbe romana est.qui habeat trūcas ihonesto uulnere nares? Nūquid onasus segesta
nus caua uerba & in modum uesicaꝝ tumentia buccis trucinatur inflatis? Dico quosdam.scelere. periurio.
falsitate.ad dignitatem nescioquā peruenisse.Quid ad te.qui te intelligis inocētem? Rideo aduocatum qui
patrono egeat. quadrante indignam eloquentiam nare subsāno.Quid ad te.qui disertus es? uolo in nūma
rios inuehi sacerdotes.Tu qui diues es quid irasceris? Clausum cupio suis ignibus ardere uulcanū.Nunquid
hospes eius es aut uicinus.q; a delubris idoli niteris incendia submouere? Placet mihi de laruis. de bubone.
de noctua.de niliacis ridere portentis quicqd dictū fuerit.i te dictū putas.In quodcūq; uitium stili mei mu
cro contorquetur.te clamitas designari.Conserta manu in ius uocas.& satyricū scriptorem in psa stulte ar
guis.An ideo tibi bellus uideris.quia fausto uocaris nomie? Quasi nō & lucus ideo dicatur q; minime luce
at.& parcæ q; nequaq̄ parcant.& eumenides furiæ q; nō sint benignæ.& uulgo æthiopes uocantur argētei.
Quod si in descriptione fœdoꝝ semper irasceris.iam tibi cum persio cantabo.Formosum te optent geneꝝ
rex & regina.puellæ Te rapiant.quicquid calcaueris hoc rosa fiat.Dabo tamē consilium.quibus abscōditis
possis pulchrior apparere.nasus non uideatur in facie.sermo nō sonet ad loquēdum. atq; ita & formosus &
disertus uideri poteris.

Beati Hieronymi pſbyteri ad marcellā contra detractores.qui eū temeritatis accusabāt ppter emenda-

tionem euangelioꝝ ſcripturaꝝ.& q̄ uirginū cum maribus conſortia reprehenderat.

Randes materias ingenia parua non ſufferūt.& ī ipſo conatu ultra uires auſa ſuccūbūt.q̄toq; magis fuerit.quod dicendum eſt.tanto magis obruit̄.q magnitudinem rerum non poteſt explicar̄. nepotianus meus.tuus.noſter.immo xp̄i.& qa xp̄i iccirco plus noſter.reliquit ſenes.& deſiderii ſui iaculo uulneratos itollerabili dolore confecit. quem hæredem putauimus funus tenemus. Cui iā meū ſudabit ingeniū? Cui litterulæ placere geſtiēt? Vbi eſt ille ἐπωλίόστης noſter.& cygneo canore uox dulcior? Stupet animus.manus tremit. caligant oculi.& lingua balbutit. Quicquid dixero. qa ille non audit.mutum uideť.Stilus ipſe quaſi ſentiens.& cæra ſubtriſtior.uel rubigine uel ſitu obducit̄. Quotiēſcūq; nitor iter uerba prorūpe.& ſup tumulū eius epitaphii huius flores ſpargere.totiens ip̄leť oculi:& renouato dolore totus ī funere ſū.Moris quondam fuit.ut ſupra cadauera defunctorū ī concione pro roſtris laudes liberi dicerent.& iſtar lugubriū carminū ad fletus & gemitus audientium pectora concitarent.En rerū ī nobis ordo mutatus eſt.& in calamitatem noſtram perdidit ſua iura natura.Quod exhibere ſenibus iuuenis debuit.hoc iuueni exhibemus ſenes.Quid igit̄ faciam? lūgam tecum lachrymas? Sed apoſtolus p̄hibet. chriſtianorum mortuos dormientes uocans.Et dominus in euangelio.non eſt inqt mortua puella.ſed dormit.Lazarus quoq; quia dormierat.ſuſcitatus eſt.læter & gaudeā.qa raptus eſt.ne malitia mentem eius mutaret.qa placuerat deo aīa illius.Sed inuito & repugnanti per genas lachrymæ fluunt.& inter p̄cepta uirtutum reſurrectionīſq; ſp̄ē credulam mentem deſiderii frangit affectus.O mors quæ fratres diuidis. & amore ſociatos crudelis ac dura diſſocias.Adduxit urentem uentum dominus de deſerto aſcendentem.q ſiccauit uenas tuas.& deſolauit fontem tuum.Deuoraſti quidem ionam.ſed & in utero tuo uiuus fuit.portaſti quaſi mortuum.ut tempeſtas mundi conquieſceret.& niniue noſtra illius p̄conio ſaluareť.Ille te uicit.ille te iugulauit.fugitiuus ꝓpheta q reliquit domum ſuā.dimiſit hæreditatem ſuam.dedit dilectam animam ſuam in manibus q̄rentium eam.q p oſee quondam tibi rigidus minabat̄.Ero mors tua o mors.ero morſus tuus īferne.Illius morte tu mortua es.illius morte nos uiuimus.deuoraſti.& deuorata es.Dūq; aſſumpti corporis ſollicitaris illecebra.& auidis faucibus p̄dam putas.īteriora tua adūco dente confoſſa ſunt.Gratias tibi xp̄e ſaluator tua agimus creatura.q̄ tam potentem aduerſarium noſtrum.dum occideris.occidiſti.Quis ante te miſerior homine.qui æternæ mortis terrore ꝓſtratus uiuendi ſenſum ad hoc tantum accepat.ut piret. Regnauit enim mors ab adam uſq; ad moyſē etiam ſup eos.q non peccauerunt ī ſimilitudinem p̄uaricationis adæ.Si abrahā.iſaac.& iacob in iferno.qs in cælor̄ regno? Si amici tui ſub pœna offendentis adam.& q non peccauerant alienis peccatis tenebant̄ obnoxii.qd de his credendum eſt.q dixerunt in cordibus ſuis.non ē deus? Qui corrupti & abominabiles facti ſunt in uoluntatibus ſuis.q declinauerunt ſimul.iutiles facti ſūt. non eſt qui faciat bonum.non eſt uſq; ad unum.Quod ſi lazarus uideť in ſinu abrahæ locoq; refrigerii. qd ſimile ifernus & regna cælor̄? Ante xp̄m abrahā apud inferos.poſt xp̄m latro in paradiſo.& iccirco in reſurrectione eius multa dormientiū corpora ſurrexerūt.uiāſq; ſunt in cæleſti hieruſalem. Tuncq; cōpletum eſt illud elogium.Surge q dormis.& eleuare.& illuminabit te xp̄s.Ioannes baptiſta in heremo p̄ſonat.Pœnitentiam agite appropiquabit enim regnum cælor̄.a diebus ioannis baptiſtæ regnum cælor̄ uim paſſum eſt. & uiolenti diripiunt illud.Flammea illa romphea cuſtos paradiſi.& p̄ſidentia foribus cherubin.xp̄i reſtricta & reſerata ſunt ſanguine.Nec mirum hoc nobis in reſurrectione promitti.cū oēs q ī carne.non ſecundū carnem uiuimus.municipatum habeamus in cælo.& hic adhuc poſitis dicat̄ ī terra.Regnum dei intra uos eſt. Adde quod ante reſurrectionem xp̄i.notus tantum in iudæa erat deus.in iſrael magnum nomen eius.& ipſi q nouerant eum.tamen ad inferos trahebant̄.ubi tunc totius orbis homines ab india uſq; ad britanniā.a rigida ſeptētrionis plaga uſq; ad feruores atlantici oceani.tam innumerabiles populi.& multarum gentium multitudines.Quam uariæ linguis habitu tam ueſtis & armis.Piſcium ritu.& locuſtarum.& uelut muſcæ. & culices cōterebāt̄.Abſq; notitia eteni ſui creatoris omnis homo pecus eſt.Nunc uero paſſionem xp̄i.& reſurrectionem eius cunctarum gentium uoces.& litteræ ſonant.taceo de hebræis græcis.& latinis. quas nationes fidei ſuæ ī crucis titulo dominus dedicauit.Immortalem animam.& poſt diſſolutionē corporis ſubſiſtentē & pythagoras ſōniauit.Democritus non credidit.in conſolationem dānationis ſuæ ſocrates diſputauit in carcere.Indus.pſa.gotthus.ægyptius philoſophant̄.Beſſorum feritas.& pellitor̄ turba populor̄.qui mortuorū quōdā iferis homines īmolabāt.ſtridorē ſuū in dulce crucis fregerūt melos.& totius mundi una uox xp̄s ē. Quid agius aīa? Quo nos uertius. Quid primū aſſumimus. Quid racēus. Excideruṫ ne tibi p̄cepta rethor̄ & occupata luctu opp̄ſſa lachrymis ꝓpedita ſingultibus.dicendi ordinem non tenes. Vbi illud ab iſantia ſtudium litterar̄.& anaxagoræ.ac Telamonis ſemper laudata ſentētia.Sciebam me genuiſſe mortalem.Legimus crantorem. cuius uolumen ad fouendum dolorem ſuum ſecutus eſt Cicero Platonis Diogenis Clitomachi Carneadis poſſidonii ad ſedandos luctus opuſcula percurrimus.qui diuerſis ætatibus diuerſorum lamenta.uel libris.uel epiſtolis minuere ſunt conati.ut etiam ſi noſtrum areret ingenium.de illorum poſſet fontibus irrigari.proponunt innumerabiles uiros.& maxime Periclen & Xenophontem Socraticum.quorum alter amiſſis duobus filiis coronatus in concione diſſeruit. Alter cum ſacrificans filium in bello audiſſet occiſum.depoſuiſſe coronam dicit̄. & eadē capiti repoſuiſſe.Poſtq̄ fortiter in acie dimicantem repperit concidiſſe.Quid memorem romanos duces.quorum uirtutibus quaſi quibuſdam ſtellis latinæ micant hiſtoriæ.Puluillus capitoliū dedicans mortuum ut nunciabat̄. filium ſubito ſe iuſſit abſente ſenpeliri.L.Paulus ſeptem diebus.inter duorum exequias filiorum triūphans urbem ingreſſus eſt. Prætermitto Maximos Catones Caios Piſones Brutos Scæuolas Metellos Scauros Marios Craſſos Marcellos. atq;

Aufidos,quorum non minor in luctu q̃ in bellis uirtus fuit.& quorũ orbitates in consolationis libro tulli us explicauit,ne uidear potius aliena q̃ nostra q̃ssse.quãdo & hæc ĩ sigillationẽ nostri breuiter dicta sunt. si nõ potest fides qđ exhibuit ĩsidelitas.Igit ad nostra ueniamus.Non plãgã cum iacob.& dauid filios ĩ lege morientes.sed cũ xp̃o ĩ euangelio suscipiam resurgentes.Iudæoꝝ luctus xp̃ianoꝝ gladiũ est.ad uesperũ demorabit fletus.& ad matutinũ lætitia.Nox p̃cessit.dies autem appropiquauit.Vnde & Moyses moriẽs plãgit.Iesus absq; funere & lachrymis ĩ nocte sepelit.Quicqd de scripturis sup lamentationes dici põt. in eo libro quo Paulã romæ consolati sumus.breuiter explicauimus.Nũc nobis p aliã semitã ad eundẽ locũ pueniẽdum ẽ.ne uideamur p̃terita & abolita quondam uestigia calcare.Scimus qdem nepotianũ esse cũ xp̃o. & sanctorum mixtũ choris.qđ hic nobiscum eminus rimabat in terris.& æstimatione q̃rebat.ibi uidentẽ cõminus dicere.sicut audiuimus.sic & uidimus.ĩ ciuitate domini uirtutũ.in ciuitate dei nostri.sed desideriũ absentiæ eius ferre non possumus.non illius.sed nostram uicem dolentes.quanto ille fœlicior.tãto amplius nos ĩ dolore q; tali caremus bono.Flebant & sorores lazarum.quẽ resurrecturum nouerant.Et ut uerus hois exprimet affectus.ipse saluator plorauit.quẽ suscitaturus erat.Apostolus quoq; eius q dixit.Cupio dissolui & esse cũ xp̃o.Et alibi mihi uiuere xp̃s est.& mori lucrũ gr̃as agit.q; epaphras de morte sibi uicinia redditus sit.ne haberet tristitiam super tristitiã.non ĩcredulitatis motu.sed desiderio charitatis.q̃to magis tu & auũculus.& eps.hoc est & ĩ carne & in spũ pr̃.doles abesse uiscera tua.& q̃si a te diuisa suspiras? Sed obsecro ut modũ adhibeas in dolore.memor illius sententiæ.ne qd nimis.obligatoq; parũper uulnere audias laudes eius.cuius semper uirtute lætatus es.Nec doleas q; talem amiseris. sed gaudeas q; talem habueris.Et sicut hi q ĩ breui tabella terrarũ situs pĩgũt.ita ĩ paruo isto uolumine cernas adũbrata non exp̃ssa signa uirtutũ.suscipiasq; a nobis nõ uires sed uoluntatem.Præcepta sũt rhetorum.ut maiores eius. q laudandus est.& eoꝝ gesta altius repetant.siccq; ad ipsum p gradus sermo pueniat.q; uidelicet auitis paternisq; uirtutibus illustrior fiat.& aut non degenerasse a bonis aut mediocres ipse ornasse uideat.Ego carnis bona.q̃ semper & ipse contẽpsit.ĩ animæ laudibus non reqrã.Nec me iactabo de genere.& de aliẽis bonis.cũ abrahã & isaac sancti uiri ismaelẽ & esau p̃ctõres genuerint.& e regione ieptæ in catalogo iustoꝝ apostoli uoce numeratus.de meretrice sit natus.Aia inquit quæ peccauerit ipsa morie. Ergo & quæ non peccauerit.ipsa uiuet.Nec uirtutes.nec uitia parentũ liberis imputant.ab eo tempore censemur ex quo ĩ xp̃o renascimur. Paulus persecutor ecclesiæ.& mane lupus rapax beniamin.ad uesperã diuidit escã.ananiæ oui submittẽs caput.Igit & nepotianus nr̃ quasi ĩfantulus uagiens.& rudis puer.subito nobis de iordane nascit.Alius forsitã scriberet. q; ob salutẽ illius oriẽtem heremũq; dimiseris.& me charissimum sodalem tuũ redeundi spe lactaueris.ut primũ si fieri posset sororem cum paruulo uiduã.deinde si consiliũ illa respuerit.saltem nepotẽ dulcissimum conseruares.Hic est enĩ ille de quo tibi quondam uaticinatus sum.Licet paruulus ex collo pendeat nepos.Referet inq̃ alius.q; in palatii militia sub clamyde & candenti lino corpus eius cilicio tritum sit.q; stans ante sæculi ptãtes lurida ieiuniis ora portauerit.q; adhuc sub alterius ĩdumẽtis alteri militauerit & ad hoc habuerit cingulũ.ut uiduis.pupillis.oppssis.miseris subueniret.Mihi non placent dilationes istæ imperfectæ seruitutis dei.& centurionem cornelium ut lego iustum.statĩ audio baptizatum. Verũtamen uelut ĩ cunabula q̃dam nascentis fidei cõprobemus.ut q sub alienis signis deuotus miles fuit.donandus laurea sit. postq̃ suo regi cœperit militare.Balteo posito hituq; mutato.qcqd castrẽsis peculii fuit.ĩ paupes erogauit. legerat enĩ.Qui uult pfectus esse.uendat oia quæ hẽt.& det paupibus.& sequat me.Et iterum. Non potestis duobus dominis seruire.deo & mãmonæ.Excepta uili tunica.& opimẽto pari.quo tecto tantum corpore frigus excluderet.nihil sibi amplius reseruauit.Cultus ipse prouinciæ morem sequens.nec munditiis nec sordibus notabilis erat.Cũq; arderet quotidie aut ad ægypti mõasteria pgere.aut mesopotamiæ iuisere choros.uel isularũ dalmatiæ.quæ Altino tantum freto distant.solitudines occupare.auũculum pontificem deserere non audebat.tota ĩ illo cernens exẽpla uirtutũ.domiq; habẽs unde discceret.ĩ uno atq; eodem & imitabat monachũ.& epm uenerabat. Nõ ut plæriscq; accidere solet assiduitas familiaritatem. familiaritas cõtẽptũ illius fecerat.sed ita eum colebat.quasi parẽtem.ita admirabat.quasi quotidie nouum cerneret.Quid multa? Fit clericus.& p solitos gradus p̃sbyter ordinat.Iesu bone q gemitus.quiq; eiulatus.quæ sibi interdictio.quæ fuga oculoꝝ omnium? Tu primũ & solũ auũculo iratus ẽ.Querebat se ferre non posse.& iuueni lẽ ætatem ĩcongruam sacerdotio causabat.Sed q̃to plus repugnabat.tanto magis ĩ se studia oium concitabat.& merebat negando quod esse nolebat.Eoq; dignior erat.quo se clamabat indignũ. Vidimus timotheum nr̃i temporis.& canos in sapientia.electũq; a moyse p̃sbyterũ.quẽ ipse sciret esse p̃sbyterũ.Igit clericatũ non honorem ĩtelligens sed onus primam curam habuit.ut humilitate superaret inuidiam. Deinde ut nullam curam nobis obscœni ĩ se rumoris fabulam daret.ut q mordebant ad ætatẽ eius. stuperent ad continẽtiam.subuenire pauperibus.uisitare languentes.,puocare hospitio.lenire blanditiis.gaudere cum gaudentibus.flere cum flentibus.cæcorum baculus.esurientiũ cibus.spes miserorũ.solamẽ lugentiũ fuit.Ita ĩ singulis uirtutibus eminebat.q̃si cæteras non haberet.Inter p̃sbyteros & coæq̃les primus ĩ ope.extremus ĩ ordie. Quicqd boni fecerat.ad auunculum referebat.Siqd forte aliter euenerat q̃ putarat.illũ nescire se erraſſe dicebat.In publico uenerabat epm.domi patrem nouerat.grauitatẽ morũ hylaritate frontis temperabat.gaudiũ ĩ risu.non cachinnũ ĩtelligeres. Virgines & uiduas xp̃i honorare ut mr̃es.hortari ut sorores.cũ oi castitate.Iam uero postq̃ domũ se cõtulerat.& relicto foris clerico duritiæ se tradiderat monachorũ. creber ĩ oronibus.uigilãs ĩ p̃dicando.Lachrymas deo nõ hoibus offerebat.Ieiunia in aurigæ modũ pro lassitudine & uiribus corporis moderabat.mensæ auũculi itererat.& sic apposita quæq; libabat.ut & superstitionem fugeret.& continẽtiã reseruaret.Sermo eius & oẽ conuiuiũ.de scripturis aliqd pponere. libẽter audire, respõde-

re uerecũde,recta ſuſcipe,praua non acriter cõfutare.Diſputantem contra ſe magis docere q̃ uicere. & inge
nuo pudore q ornabat ætatẽ qd cuius eſſet ſimpliciter confiteri.atq; in hũc modũ eruditionis gloriam de-
clinando eruditiſſimus habebaꝫ.Illud aiebat Tertulliani,iſtud Cypriani,hoc Lactantii,illud Hilarrii eſt. ſic
Minutius fœlix,ita Victorinus,ĩ hũc modum eſt locutus Arnobius.Me quoq; ꝙa ꝓ ſodalitate auũculi dili-
gebat,interdum ꝓferebat in medium, lectioneq; aſſidua & meditatione diuturna. pectus ſuum bibliothe-
cam fecerat chriſti Quotiens ille traſmarinis epiſtolis deprecatus eſt, ut aliquid ad ſe ſcriberem? Quotiens
nocturnum de euangelio petitorem, & interpellatricem duri iudicis mihi uiduam exhibuit? Cumq; ego
ſilentio magis q̃ lris denegarem, & pudore reticentis pudorem ſuffunderem poſtulantis, auunculum mihi
oppoſuit præcatorẽ,q & liberius ꝓ alio peteret,& ꝓ reuerentia ſacerdotii facilius impetraret.Feci ergo qd̃
uoluit,& breui libello amicicias noſtras æternæ memoriæ cõſecraui.Quo ſuſcepto Crœſi opes,& Darii di-
uitias ſe uiciſſe iactabat.Illũ oculis,illũ manibus,illũ ſinu,illum ore retinebat.Cũq; in ſtatu frequenter euol
ueret,ſæpe ſup pectus ſoporati dulcis pagina decidebat,Si uero ꝓgrinoꝝ,ſi amicoꝝ q̃ſpiam uenerat, læta
baꝫ ſup ſe nr̃o teſtimonio.Et qcquid minus ĩ opuſculo erat diſtictione moderata,& ꝓnunciationis uarieta
te penſabat,ut in recitando illo ipſe uel placere quotidie uel diſplicere uideret.Vnde hic feruor,niſi ex amo
re dei.Vnde legis xp̃i ĩdefeſſa meditatio,niſi ex deſiderio eius q legem dedit? Alii nũmum addant nũmo,&
marſupiũ ſuffocantes,mr̃onarum opes uenent obſeqis,ſint ditiores monachi,q̃ fuerant ſæculares. Poſſĩde
ant opes ſub xp̃o paupere,q̃s ſub locuplete diabolo non habuerant,& ſuſpiret eccleſia eos diuites,quos te-
nuit mundus ante mẽdicos.Nepotianus noſter auꝝ calcans,ſchedulas conſectaꝫ.Et ſicut ſui ĩ carne conté
ptor eſt,& paupertate incedit ornatior,ita totũ animæ ĩueſtigat ornatũ, Ad cõparationem qdem ſuperioꝝ
modica ſũt quæ dicturi ſumus,ſed ĩ paruis idem animus oſtendit. Vt enĩ creatorem non ĩ cælo tantũ mi-
ramur & in terra,ſole,oceano,elephantis,camelis,equis,bobus,pardis,urſis,leõibus,Sed & ĩ minimis quoq;
animalibus formica,culice,uermiculis,& iſtiuſmodi genere,quorum magis ſcimus corpora q̃ nomĩa, ean-
demq; ĩ cunctis ueneramur ſollertiam,ita mens xp̃o dedita,æque ĩ maioribus & minoribus intenta eſt,ſci-
ens etiam Pro ocioſo uerbo reddẽdam eſſe rationem.Erat enĩ ſollicitus,ſi niteret altare,ſi parieres abſq; ſu-
ligine,ſi pauimenta terſa,ſi ianitor creber ĩ porta,uela ſemp in hoſtiis,ſi ſacrarium mũdum,ſi uaſa lucentia.
& in omnes cerimonias pia ſollicitudo diſpoſita,nõ minus,non maius negligebat officium,ubicũq; eum in
eccleſia q̃reres ĩuenires,nobilem uirum,Q_.Fabiũ miraꝫ antiqtas,q etiam romanæ ſcriptor hiſtoriæ é,ſed
magis ex pictura q̃ ex lris nomẽ inuenit.& Beſelehel noſtrum plenũ ſapientia & ſpũ dei ſcriptura teſtaꝫ. Hy-
rã quoq; filium mulieris tyriæ,ꝙ alter tabernaculi,alter templi ſupellectilem fabricati ſint. Quomodo enĩ
lætæ ſegetes & uberes agri interdũ culmis,ariſtiſq; luxuriant,ita p̃clara ĩgenia & mens plena uirtutibus ĩ ua
riaꝝ artiũ redũdat elegãtiam. Vnde & apud græcos philoſophus ille laudaꝫ,q omne quo uteret uſq; ad pal
liũ,& annulũ manu ſua factũ gloriatus eſt.Hoc idem poſſumus & de iſto dicere,q baſilicas eccleſiæ,& mar
tyrum conciliabola diuerſis floribus & arboꝝ comis,uitiũq; pãpinis adũbrarit,ut qcqd placebat ĩ eccleſia,
tam diſpoſitione q̃ uiſu laborem p̃ſbyteri & ſtudium teſtaret.Macte uirtute cuius talia principia erant. q̃-
lis finis erit?O miſerabilis humana cõditio,& ſine xp̃o uanum omne quod uiuimus,Quid te ſubtrahis,qd
tergiuerſaris oro? Quaſi enim mortem illius differre poſſimus,& uitam facere longiorem. ſic timemus ad
ultimum uenire.Omnis caro fœnum,& omnis gloria eius quaſi flos fœni.Vbi nũc decora illa facies? Vbi
totius corporis dignitas,quo ueluti pulchro indumento pulchritudo animæ ueſtiebaꝫ. Marceſſebat proh
dolor flante auſtro liliũ,& purpurea uiola ĩ palloré ſenſim migrabat. Cũq; æſtuaret febribus,& uenarum fõ
tes hauriret calor,laſſo anhelitu triſtem auũculum conſolabaꝫ.Lætus erat uultus,& uniuerſis circa ploran
tibus ſolus ipſe ridebat,proiicere pallium manus extendere,uidere qd̃ alii non uidebant. & quaſi ĩ occurſũ
ſe erigens,ſalutare uenientes.Intelligeres illum non emori,ſed migrare,& mutare amicos,non relinq̃re.Vol
uunt per ora lachrymæ,& obſirmato aĩo non queo doloré diſſimulare,quem patior. Quis crederet ĩ tali il
lũ tpe nr̃æ neceſſitudinis recordari,& luctante anima ſtudioꝝ ſcire dulcedinem? Apphenſa auunculi mãu,
hanc inqt tunicam quam utebar ĩ miſterio xp̃i,mitte dilectiſſimo mihi,ætate p̃ri,fratri collegio.Et quicqd
a te nepoti debebaꝫ affectus,in illum tranſfer,quem mecum pariter diligebas.Atq; in talia uerba defecit.au
unculum manu,me recordatione contrectans.Scio ꝙ nolueris amorem in te ciuium ſic ꝓbare.& affectum
p̃riæ magis q̃ſiſſe ĩ ꝓſpis.Sed huiuſcemodi officium ĩ bonis iocundius eſt,in malis gratius. Tota hunc ciui-
tas,tota planxit italia,Corpus terra ſuſcepit,anima xp̃o reddita é,Tu nepotem q̃rebas, eccleſia ſacerdotem.
Præceſſit te ſucceſſor tuus,quod tu eras,ille poſt te iudicio omniũ mærebaꝫ.Atq; ita ex una domo duplex
pontificatus egreſſa eſt dignitas,dum ĩ altero gratulatio eſt quod tenuerit,ĩ altero mœror qd̃ raptus ſit ne
teneret,platonis ſententia eſt omnem ſapientium uitam meditationem eſſe mortis. Laudant hoc philoſo-
phi,& in cælum ferunt,ſed multo fortius apoſtolus,Quotidie inqt morior ꝓp gloriam ueſtram. Aliud eſt
enĩ conari,aliud ageꝛ,aliud uiueꝛ morituꝝ,aliud mori uictuꝝ.Ille mortuus é ex gloria,iſte mortuus ſemp
ad gloriã.Debemus igit & nos aĩo p̃meditari,ꝙ aliquando futuri ſumus,& ꝙ uelimus nolimus abeſſe lon
gius nõ põt.Nã ſi nonigẽtos uitæ excederemus ãnos,ut ante diluuiũ uiuebat hũanũ genus,& mathuſalẽ no
bis tẽpora donarent,tamẽ nihil eſſet p̃terita lõgitudo,quæ eſſe deſiſſet.Eteni iter eũ,q decẽ uixit annos, &
eũ q mille,poſtq̃ idẽ finis uitæ aduenerit,& irrecuſabilis mortis neceſſitas,tranſactũ omne tantũdẽ eſt, niſi
ꝙ magis ſenex onuſtus peccatoꝝ ſalce ꝓficiſcitur.

Optima quæq; dies miſeris mortalibus æui
Prima fugit,ſubeunt morbi,triſtiſq; ſenectãs,
Et labor,& duræ rapit inclæmentia mortis.

Nevius poeta pati ingt neceſſe eſt mortalem multa mala. Vnde & Niobā quia multū fleuerit, ī lapidē & diuerſas beſtias cōmutatam finxit antiquitas. Et Heſiodus natales hominū plangens, gaudet ī funere, pruden terq; ennius Plæbs ait in hoc regi antiſtat loco. Licet lachrymare plæbi, regi honeſte non licet. Vt regi, ſic epiſcopo, immo minus regi q̄ epiſcopo. Ille enim nolentibus p̄eſt, hic uolentibus. Ille terrore ſubiicit, hic ſer uituti donaſ. Ille corpora cuſtodit ad mortem, hic animas ſeruat ad uitam. In te oculi oīum diriguntſ, domus tua & conuerſatio quaſi ī ſpeculo conſtituta, magiſtra ē publicæ diſciplinæ. Quicqd feceris, id ſibi omnes faciendum putant. Caue ne committas, quod aut qui reꝑhendeſ nolunt, digne laceraſſe uideantſ, aut q imitari, coganſ delinqueſ. Vince q̄tum potes, immo plus q̄ potes mollicie animi tui, & uberti affluentes lachrymas reprime, ne grandis pietas in nepotem, apud incredulas mentes deſperatio deputeſ in deum. Deſiderandus eſt tibi quaſi abſens, non quaſi mortuus, ut illū expectare, non amiſiſſe uidearis. Verum quid ago, medens dolori, quem iam reor & tēpore & ratione ſedatum? Ac non potius replico tibi uicinas regum miſerias, & noſtri tēporis calamitates, ut non tā plāgēdus ſit, q ac luce caruerit, q̄ cōgratulādū ei, q de tātis malis euaſerit. Cōſtantius arrianæ ſautor hæreſeos: dū cōtra inimicos paraſ, & concitus ferſ ad pugnā ī Moipſi uiculo moriens magno dolore hoſti reliqt iperiū. Iulianus ꝓditor animæ ſuæ, & xp̄iani iugulator exercitus, xp̄m ſenſit in mœdia, quem primum ī gallia denegarat. Dūq; romanos propagare uult fines, pdidit ꝓpagatos. Iouinianus guſtatis tantū regalibus bonis, fetore prunarum ſuffocatus iteriit, oſtendens omnibus quid ſit hūana potētia. Valētinianus uaſtato genitali ſolo & multa ī patriā delinquens, uomitu ſanguis extīctus eſt. Huius germanus Valens gotthico bello uictus in Thracia eūdem locū & mortis habuit & ſepulchri. Gratianus ab exercitu ſuo ꝓditus, & ab obuiis urbibus nō receptus, ludibrio hoſti fuit: cruētatæq; manus ueſtigia parietes tui lugdune teſtanſ. Adoleſcens Valentinianus & pene puer poſt fugā, poſt exilia, poſt recuperatum multo ſanguine iperiū: haud procul ab urbe fraternæ mortis conſcia necatus ē, & cadauer exanime ſuſpēdio ifamatū. Quid loquar de Procopio Maximo Eugenio, q utiq; dū rerū potirenſ, terrori gentibus erāt? Oēs capti ſteterūt āte ora uictorū, & qđ potētiſſimis quōdā miſerrimū ē, prius ignominia ſerui tutis, q̄ hoſtili mucrōe cōfoſſi ſūt. Dicat aliqs regū talis cōditio ē, ſeriūtq; ſūmos fulgora montes. Ad priuatas ueniam dignitates, nec de iis loquar, qui biēniū excedūt, atq; ut cæteros p̄termittā, ſufficit nobis trium nuper conſulariū diuerſos exitus ſcribere abūdātius egēs pitimitæ exulat. Ruffini caput pilo conſtantinopoli geſtatū eſt, & abſciſſa manus dextera ad dedecus inſatiabilis auaritiæ, hoſtiati ſtipes mēdicauit. Timaſius principitatus repēte de altiſſimo dignitatis gradu euaſiſſe ſe putat, q aſſæ uiuit īglorius. Nō calamitates miſerorum, ſed fragilem humanæ conditiōis ſtatū narro, horret aius temporum noſtrorum ruinas ꝓſequi. Viginti & eo amplius anni ſunt q̄ inter conſtantinopoli & alpes iulias quotidie romanus ſāguis effūditur Scythiā Thraciam Macedoniam Dardaniam Daciam Theſſalonicā, Achaiā Epiros Dalmatiam cūctaſq; pānonias Gotthus Sarmatha Quadus Alanus Hūni Vuādali marcomāni uaſtāt trahūt, rapiūt. Quot matronæ, quot uirgines dei, & ingenua nobiliaq; corpora his bellis fuere ludibrio? Capti ep̄i, interfecti p̄ſbyteri, & diuerſorum officia clericoꝝ ſubuerſæ eccleſiæ ad altaria xp̄i ſtabulati equi, martyrū effoſſæ reliqæ. Vbiq; luctus, ubiq; gemitus: & plurima mortis imago. Romanus orbis ruit, & tamē ceruix noſtra erecta nō flecti tur. Quid putas nūc aī habere corinthios, atheniēſes, lacedæmones, arcadas, cūctāq; græciā, q̄bus ip̄erāt barbari? Et certe paucas urbes nominaui, ī q̄bus oli fuere regna nō modica. Immunis ab his malis uidebaſ oriens, & tātū nūciis cōſternatus. Ecce tibi anno p̄terito ex ultimis caucaſi rupibus imiſſi ī nos non iā arabiæ, ſed ſeptētrionis lupi tantas breui ꝓuincias p̄currerūt. Quot monaſteria capta? Quātæ fluuioꝝ aquæ hūano cruore mutatæ ſunt? Obſeſſa antiochia, & urbes reliquæ, quas Halis Cydnus Orontes Euphrateſq; p̄ter fluūt. Tracti greges captiuoꝝ, arabia, phœnix, palæſtina, ægyptus, timore captiuæ.

Non mihi ſi linguæ centum ſint oraq; centum. Ferrea uox.
Omnia pœnarum percurrere nomina poſſim.

Neq; eni hiſtoriā ꝓpoſui ſcribeſ, ſed nr̄as breuiter fleſ, miſerias. Alioqn ad hæc merito explicāda, & Thucydides, & ſaluſtius muti ſūt. Fœlix nepotianus q hæc nō uidit, fœlix q hæc nō audit. Nos miſeri, qui aut patimur, aut patiētes fr̄es noſtros tāta p̄ſpicimus, & tamē uiuere uolumus, eoſq; qui his carent: flēdos potius q̄ btōs putamus, oli offēſū ſētimus, nec placamus deū. Noſtris pctis Barbari fortes ſūt, nr̄is uitiis romanus ſuperaſ exercitus, & quaſi nō hæc ſufficerēt cladibus, plus pene bella ciuilia q̄ hoſtilis mucro cōſūpſit. Miſeri iſraelitæ ad quoꝝ cōparationē nabuchodonoſor ſeruus deſcribiſ. Infœlices nos q tātū diſplicemus deo: ut p rabiē Barbaroꝝ illius ī nos ira deſæuiat. Ezechias agit pœnitētiā, & cētum octogita quinq; milia aſſyriorum ab uno angelo una nocte deleta ſūt. Ioſaphat laudes domini cōcinebat, & dominus ꝓ laudāte ſupabat. Moyſes cōtra amalech nō gladio, ſed oratione pugnauit Si erigi uolumus, p̄ſternamur. Proh pudor, & ſtolida uſq; ad icredulitatē mēs fugit romanus exercitus, uictor orbis & dominus. Ab his uiciſ, hos pauet, horū tereſ aſpectu, q īgredi nō ualent, q ſi terrā tetigerit ſe mortuos arbitranſ, & nō itelligimus ꝓphetaꝝ uoces. Fugiēt mille uno p̄ſeqnte, nec āputamus cās morbi, ut morbus pariter auferaſ, ſtatiq; cernāus ſagittas pilis: tyaras galeis caballos eqs cedere. Exceſſimus cōſolādi modū: & dū unius mortem fleſ, phibēus, totius orbis mortuos plāximus. Xerſes ille rex potētiſſimus, q ſubuertit montes, maria cōſtrauit, cū de ſublimi loco inſinitā hominū multitudinē, & inumerabilem uidiſſet exercitum fleſſe diciſ q̄ poſt centum annos nullus eorum, quos tunc cernebat ſuperfuturus eſſet. O ſi poſſemus in talem aſcendere ſpeculam, de qua uniuerſam terram ſub noſtris pedibus cerneremus, iam tibi oſtenderē totius orbis ruinas, gentes gentibus, & regnis regna colliſa, alios torqueri, alios necari, alios abſorberi fluctibus, alios ad ſeruitutem trahi, hic nuptias, ibi plāctum, illos naſci, iſtos mori, alios affluere diuitiis, alios mendicare, & non xerſis tantum exercitum, ſed toti-

us mūdi homines qui nunc uiuūt in breui ſpatio defuturos. Vincit ſermo rei magnitudine. & minus ē om
ne qđ dicimus. Redeamus igit ad nos. & quaſi e cælo deſcēdētes pauliſp noſtra uideamus. Sentis ne obſe
cro te. quando infans. quando puer. quādo iuuenis. quādo robuſtæ ætatis. quādo ſenex factus ſis. Quotidie
morimur. quotidie cōmutamur. & tamē æternos nos eſſe credimus. Hoc ipſum qđ dicto. qđ ſcribit. qđ re
lego. qđ emēdo de uita mea trahit. Quot pūcta notarii. tot meorū dāna ſūt tēporū. Scribimus atq; reſcribi
mus. trāſeunt maria epiſtolæ. & ſcidente ſulcū carina p ſingulos fluctus ætatis noſtræ mométa minuunt.
Solū habemus lucri. qđ xp̄i nobis amore ſociamus. Charitas patiēs eſt. benigna eſt. charitas non zelat. non
agit pperā. nō inflat. Omnia ſuſtinet. omnia credit. omnia ſperat. omnia patit. Charitas nunq̄ excidit. hæc ſe
per uiuit ī pectore. Ob hanc nepotianus noſter abſens p̄ſens eſt. & p tāta terraꝝ ſpatia diuiſos utraq; cōple
ctit manu. Habemus mutuæ obſidem charitatis. iūgamur ſpiritu. ſtringamur affectu. & fortitudine mentis
quā btūs papa chromatius oſtendit in dormitione germani. nos imitemur in filio. Illū noſtra pagella decan
tet. illum cūctæ litteræ ſonent. Quem corpore nō ualemus. recordatione teneamus. & cū quo loqui nō poſ
ſumus. de eo loqui nunq̄ deſinamus.

Beati Hieronymi preſbyteri ad Paulā conſolatoria ſuper dormitione Bleſillæ filiæ ſue exemplis & au
ctoritatibus cōprobans defunctos non eſſe lugēdos. nec mouere quenq̄ exempla debere eoꝝ q ī ueteri te
ſtamento ſuos planxere. quoniam ad inferos nouerant ante chriſti aduentum deſcēſuros.

Vis dabit capiti meo aquā. & oculis meis fontē lachrymaꝝ? Et plorabo nō ut hieremias ait uul
neratos populi ſui. nec ut ieſus miſerā hieruſalē. ſed plorabo ſanctitatē. miſericordiā. inocētiam.
caſtitatem. Plorabo oēs pariter ī unius morte defeciſſe uirtutes. non q̄ lugēda ſit illa quæ abiit.
ſed q̄ nobis īpatiētius ſit dolēdum. q̄ talē uidere deſiuimus. Quis enim ſiccis oculis recordet.
xx. annoꝝ adoleſcentulā tā ardenti fide leuaſſe crucis uexillū. ut magis amiſſā uirginitatē. q̄ mariti doleret
interitū? Quis ſine ſingultibus trāſeat orādi inſtātiā. nitoré linguæ. memoræ tenacitatem. cacumē īgenii? Si
græce audiſſes eā loquentem. latine eam neſcire putares. Si in romanū ſonū līgua ſe uerterat. nihil omnino
pegrinus ſermo redolebat. Iam uero qđ ī origie miror. quodq; ī illo græcia tota mirat. in paucis nō dicam
menſibus. ſed diebus ita hæbreæ linguæ uicerat difficultates. ut ī diſcēdis canendiſq; pſalmis cū matre con
tēderet. Humilitas ueſtiū non ut in plæriſq; ſolet tumētes aios arguebat. ſed cū interiori ſe mēte deiecerat.
Inter ancillarum uirginū cultū dominaq; nihil mediū. niſi q̄ in eo facilius dignoſcebat. q̄ negligētius īcede
bat. Vacillabat ægrotatione feſſa. & pallentē ac tremētem faciem uix collū tenue ſuſtinebat. & tamē aut p̄
phetā aut euāgeliū ſemper ī manibus tenebat. Lachrymis ora cōplēt. ſingultus occupat uocem. & hæren
tē līguā uiſcera cōmota nō laxāt. Cū ſanctū corpuſculū febrium ardor excoq̄ret. & ſemianimē ī lectulo ual
laret circulus p̄pinquoꝝ. hæc ī extrema uerba mandabat. Orate dominū ieſū ut mihi ignoſcat: quia īplere
non potui qđ uolebam. Secuta eſto o mi Bleſilla. confidimus p̄bantes uera quæ dicimus. Nūq̄ eſt ſera con
uerſio. Vox hæc primū dedicata eſt ī latrone. Amē dico tibi. hodie mecum eris ī paradiſo. Poſtq̄ aūt ſarci
na carnis abiecta ad ſuū aīa reuolauit auctorē & ī antiquam poſſeſſionem diu peregrinata cōſcēdit. ex moī
parant exequiæ & nobilium ordine p̄eunte aureū feretro uelamē obtendit. Videbant mihi tunc clamare
de cælo. Nō agnoſco ueſtes. amictus iſte nō meus. hic ornatus alienus eſt. Sed qd agimus? Matris p̄hibituri
lachrymas ipſi plāgimus. Cōfiteor affectus meos. Totus hic liber fletibus īſcribit. Fleuit & ieſus lazarū. qā
amabat illū. Nō eſt optimus cōſolator. qui p̄prii uīcunt gemitus. cuius uiſceribus mollitis fracta ī lachry
mis uerba deſudāt. Teſtor mi paula ieſū. quē Bleſilla nūc ſequit. teſtor ſāctos angelos. quoꝝ cōſortio fruit.
eadē me doloꝝ p̄peti torméta. quæ pateris. patrem eſſe ſpū. nutritiū charitate. & interdū dicere. Pereat dies
illa. ī qua natus ſū. & heu mihi pater. ut qd genuiſti me uirū. q dicerer diſcrimē omni terræ? Et illud. Iuſtus
es domine. uerūtamē iudicia loquar ad te. Quid eſt q̄ uiæ peccatoꝝ p̄ſperant? Et mei pene moti ſunt pe
des. pene effuſi ſunt greſſus mei. qa zelaui in peccatoribus. pacem peccatorū uidēs. Et dixi. Quō cognouit
deus? Et ſi eſt ſciētia ī excelſo? Ecce ipſi peccatores & abūdātes ī ſæculo obtinuerūt diuitias. Sed rurſus illud
occurrit. Si narrauero ſic. ecce grauationē filioꝝ tuoꝝ p̄uaricatus ſum. Nūquid & ī meā mentem nō hic ſæ
pius fluctus illudit? Quare ſenes īpii ſæculi diuitiis p̄fruunt. Quare adoleſcentia rudis & ſine peccato pue
ritia īmaturo flore metit. Quid cauſæ eſt. ut ſæpe bimuli trimuliq; & ubera mr̄na lactētes a dæmonio cor
ripiāt. repleāt lepra. morbo regio deuorēt. Et ecōtrario īpii. adulteri. hōicidæ. ſacrilegi. uegeti. atq; ſecuri.
de ſua ſanitate ī deū blaſſement. p̄ſerti cū iniuſticia p̄ris non redūdet ad filiū. & aīa quæ peccauerit ipſa mo
riet. Aut ſi manet uetus illa ſnīa. peccata patrū ī filios oportere reſtitui. iniquū ſit longæui p̄ris īnumera de
licta ī īnocente īſantiam repenſare. Et dixi. Ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meū. & laui iter īnocentes manus
meas. & factus ſū flagellatus tota die. Sed cū hæc cogitarem. ſtati didici cum p̄pheta. & ſuſcepi ut cognoſce
rem. Hic labor eſt ī conſpectu meo. donec īgrediar ſanctuariū dei. & itelligā ī nouiſſīma eoꝝ. Iudicia enim
domini abyſſus multa. Et o p̄fūdū diuitiaꝝ ſapientiæ & ſcientiæ dei. q̄ īſcrutabilia ſunt iudicia eius. & iue
ſtigabiles uīæ eius. Bonus eſt deus. & oīa quæ bonus facit bona ſint neceſſe ē. mariti orbitas irrogat. plāgo
quod accidit ſed qa ſic placet domino. æquo animo ſuſtinebo. Vnicus raptus eſt filius durū qdem. ſed tole
rabile. qa ſuſtulit ille qui dederat. Si cæcus fuero amici me lectio conſolabit. Si auditū quoq; ſurdæ aures
negauerit. uacabo a uitiis. nihil aliud niſi dominū cogitabo. Imminebit ſuper hoc & dura pauperies. frigus.
langor. & nuditas. extremam expectabo mortem. & breue putabo malum. quod filius melior ſubſequatur.
Conſideremus quid ethicus ille pſalmuſ ſonat. Iuſtus es domine & rectum iudicium tuum hoc non poteſt
dicere niſi ille q ad uniuerſa quæ patit. magnificat dominum. & ſuo merito īputans. ī aduerſis de eius cle
mentia gloriat. Exultauerunt eni filiæ iudæ in omnibus iudiciis domini. Si iuda confeſſio iterpretat. conſi

tens aũt omnis aĩa credentis eſt.neceſſe eſt ut q ſe credere dicit in xp̃o in oĩbus xp̃i iudiciis gaudeat. Sanus ſũ? Gratias refero creatori. Langueo? Et in hoc laudo domini uoluntatẽ. Quãdo enĩ infirmor, tunc fortior ſum. Et uirtus ſp̃ũs ĩ carnis ĩfirmitate pficit. Patit & apoſtolus aliquid quod nõ uult ꝑ quo ter dominum dep̃cat. ſed dicit ei. Sufficit tibi gr̃a mea. qa uirtus ĩ infirmitate pficit. Et ad reuelationũ humiliandam ſup biam. monet qdem humanæ ibecillitatis. & apponit in ſimilitudine triũphantiũ quibus in curru retro co mes adhærebat. ꝑ ſingulas acclamationes ciuium dicens. Hominẽ te eſſe memento. Cur autem durũ ſit. q quandoq; patiendum eſt? Et cur dolemus quenq̃ mortuũ. Ad hoc enim nati ſumus. ut maneamus æterni. Abrahã Moyſes Eſaias Petrus Iacobus Ioannes Paulus electionis uas. & ſuper omnia filius dei morit. & nos indignamur aliquẽ exire de corpore. qui ad hoc forſitan raptus eſt. ne malitia ĩmutaret itellectũ eius. Placi ta enim erat deo aĩa eius. propter hoc ꝑperauit educere eam de media iniquitate. ne longa uita in itinet de uiis obrueret anfractibus. Lugeat mortuus. ſed ille qué gehẽna ſuſcipit. quem tartarus deuorat. ĩ cuius pœ na æternus ignis æſtuat. Nos quoq; exitũ angelo; turba comitat. quibus obuiam xp̃s occurrit. grauemur magis ſi diutius ĩ tabernaculo iſto mortis hĩtemus. quia q̃diu hic moramur ꝑegrinamur a domino. Illa illa nos cupido teneat. Heu mihi quia ꝑegrinatio mea ꝓlõgata é a me. hĩtaui cum hĩtantibus cædar. multũ pe grinata eſt anima mea. Si cædar tenebræ ſunt. & mundus ipſæ ſunt tenebræ. quia lux lucet in tenebris. & te nebræ eam non cõprehenderunt. faueamus Bleſillæ noſtræ. quæ de tenebris migrans ad lucem. ĩter fidei ĩ cipientis ardorem conſumati operis ꝑcepit coronam. Re uera ſi ſæculare deſiderium. & qđ deus a ſuis auer tat. delitias uitæ huius cogitantem mors imatura rapuiſſet plangenda erat & omni lachrymarum fonte plo randa. Nunc uero cum ꝓpitio criſto ante quatuor ferme menſes ſecundo quodammodo ꝓpoſito ſe baptiſ mi lauerit. & ita deiceps uixerit. ut calcato mundo ſemper monaſterium cogitarit. non uereris ne tibi ſalua tor dicat iraſceris paula quia tua filia mea fcta eſt filia? Indignaris de iudicio meo & rebellibus lachrymis fa cis inuidiam poſſidenti. Scis enĩ qd de te. qd de cæteris tuis cogitẽ? Cibum tibi denegas. non ieiuniorum ſtu dio. ſed doloris. non amo frugalitatem iſtam. Ieiunia iſta aduerſarii mei ſunt. Nullam animam recipio quæ me nolente ſeparat a corpore. Tales ſtulta philoſophia habeat martyres. Habeat Zenonem Theombrotũ. uel Catonem. Super nullũ requieſcit ſp̃ũs meus. niſi ſuper humilem. & quietum. & trementem uerba mea? Hoc eſt quod mihi in monaſterio ꝓmittebas. q hĩtu a mr̃onis cæteris ſeparato tibi quaſi religioſior uide baris? Mens iſta quæ plangit ſericarum ueſtium eſt. Interciperis & emoreris. & quaſi non in meas manus uẽ tura ſis. crudelem iudicem fugis. Fugerat quondam & ionas aĩoſus ꝓpheta. ſed ĩ profundo maris merſus fu it. Si uiuẽtem crederes filiam. nunq̃ plange es ad meliora migraſſe. Hoc eſt quod per apoſtolum meum iuſ ſeram. ne ꝑ dormientibus in ſimilitudinem gentium triſtaremini. Erubeſce Ethnice. comparatione ſupera ris. Melior diaboli ancilla. q̃ mea eſt? Illa ĩfidelem maritum tranſlatum fingit in cælum. tu mecum tuam fili am cõmorantem. aut non credís. aut non uis. Sed dicis. Quõ lugere me ꝓhibes. cum & iacob ioſeph in ſac co fleuerit. congregatiſq; ad ſe ꝓpinqs noluit conſolari dicens. deſcendã ad filium meum lugens in ĩfernũ. & dauid abſalõ repto capite pläxerit repetens. filius meus abſalõ qs dabit ut moriar ꝑ te fili mi abſalõ Moy ſi quoq; & aaron cæteriſq; ſanctorum ſolẽnis ſit luctus exhibitus. Perfacilis ad iſta reſponſio eſt. Iuxiſſe ia cob filium quem putabat occiſum. ad quem & ipſe erat ad inferos deſcẽſurus dicens. deſcendã ad filiũ meũ lugens in ĩfernum. qa necdum paradiſi ianuam xp̃s effregerat. necdum flammeam illam rõpheã & uertigi nem p̃ſidẽtium cherubin ſanguis eius extixerat. Vnde & abraham licet in loco refrigerii. tamen apud infe ros cum lazaro ſcribit. Et dauid iuſte fleuiſſe filium parricidam. q alium paruulum poſtq̃ uidit. qa ut uiue ret ĩpetrare non potuit. qa ſciebat non peccaſſe. non fleuit. De moyſe uero & aaron q eis ex ueteri more ſit planctus exhibitus non mirandum eſt. cum & ĩ actibus apoſtolorum iam euangelio coruſcante ſtephano fecerint hieroſolymæ fratres planctum magnum. & utiq; planctus magnus non in plangentium examinati one. ut tu æſtimas. ſed in põpa funeris. & exequiaꝝ frequentia ĩtelligendus ſit. Deniq; de iacob ſcriptura ſic loquit. Et aſcendit ioſeph ſepelire patrem ſuũ. & aſcenderunt cũ eo omnes pueri pharaonis. & ſeniores do mus eius. & ſeniores omnis terræ ægypti. & omnis domus ioſeph & fratres eius. Et poſt paululum. Et aſcẽ derunt cum eo quadrigæ & equites. & facta ſunt caſtra grandia nimis. Ac deide. Et planxerunt eum plãctu magno & forti nimis Planctus iſte ſolẽnis nõ longas ægyptiis ĩperat lachrymas. ſed funeris monſtrat orna tũ. Iuxta quẽ modũ aaron quoq; & moyſem fletos eſſe manifeſtũ eſt. Neq̃ ſatis ſcripturæ laudare myſteria & diuinũ ſenſũ. ĩ uerbis licet ſimplicibus admirari. qd ſibi uelit q moyſes plangit. & ieſus naue uir ſanctus ſepultus refert. & tamen fletus eſſe non ſcribit. Neq; illud quod in moyſe. ideſt ĩ lege ueteri ſub peccato adã omnes tenebant elogio. & ad inferos deſcendentes conſequenter lachrymæ ꝓſequebant ſecundum apoſto lum. qui ait. Et regnauit mors ab adam uſq; ad moyſẽ. etiã ſup eos qui non peccauerunt. In ieſu uero. ideſt ĩ euangelio. per quem paradiſus eſt aptus. mortem gaudia ꝓſequunt. flenteſq; hodie iudæi. & nudatis pedi bus ĩ cinere uolutati. ſacco ĩcubant. Ac ne quid deſit ſuperſtitioni ex ritu uaniſſimo phariſæoꝝ primũ cibũ lentis accipiunt. uidelicet oſtendentes quali edulio primogenita perdiderint. & merito. quia in reſurrectio nem domini non credentes. antixp̃i parant aduentui. Nos uero qui xp̃m ĩduimus. & facti ſumus iuxta apo ſtolum genus regium & ſacerdotale. non debemus ſup mortuos contriſtari. Et dixit inquit Moyſes ad Aa ron & Eleazar & Ithamar filios eius. q relicti erãt. Caput ueſtrum non denudabitis. & ueſtimenta ueſtra nõ ſcindetis. ne moriamini. & ſuper omnem ſynagogam ueniat ira. Nolite inquit ſcindere ueſtimenta ueſtra. & luctum exhibere gentilem. ne moriamini. Mors ueſtra peccatum eſt. & quod forſitan crudele alicui uideat. ſed fidei neceſſarium eſt. In eodem leuitico ſcribit. quomodo ſacerdos magnus ad patrem matrem fratrẽ q; uel liberos mortuos ꝓhibeat accedere. ne uidelicet anima dei ſacrificiis uacans. & tota in illius miſteriis

occupata aliquo ipediaꝫ affectu. Nonne aliis uerbis idipsū ī euāgelio p̄cipiꝫ, ut renūciet domini discipulus, ut mortuo patri non exhibeat sepulturam. Et de sanctis inqt nō exiet, & non cōtaminabiꝫ sanctificatio dei eius. qa sāctū oleum unctionis a deo sup eū est. Certe postq̄ credimus in xp̄m, & oleo unctionis eius accepto illū portamus in nobis. nō debemus exire de tēplo, ideſt de ꝓpositō xp̄iano. non foras egredi, incredulitati uidelicet gentilium cōmisceri. sed esse semp intrinsecus. ideſt uoluntati domini mīstrare. Hæc iccirco dicimus. ne ignorantia scripturarum auctoritatem tibi p̄beret ī luctu, & uidereris rationabiliter errare. & adhuc sic locutus sum quasi unam de turbis conuenerim christianā. Nunc uero cū sciá te toto renúciasse mú do & abiectis calcatisq; delitiis sæculi, oroni, ieiuniis, lectioni uacare quotidie, cū ad exēplū abrahā cupias exire de terra tua & de cognatione tua. ut & chaldæis & mesopotamia de relictis, terrá repromissionis ītroeas. cum omnem substantiolam aut pauperibus dei largita sis. aut filiam ante mortē mundo mortuam dederis. miror te ea facere. quæ si fecerint cæteræ rep̄hensione digne uiderenꝫ. Redit tibi in memoriam con fabulatio eius. blanditiæ. sermo. consortium. & ꝙ his careas pati non potes. Ignoscimus matris lachrymis. sed modū q̄rimus ī dolor. Si parentem cogito. non rep̄hendo qđ plangis. Si christianam & monachā ab his nomibus mī excludiꝫ. recens uulnus est. & tactus iste quo blandior. nō tā curat q̄ exaspat. Attamē quod tēpore mitigandū est. cur ratione non uincíꝫ? Nam & Noemi famá fugiens in terram Moab. & maritum p̄di dit. & filios. & cum suoꝝ auxilio esset destituta. Ruth alienígena ab eius latere non recedit. Vide quanti meriti sit desertæ p̄stitisse solatiū. Ex eius semine xp̄s oriꝫ. Respice iob quanta sustinuit, & uidebis te nimium delicatam. Illum erectis ī cælum oculis iter ruinam domus. pœnas ulceris ínumeras orbitates. & ad extremum uxoris insidias. inuictam tenuisse patientiam. Scio ꝙ responsura sis. hoc illi q̄si iusto. ad ꝓbationē uenisse. Et tu e duobus elige qđ uelis. aut sancta es. & ꝓbaris. aut peccatrix & iniuste q̄reris. mīora sustinens q̄ mereris. Quid uetera replicē? Præsentia exēpla sectare. Sancta melania nostri tp̄is iter xp̄ianos uera nobilitas: cū qua tibi dominus. mihiq; cōcedat ī die sua habere partē. Hæc calēte adhuc mariti corpusculo, & necdum humato. duos simul p̄didit filios. Rē sum dicturus ícredibilē, sed teste xp̄o non falsam. Quis illam nō putaret more lymphatico sparsis crinibus. uestē cōscissa lacerū pectus inuadere? lachrymæ gutta non fluxit. Stetit ímobilis. & ad pedes aduoluta xp̄i. quasi ipsum teneret arrisit. Expeditius inqt tibi seruitura sū domine. qa tāro me onere liberasti. Sed forsitā superaꝫ ī cæteris. q̄nimo qua illos mente contēpserit. in unico postea filio probat. cui omni quam habebat cōcessa possessione. īgruente iam hyeme hierosolymā nauigauit. Parce q̄so tibi. parce filiæ cū xp̄o iam regnāti parce saltē Eustochio tuæ. cuius parua adhuc ætas. & rudis pene infantia te magistrante dirigiꝫ. Sæuit nūc diabolus. & qa unā cernit de tuis liberis triūphantem. obrutū se esse condolēs. quærit in remanēte uictoriā. quam īpeūte iam p̄didit. Grādis in suos pietas. īpietas ī deū ē. Abrahā unicū filiū lætus ītersecit. & tu unā de pluribus q̄reris coronatā? Nō possum sine gemitu eloqui qđ dicturus sum. Cum de media pōpa funeris te exanimē referrent. hoc iter se populus mulcitabat. Nonne illud est quod sæpius dicebamus dolet filiam ieiuniis intersectam. ꝙ non uel de secundo eius matrimonio te nuerit nepotes? Quouscq; genus detestabile monachorū nō urbe pelliꝫ. Non lapidibus obruiꝫ? Non p̄cipitatur in fluctibus? Matronam miserabilem seduxerunt. quæ quia monacha esse noluerit. hinc probaꝫ ꝙ nulla gentilium ita suos unq̄ fleuerit filios. Qualē putas ad istas uoces christū habuisse tristitiam? Quomodo exultasse sathanā. qui nunc tuā aíam eripere festinans. & pie tibi ꝓponens doloris illecebram. dū ante oculos tuos filiæ semper imago uersaꝫ. cupit matrem simul necare uictricis. & solitudinem sororis iuadere dere lictam? Non ut teream loquar. sed ut mihi testis est dominus. quasi ante tribunal eius assistens in hæc te uerba conuenio. Detestandæ sunt istæ lachrymæ plenæ sacrilegio crudeli. quæ non habent modū. quæ usq; ad uiciniā mortis accedunt. Vlulas & exclamitas. & quasi quibusdam facibus accēsa. q̄tū in te est. tui semp homicida es. Sed ad talē clæmēs īgrediꝫ iesus. & dicit. Quid ploras? Nō est mortua puella. sed dormit. Irrideāt circūstantes. ista īfœlicitas iudæorum est. Te quoq; si ad sepulchrum filiæ uolueris uolitare angelus increpabit. Quid q̄ris uiuētē cū mortuis? Quod qa maria fecerat magdalenæ. postq̄ uocem domini se clamantis agnouit. ad eius ꝓuoluta pedes audit ne tetigeris me. necdū enī ascēdi ad patrem meum. ideſt non mereris tangere resurgentem quem mortuum æstimas in sepulchro. Quas nūc æstimas Blesillá nostram pati cruces. quæq; ferre tormenta ꝙ tibi christum uideat subiratum? Clamat nunc illa uoce lugenti. Si unq̄ me amasti mater. si tua ubera suxi. si tuis institituta sum monitis. ne inuideas gloriæ meæ. nec hoc agas ut a nobis in perpetuum seperemur. Putas esse me solam? Habeo pro te Mariam matrē domini. Multas hic uideo. q̄s antea nesciebā. O q̄ melior est iste comitatus. Habeo annā quōdá in euangelio ꝓphetantem. & quo magis gaudeas tantoꝝ annoꝝ laborem ego ī tribus mensibus consecuta sum. unā palmā castitatis accepimus. Misereris mei. quia & mundum reliqui. at ego uestri sortem doleo. quos adhuc sæculi carcer icludit. quos quotidie in acie p̄liantes. nunc ira. nunc auaritia. nūc libido. nūc uariorꝝ īcentiua uitiorum pertrahunt ad ruinā. Si uis ut mater mea sis. cur placere christo non uis? Non agnosco matrem meo domino displicentem. Loqtur illa & alia multa. quæ taceo. & pro te dominum rogat. mihiq; ut de eius mēte securus sum. ueniam impetrat peccatoꝝ. quod monui. qđ hortatus sum. qđ iuidiā propinquorum ut salua esset excepi. Itaq; dum ſpūs hos artus regit. dum uitæ huius fruimur cōmeatu spondeo. promitto. polliceor. illam mea lingua resonabit. illi mei dedicabunt labores. illi sudabit ingeniū. Nulla erit pagina quæ non Blesillá sonet. Quocúq; sermonis nostri monumenta peruenerit. illa cum meis opusculis peregrinabitur. hanc mea mente defixam legent uirgines. uiduæ. monachi. sacerdotes. Breuis uitæ spacium æterna memoria cōpensabit. Quæ cum christo uiuit ī cælis. in hominum quoq; ore uictura est. Transeat & præsens ætas. sequentur sæcula post futura. quæ sine amore. sine inuidia iudicabunt. Inter Paulæ Eustochiiq; nomen media ponetur. Nunq̄ in

meis moritura est libris. Audiet me semper loquentem cū sorore, cū matre. Amen.

Beati Hieronymi presbyteri ad tyrasium de obitu filiæ consolatoria. Vbi docet dominum lazarum plā xisse non mortuum, sed ad uitæ huius miseriā suscitandum.

Enedicto & dilectissimo parenti Tyrasio Hieronymus. Charitatis tuæ scripta pcepi. in quibus animum tuum dolor cōmotum de filiæ dormitione cognoui. Non aliud principaliter admiratus sum, q̄ christiani pectoris in te ablatam uirtutem fuisse, ut animum flecteres ad dolorē. Stupeo murū fidei penetratū uulneribus orbitatis, quem fepire debuerat spes resurrectionis & regni cælestis. Nunq̄ spes cum dolor concordat, nec fides aliquando sentit quācūq; iacturam. Resurgere credimus nostros & plangimus, quid faceremus si mori tantummodo p̄ciperet deus? Voluntas eius sola sufficeret ad solatium, cui nullum p̄ponere iubemur affectum. Quod dederat, abstulit q̄ creauerat. Quis est alius q̄ plāgat, qđ ad tēpus acceperat? Cōmodauerat, ut haberes q̄tocūq; tēpore uoluisset, & cū uellet rursū auferret. Nihil abstulit tuū, q̄ dignatus ē recipe ꝑ ꝑpriū. Creditū suū recipe decuit creditorē, & nihil aliđ decet, q̄ creditori suo gr̄as agere mutuantem. Sic iob legimus quam sequamur deuotissimam uocē dicentis. Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factum est, sit nomen domini benedictum. Parum ergo non erat hæc consolatio contra luctum, q̄ nemo lugere debeat, cum aliq̄d reddiderit alienum, q̄a fas non erat apud alium retineri quod domino suo fuerat necessarium. Additur consolationis alia prouidentia, quæ iaculis orbitatis occurrat. Plangere debuimus de sæculo recedentes, si sæculi inimicitias contra nos minime sentiremus, & plangimus domini beneficia, qui nouit infirmitati nostræ quid p̄stet. Periclitari uolebat adhuc qui dolet aliquem dormientem, & inter fluctus uitæ præsentis uidere cupiebat miserum laborare talibus ac tantis tempestatibus uitæ, tot impugnatiōes diaboli, tot corporis bella, tot sæculi clades euasit, & lachrymas fundis, quasi nescias, quid in teipso quotidie patiaris. Propter quod admonet dominus apostolos suos dicens. Si diligeretis me, gauderetis, quia uado ad patrē. Plane lazarum fleuit mortuum, sed non tuas lachrymas fudit. Resurrectionis ꝑmissor dolorem docere non poterat, ne fidem pfidiam faceret, quā docebat, doluit lazarum non dormientem, sed potius resurgentem, & flebat, quem cogebatur propter saluādos alios sæculo reuocare. Hanc uitam dans dominus īgemiscebat, quam tu doles esse sublatam. Contra lachrymas eius pugnant lachrymæ tuæ, & amor tuus amori eius non conuenit. Hic fletus non habet pietatē. Ille nolebat reddere laboribus, quem dilexerat, & tu amare credebas te, cui laborum uolebas adhuc præstar tormenta. Cæterum si putas eum lazarum doluisse, ante non ꝑmisisset exire, qui repellere poterat mortem, aut certe non fleret, qui mortuum suscitare postmodum habuerat potestatem. Vnde apparet sola eum causa fuisse cōmotum, q̄ ad hostilem uitam charissimum reuocare denuo, & propter credulos aliquos, & confundendos incredulos urgebatur. Denicq; sic subsecutus est dicens. Ergo pater ut credant, quia tu me misisti ait clara uoce. Lazare prodi foras, & factum est. Gaude ergo unde ille conatus est flere, ne tu saltem uideas dormientis felicitatibus inuidere, ab aliena mundi prouincia transiuit ad dominum, & de hostili patria migrauit ad cælum. Contra sic apostolus cōmemorat dicens. Quādiu sumus in hoc sæculo peregrinamur a domino. Non ergo nobis luctū debet īcutere quisq̄, cū a peregrinatione redire meruerit ad propriā regionem, maximē cum non inanis & uacuus redire noscatur, qui christianitatis mercatus est lucrum, ꝑpter qđ descendit ad mundi cōmercium. Et ego inqes nulla promissionum cælestium dubitatione conturbor, sed sola separatione dormientis æstuans desolatus solatio pii pignoris iactor. Excusatio est hæc benedicte sine dubio fragilitatis humanæ, quæ patrocinari nō potest diffidentiæ. Si enim desolationes homines ferre non ualerent, nunq̄ prorsus parentes a se sua pignora dimisissent. Destitutos se a morientibus conquerunt, & uiuos filios; aut propter honores, aut propter negocia peregrinis regionibus credunt, & gaudent tota uita sine affectibus cōmorari, dummodo capiant, quod cupiunt de suis pignoribus adipisci, & ut ad palatia pergāt peregrinantur, ad studia dignitatis nauigant acquirenda, uel ad causas patrimonii aliquas explicandas cum labore & periculo, proficiscentes omnes ipellunt, nec secum uacare quos diligunt patiuntur. Et ut ad palatia cæli, ad studia xp̄i, ad honorem uitæ, & patrimonium possessionis æternæ cum securitate ualeant puenire, nemo filios suos a se libenter gratulatur abscedere. Ad cōparanda peccata gaudent tam parentes a filiis, q̄ filii a parentibus, prouocante diabolo separari, ad indulgentiam percipiendam, nolunt ab inuicem deo uocante discerni, ut appareat, non pro nostra ratione nos dolere quemcunq; uidemur amittere, sed indicium magis ostendere diffidentiæ. Mihi crede sola in omnibus incredulitas mœret, & sicut non potest fides nosse quod doleat, sic diffidentia sola doloribus inuenitur ancilla. Nam si dormiētes dicimus, dormientes utiq; credere debemus, & non mortuos, sed requiescentes secundum uocem domini. Omnis inquit qui credit in me licet moriatur, uiuet. Si tibi medicus hoc promitteret quisq̄, nullam sine dubio promissioni eius negare poteras omnino licentiam, nunc quia christus fabricator & resuscitator promittit, non timeas eam plāgere, ut fideliorem christo pariter, & potentiorem medicum uidearis in promissione iudicare. Sed destitutam dicis doleo senectutem meam, qui debueram liberos meos potius antecedere, ne in laboribus remanerem. Quando de spiritalibus bonis quodcunq; tractatur nihil est omnino de carnalibus ante oculos proponendum. Ego tibi melius profiteor euenisse, qui non carnalem, sed spiritalem circa te considero fœlicitatē, tu te dicis de pignoris tui obitu in senectute confectum, ego econtra probo subleuatum. Senectuti tuæ amputauit dominus magis sollicitudinem, quæ torquebat de uiua fila ne periret. Melius utiq; nunc mortuam sæculo credis esse apud deum uiuam, q̄ hic uiuam mortuam. Gaude tibi q̄ filiam christianam, mereberis se qui, quam secutus in cælo gaudeas. Non te deseruit, sed p̄cessit. Misisti nutrimenta tua xp̄o. Si luctum horueris, & te obtulisse pignus deo deputari poteris. Secundum uotum tuum habe post abraham, si non po-

tes primũm,ut quod ille non dubitauit offerre,tu ſaltem uidearis de ſublato gaudere. Ab illo dominus poſtulauit,a te tulit,ille iuſſioni paruit,tu uoluntati conſenti. Illum per illicitam legem naturæ probauit ſibi deuotum,te ſaltem per licitam conditionem mortalitatis annotet religioſũ. In qua parte xp̃ianum te poteris approbare. Erubeſcat ĩcredulitas noſtra,quæ nec cum gentilibus deo uult eſſe ſubiecta. Cõmunis eſt nobis cum illis exitus mortis,& dolores illorum ſuperamus doloribus noſtris. Quid ageremus,ſi peculiar̃ aliquid exigeret̃ a nobis? Quod ad dedecus noſtrum ptinet,gentiles dolores ſæpe conténunt,cum non ad p̃miſſa cæleſtia,ſed ad pœnas tartari rapiant̃,& nos plangimus euntes ad cœlum,conſidera chriſtianus talis quid merebit̃ deinceps,qui nec imitari contédit exépla ſanctorum,nec contéptum habere gentilium? Illi luctus deſperando deſpiciunt,nos & ſperando deſpicere non conamur. Illi ſeruiẽ intrepidanter filios ſuos mortalibus tradũt,& nos deo noſtro ſimul,& ſuos liberos,& noſtros liberandos dimittere ſacrilega méte cunctamur,quaſi tutius apud homines iudicemus magis q̃ penes deũ condemnari. Aliquem filiorum chriſtiani nolunt uel gratulatione ſua deducere ad bona,gentiles tradere non cũctant̃ ad mala. Poſtremo uel cũ ipſa fœlicitate noſtrorum morientium cogamur animum flectere,ne deſideriis eorum deſideria noſtra incipiant reluctari. Eſto religioſus,uel uoto eius qui euaſit. Si non potes exulta,quia placuiſſe cognoſcis,tui participium ſanguinis chriſto,maxime quod de occaſione debeas tolerare,cui non potes contradicere. Et cum ſit omnibus cõmunis hic caſus,uanus dolor eſt,qui nec primus uidetur eſſe,nec ſolus. Poſtremo uide ſi aliquid debeat dolori concedi,ubi ſine aliquo remedio poteſt animus fatigari. Sapienter debet dolere qui dolet,ne perdat ſine cauſa quod dolet. Nunc autem contra luctum ſumenda ſunt arma, ut ſpes noſtra poſſit habere uictoriam,principaliter quod uoluit deus ſuſcipere gratulemur. Deinde quia hoc nobis in mundo commune eſt,additur nobis peculiare noſtrum,quod ad requiem deducamur. Sequitur conſumatio omnium gaudiorum,q̃ in reſurrectione inuicem nobis domino reformante reddemur,quod apoſtolus pollicetur. Nolo uos ignorare fratres de dormientibus,ut non contriſtemini,ſicut & cæteri qui ſpem non habent. Si enim credimus q̃ ieſus mortuus eſt,& reſurrexit,ita & deus eos qui dormierunt in chriſto,adducet cum illo. Hæc tibi benedicte pro charitate communi tranſmiſi. Cæterum ſcio te ualere alios conſolari. Tunc te orbitas non inueniet penetrabilem,ſi alios contra illam non ceſſes amare.

Beati Hieronymi preſbyteri ad iulianum conſolatoria de filiis & uxore defunctis,dicens illum in comparatione iob umbram quãdam & ludum ſuſtinuiſſe certaminis.

Ilius meus frater tuus Auſonius ĩ ipſo iam profectionis articulo cũ mihi p̃ſentiam ſui tarde dediſſet,& cito abſtuliſſet,atq; in puncto tẽporis ſalue pariter ualeq; dixiſſet,uacuum ſe redire arbitratus eſt,niſi mearum aliqd ad te nugarum tumultuario ſermone portaret. iam dimiſſo ſynthemate equus publicus ſternebat̃,& nobilẽ iuuenem punicea idutum tunica balteus ambiebat,& tamen ille appoſito notario cogebat loqui,quæ uelociter edita,uelox conſequeret̃ manus,& linguæ celeritatem frenderent ſigna uerborum. Itaq; non ſcribentis diligentia,ſed dictantis temeritate,longũ ad te ſilentium rũpo,offerens tibi nudá officii uoluntatem. Extemporalis eſt epiſtola,abſq; ordine ſenſuum,ſine lenocinio,& compoſitione ſermonũ,ut totũ ĩ illa amicum,nihil de oratore reperias. In,pcíctu effuſá putes,& abire cupienti ingeſtum uiaticum. Diuina ſcriptura loquit̃. muſica ĩ luctu intépeſtiua narratio. Vnde & nos leporem artis rhetoricæ conténéres,& puerilis atq; plauſibilis eloquii uenuſtatẽ,ad ſanctarum ſcripturarum grauitatem confugimus,ubi uera uulnerum medicia eſt,ubi dolorum certa remedia. In quibus recipit unicum filium mater ĩ feretro,ubi turbæ dicit̃ circũſtanti,non eſt mortua puella,ſed dormit,ubi & quatriduanus mortuus ad uocem inclamantis domini ligatus egredit̃. Audio te in breui tempore duas uirgũculas filias iunctis pene extuliſſe funeribus,& pudiciſſimam ac fideliſſimam coniugem tuá Fauſtinam,immo fidei calore germanam,in qua ſola poſt amiſſos liberos acqeſcebas,ſubita tibi dormitione ſubtractam. quaſi ſi in naufragiis in littore latrones reperiat,& iuxta eloquia prophetarum fugiens urſum incidat in leonem extendenſq; manum ad parietem,a colubro mordeatur. Conſecuta rei familiaris damna,uaſtationem totius barbaro hoſte prouinciæ,& in communi depopulatione priuatas poſſeſſionum tuarum ruinas,abactos armentor& & pecor& greges,uictos occiſoſq; ſeruulos,& in unica filia quã tibi crebræ orbitates fecerãt charioriẽ,electum nobiliſſimũ generũ. Ex quo ut oĩa taceam,plus meroris q̃ gaudii ſuſcepiſti. Hic é catalogus tentationũ tuar&,hæc cũ iuliano tyrũculo xp̃i pugna hoſtis antiq,quæ ſi ad te reſpicias,gaudia ſũt,ſi ad bellatorem fortiſſimũ,ludus & umbræ certaminis. Btõ iob poſt malor& examina uxor peſſima reſeruata é,ut p eã diſceret blaſſemar̃,tibi ſublata eſt optima,ut miſeriar& ſolatium pderes. Aliud ẽ auté ſuſtinet̃ quam nolis,aliud deſiderare quam diligis. Ille in tot mortibus filior& domus ſuæ ruinam unum habuit ſepulchrum,& ſciſſis ueſtibus,ut parentis monſtraret affectũ,pcidens in terram adorauit,& dixit. Nudus exiui de utero matris meæ,nudus & redeam,dominus dedit,dominus abſtulit,ſicut domino placuit,ita factum eſt,ſit nomen domini benedictum. Tu ut parciſſime dicam,inter multorum officia propinquorum,& conſolantes amicos,tuorum exequias proſecutus es,perdidit ille ſimul omnes diuitias,& ſuccedentibus ſibi malorũ nunciis ad ſingulas plagas feriebatur immobilis,cõplens ĩ ſe illud de ſapiente præconium. Si fractus illibat̃ orbis,ĩpauidum fierent ruinæ. Tibi maior pars derelicta eſt ſubſtantiæ,& tantum tentaris quantum ferre potes. Necdũ enĩ ad eũ peueniſti gradũ,ut totis aduerſũ te cuneis dimicet̃. Diues quõdá dominus,& ditior p̃re,ſubito orbus & nudus eſt. Cũq; ĩ omnibus his quæ cõtigerãt ei,nõ peccaſſet corá domĩo,nec q̃q̃ locutus ẽ iſipiẽs,exultás deus ĩ uictoriá famuli ſui,& illius patiẽtiá ſuũ ducẽs triũphum dixit ad diabolũ. Aniaduertiſti famulum meum iob,quia non eſt quiſq̃ ei ſimilis ſup terram? Homo innocẽs,uerax,dei cultor,ab

ſtinens ſe ab omni malo.& adhuc perſeuerans in innocentia.Pulchre addidit.Et adhuc perſeuerans in innocentia,quia difficile eſt ꝑſſam malis innocentiam nō dolere.Et in hoc ipſo fide periclitari. ꝙ ſe uideat iniuſte ſuſtinere quod patiꝫ.Ad quæ reſpondens diabolus domino ait.Corium pro corio.& omnia quæ habuerit dabit pro anima ſua.Sed extende manū tuam.& tange oſſa.& carnes eius.niſi in faciem benedixerit tibi. Calidiſſimus aduerſarius & ueteratus diegꝫ malogꝫ nouit alia eſſe quæ extriſeca ſint.& a philoſophis quoꝙ mundi a diaphora.hoc eſt in differentia nominentur.in eorūꝙ amiſſione.atꝙ contemptu perfectam nō eſſe uirtutem.alia quæ intrinſecus & deſiderata cogant dolere perdentem. Vnde audacter dei renuit predicationem.& dicit nequaq̄ eum debere laudari.qui nihil de ſe.ſed totum extra ſe dederit.qui pro corio ſuo coria obtulerit filiogꝫ.& depoſuerit marſupium.& fruaꝫ corporis ſanitate. Vnde intelligat prudentia tua uſqꝙ ad hunc terminum peruenisſe tentationes tuas.& dediſſe te coriū pro corio.pellem pro pelle.omnia quæꝙ habes.pagꝫ eſſe dare pro anima tua.Necdum autem extentam in te manū dei.nec tactas carnes.nec oſſa cōfracta.ad quogꝫ dolorem difficile eſt non ingemiſcere.& in faciem dei benedicere pro eo quod eſt maledicere. Vnde & Nabuta in regum libris diciꝫ benedixiſſe deum & regem.& iccirco lapidatur a populo.Sciens aūt domius athletā ſuū immo uigꝫ fortiſſimum.etiam in iſto extremo perfectoꝙ certamine poſſe ſuperare. Ecce inquit trado illum tibi.tantum animā illius cuſtodi.Caro uiri ſancti datur i diaboli poteſtatem.& animæ ſanitas reſeruatur.ne ſi illud percuſſiſſet.in quo ſenſus eſt mentiſqꝙ iudicium. non eſſet culpa peccantis.ſed eius qui ſtatum mentis euerterat.Laudent te alii.& tuas contra diabolum uictorias panegyricis proſequantur laudibus.ꝙ læto uultu mortes tuleris filiagꝫ.ꝙ in quadrageſimo die dormitionis eagꝫ.lugubrem ueſtem mutaueris.& dedicatio oſſium martyris candida tibi ueſtimenta reddiderit.ut nō ſentires dolorem orbitatis tuæ.quem ciuitas uniuerſa ſentiret.ſed ad triumphum martyris exultares.ꝙ ſanctiſſimam coniugem tuam non quaſi mortuam.ſed quaſi proficiſcentem deduxeris. Ego te nequaq̄ adulatione decipiam. ne lubrica laude ſupplantem.Loquarꝙ illud potius quod tibi audire condecet.Fili accedens ad ſeruitutem dei prepara animam tuam ad tentationem:& cum omnia feceris dicito.Seruus inutilis ſum: non feci quod facere debui. Tuliſti liberos:quos ipſe dederas.Recepiſti ancillam quam mihi ob breue ſolatium commoda ueras.Non contriſtor ꝙ recepiſti:ſed ago gratias ꝙ dediſti.Quod quondam diues adoleſcēs omnia quæ in lege præcepta ſunt:ſe impleſſe iactabat:ad quem dominus in euangelio. Vnum inquit tibi deeſt:ſi uis perfectus eſſe:uade & uende omnia quæ habes:& da pauperibus:& ueni ſequere me. Qui omnia ſe feciſſe dicebat:in primo certamine diuitias uincere non poteſt. Vnde & difficile intrant diuites in regna cælorū: quæ expeditos:& alagꝫ leuitate ſubnixos habitatores deſiderant. Vade inquit & uende non partem ſubſtantiæ: ſed uniuerſa quæ poſſides,& da:non amicis:non conſanguineis:non propinquis:non uxori:nō liberis. Plus aliquid addam:nihil tibi ex omnibus metu inopiæ reſeruabis:ne cū anania damneris:& ſaphyra:ſed da cuncta pauperibus:& fac tibi amicos de iniquo māmona:qui te recipiāt in æterna tabernacula:ut me ſequaris ut dominum.Mundi poſſeſſionem non habeas:ut poſſis canere cum propheta.Pars mea dominus:& ut uerus leuita nihil de terræ hæreditate poſſideas.Et hoc hortor ſi uis eſſe perfectus:ſi apoſtolicæ dignitatis culmen cupis:ſi ſublata cruce chriſtum ſequi:ſi apprehenſo aratro non reſpicere poſt tergum: ſi in ſublimiſſimo tecto poſitus priſtina ueſtimenta conténis: & ut euadas ægyptiam dominam:ſæculi pallium derelinquis. Vnde & helias ad cælorum regna feſtinans:non poteſt ire cum pallio:ſed mundo immundo ueſtimēta dimittit.Sed hoc ais apoſtolicæ dignitatis eſt:& eius qui uelit eſſe perfectus.Cur autem & tu nolis eſſe perfectus?Cur qui in ſæculo primus es.nō in xp̄i familia primus ſis?An qa uxorē habueris?Habuit & petrus:& tamē cū reti eam & nauiculā dereliquit.Prouidētiſſimus dominus:& oīum ſaluté deſiderās:maléſqꝙ pniam peccatoris q̄ mortem:abſtulit tibi hāc excuſatōem:ut nō illa te retrahat ad terras:ſed tu eam ſequaris ad paradiſi regna tendētem.Bona liberis paras:qui te ad dominū p̄ceſſerunt:ut partes eagꝫ nō in diuitias ſororis ꝓficiāt:ſed in redemptōem animæ tuæ:atꝙ aliméta miſerogꝫ.Hæc monilia filiæ tuæ a te expetūt:his gemmis ornari capita ſua uolūt.Quod perituꝫ erat in ſerico:in uilibus paupegꝫ tunicis reſeruet.Repetunt a te partes ſuas.lūctæ ſpōſo uolūt uideri paupes & ignobiles:ꝓpria ornaméta deſiderāt.Nec eſt ꝙ te excuſes nobilitate & diuitiagꝫ pōdere.Reſpice ſanctū uigꝫ Pāmachiū:& feruētiſſimæ fidei Paulinū preſbytegꝫ:q nō ſolum diuitias:ſed ſeipſos domio obtulerūt:qui cōtra diaboli tergiuerſatōem nequaq̄ pellem ꝓ pelle:ſed carnes & oſſa & aias ſuas domino conſecrarunt. Qui te & exemplo & eloquio:ideſt & opere & lingua poſſunt ad maiora perducere.Nobilis es.& illi.Sed in illis chriſto nobiliores.Diues & honoratus.& illi.Immo ex diuitibus pauperes & inglorii:& iccirco ditiores & magis inclyti:quia pro chriſto pauperes & inhonorati. Et tu quidem bene facis:ꝙ ſanctorum diceris uſibus miniſtrare:fouere monachos:eccleſiis offerre q̄plurima. Sed hæc rudimenta ſunt militiæ tuæ: conténis aurum:contemperunt & multi philoſophi.E quibus unus ut cæteros ſileam:multarum poſſeſſionum præcium proiecit in pelagus:abite dicens in profundum malæ cupiditates.Ego uos mergā:ne ipſe mergar a uobis.Philoſophus gloriæ animal & popularis auræ uile mācipium.totam ſimul ſarcinam depoſuit.& tu te putas in uirtutum culmine conſtitutum.ſi partem ex toto oferas? Teipſum uult dominus hoſtiam uiuam placentem deo.te inq̄:nō tua.& ideo uariis tentationibus cōmonet:quia multis plagis & doloribus eruditur iſrael.& quem diligit dominus corripit.Flagellat aute omnem filium:quem recipit. Paupercula uidua duo æra minuta miſit i gazophilatium:& quia totum obtulit: quod habebat: omnes dicitur in oblatione munerum dei ſuperaſſe locupletes:quæ non pondere ſui:ſed offerentium uoluntate penſatur.Cum multis erogaueris cenſum tuum:& quidam tua gaudeant liberalitate: tamen multo plures ſunt quibus nihil dediſti.Neꝙ enim Darii opes; & Croeſi diuitiæ ualent explere pauperes mundi.Quod ſi teipſum domio dederis:& apoſtolica uirtute perfectus:ſequi cœpis ſaluatorem.tunc

intelliges ubi fueris.& in exercitu christi quem extremum tenueris locum.Non planxisti filias mortuas. & paternæ in genis lachrymæ xp̄i timore siccatæ sunt.Quanto maior abraham.qui unicum filium uoluntate iugulauit? Et quem hæredem mūdi futur̄ audierat.non desperat etiam post mortem esse uictur̄. Iepte obtulit uirginem.& iccirco in enumeratione sanctor̄ ab apostolo ponitur.Nolo tantum ea offeras domio quæ potest fur rapere.hostis inuadere.,pscriptio tollere.quæ & accedere possunt.& recedere.& instar undarum & fluctuum a succedentibus sibi dominis occupant. Atq; ut uno cuncta sermone comp̄hendam. quæ uelis nolis in morte dimissurus es.Illud offer quod tibi nullus hostis possit auferre.nulla eripere tyrānis. qđ tecum pgat ad inferos.immo ad regna cælor̄.& ad paradisi delitias.Extruis monasteria.multis a te per insulas dalmatiæ sanctor̄ numerus sustentat̄.Sed melius faceres.si & ipse sanctus iter sanctos uiueres. Sancti estote.quoniam ego sanctus sum dicit dominus.Apostoli glorian̄.q; omnia dimiserint.& secuti sint saluatorem.Et certe p̄ter retia & nauem nihil legimus eos dimisisse.& tamen testimonio futuri iudicis coronantur.quia se offerentes totum dimiserant.quod habebant.Hæc loquor non in sigillationem oper̄ tuor̄. uel q; extenuem liberalitatem & elemosynas tuas.sed quo te nolim inter sæculares esse monachum.& iter monachos sæcularem.Totūq; a te expetam.cuius audio mentem diuino cultui deditam.Si huic cōsilio nostro uel amicus uel affecla uel propinquus renititur.& te ad delitias splendentis mensæ reuocat, intelligo eū nō de tua anima sed de suo uentre excogitare & omnes opes lautaq; conuiuia subita morte finiri. Octo & sex annorum intra.xx.dies duas filias amisisti.& arbitraris senē diu uiuere.cuius ut ætas lōga tendat̄.audi & dauid.Dies uitæ nostræ.lxx.āni.si autem amplius.lxxx.& quicquid supereſt labor & dolor est. Fœlix & omni dignus beatitudine.quem senectus christo occupat seruientem.quem extrema dies saluatori inuenerit militantem.qui non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta.cui in introitu paradisi dicetur.Recepisti mala in uita tua.nunc autem hic lætare.Nec enim ulcisc̄et bis dominus in eadem re. Diuitem purpuratum gehēnæ flamma suscepit.Lazarus pauper & plenus ulceribus.cuius carnes putridas lambebant canes. & uix de micis mēsæ locupletis miseram sustentabat animā. n sinu abrahæ recipitur.& tanto p̄triarcha paré te lætat̄.Difficile immo impossibile est.ut & p̄sentibus quis & futuris fruat̄ bonis.Vt & hic uentrem. & ibi mentem impleat.Vt de delitiis transeat ad delitias.ut in utroq; sæculo primus sit.ut in cælo & in terra appareat gloriosus.Quod si tibi tacita cogitatio scrupulum mouerit.cur monitor ipse non talis sim. qualem te esse desidero.Et nōnullos uideris in medio itinere corruisse.illud breuiter respondebo.nō mea esse quæ dico.sed domini saluatoris.Non monere quid ipse possim.sed quid debeat facere:qui seruus futurus est christi.& athletæ suis incitatoribus fortiores sunt.& tamē monet debilior.ut pugnet ille:qui fortior est.Noli respicere iudam negantem:sed paulum respice confitentem.Iacob ditissimi patris filius solus & nudus in baculo suo pergit mesopotamiam.iacet lassus in itinere:& qui delicatissime a rebecca matre fuerat educatus: lapide ad caput pro puluillo utitur.Vidit schalam de terra usq; ad cælum:& ascendentes per eam angelos:& descendentes.& desuper nitentem dominum ut lassis manum porrigeret:ut ascendētes suo ad laborem,p uocaret aspectu.Vnde & uocatur locus ipse bethel:idest domus dei:in qua quotidie ascenditur & descendi tur.Et sancti enim corruunt:si fuerint negligentes.& peccatores pristinum recipiunt gradum:si sordes fleti bus lauerint.Hoc ideo dico:ut non terreant descendentes:sed prouocent ascendentes. Nunq̄ exemplum a malis sumitur:etiam in sæculi rebus semper a meliori parte incitamenta uirtutum sunt.Oblitus propositi: & epistolaris breuitatis plura dictare cupiebam.Ad materiæ quippe dignitatem:& ad meritū personæ tuæ pax̄ est omne quod dicit̄.Et ecce tibi noster ausonius cœpit schedulas flagitare:urgere notarios: & innitu feruentis equi ingenioli mei festinus arguere tarditatem.Meméto igitur nostri:& cura ut in xp̄o ualeas.Atq; ut cætera taceam:domestica sanctæ ueræ exempla sectare:quæ uere secuta xp̄m peregrinationis molestiam sustinet:& sit tibi tanti dux fœmina facti.Tribuat tibi christus:ut audias: ut taceas: ut intelligas:& sic loquaris.

Beati Hieronymi p̄sbyteri ad pāmachium cōsolatoria de dormitione Paulinæ uxoris:ubi eius conuersationem monachalem erogatōem elemosynar̄:generis dignitatem:& Paulæ ac Eustochii affinitatem præcipuis effert præconiis.

Anato uulneri:& in cicatricem superductæ cuti:si medicina colorem reddere uoluerit:dum pulchritudinem corporis quærit:plagam doloris instaurat.Ita & ego serus consolator qui importune per biennium tacui:uereor ne nunc importunus loquar:& attrectans uulnus pectoris tui qđ tempore & ratione curatum est:commemoratione exulcerem.Quæ enim aures tam duræ.quæ de silice excisa præcordia & hyrcanarum tigrium lacte nutrita possunt sine lachrymis paulinæ tuæ audire nomen? Quis parturientem rosam. & papillatum corymbum. ante q̄ in calathum fundatur orbis & tota rubentium foliorum pandatur ambitione. immature demessum. equis oculis marcessere uideat? Fractum est præciosissimum margaritum. Virens smaragdi gemma contrita est. Quid boni habeat sanitas: langor ostendit. Plus sensimus quod habuimus: postq̄ habere desiuimus. In agro terræ bonæ tres fructus legimus. Centesimum: sexagesimum: & tricesimum. In tribus mulieribus & sanguine & uirtute coniunctis: tria christi præmia recognosco. Eustochium uirginitatis flores metit. Paula laboriosam uiduitatis aream terit. Paulina castum matrimonii cubile conseruat. Tali filiarum mater fulta comitatu: totum sibi in terris uendicat: quod christus promisit in cælo. Et ut quadrigam domus una emitteret sanctitatis: & fœminarum uirtutibus responderent uiri: additur comes pammachius: Verum Ezechielis cherubin.frat̄r.cognatus. gener.maritus.immo frater amantissimus.quia sancta consortia spūs.uocabula nō tenent nuptiar̄.huic quadrigæ iesus p̄sidet.De his equis & abacuch canit.

Aſcẽde ſup equos tuos:& equitatio tua ſalus.Impari curru:pari aſo ad palmã tendiť.Diſcolores equi ſed uo luntate cõcordes unũ aurigæ iugũ trahunt:non expectantes flagelli uerbera:ſed ad uocis hortamenta feruẽ tes.Dicamus aliquid de philoſophis.Quatuor uirtutes deſcribunt ſtoici:ita ſibi inuicem nexas:& mutuo co hærentes:ut qui unam non habuerit omnibus careat:prudentiam:iuſticiam:fortitudinem: temperantiam. Has omnes ſic habetis ſinguli:ut tamen emineatis in ſingulis.Prudentia in te:in matre iuſtitia:in uirgine for titudo:in nupta temperantia p̃dicať.Quid enim eo ſapientius qui contempta mundi ſtultitia xp̃m ſecutus eſt.dei uirtutem & dei ſapiam?Quid mſre iuſtius.quæ inter liberos opibus diſtributis docuit diuitias conte nendo.quid filii amare deberent?Quid euſtochio fortius.quæ nobilitatis portas.& arrogantiam generis cõ ſularis uirginali propoſito fregerit.& in urbe prima primũ genus ſubiugauerit pudicitiæ?Quid Paulina tẽ perantius.quæ legens illud apoſtoli honorabiles nuptiæ.& cubile imaculatum.nec ſororis fœlicitatem.nec mſris continentiam auſa appetere.maluit in humilioribus tuta pergere.q̃ pẽduli gradu in ſublimioribus flu ctuare.q̃q̃ illa ſemel inito mſrimonio.nihil aliud diebus ac noctibus cogitauerit.niſi ut reddito fructu nu ptiarꝝ.ſecũdum caſtimoniæ gradum arriperet.& tanti dux fœmina facti.uirꝝ ppoſito ſuo iungeret.non re linquens ſaluti ſuæ comitẽ.ſed expectans?Dũq; crebrius abortiuis:& experta fœcũditate conceptuum:non deſperat liberos:& ſocrus auiditatem:mſriq; triſtitiam p̃ponit imbecillitati ſuæ paſſa eſt aliquid de Rache lis exemplo:ac pro filio doloris:ac dexteræ:uirꝝ deſiderii ſui pepit hæredem.Certiſq; auctoribus didici illã non primæ ſnĩæ dei.Creſcite & multiplicamini:& replete terram.nec officio coniugali ſeruire uoluiſſe. ſed ad hoc optaſſe filios:ut xp̃o uirgines pareret.Legimus & uxorem ſacerdotis phinees audita captiuitate arcæ domini ſubito uteri dolore correptam edidiſſe filium hichabod:& inter manus & officia fœminarꝝ animã emiſiſſe cum prole.De prima proles beniamin hoc eſt filius uirtutis ac dexteræ.De ſecũda iclytus ſacerdos dei ex arcæ cognomine naſcitur.Nobis poſt dormitionem ſomnũq; Paulinæ:pãmachium monachum ecclеſia peperit poſthumũ & patris & coniugis nobilitate patritium.elemoſynis diuitem.humilitate ſublimẽ. Apoſtolus ſcribit ad corinthios. Videte fratres uocationem ueſtram:quia non multi ſapientes:nõ multi no biles.Hoc naſcentis eccleſiæ rudimẽta poſcebant:ut granũ ſinapis paulatim in arborem creſceret:ut ſenſim euangelii fermẽtum totam eccleſiæ maſſam altius eleuaret.Noſtris temporibus roma poſſidet:quod mun dus ante neſciuit.Tunc rari ſapientes:potentes:nobiles:xp̃iani.Nunc multi monachi:ſapientes:potentes:no biles.Quibus cunctis Pãmachius ſapientior.potentior.nobilior.Magnus in magnis:primus in primis:ἀρχι στρὰτηγος monachorꝝ.Tales Paulina morte ſua nobis liberos dedit:quos uiuens concupiuerat poſſideř. Lætare ſterilis:quæ non paris:erumpe & clama quæ nõ parturis.quoniam quot romæ ſunt pauperes:tot fi lios repente genuiſti.Ardentes gẽmæ:quibus antea collũ & facies ornabanť:egentium uentres ſaturant.Ve ſtes ſericæ & aurꝝ in fila lenteſcens in mollia lanarꝝ ueſtimenta mutata ſunt:quibus repellatur frigus: nõ q bus nudetur ambitio.Delitiarꝝ quondam ſupellectilem uirtus inſumit.Ille cæcus extendens manum & ſæ pe ubi nemo eſt:clamans hæres Paulinæ cohæres pammachii eſt.Illum trũcum pedibus:& toto corpore ſe trahentem teneræ puellæ ſuſtentat manus.Fores quæ prius ſalutantium turbas uomebant:nunc a miſeris obſidentur.Alius tumenti aqualiculo mortẽ parturit:alius elinguis & mutus:& ne hoc qdem habens unde roget:magis rogat dum rogare nõ poteſt.Hic debilitatus a paruo:non ſibi mẽdicat ſtirpem.Ille putrefactus morbo regio:ſuperuiuit cadaueri ſuo.

Non mihi ſi centum linguæ ſint:oraq; centum:
Omnia pœnarꝝ percurrere nomina poſſim.

Hoc exercitu comitatus incedit:in his chriſtum conſouet:horum ſordibus dealbatur.Munerarius paupeꝝ & egentium candidatus ſic feſtinat ad cælum.Cæteri mariti ſuper tumulos coniugum ſpargunt uiolas: ro ſas:lilia:floreſq; purpureos:& dolorem pectoris his officiis conſolantur.Pammachius noſter ſanctam fauil lam oſſaq; ueneranda elemoſinæ balſamis rigat.His pigmentis atq; odoribus fouet cineres quieſcentes: ſci ens ſcriptum:ſicut aqua extinguit ignem:ita elemoſyna peccatum.Quantas uires habeat miſericordia:& q bus donanda ſit præmiis.beatus cyprianus grandi uolumine executus:& danielis conſilium probat:qui re gem impiiſſimum ſi ſe audire uoluiſſet:ſcit pauperum ſuſtentatione ſaluandum.Gaudet huiuſcemodi filia & mater hærede:non dolet opes ad alium peruenиſſe:quas cernit iiſdem quibus ipſa uoluerat erogari. quin potius gratulatur abſq; labore ſuo ſua uota compleri.non enim ſubſtantiæ dimminutio:ſed operarii com mutatio eſt.Quis enim hoc crederet.ut conſulum pronepos.& furiani germinis decus inter purpuras ſena torum fuſca tunica pullatus incederet.& non erubeſceret oculos ſodalium.ut deridentes ſe ipſe derideret? Eſt confuſio:quæ ducit ad mortem.Et eſt confuſio:quæ ducit ad uitam.Prima uirtus eſt monachi conte nere hominum iudicia:& ſemper apoſtoli recordari dicentis.Si adhuc hominibus placere uellem:chriſti ſer uus non eſſem.Tale quid & dominus loquitur ad pphetas:q; poſuerit faciem eorꝝ:quaſi urbẽ æneam. & la pidem adamãtinum.& colũnam ferream:ne pauerent ad iniurias populi:ſed iprudentiam ſubſannãtium frõ tis rigore cõtererẽt.Ingenia liberaliter educata facilius uerecũdia:q̃ metus ſuperat.& quos tormẽta non ui cunt:interdum uincit pudor.Non eſt parum uirum nobilem:uirum diſertum:uirũq; locupletem:potentiũ in plateis uitare comitatum:miſcere ſe turbis:adhærere pauperibus:ruſticis copulari:de pricipe uulgum fie ri.Sed q̃to humilior:tanto ſublimior.Lucet margaritum in ſordibus:& fulgor gẽmæ puriſſimæ etiam in lu to radiat.Hoc eſt quod dominus repromiſit:glorificantes me glorificabo.Alii hoc intelligãt de futuro:quã do mœror uertet in gaudium.& tranſeunte mundo ſanctorum corona nõ tranſiit. Ego & impræſentiarꝝ uideo ſanctorum promiſſa compleri.Ante q̃ chriſto tota mente ſeruiret:notus erat in ſenatu:ſed multi alii habebant inſulas proconſulares.Totus orbis huiuſcemodi honoribus plenus eſt.Primus erat inter primos

Præcedebat alios dignitate:ſed & alios ſeqbaſ.q̃uis clarus honor uileſcit ĩ turba.& apud uiros bonos:indi gnior ſit ipſa dignitas q̃ multi indigni poſſident. Vnde egregie de Cæſare Tullius cum quoſdam ait ornare uoluit,nõ illos honeſtauit:ſed ornamẽta ipſa turbauit. At nũc omnes xp̃i eccleſiæ pãmachiũ loquunt.Mirã tur urbes pauperem,quẽ hucuſq; diuitem neſciebant. Quid conſulatu illuſtrius,annuus honor eſt:& poſtq̃ alius ſucceſſerit prior deſinit. Latẽt in multitudíe laureæ.& triũphi iterdũ triũphantiũ ſordibus polluunt. Quod ante p manus p̃ritias tradebatur.& ſola nobilitas poſſidebat.quo cõſul Marius uictor Numidiæ. & Teutonum,atq; Cymbroꝝ ob ignobilitatem familiæ putabaſ indignus.quod Scipio ultra ános pro uirtu te meruit,nunc ſola militia poſſidet & agreſtia dudũ corpora.ſulgens palma circũdat. Plus ergo accepimus q̃ dedimus.parua dedimus.parua dimiſimus.& grãdia poſſidemus. Cẽtuplicato fœnore xp̃i ꝓmiſſa reddun tur. In tali agro & iſaac quõdam ſeuerat.q paratus ad mortẽ ante euágeliũ.euangelicá portauit crucẽ. Si uis inquit pfectus eſſe.uade & uẽde oĩa quæ habes.& da pauperibus.& ſeqre me. Si uis pfectus eſſe. ſemp grandia in audiẽtium ponunt arbitrio. Et ideo uirgĩtatem apoſtolus non imperat.qa dominus diſputãs de eunuchis.q ſe caſtraſſent,ꝓpter regna cælorꝝ.ad extremũ intulit.q põt capere capiat. Non eſt.n. uolentis neq; currentis.ſed miſerẽtis dei. Si uis pfectus eſſe.nõ tibi ĩponitur neceſſitas.ut uolũtas ꝓmiũ conſequaſ. Si uis ergo eſſe pfectus.& deſideras eſſe.quod,pphetæ.qđ apoſtoli.qđ xp̃s eſt.uẽde non parte ſubſtãtiæ. ne timor penuriæ infidelitatis occaſio ſit.& cũ anania & ſaphyra pereas.ſed uniuerſa quæ poſſides. Cũq; uendideris. da pauperibus.non locupletibus.nõ ſupbis. Da quo neceſſitas ſuſtenteſ.& non quo augeãtur opes. Cũq; legeris illud apoſtoli. Boui triturãti os nõ alligabis.& dignus eſt oparius mercede ſua. Et q altario miniſtrant. de altario participãtur. Meméto quoq; huius ſniæ.habẽtes uictũ & ueſtitũ his cõtenti ſimus.ubi uideris fumare patinas.& phaſides aues lentis uaporibus diſcoq.ubi argenti pondus.ſeruentes buricos.mámos coma tulos pueros.p̃cioſas ueſtes.picta tapetia.ubi ditior eſt largitore.cui largiẽdum eſt.pars ſacrilegii eſt.ré pauperum dare non pauperibus.& tamẽ non eſt ſatis pfecto.& conſumato uiro.opes conténere.pecuniam diſſipare.& p̃icere quod in mométo.& perdi & inueniri põt. Fecit hoc Crates thebanus.fecit Anthiſtenes. fecerunt plurimi.quos uitioſiſſimos legimus. Plus debet xp̃i diſcipulus p̃ſtare.q̃ mundi philoſophus gloriæ animal.& popularis auræ.atq; rumoꝝ uenale mãcipium. Tibi non ſufficit opes conténere,niſi xp̃m ſequaris.Xp̃m aũt ſequitur.q peccata dimittit & uirtutum comes eſt.Xp̃m ſcimus ſapiam. Hic theſaurus in agro ſcripturaꝝ noſcitur.hæc gẽma multis emiſ margaritis. Sin aũt adamaueris captiuam mulierem:ideſt ſapiẽtiam ſecularem.& eius pulchritudine captus fueris.decalua eam.& illecebras crinium.atq; ornamenta uerborum.cum emortuis unguibus ſeca. Laua eam,pphetali nitro.& tunc requieſcens cum illa dicito. Siniſtra eius ſub capite meo.& dextera illius amplexabitur me. Et multos tibi fœtus captiua dabit.ac de moabitide efficietur iſraelites. Xp̃s ſanctificatio eſt.ſine qua nemo uidebit facié dei. Xp̃s redemptio.ideſt redẽptor & p̃cium. Xp̃s omnia.ut qui omnia,ꝓpter xp̃m dimiſerit.unũ inueniat pro oĩbus.& poſſit libere,pclamare. pars mea dominus. Sentio te diuinis ardere doctrinis.nec temeritate quorũdam docere.quod neſcias.ſed ante diſcere quod docturus ſis. Simplices epiſtolæ tuæ olent prophetas.apoſtolos ſapiunt.non coturnatam affectas eloquentiam.nec more puerorꝝ argutas ſententiolas in clauſulis ſtruis. Cito turgens ſpuma dilabiſ. & q̃uis grandis tumor contrarius ſanitati eſt. Scitũ eſt illud quoq; catonis. Sat cito.ſit ſat bene. Quod nos quõdam adoleſcentuli cum a perfecto oratore in p̃ſatiuncula diceret riſimus. Meminiſſe te puto erroris mutui quãdo omne atheneũ ſcholaſticorꝝ uocibus conſonabat. Sat cito:ſit ſat bene. Fœlices inqt fabius eſſent artes.ſi de illis ſoli artifices iudicarent. Poetam non põt noſſe niſi q uerſum poteſt inſtruere. Philoſophos non intelligit,niſi qui ſcit dogmatum uarietates. Manufacta & oculis patentia magis,pbãt artifices. Noſtra q̃ dura ſit neceſſitas.hinc potes aĩaduertere.ꝙ uulgi ſtandũ eſt iudicio.& ille in turba metuendus:qué cum uideris ſolus deſpicias.. Hoc p̃teriens tetigi:ut eruditis contentus auribus.non magnopere cures.qd imperitorꝝ de ingenio tuo rumuſculi iactitent:ſed,pphetarꝝ quotidie medullas bibas xp̃i myſtes:p̃riarcharꝝ ſymmiſtes ſiue legas,ſiue ſcribas.ſiue uigiles.ſiue dormias.amos tibi ſemp buccina in auribus ſonet hic lituus excitet aĩam tuam.hoc amore furibundus quære in lectulo tuo quem deſiderat anima tua. Et loquere cõfidenter ego dormio & cor meum uigilat. Cunq; inueneris eum:& tenueris non dimittas. Et ſi pauxillum dormitanti elapſus fuerit e manibus.noli ꝑtinus deſperare. Egredere in plateas,adiura filias hieruſalem. reperies eam cubantem in meridie.laſſum.ebrium.noctis rore madefactum.inter greges ſodalium.in aromatum uarietatibus.inter poma paradiſi. Ibi ei da mãmillas tuas.ſuggat de crudito pectore.requieſcat inter medios cleros pennæ columbæ deargentatæ.& interiora eius in fulgore auri. Pauulus iſte & puer:qui butyro & melle ſagi natur.qui inter caſeatos nutritus eſt montes.cito creſcit in iuuenem.uelociter in te hoſtes ſpoliat:mature p̃datur damaſcũ:& regem uincit aſſirium. Audio te xenodotium in portu feciſſe romano:& uirgã de arbore abrahã in auſonio plantaſſe littore.quaſi aeneas noua caſtra metaris.& ſuper undam tyberis.ubi ille cogente quondam penuria cruſtis fatalibus & quadris patulis non pepercit.tu uiculũ noſtrum:ideſt domũ panis ædificas:& diuturnã famẽ repentina ſaturitate compẽſas. Euge noſter initia tráſgrederis:ſtatũ ſũmũ tenens de radice puenis ad cacumẽ.primus ĩter monachos:in prima urbe primus ſequeris p̃riarchã loth. quod ĩter p̃tatur declinans:campeſtria eligat.& iuxta pythagoræ lr̃am. Y. facilia magis & ſiniſtra ac peritura ſectẽtur. Tu in arduis & ſaxoſis cum ſara tibi monumentum para:ut iuxta ſit ciuitas lr̃arum. Deletiſq; gigantibus filiis enachim:hæreditatem tuam gaudium & riſus excipiat. Diues erat abraham auro:argento:pecore:poſſeſſione: ueſtibus: tantamq; habebat familiam.ut ad ſubitos nuncios iuuenibus electis armare poſſet exercitum: & quatuor reges: quos quinq; reges fugerant: in dan conſecutus occideret & tamen poſt tam crebra hoſpitalitatis officia: dum non refutat homines:ſuſcipere meruit deum. Non ſeruis & ancillulis ĩpera-

bat.ut ministrarent hospitibus.nec bonū quod exercebat per alios minuit.sed quasi reperta p̄da cū sara sua humanitati solus incubuit.ipse pedes lauit.ipse pinguē uitulum portauit humeris de armento.Stetit ut seruus peregrinis prādentibus:& saræ manibus coctos cibos ieiunaturus apposuit.Hæc moneo frater charissime pietate qua te diligo ut non solū pecuniam.sed teipsum xp̄o offeras hostiam uiuā.sanctam. placentem deo.rōnabile obsequiū tuū.& imiteris filium homis.q non uenit ministrari.sed mīstrare.Et quod p̄riarcha alienis.hoc discipulis & seruis magister exhibuit & dominus.Corium pro corio & oīa quæ homo possidet. dare potest pro aīa sua.Sed tange inquit diabolus carnes eius.nisi in facie benedixerit tibi. Scit hostis antiquus maius continentiæ q̄ nūmorꝫ esse certamē.facile abiicitur.quod hæret extrinsecus.Intestinū bellum piculosius est.Coniūcta diſglutinamus.unita dissuimus. Zacheus dives erat .apostoli pauperes. Reddidit ille quadruplū quod rapuerat.diuisitq; pauperibus medietate substantiæ suæ:quæ remāserat.suscepit xp̄m hospitem.salus facta est domui eius.& tamē qa paruulus erat.& apostolice p̄ceptati se non potuerat coexte dere nō fuit in.xii.numero apostolorꝫ. Apostoli aūt q̄tum ad diuitias nihil.q̄tum ad uolūtatem totum mū dum pariter reliq̄runt.Si offeramus xp̄o opes cum aīa nostra.libenter suscipiet.Si aūt quæ foris sunt deo q̄ intus sunt diabolo demus.non est æqua partitio.& dicitur nobis.Nōne si recte offeras.& recte non diuidas peccasti? Quod patritii generis primus inter primos monachos esse cœpisti.non tibi sit tumoris.sed humilitatis occasio.scienti filiū dei factum filiū homis.Quātūcunq; te deieceris.humilior xp̄o nō eris. Esto incedas nudis pedibus.fusca tunica uestiaris.æqueris pauperibus.inopū cellulas dignāter introeas.cæcorꝫ oculus sis.manus debilium.pes claudorꝫ.ipse aquā portes.ligna cōcidas.focū extruas.ubi uincula sunt? Vbi alapæ? Vbi sputa? Vbi flagella? Vbi patibulū? Vbi mors.Et cū omnia quæ dixi feceris.ab Eustochio tua Paulaq; uinceris.si non opere at certe sexu.Ego qdem romæ non erā.& tūc me tenebat heremus.Atq; utinā p tenuisset.quādo socero tuo uiuente Toxotio seculo seruiebant.Sed tamē audio quæ imunditias platearum ferre non poterāt.quæ eunuchorꝫ manibus portabātur.& inæquale solū molestius trāscendebant.q̄bus se/rica uestis oneri erat.& solis calor incēdium.nūc sordidatæ & lugubres & sui comparatione formicolæ. uel lucernas concinnūt.uel succendūt focū.pauimenta uerrūt.mundant legumina.holerꝫ fascículos in feruētē ollam deiiciūt.apponunt mensas.calices porrigunt.effudunt cibos.huc illucq; discurrunt. & certe magnus uirginū chorus cum illis habitat.Num huiuscemodi ministeria aliis.imperare nō poterant? Sed nolūt uinci ab his labore corporꝫ.quasi ipsæ superant uirtute animi.Hæc dico.non quo de ardore mentis tuæ q̄q̄ dubitē:sed q̄ currentem impellā.& acriter dimicanti feruorem feruore augeam. Nos in ista p̄uincia ædificato monasterio.& diuersorio.p̄pterea extructo.ne forte & modo ioseph cum maria in bethleē ueniens.non inueniat hospitium.tantis de toto orbe confluentibus turbis obruimur monachorꝫ.ut nec cœptū opus desere re.nec supra uires ferre ualeamus. Vnde qa pene nobis illud de euangelio contigit.ut futuræ turris nō ante cōputaremus expensas.cōpulsi sumus frēm paulinianum ad patriam mittere.ut semirutas uillulas.q̄ barbarorꝫ effugerunt manus.& parentū cōmuniū habent cineres.uēderet.ne cœptum sanctorꝫ ministeriū deferentes.risum maledicis & æmulis p̄beamus.In calce epistolæ recordatus sum quadrigæ uestræ.& p̄posito quintam deesse Blesillam pene oblitus de ea loqui.quæ prima de uobis p̄cesserit ad dominum. Vere nunc quinq; in tres.ac duas uidemus esse diuisas.Illa cum sorore Paulina dulci sōno fruitur.tu duarꝫ medius ad xp̄m leuius subuolabis.

Epitaphiū fabiolæ ad oceanū a beato hieronymo editū.ubi de diuortio & repudio prioris uiri. & secūdo matrimonio illo superstite purgatur.ac narrat quali & quāta p̄nia crimē diluerit.eius deinde conuersio. erogatio totius patrimonii.

Lures anni sunt.q̄ sup dormitiōe Blesillæ Paulam uenerabilē fœminam recenti adhuc uulnere consolatus sū.Quartæ æstatis circulus uoluit.ex quo ad Heliodorꝫ ep̄m.nepotiani scribens epitaphiū.q̄q̄d habere potui uiriū.in illo tūc dolore cōsumpsi. Ante hoc ferme bienniū pāmachio meo pro subita peregrinatiōe Paulinæ breuē epistolam dedi.erubescens ad disertissimū uirꝫ plura loq.& ei sua ingerere.ne non tā cōsolari amicū uiderer.q̄ stulta iactātia docere p̄fectū. Nūc mihi fili oceane uolenti.& ultro appetēti debitū munus īponis.quod pro nouitate uirtutū.ueterem materiam nouam faciat.In illis.n.uel parentū affectus.uel mœror auūculi.uel desideriū mariti temperandū fuit.& pro diuersita te p̄sonarꝫ.diuersa de scripturis adhibere medicamina.Imp̄sentiarꝫ tradis mihi Fabiolam.laudē xp̄ianorū. miraculū gentiliū.luctū pauperꝫ.solatiū monachorꝫ. Quicqd primū arripuero sequentiū comparatiōe uilescit.leuiuū p̄dicem? Sed p̄ualescūt elemosinæ. Humilitatem laudem? Sed maior est fidei ardor. Dicam appetitas sordes.& in condēnationem uestiū sericarꝫ plæbeium cultū.& seruilia induméta q̄sita? Plus est animū deposuisse.q̄ cultum. Difficilius arrogantia q̄ auro caremus & gēmis. His enim abiectis interdū gloriosis tumemus sordibus.& uendibilem paupertatem populari aure offerimus. Cælara uirtus.& cōscientiæ fota secreto.deū solū iudicem respicit. Vnde nouis mihi est efferenda p̄coniis.& ordie rhetorꝫ p̄termisso.tota de conuersationis ac p̄niæ īcunabilis assumēda. Alius forsitā scholæ memor. Qu. M. Vnū qui nobis cūctādo restituit rem. Et totam fabiorum gentem p̄ferret in medium.diceret pugnas.describeret prœlia. & per tantæ nobilitatis gradus fabiolam uenisse iactaret.ut q̄ in uirga non poterat.in radicibus demonstraret. Ego diuersorii bethleemitici.& p̄sepis domini amator.in quo uirgo puerpera deum fudit infantem ancillam christi.non de nobilitate ueteris hīstoriæ.sed de eccleſiæ humilitate producam. Et quia statim in principio quasi scopulus quidam.& p̄cella mihi obtrectatorꝫ eius opponit.q̄ secundum sortita matrimonium prius reliquerit.non laudabo conuersam.nisi prius ream absoluero.tanta prior maritus uitia habuisse narrat:ut ne scortum qdem & uile mācipium ea sustinere posset. Quæ si uoluero dicere p̄dā uirtute semiæ. quæ

maluit culpam ſubire diſſidii,q̃ corpis ſui infamare ꝓtem,& maculas eius detegere.Hoc ſolũ,pferam. q̃ uerecũdæ matronæ,& xp̃ianæ ſatis eſt.Præcepit dominus uxorem nõ debere dimitti,excepa cauſa fornicationis,& ſi dimiſſa fuerit manere inuptam,qcq̃d uiris iubeť,hoc conſequenter redũdat in fœminas.Neq; enim adultera uxor dimittenda eſt.& uir mœcchus tenẽdus.Siqs meretrici iungiť unũ corpus facit.Ergo & quæ ſcortatori,ipuroq; ſociať,unũ cum eo corpus efficitur.Aliæ ſunt leges Cæſaris,aliæ xp̃i, aliud Papinianus, aliud Paulus noſter p̃cipit.Apud illos in uiris pudicitiæ frena laxanť,& ſolo ſtupro,atq; adulterio condẽnato,paſſim ꝑ lupanaria & ancillulas libido ꝓmittiť,quaſi culpam dignitas faciat,nõ uoluntas.apud nos,quod non licet fœminis,æque nõ licet uiris.& eadem ſeruitus pari conditione cenſetur.Dimiſit ergo(ut aiunt)uitioſum:dimiſit illius & illius crimis noxiũ:dimiſit pene dixi qđ clamãte uicinia:uxor ſola nõ,pdidit. Sin aũt redarguitur:quare repudiato marito nõ inupta ꝓmanſerit:facile culpã fatebor:dũ tamẽ referã neceſſitatem melius eſt inq̃t apoſtolus nubere q̃ uri.Adoleſcẽtula erat:uiduitatẽ ſuam ſeruare nõ poterat.Videbat aliam legem i mẽbris ſuis repugnãtem legi mẽtis ſuæ:& ſe uictã & captiuã ad coitũ trahi,melius arbitrata eſt apte confiteri ibecillitatẽ ſuã:& umbrã quandã miſerabilis ſubiť cõiugi:q̃ ſub gloriã unius uiri opa exercere meretricũ.Idem apoſtolus uult uiduas adoleſcẽtulas nubere:filios ꝓcreare:nullã dare occaſionẽ aduerſario maledicti gr̃a.Et ꝓtinus cur hoc uelit exponit,Iam.n.q̃dam abierũt retro poſt ſathanã.Igiť & Fabiola:qa pſuaſerat ſibi:& putabat a ſe uiꝝ iure dimiſſum:nec euãgelii uigorẽ nouerat:in quo nubẽdi uniuerſa cauſatio uitiis uiris:fœmis amputať:dum multa diaboli uitat uulnera:unũ incauta uulnus accepit. Sed qđ ego in abolitis & antiqs moror.q̃rens excuſare culpã,cuius pniam ipſa cõfeſſa eſt?Quis hoc crederet,ut poſt mortem ſecũdi uiri in ſemetipſam reuerſa,quo tpe ſolẽt uiduæ negligẽtes,iugo ſeruitutis excuſio,agere ſe liberius,adire balneas,uolitare ꝑ plateas,uultus circũferre meretricios,ſaccũ idueret, ut erroꝝ publice fateretť. & tota urbe ſpectãte romana ante diẽ paſchæ in baſilica quõdam laterani,q̃ cæſariano truncatus eſt gladio, ſtaret in ordine pnitentiũ,eꝑo,p̃ſbyteris,& omni populo collachrymãtibus.ſparſum criné,ora lurida. & ſq̃lidas manus,ſordida colla ſubmitteret?Quæ peccata fletus iſte nõ purget?Quas ſueteratas maculas hæc lamẽta non abluãt?Petrus triná negatõem trina cõfeſſione deleuit.Aaron ſacrilegiũ & conflatum ex auro uituli caput:ſr̃næ correxero p̃ces.Dauit ſci & manſuetiſſimi uiri homicidiũ pariter & adultateriũ.vii dierum emẽdauit fames.iacebat in terra:uolutabať in cinere:& oblitus regiæ ptãtis lumẽ q̃rebat in tenebris. Illũq; tantũ reſpiciẽs:quẽ offenderat:lachrymabilis uoce dicebat.Tibi ſoli peccaui:& malũ coram te feci. & redde mihi læticiã ſalutar.s tui:& ſpiritu pricipali cõfirma me.Atq; ita factum eſt:ut q̃ me prius docuerat uirtutibus ſuis qũo ſtans non caderẽ:doceret ꝓ pniam qũo cadẽs reſurgerẽ.Quid tam ipium legimus iter reges,q̃ achab,de quo ſcriptura dicit,non fuit alius talis ut achab q̃ uenũdatus eſt,ut faceret malũ in cõſpectu domini?Hic cũ,ppter ſanguinẽ nabuthæ correptus fuiſſet ab Helia:& audiſſet irã domini ꝑ ꝓphetam; occidiſti: & inſup poſſẽdiſti:& ecce ego iducam ſup te malũ:& demetã poſteriora tua & reliqua:ſcidit ueſtimẽta ſua: & operiit cilicio carnem ſuã:ieiunabatq; in ſacco:& ambulabat demiſſo capite.Tũc factus eſt ſermo dei ad heliam theſbitã dicens,Nonne uidiſti achab humiliatum corã me? Quia ergo humiliatus eſt timoris mei cauſa:non inducã malum in diebus eius.O fœlix pnia,quæ ad ſe dei trahit oculos:quæ furẽtem ſniam confeſſo errore mutauit.Hoc idem & Manaſſen in paralipomenon:& Niniuẽ feciſſe legimus in,ppheta.Publicanũ quoq; in euangelio.E quibus primus non ſolum indulgentiam:ſed & regnum recipere meruit.Alius impendentem dei fregit iram.Tertius pectus uerberans pugnis:oculos non leuabat ad cælum.Et multo iuſtificatior receſſit publicanus humili confeſſione uitioꝝ:q̃ phariſeus ſuperba iactatione uirtutum. Non eſt loci huius ut penitentiam p̃dicem:& quaſi contra Montanũ Nouatũq; ſcribẽs dicam illam hoſtiam domino eſſe placabilem:& ſacrificiũ deo ſpũm contribulatum.& malo pniam peccatoris q̃ mortem.& exurge exurge hieruſalem.& multa alia:quæ ꝓphetaꝝ clangunt tubæ.Hoc unum loquar:quod & legentibus utile ſit:& p̃ſenti cauſæ conueniat.Non eſt confuſa dominũ in terris:& ille eam non confundet in cælo. Aperuit cunctis uulnus ſuũ:& decolorem in corpore:cicatricẽ flens roma conſpexit.Diſſuta habuit latera: nudũ caput clauſum os.Non eſt ingreſſa eccleſiam domini:ſed extra caſtra cum maria ſorore moyſi ſeparata conſedit:ut quã ſacerdos eiecerat:ipſe reuocaret.Deſcẽdit de ſolio delitiaꝝ ſuaꝝ.accepit molam: fecit farinam:& diſcalciatis pedibus tranſiuit fluenta lachrymaꝝ.Sedit ſuper carbones ignis.Hii ei fuere in adiutorium. Faciem per quam ſecundo uiro placuerat:uerberat.oderat gẽmas:linteamina uidere non poterat: ornamenta fugiebat.Sic dolebat quaſi adulterium cõmiſiſſet & multis impendiis medicaminum unum uulnus ſanare cupiebat.Diu morati ſumus in penitentia,in qua uelut in uadoſis locis reſedimus:ut maior nobis & abſq; ullo impedimento ſe laudum eius campus aperiret. Recepta ſub oculis omnis eccleſiæ communione,quid fecit? Scilicet in die bona malorum non oblita eſt. & poſt naufragium rurſum tentare noluit pericula nauigandi: quin potius poſt omnem cenſum quem habere poterat(erat autem ampliſſimus: & reſpondens generi eius) dilapidauit: ac uendidit:& in pecuniam congregatum uſibus pauperum præparauit: & primo omnium νόσοκόμιον ideſt languentium uillam inſtituit. In quo ægrotantes colligeret de plateis:& conſumpta languoribus: atq; inedia miſerorum membra refoueret. Deſcribam ego nunc diuerſas miſerorum hominum calamitates. truncas nares. effoſſos oculos,ſemiuſtos pedes,luridas manus. tumentes aluos,exile fœmur,crura turgentia,& de exeſis ac putridis carnibus uermiculos bullientes. Quotiens morbo regio & fetore confectos humeris ſuis ipſa portauit?Quotiens lauit purulẽtiam uulnerum ſaniem: quã alius aſpicere non audebat?Præbebat cibos propria manu:& ſpirans cadauer ſorbitiunculis irrigabat. Scio multos diuites & religioſos ob ſtomachi anguſtiam exercere huiuſcemodi miſericordiam: per aliena miniſteria:& clemẽtes eſſe pecunia:nõ manu:quos equidẽ non reprobo:& teneritudinẽ animi nequaq̃ iterptor

infidelitatem.sed sicut imbecillitati stomachi ueniam tribuo.sic pfectæ mẽtis ardorem.cælum laudibus fero.Magna fides ista non cõtemnit.Scit quid in lazaro diues purpuratus aliquando nõ fecerit.quali superba mens retributione dãnata sit.Ille quem despicimus.quem uidere nõ possumus.ad cuius intuitum nobis uomitus erumpit.nostri similis est.De eodem nobiscũ formatus est luto.iisdem cõpactus est elementis.Quicquid patiẽ.& nos pati possumus.Vulnera eius æstimemus ꝓpria.& oĩs animi in alteꝝ duritia clæmenti in nosmetipsos cogitatione frangeẽ.

Non mihi si linguæ centum sint.oraq; centum. Ferrea uox.
Omnia morboꝝ percurrere nomina possum.

Quæ Fabiola in tanta miseroꝝ refrigeria commutauit.ut multi paupeꝝ sani languentibus iuiderent.q̃q̃ illa simili liberalitate erga clericos & monachos ac uirgines fuerit.Quod monasterium nõ illius opibus sustẽtatum est?Quẽ nudum & paralyticum.& clunicũ nõ Fabiolæ uestimẽta texerunt?In quo se indigentiũ nõ effudit p̃ceps & festina largitio?Angusta misericordiæ eius roma fuit.Peragrabat ergo ĩsulas.& totũ Ethruscum mare uolscorũq; puinciam.& reconditos curuoꝝ littoꝝ sinus.in quibus monachoꝝ consistunt chori.uel ꝓprio corpe.uel transmissa ꝑ uiros sanctos ac fideles munificentia circuibat. Vnde repente & contra opinionẽ oĩum hierosolymã nauigauit.ubi multoꝝ excepta cõcursu nr̃o parump usa est hospitio. cuius sanctitatis recordans uideor mihi adhuc uidere quã uidi.Iesu bone.quo illa feruore.quo studio ĩtenta erat diuinis uoluminibus.& ueluti quandã famẽ satiare desiderans.ꝑ ꝓphetas.euãgelia.psalmosq; currebat. quæstiones ꝓponẽs.& solutas recondẽs in scriniolo pectoris sui.Nec uero satiabaẽ audiẽdi cupidine. sed addẽs sciẽtiam.addebat doloreẽ.& quasi oleũ flammæ adiiciẽs maioris ardoris fometa capiebat.Quadam die cũ ĩ manibus moysi numeros teneremus.& me uerecunde rogaret quid sibi uellet noĩum tanta cõgeries.cur singulæ tribus in aliis atq; aliis locis uarie iũgerẽtur.quomodo Balaam ariolus sic futura xp̃i mysteria ꝓphetaret ut nullus ꝓpe modũ ꝓphetaꝝ tam apte de eo uaticinatus sit.Respondi ut potui.& uisus sum ĩterrogationi eius satisfacere.Euoluens ergo libꝝ puenit ad eum locũ ubi catalogus describiẽ oĩum mansionũ.ꝑ quas de ægypto egrediẽs populus puenit usq; ad fluenta iordanis.Cũq; cãs qreret & rõnes singuloꝝ in qbusdã hæsitaui.in aliis in offenso cucurri pede.in plæriscq; simpliciter ignorãtiam confessus sum.Tunc uero magis cœpit urgere.& quasi non mihi liceret nescire quod nescio postulare.ac se indignã tãtis mysteriis dicere.Quid plura?Extorsit mihi negãdi uerecũdiam.ut ꝓpriũ ei opus huiuscemodi disputatiũculæ pollicerer.quod usq; in p̃sens tẽpus & nũc ĩtelligo domini uolũtate dilatũ.reddeẽ memoriæ illius.ut sacerdotalibus prioris ad se uoluminis induta uestibus.ꝑ mũdi huius solitudineẽ gaudeat se ad terrã repromissionis aliquando uenisse. Veꝝ quod cœpimus.psequamur.Quærentibus nobis dignũ tantæ fœminæ habitaculũ.cum illa ita sollitudinem cuperet.ut diuersorio mariæ carere nollet.ecce subito discurrentibus nũciis.oriẽs totus ĩtremuit. ab ultima Mæotide.inter glatialem Tanain.& Messagetaꝝ imanes populos.ubi Caucasi rupibus feras gentes alexandri claustra cohibẽt.erupisse Hũnoꝝ examia.quæ ꝓnicibus equis. huc illucq; uolitãtia cædis pariter ac terroris cũcta complerent. Aberat tũc romanus exercitus.& bellis ciuilibus in italia tenebaẽ.Hãc gẽtem Herodotus refert sub Dario rege Mædoꝝ uiginti annis orientem tenuisse captiuũ.& ab ægyptiis atq; ethiopibus ánuum exegisse uectigal. Auertat iesus ab orbe romano tales ultra bestias.Inspati ubiq; aderãt. & famã celeritate uincentes.nõ religioni. non dignitatibus.nõ ætati.nõ uagientis miserebanẽ infantiæ.Cogebãtur mori.q uiuere nõdum cœperãt.& nescientes malum suũ.inter hostium manus ac tela ridebant.Cõsonus ĩter omnes rumor petere eos hierosolymã.& ob nimiam auri cupiditatem ad hanc urbẽ curreẽ.neglecta pacis ĩcuria sartiebatur antiochia.Tyrus se uolens a terra abrũpere.ĩsulam q̃rebat ãtiquã.Tunc & nos cõpulsi sumus parare naues.esse in littore.aduentũ hostium p̃cauere.& sæuiẽtibus uentis magis barbaros metuere q̃ naufragium.nõ tam ꝓpriæ saluti q̃ uirginũ castimoniæ.puidẽtes.Erat in illo tempore quædam inter nos dissensio.& barbaroꝝ pugnã domestica bella supabant.Nos in oriẽte iam tenuit fixa fides.& ĩueteratum locoꝝ sanctoꝝ desiderium.Illa quæ tota in sarcinis erat.& in omni urbe peregrina.reuersa est ad patriam.ut ibi pauper uiueret.ubi diues fuerat.manẽs in alieno.quæ multos prius hospites habuit. Et ne sermonem longius trahã.in cõspectu romanæ urbis pauperibus erogaret.quod illa teste uendiderat. Nos hoc tãtum dolemus.q; p̃ciosissimũ ĩ sanctis locis monile ꝑdidimus.Recepit roma.quod amiserat.ac.ꝑcax & maledica lingua gẽtilium oculoꝝ testimonio confutata est. Laudent cæteri misericordiam eius. humilitatem fidem. ego ardoreẽ plus aĩ laudabo.Librũ quo Heliodoꝝ quõdam iuuenẽ ad heremũ cohortatus sum.tenebat memoriter.& romana cernẽs mœnia.inclusam se esse plãgebat.Oblita sui sexus.fragilitatis ĩmemor. ac solitudis tãtum cupida. ibi erat.ubi aĩo morabaẽ.Nõ poterat teneri cõsiliis amicoꝝ.ita ex urbe quasi de uinculis gestiebat erumpere.Dispensatõem pecuniæ & cautam distributõem.genus infidelitatis uocabat.Nam aliis distributõem elemosynaꝝ tribuere.& suis pariter effusis ipsa pro xp̃o stipes optabat accipeẽ.Sic festiabat.sic impatiens erat morarum.ut illam crederes ꝓfecturam.itaq; dum semper paratur.mors eam inuenire non potuit in paratam.Inter laudes fœmiæ subito mihi pámachius meus exoritur.paulia dormit.ut iste uigilet.præcedit maritum.ut christo famulum derelinquat.hic hæres uxoris.& hæreditatis alii possessores. Certabant uir & fœmina quis in portu abrahæ tabernaculum figeret.& erat hæc inter utrumq; contentio. quis humanitate superaret. Vicit uterq;.& uterq; superatus est.Ambo se uictos & uictores fatẽtur. dum qd̃ alter cupiebat.uterq; perfecit.Iungunt opes.sociant uoluntates ut quod æmulatio dissipatura erat. concordia creſceret.Necdum dictum.iam factum.Emitur hospitium. & ad hospitium turba concurrit. Non est enim labor in iacob. nec dolor in israel. Adducunt maria. quos in gremio suo terra suscipiat. Mittit roma nauigantes.quos nauigaturos littus molle confoueat. Quod Publius semel fecit in insula Mileta

erga unum apostolum. Et ne contradictioni locum tribuam. in una naui. hæc isti & frequenter faciũt. & in plures. nec hoc solũ inopum necessitas sustentat. sed ꝑna in omnibus munificentia aliquid & habẽtibus ꝓuidet. xenodotiũ in portu romano situm totus pariter mundus audiuit. sub una ætate didicit britãnia. qd ægyptus & parthus nouerant uere. Quod scriptum est timentibus dominũ oĩa cooperant in bonũ. in obitu tantæ fœminæ uidimus comprobatũ. Quodam ꝑsagio futuroꝝ ad multos scripserat monachos. ut uenirent. & se graui onere laborantem absoluerẽt. faceretq; sibi de iniquo mãmona amicos. qui eam reciperẽt in æterna tabernacula. uenerunt. amici facti sunt. dormiuit illa. quod uoluit. & deposita tandem sarcina leui or uolauit ad cælum. Quantũ hret uiuentis. Fabiolæ roma miraculum. in mortua demonstrauit. Necdum spũm exhalauerat. necdũ debitam xꝑo reddiderat aĩam. Et iã fama uolãs tanti ꝑnũcia luctus. Totius urbis populũ ad exequias congregabat. Sonabant psalmi. & aurata tecta temploꝝ roboans in sublime quatiebat alleluia. Hic iuuenum chorus. illic senum. qui carmine laudes fœmineas & facta ferant. Non sic Fuluius de gallis. non Papyrius de Samnitibus. nõ Scipio de Numantia. nõ Pompeius de Ponti gentibus triumphauit. Illi corpora uicerant. hæc spiritales nequitias subiugauit. Audeo ꝓcedentium turmas. & cateruati in exeqis eius multitudinem fluctuantem. Nõ plateæ. non porticus. nõ imminẽtia desuper tecta capere poterant ꝓspectantes. Tunc suos in unum populos roma cõspexit. Fauebant sibi omnes in gloria pœnitẽtis. Nec miꝝ si de eius salute hoies exultarẽt. de cuius cõuersione angeli lætabãtur in cælo. Hoc tibi Fabiola ĩgenii mei sene munus. has officioꝝ ĩferias dedi. Laudauimus sæpe uirgines. uiduas ac maritatas. quaꝝ supfuere cãdida uestimẽta. quæ sequunt agnum quocũq; uadit. Fœlix ꝑconium. quod nulla totius uitæ sorde maculat. Pro cul liuor. facessat inuidia. Si pfamilias bonus est. quare oculus noster malus est? Quæ inciderat in latrones. xpi humeris reportata est. Multæ mãsiones sunt apud pfem. Vbi abũdauit peccatum. supabũdauit gra. Cui plus dimittitur. plus amat.

Beati Hieronymi pbyteri ad Marcellã de exitu leæ. cuius sanctam cõuersationẽ describit. & ipsius transitum purpurati consulis. pxime ante defuncti funeri ꝑfert.

Vm hora ferme tertia hodiernæ diei. lxxii. psalmũ. ideſt tertii libri principium legere cœpissemus & docere cogeremur. tituli ipsius partem ad finem secũdi libri. partem ad principium tertii libri ꝓtinere. q; scilicet & defecerũt hymni dauid filii ieſſe finis esset prioris. psalmus uero asaph principium sequentis. & usq; ad eum locum pueniſſemus. in quo iustus loquit. dicebam. si narrabo sic ecce generatõem filioꝝ tuoꝝ ꝓuaricatus sum. quod in latinis codicibus nõ ita habemus exꝑssum. repente nobis nũciatum est. sanctissimã leã exisse de corpore. ibiq; ita te palluisse conspexi. ut fere aut paucæ. aut nulla sit anima. quæ fracto uase testaceo nõ tristis erumpat. Et tu qdem nõ q; futuri ĩcerta esses dolebas. sed q; triste funeri obsequm nõ dedisses. Deniq; in mediis fabulis rursum didicimus reliqas eius iam hostiam fuisse delatas. Quæras quo ptineat illa replicatio? Respõdebo tibi uerbis apostoli. multum ꝓ oẽm modum. Primum q; uniuersoꝝ gaudiis ꝓsequenda sit. quæ calcato diabolo. coronam iam securitatis accepit. secũdo ut eius uita breuiter explicet. tertio ut designatum consulem de suis sæculis detrahentem esse doceamus i tartaro. Et quidem conuersationem Leæ nostræ. qs possit digno eleuare ꝑconio? Ita eam totam ad dominum fuisse conuersam. ut monasterii princeps. mater uirginum fieret. post molliciem uestium sacco membra triuisse. Insõnes oronibus duxisse noctes. & comites suas plus exemplo docuisse q̃ uerbis. Humilitatis fuit tantæ. tãq; subiectæ. ut quondam domina plurimoꝝ. ancilla hois putaret. nisi q; eo xpi magis esset ancilla. dũ domĩa hoium non putat. Inculta uestis. uilis cibus. neglectum caput ita tamen. ut cum oĩa faceret. ostentationem fugeret singuloꝝ. ne reciperet in ꝑsenti sæculo mercedem suam. Nunc igit pro breui labore æterna beatitudine fruit. excipit angeloꝝ choris. abrahæ sinibus consouetur. & cum paupere quondam lazaro diuitem purpuratum. & nõ palmatum consulem. sed atratum stillam digiti minoris cernit inquirere. O regꝝ q̃ta mutatio. Ille quem ante paucos dies dignitatum oĩum culmina ꝑcinebant. qui quasi de subiectis hostibus triumpharet. capitolinas ascendit arces. quem plausu quodam & tripudio populus romanus excepit. ad cuius ĩteritum urbs uniuersa commota est. nũc desolatus est nudus. nõ in lacteo cæli palatio. ut ipsius uxor cõmentatur infœlix. sed in sordentibus tenebris contietur. Hæc uero quam unius cubiculi secreta uallabãt quæ pauper uidebat & tenuis. cuius uita putabat amentia xpm sequit & dicit. Quæcũq; audiuimus ita & uidimus. in ciuitate dei nostri. & reliqua. Quapropter moneo. & flens gemensq; cõtestor. ut dum huius mũdi uiam currimus. non duabus tunicis. ideſt duplici uestiamur fide. non calciamentoꝝ pellibus mortuis uidelicet operibus prægrauemur. non diuitiarum nostrarum onera ad terram ꝑmant. non uirgæ. ideſt potentiæ sæcularis q̃rat auxilium. nõ pariter & xpm uelimus habere & sæculum sed ꝓ breuibus & caducis æterna succedant & cum quotidie secũdum corpus loquor. ꝑmoriamur. in cæteris nõ nos ꝑpetuos æstimemus. ut possimus esse perpetui.

Beati Hieronymi pbyteri ad theodorã uiduã hispanã de morte lucinii. quem ex mũdi erũna gloriat ad pacem requiẽq; transisse.

Vgubri nũcio consternatus super sancti & uenerabilis mihi dormitione lucinii uix breuem epistolam dictare potui. nõ quo eius uicem doleam. quem scio ad meliora transisse. dicente moyse. transiens uidebo uisionem hanc magnam. sed quo torquear desiderio. non meruisse me eius uiri uidere faciem. quem in breui tempore huc esse uentuꝝ credebam. Vegꝝ est illud super necessitate mortis ꝓphetale uaticinium. q; fles diuidat & charissima inter se nomina crudelis & dura dissocĩet. sed habemus consolationem. quia domini uoce iugulat. per quem ad eam dicit. Ero mors tua o mors. ero morsus tuus inferne. Et in consequentibus. Adducet urentem uentũ dominus de deserto ascendẽtem. q siccabit

omnes uenas eius.& deſolabit fontem illius.Exiuit enim uirga de radice ieſſe.& flos de uirgiali fruticæ pul 331
lulauit:qui loqueretur in cantico canticorum.Ego flos campi:& lilium conuallium.Flos noſter mortis interitus:ideoq; & mortuus eſt:ut mors illius morte moreretur.Quod autem de deſerto dicitur adducendus uirginalis uterus demonſtratur:qui abſq; coitu & ſemine uiri deum nobis fudit infantem: qui calore ſpiritus ſancti exiccaret fontes libidinum:& caneret in pſalmo:in terra deſerta & inuia & inaquoſa:ſic in ſancto apparui tibi.Aduerſum mortis ergo duritiam & crudeliſſimam neceſſitatem hoc ſolatio erigimur:q; reuiſuri ſumus eos quos dolemus abſentes.Neq; enim mors:ſed dormitio & ſomnus appellatur. Vnde & beatus apoſtolus paulus uetat de dormientibus contriſtari.ut quos dormire nouimus:ſuſcitari poſſe credamus: & poſt digeſtum ſoporem uigilare cum ſanctis:& cum angelis dicere.Gloria in excelſis deo:& in terra pax hominibus bonæ uoluntatis.In cælo ubi non eſt peccatum:gloria eſt:& perpetua laus:& in deſeſſa p̄conia. In terra autem ubi ſeditio & bella atq; diſcordiæ pax ipræcanda eſt:& pax non in omnibus:ſed in his qui bonæ uoluntatis ſunt:& ſalutationem audiũt apoſtolicam.Gratia uobis & pax a deo patre & domĩo ieſu chriſto multiplicetur:ut in pace ſit locus eius:& habitatio eius in ſyon:ideſt in ſpelunca:in ſublimitate dogmatum atq; uirtutum:in anima credentis:cuius quotidie angelus uidet faciem dei:& reuelato uultu gloriam dei contemplatur. Vnde obſecro te:quam currentem(ut aiunt)impello:ut lucinium tuum deſideres quidẽ ut fratrem:ſed gaudeas regnare cum chriſto.quia raptus eſt:ne malitia immutaret mentem eius. placita enĩ erat deo anima illius:& in breui ſpatio tempora multa compleuit.Nos dolendi magis ſumus:qui quotidie ſtamus in p̄lio:& uitiis peccatorum ſordidamur.Accipimus uulnera:& de ocioſo uerbo reddituri ſumus rationem.Ille iam ſecurus & uictor te conſpicit de excelſo:& fauet laboranti:& iuxta ſe locum p̄parat eodem amore & eadem charitate:q̄ officii oblitus coniugalis:in terra quoq; ſororem te habere cœperat:immo fratrem:quia caſta coniunctio ſexum non habet nuptialem.Etſi adhuc in carne poſiti & renati in chriſto non ſumus græcus & barbarus.ſeruus & liber.maſculus & fœmina.ſed omnes in eo unum ſumus.q̄to magis cũ corruptiuum hoc induerit incorruptionem.& mortale hoc induerit immortalitatem.non nubent. neq; nubentur. ſed erunt ſicut angeli in cælis?Quando dicit nõ nubent:neq; nubentur:ſed erunt ſicut angeli in cælis:non natura & ſubſtantia corporum tollitur:ſed gloriæ magnitudo monſtratur.Neq; enim ſcriptum eſt: erunt angeli:ſed ſicut angeli.ubi ſimilitudo promittitur:ueritas non denegatur.erũt inqt ſicut angeli: ideſt ſimiles angelorum.Ergo homines eſſe non deſinent.inclyti quidem & angelico ſplendore decorati. ſed tamen homines:ut & apoſtolus apoſtolus ſit:& maria maria.& confundant hæreſes:quæ ideo incerta & magna promittunt:ut quæ certa & moderata ſunt auferant.Et quia hæreſeos ſemel fecimus mentionem. q̄ lucinius noſter digna tuba eloquentiæ p̄dicari poteſt?Qui ſpurciſſima per hiſpanias baſilidis hæreſi ſæuiente & inſtar peſtis & morbi totas inter pyrenæum & oceanum uaſtante prouincias fidei eccleſiaſticæ tenuit puritatem:nequaq̄ ſuſcipiens Armazel Barbelon Abraxã Balſamon & ridiculum Leuſeboram: cæteraq; magis portenta q̄ nomina:quæ ad imperitor& & mulierculorum animos concitandos:quaſi de hebraicis fontitibus hauriunt:barbaro ſimplices quoſq; terentes ſono:ut quem non intelligunt plus mirentur.Refert herenæus uir apoſtolicor& temporum: & papiæ auditoris euangeliſtæ ioannis diſcipulus:epiſcopuſq; eccleſiæ lugdunenſis:q; Marcus quidam de Baſilidis Gnoſtici ſtirpe deſcendens primũ ad Gallias uenerit & eas partes per quas Rhodanus & Caronna fluunt:ſua doctrina maculauerit:maximeq; nobiles fœminas.quædam in occulto myſteria repromittens.hoc errore ſeduxerit magicis artibus & ſecreta corpor& uoluptate amorem ſui concilians.Inde pyrenæum tranſiens hiſpanias occuparit.& hoc ſtudii habuerit.ut diuitum domus & in ipſis fœminas maxime ſibi appeteret:quæ ducuntur uariis deſideriis ſemper diſcentes.& nunq̄ ad ſciẽtiam ueritatis peruenientes.Hoc ille ſcripſit ante annos circiter trecentos:& ſcripſit in his libris:quos aduerſus omnes hæreſes doctiſſimo & eloquentiſſimo ſermone compoſuit.Ex quo perpendat prudentia tua: q̄ lucinius noſter laude ſit dignus.qui clauſit aurem:ne audiret iudicium ſanguinis:& omnem ſubſtantiã ſuã diſperſit:& dedit pauperibus.ut iuſticia eius maneret in æternum.nec patriæ ſuæ largitate contentus: miſit hieroſolymã & alexandriam tantum auri:q̄tum multorum poſſit inopiæ ſubuenire.Quod cum multi mirentur:& p̄dicent.ego in illo magis laudabo feruorem & ſtudium ſcripturarum:quo ille deſiderio opuſcula noſtra flagitauit:& miſſis ſex notariis(quia in hac prouincia latini ſermonis ſcriptorũq; penuria eſt) deſcribi fecit quæcũq; ab adoleſcentia uſq; in p̄ſens tempus dictauimus.Non nos honorant:qui paruuli & minimi chriſtianorum hominum ſumus:& ob conſcientiam peccatorum bethleemitici ruris ſaxa ĩcolimus: ſed xp̄m q honorat in ſeruis ſuis:& apoſtolis repromittit dicens.Qui uos recipiunt: me recipiunt:& q me recipiũt:recipiũt eũ:qui miſit me.Itaq; chariſſima filia hanc epiſtolam amoris mei ĩ illum habeto epitaphium: & quicquid poſſe me ſcieris in opere ſpiritali audacter in pera:ut ſciant ſæcula poſt futura eum qui dicit in eſaia.Poſuit me ut ſagittam electam.in pharetra ſua abſcondit me:duos uiros tantis maris atq; terrarum interſe ſpatiis ſeparatos ſuo acumine uulneraſſe:& cum mutuo in carne ſe neſciant:amore ſpiritus copulentur. Subſcriptio.Sanctam te corpore & ſpiritu ſeruet ille ſamaritanus.ideſt ſaluator & cuſtos.de quo in pſalmo ſcribitur.Non dormitabit.neq; dormiet qui cuſtodit iſrael.ut iſrael qui interp̄tatur uigil qui deſcendit ad daniel.ad te quoq; ueniat.& poſſis dicere.ego dormio.& cor meum uigilat.

Beati Hieronymi ad Heuſtochium uirginem epitaphium:ſeu conſolatoria epiſtola de uita.& dormitione admirabilis fœminæ.Sanctæ Paulæ matris eius.cuius generis dignitatem.& poſt uiri obitum. monaſticam cõuerſationem.deſertionem patriæ.profectionem hieroſolime magnis effert p̄coniis. cunctamq; eius peregrinationem per loca ſancta deſcribens.

I cuncta mei corporis membra uerterent in linguas. & omnes artus humana uoce resonarent: nihil dignū sanctæ ac uenerabilis paulæ uirtutibus dicerem. Nobilis genere: sed multo nobilior sanctitate. Potens quondam diuitiis. sed nūc xpi paupertate insignior. Græcorum stirps. soboles scipionū. pauli hæres: cuius uocabulū trahit. Matiæ papyriæ mris africani. uera & germana ꝓgenies. Romæ ꝓtulit bethleē: & auro tecta fulgentia. informis luti uilitate mutauit. Nō meremus q talem amisimus. sed grās agimus quod habuimus: immo habemus. Deo enim uiuūt oīa. & quicquid reuertit ad dominū in familiæ numero computat. q̄q̄ amissio illius cælestis domus habitatio sit. Quæ q̄diu in corpore fuit: peregrinata est a domino. & uoce semp flebili q̄rebatur dicēs. Heu mihi qa peregrinatio mea ꝓlongata ē. habitaui cum habitātibus cedar: multum peregrinata est anima mea. Nec mirꝫ si planxerit se uersari in tenebris (hoc enim cedar interꝓtatur) cum mundus in maligno positus sit. & sicut tenebræ illius ita & lumē eius: luxq; in tenebris luceat: & tenebræ eā non comphenderunt. Vnde & illud crebrius inferebat. Aduena sum & peregrina sicut omnes pres mei. Et itemꝫ. Cupio dissolui & esse cum xpo. Quotiens autem infirmitate corpusculi. quam incredibili abstinentia. & duplicatis contraxerat ieiuniis uexabatur: hoc in ore uoluebat. Subiicio corpus meū & in seruitutem redigo: ne aliis p̄dicans. ipsa reproba inueniar. Et bonum est uinum nō bibere. & carnem nō māducare. Et humilia ui in ieiunio aīam meam. & totum lectū meum uersasti in ifirmitate mea. & uersata sum in miseria: dum mihi configitur spina. Atq; inter doloris aculeos. quos mira patientia sustinebat: quasi aptos sibi cælos aspiceret loqbatur. Quis dabit mihi pēnas sicut colūbæ. & uolabo & requescam? Tector iesum & sanctos angelos eius. ipsumq; ꝓprium angelum. qui custos fuit & comes admirabilis fœminæ. me nihil in grām. nihil more blandiētium loqui. Sed quicquid dicturus sum pro testimonio dicere. & minus eius esse meritis: quā totus orbis canit. Sacerdotes mirātur. uirginum chori desiderant: monachorꝫ & paupervꝫ turbæ deplangunt. Vult lector eius breuiter scire uirtutes? Omnes suos pauperes pauperior ipsa dimisit. Nec mirꝫ de ꝓximis & familiola. quam in utroq; sexu de seruis & ancillis in frēs sororesq; mutauerat ista ꝓferre: cum eustochium uirginem. & deuotam xpo filiam. in cuius consolatione libellus hic cuditur. ꝓcul a nobili genere. sola fide & grā diuitem dereliq̄rit. Carpamus igit narrandi ordinem. Alii altius repetant. & a cunabulis eius. ipisq; (ut ita dicam) crepūdiis matrem blesillam. & rogatum p̄ferant p̄rem. quorꝫ altera scipionū: gracchorūq; ꝓgenies. alter p omnes fere græcias usq; hodie & stēmatibus: & diuitiis. ac nobilitate agamēnonis fertur sāguinem trahere. q dicēnali troiam obsidione deleuit. Nos nihil laudabimus. nisi quod ꝓprium est. & de puriſſimo sanctæ mentis fonte ꝓfertur. q̄q̄ dominus atq; saluator in euangelio doceat apostolos scisciātes quid sibi redditurus sit. quoniam sua ꝓ nomine eius dimiserūt. cētuplum imꝑsentiarꝫ recepturos. & in futuro uitā æternam. Ex quo itelligimus nō laudis esse possidere diuitias. sed pro xpo eas cōtēnere. non tumere ad honores: sed pro xpo eos paruipendere. Vere quod pollicitus est seruis suis & ancillis: saluator reddit in p̄senti. Nam quæ unius urbis cōtempsit gloriam: totius orbis opiniōe celebrat. Quā romæ habitantem nullus extra romā nouerat: latentē in bethleem & barbara & romana terra mirat. Cuius enim gentis hoies ad sancta loca nō ueniunt? Quis aūt in sanctis locis p̄ter paulam quod plus inter hoies miraret. iuenit? Et sicut inter multas gēmas p̄ciosissima gēma micat. & iubar solis paruos igniculos stellarꝫ obruit. & obscurat: ita cūctorꝫ uirtutes & potentias sua humilitate superauit. minimaq; fuit inter oēs. ut oīum maior esset. & q̄to plus se deiiciebat: tāto magis a xpo subleuabat. Latebat. & nō latebat. fugiēdo gloriā. gloriam merebat: quæ uirtutes q̄si umbra sequit. & appetitores sui deserens. appetit contēptores. Sed quid ago narrādi ordinē p̄termittens? Dum i singulis teneor: nō seruo p̄cepta dicēdi. Tali igitur stirpe generata iūctaq; uiro toxotio. q æneæ & iulioꝝ altissimū sanguinē trahit. Vnde etiam filia eius xpi uirgo Eustochiū lulsa nūcupatur. Et ipse Iulius a magno demissum nomē iulo. Et hæc dicimus. nō quo habētibus grādia sint: sed quo cōtēnentibus mirabilia. Sæculi hoies suspiciūt eos. q his pollent priuilegiis. Nos laudamus. q pro saluatore ista despexerint: & mirum in modū quos habētes paruipēdimus. si habere noluerit. p̄dicamus. His inq̄ orta maioribus. & fœcūditate ac pudicitia ꝓbata. primū uiro. deinde ꝓpinqs. & totius urbis testimōio. cum qnq; liberos edidisset. Blesillā sup cuius morte eam romæ cōsolatus sum. Paulinam. quæ sanctū & admirabilem uirꝫ. & ꝓpositi & suarum regꝫ pāmachiū reliquit hæredem. ad quē sup obitu eius paruulū libellū edidimus. Eustochiū. quæ nūc in sanctis locis uirginitatis & ecclesiæ monile p̄ciosum est. Ruffinā. quæ imaturo funere pium matris aīum cōsternauit. & Toxotium. post quē parere desiuit: ut itelligeres eam nō diu seruire uoluisse officio coniugali. sed mariti desiderio. q mares optabat liberos edidisse. Postq̄ uir mortuus est. ita eū planxit. ut ꝓpe ipsa morere. Ita se cōuertit ad domini seruitutē: ut eius mortē uideret optasse. Quid ergo referā amplæ & nobilis domus & quōdam opulētissimæ. omnes pene diuitias in pauperes erogatas? Quid in cūctos clæmētissimū aīum & bonitatē etiā in eos quos nūq̄ uiderat euagātem? Quis inopū moriens nō illius uestimentis obuolutus est? Quis clinicorꝫ nō eius facultatibus sustētatus est? Quos curiosissime tota urbe ꝓquirens dānū putabat: si quisq̄ debilis & esuriens cibo sustentaret alterius. Expoliabat filios. & inter obiurgātes ꝓpinquos. maiorē se eis hæreditatem: xpi misericordiam. dimittere loqbatur. Nec diu potuit excelsi apud sæculū generis & nobilissimæ familiæ uisitationes & frequentiam sustinere. Mœrebat honor suo: & ora laudātium declinare ac fugere festinabat. Cūq; orientis & occidētis epos ob quasdam ecclesiarꝫ dissensiōes romā impiales īræ cōtraxissent: uidit admirabiles uiros. xpiq; pōtifices: paulinū antiochenæ urbis epm. & epiphaniū salamine cypri. quæ nūc cōstantiana dicit̄ur: quorꝫ epiphaniū etiam hospitē habuit. paulinū in alia manentē domo quasi ꝓprium humanitate possedit. Quorꝫ accensa uirtutibus: p momenta p̄riam deserer cogitabat. Non domus. nō liberorꝫ. nō familiæ. nō possessionum. nō alicuius rei. quæ ad sæculum ꝓtinet memor: sola

ſi dici poteſt & ſcomitata ad heremū antonioꝝ atq; paulꝝ ꝓgere geſtiebat. Tandēq; exacta hyeme. aperto mari. redeuntibus ad eccleſias ſuas ep̄is: ipſa uoto cum eis & deſiderio nauigabat. Quid ultra differo? Deſcēdit ad portū fratre. cognatis. affinibus. & quod (his magis eſt) liberis ꝓſequētibus & clæmētiſſimā mrem pietate uincere cupiētibus. Iam carbaſa tendebant: & remoꝝ ductu nauis i altum ꝓtrahebat. Paruus toxotius ſupplices manus tendebat in littore. Ruffina iam nubilis. ut ſuas expectaret nuptias: tacens fletibus obſecrabat. Et tamē illa ſiccos tēdebat ad cælum oculos: ſpietatē in filios pietate in deū ſuperans. Neſciebat ſe matrem: ut xp̄i ſe ꝓbaret ācillā. Torquebant uiſcera: & quaſi a ſuis mēbris diſtraherent. cum dolore pugnabat. In eo cūctis admirabilior: q magnā uinceret pietatem. Inter hoſtium manus & captiuitatis durā neceſſitatē nihil crudelius eſt q̄ parentes a liberis ſepari. Hoc contra iura naturæ plena fides patiebat. imo gaudens animus appetebat. & amorem filioꝝ maiore in deū amore cōtēnens: in ſola euſtochio. quæ & ꝓpoſiti & nauigationis eius comes erat. qeſcebat. Sulcabat iterim nauis mare. & cūctis q cum ea uehebātur littora reſpicientibus. illa auerſos tenebat oculos: ne uideret quod ſine torméto uidere non poterat. Fateor nulla ſic amauit filios. qbus ante q̄ ꝓficiſceret cūcta largita eſt: exhæredās ſe in terra. ut hæreditatem iueniret in cælo. Delata ad inſulas pōtias quas clariſſimæ quōdam fœminaꝝ ſub domitiano pricipe ꝓ confeſſione nominis xp̄i fla uiæ domicillæ nobilitauit exilium. uidēſq; cellulas. in qbus illa lōgum martyrium duxerat ſumptis alis hieroſolymā & ſancta loca uidere cupiebat. Tardi erant uēti: & omnis pigra uelocitas. Inter ſcyllam & carybdī hadriatico ſe credens pelago. quaſi p ſtagnū uenit metoné. Ibiq; refocillato paululū corpuſculo.

Et ſale tabentes artus in littore ponens.
Per maleas: & cytheram: ſparſaſq; p æquor
Cycladas: & crebris freta concita terris.

Poſt rhodum & lyciam. tandem uidit cyprū. ubi ſancti & uenerabilis epiphanii pedibus ꝓuoluta. decem ab eo diebus retēta eſt: nō in refectōem. ut ille arbitrabat. ſed in opus dei. ut rebus ꝓbatū eſt. Nam omnia illius regionis luſtrās monaſteria: ꝓut habeī poterat refrigeria ſumptuū fribus dereliqt: quos amor ſancti uiri de toto illuc orbe conduxerat. Inde breui curſu tranſtretauit ſeleuciam de qua aſcendens antiochiā: ſancti confeſſoris Paulini modicum charitate detenta media hyeme: calente ardore fidei: fœmina nobilis: quæ prius eunuchoꝝ manibus portabat aſello ſedens ꝓfecta eſt. Omitto ſyriæ coeles & phœnicis iter. Neq;. n. odeporicum eius diſpoſui ſcribere: ea tantū loca noiabo quæ ſacris uoluminibus continent. Beryto romana colonia. & antiqua urbe ſidone derelicta. & ſareptæ littore. heliæ eſt ingreſſa turriculam: in qua adorato domio ſaluatore. p arenas tyri. in qbus genua paulus fixit. puenit ad choum quæ nūc ptolemais dicit: & p campos magedo ioſiæ necis conſcios. itrauit terrā philiſtiim. Mirata ruinas dor urbis quondam potētiſſimæ: & uerſa uice ſtratonis turrim ab herode rege iudææ. i honorem cæſaris auguſti cæſaream nūcupatam. in qua cornelii domū xp̄i uidit eccleſiam & philippi ædiculas. & cubicula quatuor uirginū ꝓphetaꝝ. deinde antipatrida ſemirutum oppidū: quod ex patris nomie herodes uocauerat: & lydā uerſam in dioſpolin dorcadis: atq; æneæ reſurrectione ac ſanitate inclytā: Haud ꝓcul ab ea arimathiā uiculum ioſeph. q dominū ſepeliuit: & nobe urbē quondam ſacerdotū. nūc tumulum occiſoꝝ & ioppen fugientis portum ionæ. Et ut aliqd ꝓſtrigam de fabulis poetaꝝ religatæ ad ſaxū andromadæ deſpectatricem. repetitoq; itinere nicopoli. quæ prius emmaus uocabat: apud quam in fractione panis cognitus dominus cleophæ domū in eccleſiam dedicauit. atq; inde ꝓficiſcens aſcendit bethoron iferiorem & ſupiorem urbes a ſalomone conditas. & uaria poſtea tē peſtate deletas belloꝝ: ad dexteram aſpiciens haylon & gabaon. ubi ieſus filius naue cōtra q̄nq; reges dimicans: ſoli imperauit & lunæ: & gabaonitas ſub dolos & inſidias fœderis impetrati. in aquarios lignarioſq; dānauit. In gabaa urbe uſq; ad ſolū diruta paululum ſubſtitit recordata peccati eius: & cōcubinæ in fruſtra diuiſæ. & tribus beniamī. in trecentos uiros ꝓpter paulum apoſtolum reſeruatos. Quid diu moror? Ad leuam mauſoleo helenæ derelicto: quæ adiabenoꝝ regina in fame populum frumēto iuuerat: ingreſſa eſt hieroſolymā urbem trinomiā. iebus. ſalem. hieruſalē. quæ ab helio poſtea hadriano de ruinis & cineribus ciuitatis. in heliam ſuſcitata eſt. Cūq; ꝓcōſul palæſtinæ. qui familiam eius optime nouerat. p̄miſſis apparitoribus iuſſiſſet parari p̄toriū: elegit humilem cellulā. & cūcta loca tanto ardore ac ſtudio circuiuit: ut niſi ad reliqua ſeſtinaret. a primis non poſſet abduci. ꝓſtrataq; ante crucem quaſi pendentem dominū cerneret adorabat. Ingreſſa ſepulchrum reſurrectionis: oſculabatur lapidem. quem ab oſtio ſepulchri amouerat angelus. Et ip̄m corporis locū. i quo dominus iacuerat. quaſi ſitiens deſideratas aquas: fidei ore lambebat. Quid ibi lachrymaꝝ. q̄tum gemituū. quid doloris effuderit. teſtis eſt cuncta hieroſolyma. teſtis eſt ipſe dominus. quem rogabat. Vnde egrediens aſcendit ſyon: quæ in arcē uel ſpelūcam uertitur. Hanc urbem quōdam expugnauit & ædificauit dauid. Vnde de expugnata ſcribitur. Ve tibi ciuitas ariel. ideſt leo dei. & quondam firmiſſima: quam expugnauit dauid. Et de ea quæ ædificata eſt ſcribitur. Fundaméta eius in montibus ſanctis diligit dominus portas ſyon: ſuper omnia tabernacula iacob. Non eas portas quas hodie cernimus in fauillā & cinerem diſſolutas: ſed portas quibus non ꝓualet infernus. & per quas credentiū ad xp̄m ingreditur multitudo. Oſtendebatur illi colūna eccleſiæ porticū ſuſtinens infecta cruore domini ad quam uinctus dicitur & flagellatus. Monſtrabatur locus ubi ſuper centum uiginti credentium animas ſpiritus ſanctus deſcendit: ut iohelis uaticinium compleretur. Deinde pro facultatula ſua pauperibus atq; conſeruis pecunia diſtributa. perrexit bethleem: & in dextera parte itineris ſtetit ad ſepulchrum rachel. in quo beniamin nō ut mater uocauerat moriens benoni hoc eſt filius doloris mei: ſed ut pater ꝓphetauit. in ſpiritu filium dexteræ procreauit. Atq; inde in ſpecum ſaluatoris introiens: poſtq̄ uidit ſacrū uirginis diuerſorium & ſtabulū. in quo agnouit bos poſſeſſorem ſuum. & aſinus p̄ſepe domini ſui. ut illud impleretur. quod in eodem propheta ſcriptū

eſt,beatus qui ſeminat ſuper aquas ubi bos & aſinus calcant:me audiente iurabat cernere ſe oculis fidei infantem pānis inuolutum,uagientem in p̄ſepe dominum,magos adorantes,ſtellam fulgentem deſup, matrē uirginem,nutritiū ſedulum,paſtores nocte uenientes(ut uiderēt uerbum quod factum erat,& iam tūc euāgeliſtæ ioannis principium dedicarent,in principio erat uerbū & uerbum caro factum eſt paruulos interſe ctos:hærodem ſæuientem,ioſeph & maria fugientes in ægyptum,mixtiſq; gaudio lachrymis loquebatur. Salue bethleem,domus panis,ī qua natus eſt ille panis,qui de cælo deſcēdit. Salue effrata regio uberria atq; καρποφορα:cuius ſterilitas deus eſt.De te quondam michæas uaticinatus eſt,Et tu bethleem domus effrata non ne minima es in milibus iudaꝰEx te mihi egredietur,qui ſit princeps in iſrael:& egreſſus eius ab initio a diebus æternitatis.Propterea dabis eos uſq; ad tempus ī quo parturiēs pariet:& reliquiæ fratrum eius conuertentur ad filios iſrael,In te enim natus eſt princeps qui ante lucifer genitus eſt,cuius de patre natiui tas oēm excedit ætatem,& tam diu ī te dauitici generis origo permāſit,donec uirgo pareret,& reliquiæ populi credentis in xp̄m conuerterenꝰ ad filios iſrael & libere p̄dicarent. Vobis oportebat primū loqui uerbū dei,ſed quoniam repuliſtis illud,& indignos uos iudicaſtis æternæ uitæ:ecce conuertimur ad gentes. Dixerat enim dominus,Non ueni niſi ad oues perditas domus iſrael.Et eo tempore iacob ſup eo uerba completa ſunt.Non deficiet princeps ex iuda,& dux de femoribus eius,donec ueniat cui repoſitū eſt:& ipſe erit expectatio gentium.Bene dauid iurabat:bene uota faciebat,dicēs,Si introiero in tabernaculum domus meæ, ſi aſcendero in lectū ſtrati mei,ſi dedero ſōnum oculis meis,& palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis:donec inueniam locum domino,tabernaculum deo iacob.Et ſtatim quid deſideraret expoſuit,atq; oculis,pphetalibus:quem nos ueniſſe iam credimus:ille uentur eſſe cernebat. Ecce audiuimus eum in effrata:inuenimus eum in campis ſiluæ.Zob quippe ſermo hebraicus,ut te docente didici,non mariam mr̄em domini hoc eſt aſtin:ſed ip̄m ideſt aſton ſignificat.Vnde loquitur conſidenter.Introibimus ī tabernaculum eius:adorabimus in loco,ubi ſteterunt pedes eius,Et ego miſera atq; peccatrix digna ſum iudicata depoſtulare p̄ſepe,in quo dominus paruulus uagiit,orare in ſpelūca in qua uirgo puerpera dominū ſudit infantem,Hæc requies mea:quia domini mei p̄ria eſt,Hic habitabo:quoniam ſaluator elegit eam. Parauī lucernam xp̄o meo,Anima mea illi uiuet:& ſemē meum ſeruiet ipſi,Haud pcul inde deſcēdit ad turrem ader:ideſt gregis,iuxta quam iacob pauit greges ſuos,& paſtores nocte uigilantes audire meruerunt,gloria in excelſis deo & ſuper terram pax hominibus bonæ uoluntatis:dūq; ſeruant oues,inuenerunt agnum dei puro & mundiſſimo uellere,quod in ariditate totius terræ cæleſti rore completum eſt ; & cuius ſanguis tullit peccata mundi,& exterminatorem ægypti litus fugauit in poſtibus. Statimq; concito gradu cœpit per uiam ueterem p̄gere,quæ ducit gazam ad potentiam uel diuitias dei:& tacita ſecum uolūere,quomodo eunuchus ethiops gentium populos p̄figurans mutauerit pellē ſuam,& dum uetus relegit inſtrumentum, fontē repperit euangelii,Atq; inde ad dexteram tranſiens a bethſur uenit eſchol:quæ in botrum uertitur, Vnde ī teſtimonium terræ fertiliſſimæ,& in typum eius qui dicit,torcular calcaui ſolus & de gentibus non fuit uir mecū:exploratores botrū miræ magnitudinis portauerunt.Nec poſt longum ſpatium intrauit ſaræ cellulā uidens incunabula iſaac,& ueſtigia q̄rcus abrahā,ſub qua uidit diem xp̄i,& lætatus eſt.Atq; inde conſurgēs aſcendit ebron,hoc eſt cariatharbæ,ideſt oppidū uiroꝝ quatuor abraham iſaac iacob. & adam magni quē ibi conditum iuxta librum ieſu naue hebræi autumant,licet plærique caleph quartum putent:cuius ex lateꝰ memoria demonſtratꝰ,Noluit pargere ad cariathſepher,ideſt uinculum lr̄arum,quia contēnens occidētem lr̄am:reppererat ſpūm uiuificantem.Magiſq; mirabatur ſuperiores & inferiores aquas,quas othonihel filius iephonecenez pro auſtrali terra & arida poſſeſſione ſuſceperat,& quaꝝ ductu ſiccos prioris inſtrumenti agros faciebat irriguos:ut redēptionem uetꝰ peccatoꝝ in aquis baptiſmi reperirent. Altera die orto iam ſole ſtetit in ſupercilio caphar baruchæ ideſt uillæ benedictionis:ad quem locum abrahā dominū proſecutus eſt,Vnde latam deſpiciens ſolitudinem,& terram quondam ſodoma,& gomorræ adamæ & ſeboim:cōtemplata eſt balſami uineas in engaddi,& ſegor uitulam conſternantem:quæ prius balæ uocabatꝰ,& in zoaram ideſt paruulam ſyro ſermone tranſlata eſt,Recordabatꝰ ſpelūcæ loth:& uerſa in lachrymas uirgines ſocias admonebat cauendum eſſe uinū,in quo eſt luxuria:cuius opus moabitæ ſunt & ammōitæ. Diu hæreo in meridie,ubi ſponſa cubantem repperit ſponſum:& ioſeph inebriatus eſt cum fratribus ſuis.Reuertar hie roſolymā,& per theucam,atq; amos,ut rutilantem montis oliueti lucem aſpiciam,de quo ſaluator aſcendit ad p̄em:in quo per annos ſingulos uacca ruffa in holocauſtum domino cremabatꝰ. & cuius cinis expiabat populum iſrael,in quo iuxta ezechielem cherubin de templo trāſmigrantes,eccleſiam domini fundauerūt. Ingreſſa ſepulchꝝ lazari,mariæ & martæ uidit hoſpitiū,& bethfage uillam ſacerdotalium, & maxillaꝝ. & locum in quo pullus laſciuiens gētium domini frena ſuſcepit,apoſtolorūq; ſtratus ueſtibus mollia terga p̄buit ad ſedendū,Rectoq; itinere deſcendebat hierico:cogitans illum de euangelio uulneratum,ac ſacerdotibus & leuitis mentis feritate p̄tereuntibus clæmentiam ſamaritæ ideſt cuſtodis,qui ſemiuiuū ſuo iumento impoſitum,ad ſtabulum eccleſiæ reportauit,& locum adomin quod interp̄tatꝰ ſanguinum: quia multus in eo ſanguis:crebris latronum fundebatꝰ incurſibus.& arbor eſt ſycomoꝝ zachæi,i.bona pniæ opera,quibus cruenta dudum,& noxia rapinis peccata calcabat,excelſumq; dominū de excelſo uirtutum intuebatꝰ,& iuxta uiam cæcoꝝ loca:qui receptis luminibus utriuſq; populi credentis in dominū ſacramenta p̄miſerant. Ingreſſa hierico uidit urbem quam fundauit haiel in abiran primogenito ſuo: & cuius portas poſuit in ſegub nouiſſimo filioꝝ,Intuita eſt caſtra galgalæ,& aceruū p̄putioꝝ,& ſecundæ circunciſiōis myſterium, & duodecim lapides,qui de iordanis illuc tranſlati alueo duodecim apoſtoloꝝ fundamēta firmauerant,& fontem quōdam legis amariſſimū,& ſterilem:quem uerus heliſæus ſua cundiuit ſapiētia,& in dulcorem uber-

tatemq; conuertit. Vix nox transierat: feruētissimo æstu uenit ad iordanem. stetit ī ripa fluminis. & orto sole. solis iusticiæ recordata est quomodo in medio iordanis alueo sicca sacerdotes posuerit uestigia. & ad heliæ & helisæi imperium. stantibus ex utraq; pte aquis. iter unda p̄buerit: pollutasq; diluuio aquas. & totius humani generis interfectione maculatas, suo dominus mandauerit baptismate. Longum est si uelim de ualle achor dicere. idest tumultus atq; turbaꝝ. in qua furtum & auaritia condēnata est. & de bethel domo dei: in qua sup nudam humū. nudus & paup dormiuit iacob. & posito sub caput lapide. qui in zacharia septem oculos hīe describit. & in esaia lapis dicit angularis. Vidit schalam usq; ad cælum tendentem. in qua dominus desup innitebat ascendentibus porrigens manum: & negligentes de sublimi p̄cipitans. Sepulchra quoq; in monte effraim iesu filii naue. & heleazari filii aaron sacerdotis. e regione uenerata est: quorum alter conditus est in tānathsare: a septētrionali parte montis gaas, alter in gabaa filii sui finees: satisq; mirata est. q; distributor possessionum sibi montana & aspa delegisset. Quid narrem silo. In quo altare diruptum. hodieq; monstrat. & raptum sabinaꝝ a romulo. tribus beniamitica p̄cucurrit? Transiuit sichē (non ut plæriq; errantes legunt) sichar. quæ nunc neapolis appellat: & ex latere montis garizim exstructam circa puteum iacob intrauit ecclesiam. sup quo residens dominus: sitiensq; & esuriens samaritanæ fide satiatus est: quæ quinq; mosaicoꝝ uoluminum uiris. sextoq; quem se habere iactabat. errore dosithei derelicto. ueꝝ messiā. & ueꝝ reppit saluatorem. Atq; inde diuertens uidit. xii. p̄triarchaꝝ sepulchra: & sebasten. idest samariam. quæ in honorem augusti ab herode græco sermōe augusta est nomiata. Ibi siti sunt helisæus & abdias, pphetæ: & quo maior inter natos mulieꝝ non fuit ioannes baptista. ubi multis intremuit mirabilibus. Namq; cernebat uariis dæmones rugiē cruciatibus. & ante sepulchra sanctoꝝ ululaē homines more lupoꝝ. uocibus latraē canum. fremeē leonum. sibilare serpentum. mugiē taurorꝝ: alios rotaē caput. & post tergum terram uertice tāgere: suspensisq; pede fœminis. uestes non defluere in faciem. Miserabat oīum. & pro singulis effusis lachrymis xp̄i clementiā dep̄cabat. Et sicut erat inualida. ascendit pedibus montem: in quibus duabus spelūcis p̄secutionis & famis tempoē abdias, ppheta centum, pphetas aluit pane & aqua. Inde cito itinere p̄cucurrit nazareth nutriculam domini. chanaan & capharnaum. signoꝝ eius familiares: lacum tyberiadis nauigante domino sanctificatum. & solitudinem. in qua multa populoꝝ milia paucis saturata sunt pānibus. & de reliquiis uescentium repleti sunt cophini. xii. tribuum israel. Ascendebat montem thabor. in quo transfiguratus ē dominus. Aspiciebat, pcul montes hermon & hermonū: & campos latissimos galilææ: in q̄bus sisara & omnis exercitus eius barach uincente, pstratus est. Torrens cison qui mediam planiciem diuidebat: & oppidum iuxta naim. in quo uiduæ suscitatus est filius monstrabat. Dies me q̄ sermo deficiet: si uoluero cuncta p̄currere. quæ paula uenerabilis fide incredibili puagata est. Transibo ad ægyptum. & iter sochoth. atq; apud fontem sampson. quem de molari maxillæ dente, pduxit: subsistam parump. & arentia ora colluam: ut refocillatus uideam morasti ī sepulchraꝝ quondam micheæ, pphetæ. & nunc ecclesiam. & ex latere derelinq̄ chorreos & Getheos Maresa Idumæam & Lachis. & per arenas mollissimas pgentium uestigia subtrahētes: latāq; heremi uastitatem. Veniam ad ægypti fluuiū sior. q; interp̄tatur turbidus: & quinq; ægypti transeam ciuitates. quæ loquunt lingua chananitida. & terram gessen. & campos taneos. in quibus fecit deus mirabilia & urbē noo. quæ postea uersa est in alexandriam. & oppidū domini nitriam. in quo puriissimo uirtutum nitro sordes lauant quotidie plurimoꝝ. Quod cum uidisset. occurrente sibi sancto & uenerabili episcopo isidoro cōfessore & turbis inumerabilibus monachorum. ex quibus multis sacerdotalis & leuiticus sublimabat gradus. lætabat quidem ad gloriam domini: sed se indignam tāto honore fatebatur. Quid ego narrem Macharios Arsetas Serapionas. & reliqua colūnaꝝ xp̄i nomina? Cuius non intrauit cellulam? Quoꝝ non pedibus aduoluta est? Et p singulos sanctos xp̄m se uidere credebat: & quicquid in illos contulerat in dominum cōtulisse lætabat. Mirus ardor: & uix in fœmina credibilis fortitudo: Oblita sexus & fragilitatis corporeæ: inter tot milia monachoꝝ cum puellis suis habitare cupiebat. Et forsitā cunctis eam suscipientibus impetrasset: nisi maius sanctoꝝ locoꝝ traxisset desiderium. Atq; ,ppter feruentissimos æstus de pelusio maionam nauigatione pueniens: tanta uelocitate reuersa est. ut autem putares. Nec multo post in sancta bethleem mansura ppetuo. angusto p triennium mansit hospitio. donec extrueret cellulas ac monasteria. & diuersoꝝ peregrinoꝝ iuxta uiam conderet & mansiones: in qua maria & ioseph hospitium non inuenerāt. Hucusq; iter eius descriptum sit: quod multis uirginibus & filia peragrauit. Nunc uirtus latius describatur quæ ipsius, pria est. & in qua exponenda deo iudice ac teste, pfiteor me nihil addere. nihil in maius extollere more laudantium: sed ne reꝝ excedat fidem. multa retrahere & ne apud detractores & genuino me semp dente rodētes fingere puter & cornicē esopi alienis coloribus adornare. Quæ prima xp̄ianoꝝ uirtus est. tanta se humilitate deiecit. ut qui eam uidisset. & pro celebritate nominis uidere gestisset: ipsam esse non crederet. sed ancillaꝝ ultimā. Et cum frequentibus choris uirginū cingereē: & ueste. & uoce. & habitu. & incessu minima oīum erat. Nunq̄ post uiri mortem usq; ad diem dormitionis suæ cum ullo comedit uiro: q̄uis eum sanctū & in pontificali sciret culmine constitutum. Balneas nisi periclitans nō adiit. Mollia etiam in grauissima febre lectuli strata non habuit. sed sup durissimā humum stratis ciliciolis quiescebat: si tamen illa quies dicenda est quæ iugibus pene oīonibus dies nocteq; iungebat. illud implens de psalterio. Lauabo p singulas noctes lectum meum. lachrymis meis stratum meū rigabo: in qua fontes crederes lachrymaꝝ. Ita leuia peccata plangebat: ut illam grauissimoꝝ criminū crederes ream. Cūq; a nobis crebrius moneret ut parceret oculis: & eos seruaret euangelicæ lectioni aiebat. Turpanda est facies: quam contra dei p̄ceptum purpurisso & cerussa & stibio sæpe depinxi. Affligendum corpus quod multis uncauit delitiis. Longus risus perpeti compensandus est fletu. Mollia linteamia & serica p̄ciosissima asperitate cilicii cōmutanda. Quæ uiro & sæculo

placui:nunc xp̃o placere desidero.Si inter tales tantasq; uirtutes castitatem in illa uoluero p̃dicare: supfluus uidear.In qua etiam cum sæcularis esset:oium romæ matronarū exemplum fuit.quæ ita se gessit:ut nunq̃ de illa etiam maledicorū auderet quicq̃ fama confingere.Nihil aīo eius clæmentius:nihil erga humiles blādius fuit.Non appetebat potentes:nec tamē supbos & gloriolam q̃rentes fastidio despiciebat. Si pauperem uiderat sustentabat:si diuitem,ad benefaciendum cohortabat.Liberalitas sola excedebat modum.& usuras tribuens.uersuram quoq; sæpe faciebat:ut nulli stipes rogantium denegaret.Fateor errorem meum . cum i largiendo esset ꝓfusior arguebam.illud ꝓferens de apostolo.non ut aliis refrigerium.nobis autem tribulatio.sed ex æqualitate in hoc tempore.ut uestra abundantia sit ad illorū inopiam & hoc de euangelio saluatoris.qui habet duas tunicas det alteram non habenti.&,puidendum esse.ne quod libenter faceret.semp facere non posset.multaq; huiuscemodi.quæ illa mira uerecūdia.& sermone parcissimo dissoluebat.testem īuocans deum se pro illius nomine cuncta facere.& hoc habere uoti:ut mendicans ipsa moreret.ut unū nūmum filiæ non dimitteret.& in funere suo alieno sindone inuolueret.Ad extremū inferebat.Ego si petiero multos inueniam:qui mihi tribuant.Mendicans si a me non acceperit.quæ ei possum etiā de alieno tribuere.& mortuus fuerit:a quo eius anima requireretur?Ego cautior in re familiari esse cupiebam:sed illa ardentiori fide.toto saluatori animo iungebat:& pauperem dominū.paup spiritu seq̃batur:reddens ei quod acceperat.paup pro ipso effecta.Deniq; consecuta est quod optabat:& in grandi ære alieno filiam dereliquit:qđ hucusq; debens:non suis uiribus:sed xp̃i se fidit misericordia redditurā.Solent plæræq; matronarū bucci natoribus suis dona conferre.& in paucos largitate ꝓfusa.manus a cæteris retrahere:quo illa omnino carebat uitio.Ita enim singulis suam pecuniam diuidebat.ut singulis necessarium erat:non ad luxuriam. sed ad necessitatem.Nemo ab ea paupe rū uacuus reuersus est.Quod obtinebat:non diuitiarū magnitudie:sed prudentia dispensandi.illud sæpe replicans.Beati misericordes:quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et sicut aqua extinguit ignem:ita elemosyna extinguit peccatum.Et facite uobis amicos de iniquo mámona: qui uos recipiant in æterna tabernacula.Et date elemosynam:& ecce omnia mūda sunt uobis.Et uerba danielis regem nabuchodonosor monentis:ut elemosynis redimeret peccata sua.Nolebat in his lapidibus pecuniam effundere.quæ cum terra & sæculo transituri sunt:sed in uiuis lapidibus qui uoluuntur super terrā de quibus in apocalypsi ioannis ciuitas magni regis extruitur.quos in sapphirū.& smaragdum.& iaspidem. & cæteras gemmas esse uertendos scriptura cōmemorat. Verū hæc possunt esse coīa cum paucis:& scit diabolus non in sūmo uirtutum culmine posita. Vnde loquitur ad dominum.post amissam iob substantiam. post cuersam domū:post liberos interfectos.Corium ꝓ corio:& omnia quæ habuerit homo dabit pro anima sua.Sed extende manū tuam.& tange ossa eius & carnes:nisi i faciem benedixerit tibi. Scimus plærosq; dedisse elemosynam.sed de ꝓprio corpore nihil dedisse:porrexisse egentibus manū:sed carnis uoluptate superatos.dealbasse ea quæ foris erant.& intus plenos fuisse ossibus mortuorū.At non paula talis. quæ tantæ continentiæ fuit:ut ꝓpe mensuram excederet.& debilitatem corporis nimiis ieiuniis ac labore cōtraheret. Quæ exceptis diebus festis uix oleum in cibo caperet.ut ex hoc uno æstimetur quid de uino & liquamine. & piscibus & lacte.& melle.& ouis & reliquis.quæ gustu suauia sunt.iudicarit:in quibus sumendis quidam se abstinentissimos putant.& si his uentrem ingurgitauerint.tutam pudicitiam suspicant. Semper quidem uirtutes sequitur inuidia:feriuntq; sūmos fulgura montes.Nec mirū si hoc de homibus loquar. cum etiam dominus noster pharisæorū zelo sit crucifixus.& omnes sancti æmulos habuerint:in paradiso quoq; serpēs fuerit:cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarū.Suscitauerat ei dominus adab idumæum.qui eam colaphizaret.ne se extolleret . & quasi quodam stimulo carnis sæpius āmonebat.ne magnitudine uirtutum altius saperet:& aliarū uitiis fœminarū se in excelso crederet constitutam.Ego aiebam liuori esse cedēdum. & dandum insaniæ locum.quod fecisset iacob in fratre suo esau.& dauid in pertinacissimo inimicorū saul: quorū alter mesopotamiā fugerit.alter se allophyllis tradiderit:malens hostibus q̃ inuidis subiacere . At illa respondebat.iuste hæc diceres.si diabolus contra seruos dei & ancillas nō ubiq; pugnaret.& ad omnia loca fugientes non p̃cederet:si non sanctorū locorū amore retinerer.& bethleem meam in alia reperire possem parte terrarū.Cur enim non patientia liuorem superem?Cur non humilitate frangam superbiam. & percutienti maxillam alteram offeram?dicente apostolo paulo. Vincite in bono malum?Nōne apostoli gloriabātur quando pro domino sunt passi cōtumeliam?Nonne ipse saluator humiliauit se.formā serui accipiens.& factus obediens p̃ri usq; ad mortem.& mortem crucis.ut nos sua passione saluaret?Iob nisi certasset & uicisset in ꝓlio:non accepisset coronam iusticiæ.nec audisset a domino.Putas me aliter locutum tibi.q̃ ut appareres iustus?Beati dicuntur in euangelio:qui persecutōem patiuntur ꝓpter iusticiam.Secura sit conscientia q̃ nō ꝓpter peccata patiamur:& afflictio in sæculo materia p̃miorū est.Siquādo ꝓcatior fuisset inimicus . & usq; ad uerborū iurgia ꝓsiliisset:illud psalterii decantabat.Cum consisteret aduersum me peccator obmutui & silui a bonis.Et rursum.Ego aūt quasi surdus nō audiebam:& quasi mutus non aperiēs os suū . Et factus sum sicut homo nō audiens:& non habens in ore suo redargutiones.In tentationibus deuteronomii uerba uoluebat.Tentat uos dominus deus uester:ut sciat si diligatis dominū deum uestrum de toto corde uestro. & de tota aīa uīa.In tribulatōibus & in angustiis esaiæ replicabat eloqa.Qui ablactati estis a lacte.q̃ abstracti ab urbe.tribulatōem sup tribulatōem expectate.spē sup spē.adhuc pusillū,ppter malitiā labiorū.,ppter liguā malignā.Et scripturæ testimoniū i cōsolatōem suā differebat.Ablactatorū esse eorū scilicet q̃ ad uirilē ætatē pueniissent.tribulatōem sup tribulatōem sustinere.ut spem sup spem mererent accipe.sciētes quoniā tribulatio patiētiam opatur. patiētia ꝓbatōem,ꝓbatio spē.spes aūt nō cōfundit.& qđ si is q̃ foris est noster homo corrumpat?ille q̃ itus est inuet?.& impsentiarū mometaneū leue & tribulatiōis nr̃æ æternæ gloriæ

pōdus opatur in nobis:nō aſpiciētibus quæ uidētur.ſed quæ nō uidētur.Quæ enim uidentur.tpalia ſunt:q̄ 334
aūt nō uidētur æterna.Nec lōgum fore tempus.etiam ſi humanæ ipatiētiæ tardū uideaſ:qui dei ſtatim ſeq̄
tur auxilium dicentis.Tēpore opportuno exaudiui te:& ī die ſalutis auxiliatus ſum tui:Nec doloſa labia &
līguas inimicoꝝ eſſe metuendas.cū domīo adiutore lætemur.& īpm debeamus audire monētem.Per patiē
tias ueſtras poſſidebitis aīas ueſtras.Et nō ſunt cōdignæ paſſiōes huius tpis ad futurā gloriā:quæ reuelabiť
in nobis.Et alibi.Vt patiēter agamus in omnibus:quæ accidūt nobis.Patiēs enim uir multus prudētia:qui
aūt puſillanimis eſt.uehemēter īſipiens.In lāgoribus & crebra īfirmitate dicebat.Quādo infirmor:tūc for-
tior ſum.Et hēmus theſaurꝝ iſtum in uaſis fictilibus.donec mortale hoc īduat īmortalitatē:& corruptiuū
hoc ueſtiaſ icorruptiōe.Et iterꝝ.Sicut ſupabūdāt paſſiōes xp̄i ī nobis:ita & p xp̄m abundauit & conſolatio.
Ac deīde Vt ſocii paſſionū eſtis:ſic eritis & cōſolatiōis . In mœroꝝ cantabat.Quare triſtis es aīa mea. & q̄re
cōturbas me?Spera in deo:quoniā adhuc cōfitebor illi ſalutare uultus mei.& deus meus.In piculis loqbaſ.
Qui uult uenīr poſt me:abneget ſemetipſum . & tollat crucē ſuā:& ſequaſ me.Et iterꝝ.Qui uult aīam ſuā
ſaluam facere:pdet eam.Et q̄ pdiderit aīam ſuam ꝓpter me:ſaluā faciet eam.Quādo diſpendia rei familiaris
& euerſio totius p̄imonii nūciabaſ:aiebat.Quid enim ꝓdeſt hoī.ſi totū mūdum lucriſecerit.& aīam ſuam
dāni habuerit?Aut quā dabit homo cōmutatiōem p aīa ſua?Et nudus exiui de uētre mr̄is meæ:nudus & re-
deam.Sicut domīo placuit:ita factū eſt.Sit nomē domini benedictū.Et illud.Nolite diligere mūdū. neq; ea
quæ ſunt in mūdo:quoniam omne quod in mūdo eſt.deſideriū carnis eſt.& cōcupiſcētia oculoꝝ.& ſupbia
uitæ huius.quæ nō ex patre.ſed ex mūdo eſt.Et mūdus trāſiet:& cōcupiſcētia eius.Scio ei ſcriptas īfirmita-
tes grauiſſimas liberoꝝ:& maxie toxotii ſui.quē diligebat plurimū.Cūq; illud uirtute cōpleuiſſet turbata
ſum & nō ſum locuta:in hæc uerba ꝓrupit.Qui amat filiū aut filiā plus q̄ me:nō eſt me dignus.Et orans ad
dominū loq̄batur.Poſſide filios mortificatoꝝ:q pro te quotidie mortificāt corpora ſua. Noui ſuſurronem
quēdam.quod genus hoīum ꝓnitioſiſſimū eſt:q̄ſi beniuolū nunciaſſe.q pro nimio ſeruore uirtutū q̄buſdā
uideretur inſana.& cerebrū ipſius dicerēt cōfouēdum.Cui illa reſpōdit.Theatrū facti ſumus mūdo: & ange
lis & hoībus.Nos ſtulti ꝓpter xp̄m:ſed ſtultū dei ſapientius eſt homībus. Vnde & ſaluator loqtur ad p̄rem.
Tu ſcis īſipientiā meā.Quē in euāgelio.& ꝓpinqui quaſi mētis īpotē ligare cupiebant:& aduerſarii ſugilla-
bant dicētes. Dæmoniū habet & ſamaritanus eſt:& ī belzebub p̄rīcipe dæmonioꝝ eiicit dæmonia.Sed nos
audiamus apoſtolū cohortantē.Hæc eſt gloria noſtra.teſtimoniū conſciæ nr̄æ:quoniam in ſanctitate & ſin
ceritate.& ī gr̄a dei cōuerſati ſumus ī mūdo.Et dominū dicētē ad apoſtolos. lō mūdus odit uos:quoniā nō
eſtis de mūdo.Si.n.eſſetis ḋ mūdo:amaret utiq; mūdus.qḋ ſuū erat. Et ad īpm dominū uerba uertebat. Tu
noſti cordis abſcōdita.& hæc oīa uenerūt ſup nos.& nō ſumus obligati tui.nec iniq; egimus in teſtamentū
tuū.nec auerſū eſt retrorſū cor noſtrū.& ꝓpter te mortificati ſumus tota die. reputati ſumus ut oues occi-
ſiōis.Sed domīus auxiliator meus nō timebo qḋ faciat mihi homo.Legi enī.Fili honora dominū.& cōforta
beris:& extra dominū nullū timueris.His & talibus teſtimoniis.quaſi armatura dei xp̄i:& aduerſus oīa qui
dem uitia:ſed p̄cipue inſtruebat ſe cōtra inuidiam ſæuientē.& patiendo iniurias furorem rabidi pectoris mi
tigabat.Deniq; uſq; ad diem mortis.& huius patiētia.& alioꝝ zelus oībus patuit.Qui ſuū rodit auctorē.&
dum æmulū lædere nititur.in ſemetipſum ꝓprio furore bacchatur.Dicam & de ordine monaſterii:quomo
do ſanctoꝝ continentiam in ſuū uerterit lucrū.Seminabat carnalia:ut meteret ſpiritalia. Dabat terrena : ut
cæleſtia tolleret.Breuia concedebat:ut pro his æterna mutuaret.Poſt uiroꝝ monaſterium.quod uiris tradi
derat gubernādū.plures uirgines ex diuerſis ꝓuinciis cōgregarat.tam nobiles q̄ medii.& infimi generis . in
tres turmas mōaſteriaq; diuiſit:ita dūtaxat.ut in ope.& in cibo ſeparatæ.pſalmis & oīonibus iūgerenť.Poſt
alleluia cantatū quo ſigno uocabātur ad collectam.nulli reſidere licitum erat.ſed prima uel īter primas ue-
niens.cæteraꝝ operiebatur aduētum.pudore & exēplo ad laborem eas ꝓuocans nō terrore.Mane hora ter-
tia.ſexta.nona.ueſpe.noctis medio:p ordinē pſalteriū cantabāt.Nec licebat cuiq̄ ſoroꝝ ignorare pſalmos:&
nō de ſcripturis ſanctis quotidie aliq̄d diſcere.Die tātum dominico ad eccleſiam ꝓcedebāt ex cuius habita-
bant latere:& unūquodq; agmen mr̄em ꝓpriam ſequebaſ.atq; inde pariter reuertentes inſtabāt operi diſtri
cto.& uel ſibi.uel cæteris indumēta faciebāt.Siqua erat nobilis.nō ꝓmittebatur de domo ſua habere comi-
tem:ne ueteꝝ actuū memor.& laſciuientis infantiæ.errorem replicaret antiquū : & crebra confabulatione
renouaret.Vnus oīum habitus Linteamīe ad tergendas ſolū manus utebanť.A uiris rāta ſeparatio.ut a ſpa-
donibus quoq; eas ſeiūgeret.ne ullam daret occaſionē linguæ maledicæ:quæ ſanctos carpere ſolita eſt in ſo
latium delinquendi.Siqua uel tardior ueniebat ad pſalmos & opere pigrior:uariis eam modis aggrediebaſ.
Si erat iracūda:blanditiis.Si patiens correctione:illud apoſtoli imitās.Quid uultis.in uirga ueniam ad uos.
an in ſpiritu lenitatis & manſuetudinis?Excepto uictu.& ueſtitu.nullam habere quid patiebaſ:dicente pau
lo.Habentes uictū & ueſtitū his contenti ſimus.ne cōſuetudine plus habendi p̄beret locum auaritiæ . quæ
nullis expletur opibus:& q̄to amplius habuerit.plus requirit.& neq; copia.neq; inopia minuitur.Iurgantes
inter ſe ſermone leniſſimo fœderabat.Laſciuientem adoleſcentulaꝝ carnem crebris & duplicatis frangebat
ieiuniis:malens eas ſtomachum dolere q̄ mentem.Si uidiſſet aliquam comptiorem contractione frontis &
uultus triſtitia arguebat errantem.dicens munditiam corporis atq; ueſtitus animæ eſſe īmunditiam:& tur-
pe uerbum atq; laſciuum nūq̄ de ore uirgineo proferendum.quibus ſignis libidinoſus animus oſtenditur.
& per exteriorem hominē.interioris hominis uitia demonſtrantur.Quā linguoſam.garrulam. ac ꝓcacem.
rixiſq; perſpexerat delectari.& ſæpius cōmonitam nolle conuerti.inter ultimas & extra conuentum ſoroꝝ
ad fores triclinii orare faciebat.& ſeparatim cibum capere:ut quam obiurgatio non correxerat . emendaret
pudor.Furtum quaſi ſacrilegium deteſtabatur:& qnod inter ſæculi homines.uel leue putatur.uel nihil.hoc

in monasteriis grauissimũ dicebat esse delictum. Quid memorem clæmentiam & sedulitatem in ægrotantes, quas miris obsequiis & ministeriis consouebat? Cũq; aliis languentibus large p̃beret oia. & esum quoq; exhiberet carniũ, si quando ipsa ægrotasset, sibi nõ idulgebat. & in eo inæqualis uidebatur: q̃ in aliis clæmẽtiam in se duritiam cõmutabat. Nulla iuuenũ puellaꝝ, sano & uegeto corpore, tantæ se dederat cõtinẽtiæ: q̃ ipsa fracto & senili, debilitatoq; corpusculo. Fateor in hac re ptinatior fuit: ut sibi non parceret. & nulli cederet admonẽti. Referam quod exptus sum. Mense iulio feruẽtissimis æstibus incidit in ardorem febris. & post desperationem, cum dei misericordia respirasset. & medici psuaderẽt ob refectionẽ corporis uino opus esse tenui & paruo, ne aquam bibens in hydropẽ uerteretur. & ego clam beatum papam epiphanium rogarem, ut eam moneret immo compelleret uinum bibere, illa ut erat prudens & solertis ingenii. statim sensit insidias: & subridens meũ esse quod ille diceret intimauit. Quid plura? Cum beatus pontifex post multa ortamenta exisset foras: q̃renti mihi quid egisset respondit. Tantum, p̃feci: ut seni homini pene persuaserim, ne uinum bibam. Hæc refero, non q̃ inconsideranter & ultra uires sumpta onera, p̃bẽ. monente scriptura. sup te onus ne leuaueris: sed q̃ mentis eius ardorem & desiderium fidelis animæ ex hac quoq; p̃bare uelim p̃ſeuerantia dicentis. Sitiuit in te aĩa mea: q̃ multipliciter tibi & caro mea. Difficile est modum tenere in omnibus. & uere iuxta philosophoꝝ sniam μεσοτησ αρετη κακιᾶ οπερβολη πέλεται: reputatur: quod nos una & breui snia exprimere possumus, ne quid nimis. Quæ in contemptu ciboꝝ tantã habebat pertinaciã. In luctu mitis erat. & suoꝝ mortibus frangebatur, maxime liberoꝝ. Nã & in uiri & filioꝝ dormitione sem per perclitata est. Et cum os stomachũq; signaret. & matris dolorem, crucis niteretur impssione lenire: superabatur affectu. & credulam mentem parentis uiscera consternabant. aĩumq; uincens fragilitate corporis uincebatur. Quam semel langor arripiens longo tempore possidebat: ut & nobis inquietudinem. & sibi discrimina offerret. In quo illa lætabatur: per momenta commemorans. Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Dicat prudens lector pro laudibus me uituperatõem scribere. Testor iesum cui illa seruiuit. & ego seruire cupio, me in utraq; parte nihil fingere, sed quasi xp̃ianum de xp̃iana quæ sunt uera p̃ferre: ideſt historiam scribẽ, nõ panegyricum. & illius uitia alioꝝ esse uirtutes. Vitia loquor secũdũ aĩum meũ & oĩum soroꝝ ac fratrum desiderium: q̃ illam diligimus. & absentem q̃rimus. Cæteꝝ illa impleuit cursum suũ, fideq; seruauit. & nunc fruitur corona iusticiæ: seq; turq; agnum quocũq; uadit. saturaf quæ esuriuit: & læta decantat. Sicut audiuimus, ita & uidimus in ciuitate domini uirtutũ: in ciuitate dei nostri. O beata reꝝ cõmutatio. Fleuit ut semp rideret. Despexit lacus cõtritos: ut fõtem dominũ reperiret. Vestita cilicio est: ut núc albis uestimentis uteref. & diceret. Scidisti saccũ meũ: & induisti me lætitia. Cinerẽ sicut panẽ mã ducabat: & potionem suã cũ fletu miscebat dicẽs. Fuerũt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte: ut in æternum pane angeloꝝ uescereſ. & caneret. Gustate & uidete quoniã suauis est dominus. Et eructauit cor meũ uerbũ bonũ: dico ego opa mea regi. Et esaiæ imo domini p esaiã in se cerneret uerba compleri. Ecce q̃ seruiũt mihi mãducabunt: uos aũt esurietis. Ecce q̃ seruiũt mihi bibent: uos aũt sitietis. Ecce q̃ seruiũt mihi lætabunf: uos aũt cõfũdemini. Ecce q̃ seruiũt mihi exultabũt: uos aũt clamabitis ob dolorem cordis. & p̃pter cõtritionem spũs ululabitis. Dixeram lacus eã fugisse semp contritos: ut fontẽ domini repiret. ut posset lætа cãtare. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquaꝝ: ita desiderat aĩa mea ad te deus. Quãdo ueniã & apparebo ante faciem dei? Tangã ergo breuiter qũo hæreticoꝝ cœnosos deuitauerit lacus: & eos istar habuerit ethnicoꝝ. Quidã ueterator callidus, atq; ut sibi uidebaf doctus & sciolus: me nesciẽte cœpit ei p̃ponere qõnes. & dicere. Quid peccauit infans, ut a dæmone corripiaf? In qua ætate resurrecturi sumus? Si in ipsa qua morimur: ergo nutricibus post resurrectionem opus erit. Sin aliter nequaq̃ erit resurrectio mortuoꝝ: sed trãsformatio in alios. Diuersitas quoq; sexus maris ac fœminæ erit, aut non erit? Si erit sequentur & nuptiæ & concubitus: sed & generatio. Si non erit sublata diuersitate sexus: eadem corpora nõ resurgent. (Aggrauat enim terrena inhabitatio sensum multa cogitantẽ) sed tenua & spiritalia dicente apostolo. Seminaf corpus anima le: resurget corpus spiritale. Ex q̃bus omnibus p̃bare cupiebat. rõnales creaturas ob q̃dam uitia & antiq̃ pecata in corpore esse delapsas. & pro diuersitate & meritis peccatorum tali uel tali conditione generari. ut uel corpoꝝ sanitate gauderent. & parentum diuitiis ac nobilitate, uel in morbidas canes & domus inopum uenientes pœnas pristinoꝝ luerent delictorum: & p̃senti sæculo atq; corporibus quasi carceri clauderentur. Quod cum audisset. & ad me retulisset indicans hoiem mihiq; icubuisset necessitas nequissimæ uiperæ ac mortiferæ bestiæ resistendi (de quibus psalmista cõmemorat dicens. Ne tradas bestiis animas confitentium tibi. Et increpa domine bestias calami. qui scribentes iniquitatem loquũtur contra dominum mẽdaciũ. & eleuant in excelsum os suũ). Conueni hoiem: & oronibus eius, quam decipere nitebatur, breui interrogatione concluſi. utrũ crederet futuram resurrectionem an non. Qui cum se credere respondisset: intuli. Eadem resurgẽt corpora an altera? Cum dixisset eadem: scisciтatus sum. In eodem sexu an in altero? Ad interrogata reticenti. & instar colubri huc atq; illuc transferenti caput ne ferиretur: qa inq̃ taces. ego mihi pro te respondebo. & consequentia inferam. Si nõ resurget mulier ut mulier, neq; masculus ut masculus, non erit resurrectio mortuoꝝ: quia sexus mẽbra habet: mẽbra aũt totum corpus efficiunt. Si aũt sexus & mẽbra non fuerit ubi erit resurrectio mortuoꝝ, quæ sine sexu non constat & mẽbris? Porro si corpoꝝ non fuerit resurrectio nequaq̃ erit resurrectio mortuoꝝ. Sed & illud quod de nuptiis obiicis, si eadem mẽbra fuerit: sequi nuptias a saluatore dissoluitur. Erratis nescientes scripturas: neq; uirtutem dei. In resurrectione enim mortuoꝝ nõ nubent neq; nubentur: sed erunt similes angelorum. Vbi dicitur non nubent neq; nubentur: sexuum diuersitas demonstratur. Nemo enim de lapide & ligno dicit non nubent neq; nubentur, quæ naturam nubendi non habent. sed de his quæ possunt nubere: & gra xp̃i ac uirtute non nubãt. Quod si opposueris quomodo

ergo erimus ſimiles angelorꝫ:cū inter angelos non ſit maſculus & fœmina. breuiter auſculta.Non ſubſtātiā nobis angelorꝫ.ſed conuerſationem & beatitudinem repromittit.quomodo & ioānes baptiſta anteq̄ decol laret angelus appellatus eſt.& omnes ſancti ac uirgines dei.etiā ī iſto ſæculo uitam ī ſe exprimunt angelorꝫ. Quādo enī dicit.Eritis ſimiles angelorꝫ.ſimilitudo ꝓmittit.non natura mutat.Simulq; reſponde. quō illud iterpreteris:qd' thomas domini reſurgentis palpauerit manus: & uiderit lancea latus pforatum.& petrus in littore ſtanté cōſpexerit dominum.& ſauū mellis.ac partē piſcis aſſi comedentē.Qui ſtaba t:pfecto habebat pedes.Qui monſtrauit latus uulneratum:utiq; & uentrē & pectus habuit.ſine quibus non ſūt late ra uentri & pectori cohærentia.Qui locutus eſt lingua:& palato ac dētibus.loquebat.Sicut enī plectrū cordis:ita lingua illidit dētibus.& uocalē reddit ſonū.Cuius palpatæ ſūt manus:conſequēter & brachia habuit.Cū igit oia mēbra habuiſſe dicat.neceſſe eſt ut totū corpus habuerit.qd' cōficit ex mēbris:nō utiq; fœmineū.ſed uirile.ideſt eiuſdem ſexus.ī quo mortuus eſt.Quod ſi obtēderis.ergo & nos poſt reſurrectionē comedemus:& quomodo clauſis ingreſſus eſt ianuis.contra naturam pinguiū.& ſolidorꝫ corporū: audies. Noli ꝓpter cibum reſurrectionis fidē ī calūniā trahere.Nam & archiſynagogi filiæ ſuſcitatæ iuſſit cibū dari:& lazarus q̄triduanus mortuus cū ipſo ſcribit iniſſe cōuiuiū.ne reſurrectio eorꝫ fantaſma putaret. Sin āt clauſis ingreſſus eſt ianuis.& iccirco ſpiritale & ethereū corpus niteris approbare:ergo & ante q̄ pateret. qa cōtra naturā grauiorum corporum ſuper mare ambulauit ſpiritale corpus habuit.Et apoſtolus petrus:qui & ipſe ſup aquas pendulo iceſſit gradu ſpiritale corpus habuiſſe credendus eſt.cum potentia magis & uirtus oſtendit dei.quādo fit aliqd cōtra naturā.Et ut ſcias in ſignorū magnitudie nō naturæ mutationē. ſed dei omnipotentiam demōſtrari.qui ambulabat fide.cœpit īfidelitate mergi niſi eū manus domini ſubleuaſſet dicētis.Modicæ fidei quare dubitaſti?Miror aūt te obdurare frontē:loquente domino. Inſer digitū tuū huc.& tange manus meas.& porige manum tuam & mitte in latus meū:& noli eē icredulus.ſed fidelis. Et alibi.Videte māus meas.& pedes:qa ego ipſe ſū.Palpate & uidete.qa ſpūs carnē & oſſa nō habet.ſicut me uidetis habere.Et cū hoc dixiſſet oſtēdit eis manus & pedes. Vitā audis & carnē.& pedes & manus.& globos mihi ſtoicorꝫ.atq; aeria q̄dā deliramēta confingis?Porro ſi q̄ris.cur infans dæmone corripiat.q peccata nō. habuit.aut in qua ætate reſurrecturi ſumus.cum diuerſa ætate moriamur. ingratus ſuſcipiens. Iudicia dei abyſſus multa.Et o altitudo diuitiarꝫ ſapiæ & ſciæ dei:q̄ īſcrutabilia ſūt iudicia eius & in iueſtigabiles uiæ eius.Quis enī cognouit ſēſum domini.aut quis conſiliarius eius fuit?Etatum aūt diuerſitas non mutat corporum uarietatē.Cū enī corpora quotidie noſtra fluant:& creſcant.aut decreſcāt.ergo tot erimus homines quot quotidie cōmutamur.Aut alius fui cū decē annorꝫ eſſē:alius cū trigīta.alius cum q̄nquagīta.alius cū iam toto cano capite ſum.Igit iuxta eccleſiarum traditiones & apoſtolum paulum.illud eſt riſpondendū q; ī uirꝫ pfectum & in menſuram ætatis plenitudinis xp̄i reſurrecturi ſumus.in qua & adā iudæi conditū autumant & dominū ſaluatorem legimus ſurrexiſſe.& multa alia quæ de utroq; teſtamento in ſuffocatione hæretici ꝓtuli.Ex quo die ita cœpit hominem deteſtari.& omnes qui eiuſdē dogmatis erāt:ut eos uoce publica hoſtes domini ꝓclamaret.Et hoc dixi nō ut breuiter hæreſim confutarē(cui multis uoluminibus reſpōdendū eſt)ſed ut fidē tantæ fœminæ oſtēderē.quæ maluit inimicitias hoīum ſubire ppetuas q̄ dei offenſā amiciciis noxiis ꝓuocare.Dicā ergo.ut cœperā:nihil īgenio eius docilius fuit.Tarda erat ad loquēdū.uelox ad audiēdū:memor illius p̄cepti.Audi iſrael:& tace Scripturas ſanctas tenebat memoriter: & cum amaret hiſtoriā.& illud ueritatis diceret fundamētum .magis ſequebat intelligentiam ſpiritalē:& hoc culmine ædificationē aiæ ꝓtegebat.Deniq; cōpulit me:ut uetus & nouum teſtamentum cū filia me differente plegeret. Quod ꝓpter uerecūdiam negās propter aſſiduitatē & crebras poſtulationes eius p̄ſtiti.ut docerem qd' dicerā.non a me metipō ideſt a p̄ſūptionis peſſimo præceptore.ſed ab illuſtribus eccleſiæ uiris.Sicubi hæſitabam:& neſcire me ingenue confitebar:nequaq̄ mihi uoluit acquieſcere.ſed iugi interrogatione cogebat: ut ex multis ualidiſq; ſniis quæ mihi uideret ꝓbabiliores indicarē.Loquar & aliud:qd' forſitā æmulis uideat incredulum.Hæbream linguam(quam ego ab adoleſcentia multo labore ac ſudore ex parte didici. & infatigabili meditatione non deſero.ne ipſe ab ea deſerar)diſcere uoluit.& conſecuta eſt:ita ut pſalmos hebraice caneret.& ſermonem abſq; ulla latinæ linguæ ꝓprietate reſonaret.Quod qdem uſq; hodie in ſancta filia eius euſtochio cernimus.quæ ita ſemper adhæſit matri.& eius obediuit iperiis. ut nunq̄ abſq; ea cubaret.nunq̄ procederet.nunq̄ cibum caperet.ne unum quidē nummū haberet prātis ſuæ:ſed & p̄rnā & mr̄nā ſubſtantiolam a matre diſtribui pauperibus lætaret.& pietatem in parentem hæreditatem maximam & diuitias crederet.Non debeo ſilentio præterire. q̄to exultauit gaudio . q; paulam neptem ſuam leta & toxotio genitam.immo uoto & futuræ uirginitatis repromiſſione conceptam audierat in cunis & crepitaculis balbutiente lingua alleluia cantaret:auiæq; & amittæ nomina dimidiatis uerbis frāgere.In hoc ſolo patriæ deſiderium habuit. ut filium.nurum . neptem renunciaſſe ſæculo.& chriſto ſeruire cognoſceret.quod ipetrauit ex pte.Nam neptis xp̄i flāmeo reſeruat. Nutus æternæ ſe tradēs pudicitiæ.ſocrus opa fide & elemoſynis ſeq̄t:& romæ conat exprimer.qd' hieroſolymis illa cōpleuit.Quid agimus aīa?Cur ad mortē eius uenire formidas?lādudū ꝓlixior liber reddit.dū timemus ad ultia puēire:q̄ſi tacētibus nobis.& ī laudibus illius occupatis differri poſſit occubitus .Hucuſq; ꝓſperis nauigauimus uētis:& criſpātia maris æquora labēs carina ſulcauit. Nūc ī ſcopulos icurrit oro.& tumētibus fluctuū mōtibus p̄ſens utriuſq; mōſtri ītētat naufragiū:ita ut cogamur dicere.Præceptor ſaluos nos fac:pimus.Et illud.Exurge.ut quid obdormis domine? Quis.n.poſſit ſiccis oculis paulā narrā morientē?Incidit in grauiſſimā ualitudinē;imo qd' optabat iuenit ut nos deſereret:& plēſus domio rūgeret.In quo laguor euſtochii filiæ ꝓbata ſemp ī mre pietas:& magis ab oībus cōprobata eſt.Ipſa aſſidere lectulo. flabellū tenere.ſuſtentat caput.puluillum ſuppōere.fricare pedes.

manus.ſtomachūq; confouere.mollia ſtrata cōponere.aquā calidā tēperare.mappulam apponere.oīum ancillarꝫ p̄uenire officia.& qcquid alia feciſſet.de ſua mercede putare ſubtractū.Quibus illa p̄cibus. qbus lamentis & gemitu inter iacentem matrem & ſpecum domini diſcurrebat:ne priuaret tanto contubernio.ne illa abſente uiueret.ut eodem feretro portaret.Sed o mortalium fragilitas.& caduca natura.& niſi xp̄i fides nos extollat ad cælum.& æternitas aiæ ꝓmittat:cū beſtiis ac iumentis corpoꝫ eſſet una conditio.Idē concubitus iuſto & ipio.bono & malo.mundo ac imundo.ſacrificanti & nō ſacrificāti.ſicut bonus. ita & q pec cat.ſicut q iurat.ita & is qui iuramenta metuit ſimiliter & homines & iumenta in fauillam & cinerem diſſoluunt. Quid diu differo:& dolorem meum in aliis imorando facio longiorem? Sentiebat prudentiſſima fœminarum adeſſe mortem.& frigente alia parte corporis.atq; mēbrorum.ſolum aiæ tempore in ſancto & ſacro pectore palpitare.& nihilominus quaſi ad ſuos pgeret.alienoſq; deſpiceret.illos uerſiculos ſuſurrabat.Domine dilexi decorem domus tuæ.& locum hitationis gloriæ tuæ.Et quā dilecta tabernacula tua domine uirtutum.concupiſcit & deficit aia mea in atria domini.Et elegi abiecta eſſe in domo dei mei. magis q̄ hitare i tabernaculis peccatoꝝ.Cūq; a me iterrogaret cur taceret.cur nollet reſpondere.an doleret ali qd:græco ſermone reſpondit.nihil ſe habere moleſtiæ.ſed oīa quieta & tráquilla reſpicere.Poſt hæc obmutuit.& clauſis oculis q̄ſi mortalia deſpiceret.uſq; ad expirationē aiæ eoſdem repetebat uerſiculos.ut uix aure appoſita.quod dicebat audire poſſemus:digitūq; ad os tenens.crucis ſignum pīgebat i labiis. Defecerat ſpūs.& anhelabat in mortem:aiaq; erūpere geſtiens ipm ſtridorē.quo mortalium uita finit.i laudes domini conuertebat.Aderāt hieroſolymoꝝ & aliaꝝ urbium ep̄i.& ſacerdotum iferioris gradus: ac leuitarū innumerabilis multitudo.Oē monaſterium uirginū & monachoꝝ chori repleuerant.Staticq; ut audiuit ſponſum uocantē. ſurge ueni ꝓxima mea.ſpecioſa mea.columba mea.quoniam ecce hyems tranſiit.pluuia abiit.ſibi læta reſpondit.Flores uiſi ſunt i terra.tp̄s ſectionis aduenit.& credo uidere bona domini in terra uiuentium.Exhinc non ululatus.non planctus.ut iter ſæculi hoſes fieri ſolet.ſed pſalmoꝝ liguis diuerſis exa mia cōcrepabāt.tranſlataq; eporum manibus & ceruicem feretro ſubiicientibus.cum alii pontifices lāpadas cæreoſq; preferrēt.alii choros pſallentium ducerent.i media eccleſia.i ſpelunca ſaluatoris eſt poſita. Tota ad funus eius palæſtinarum urbium turba cōuenit.Quē monachoꝝ latentium i heremo cellula ſua tenuit?Quā uirginū cubiculoꝝ ſecreta tenuerunt?Sacrilegium putabat.qui non tali fœmiæ ultimum reddi diſſet officium. Viduæ & paupes i exēplū dorcadis ueſtes ab ea p̄bitas oſtēdebant. Oīs inopum multitudo matrem & nutritiā ſe pdidiſſe clamabant.Quodq; miꝝ ſit.nihil pallor mutauerat facie.ſed ita dignitas q̄dam & grauitas ora cōpleuerat:ut eam putares non mortuā.ſed dormientē. Græco.latino. ſyroq; ſermone pſalmi i ordine pſonabant.non ſolum triduo.& donec ſubter eccleſiam:& iuxta ſpecum domini conderet. ſed per omnem hebdomadā cunctis qui uenerant.funus ſuū.& ꝓprias credētibus lachrymas. Venerabilis uirgo filia eius euſtochium.quaſi ablactata ſup mr̄em ſuā abſtrahi a parente nō poterat. deoſculari oculos. hærere uultui.totum corpus amplexari.& ſe cū matre uelle ſepeliri. Teſtis eſt ieſus.ne unum qdē nummū ab ea filiæ derelictū.ſed ut ante iam dixi.derelictū magnum æs elienū.& qd' his difficilius eſt.fratrum & ſororū imenſā multitudinē.quos ſuſtentare arduum.& abiicere ipiū eſt.Quid hac uirtute mirabilius. fœminā nobiliſſimæ familiæ.magnis quondā opibus.tanta fide omnia dilargitā.ut ad egeſtatē pene ultimā puenirēt?lactent alii pecunias.& in corbonā dei æra cōgeſta.funabuliſq; aureis dona pendentia.Nemo plus dedit pauperibus.q̄ quæ ſibi nihil dereliqt.Nūc illa diuitiis fruit.& his bonis quæ nec oculus uidit.nec auris audiuit.nec i cor hoīs aſcēderunt.Nr̄am uicem dolebimus.& iuidere potius gloriæ eius uidebimur. ſi uoluerimus diutius flere regnantem.Secura eſto euſtochium.magna hæreditate ditata es.Pars tua dominus. & quo magis gaudeas.mater tua longo martyrio coronata eſt.Non ſolū effuſio ſāguis i confeſſione reputatur.ſed deuotæ quoq; mētis ſeruitus quotidianū martyriū eſt.Illa coronā de roſis & uiolis texit.iſta de liliis.Vnde & i cantico ſcribit canticorum.Fratruelis meus candidus & rubicūdus: & in pace & in bello eadē p̄mia uincentibus tribuens.Mr̄ inq̄ tua audiuit cū abraham.exi de terra tua.& de cognatione tua.& ueni i terrā quā oſtendam tibi.Et per hieremiam dominum p̄cipientem.Fugite de terra babylonis.& ſaluate animas uras.Et uſq; ad diē mortis ſuæ nō ē reuerſa i chaldeā nec ollas ægypti.& uirulentias carniū deſiderauit.ſed choris comitata uirgineis ciuis eſt ſaluatoris effecta.& de paruula bethleē cæleſtia regna cōſcēdēs dicit ad ueram noemi.Populus tuus.populus meus.& deus tuus.deus meus. Hunc tibi librum ad duas lucubratiūculas.eodē quē tu ſuſtines dolore dictaui.Nā quotienſcūq; ſtilū figere uolui.& opus exarare ꝓmiſiū. totiēs obriguerunt digiti.cecidit manus.ſenſus eláguit. Vnde & iculta oro.uotū ſcribētis.abſq; ulla elegantia.& uerborum lepore teſtat. Vale o paula.& culturis tui ultimam ſenectutem oronibus iuua.Fides & oro tua xp̄o te ſociāt.Præſens facilius quod poſtulas ipetrabis.Exegi monumentum ære perēnius.qd' nulla deſtruere poſſit uetuſtas.Incidi eulogium ſepulchro tuo.qd' huic uolumini ſubditi.ut quocūq; noſter ſermo puenerit.te laudatam.te in bethleē conditā lector agnoſcat.

Titulus ſepulchri.

Scipio quam genuit:pauli fudere parentes.
Gracchorum ſoboles:agamēnonis inclyta proles
Hoc iacet in tumulo(paulam dixere priores)
Euſtochii genitrix.romani prima ſenatus
Pauperiem chriſti & bethleemitica rura ſecuta
In foribus ſpeluncæ.
Reſpicis anguſtum:præciſa rupe ſepulchrum.

Hoſpitium paulæ eſt.cæleſtia regna tenentis.
Fratrem.cognatos.romam.patriamq; relinquens.
Diuitias.ſobolem.bethleemiti conditur antro.
Hic præſepe tuum chriſte. atq; hic myſtica magi
Munera portantes.homini q; deoq; dedere.

Dormiuit ſancta & beata Paula ſeptimo calendas februarii tertia ſabbati.poſt ſolis occu bitū.Sepulta eſt qn to calen.earūdem Honorio Auguſto & areſtino conſulibus.Vixit in ſancto ꝓpoſito Romæ annos quinq; Bethleem annos uiginti. Omne uitæ tempus impleuit annis quinquaginta ſex.menſibus octo. diebus uiginti & uno.

Incipiunt capitula de uita ſancti Hilarionis.

IN prologo materiæ magnitudo ad laudem geſtoꝝ præſcribitur. Cap.i.
De Ortu beati uiri ſituq; genitalis loci & prima indole mirandoꝝ. Cap.ii.
Qualiter ſancto antonio iunctus habitum mutauerit.ꝑſpectoq; eius uitæ tenore ad patriam rediens diſpar tita oi ſubſtantia ilico ad heremum cōuolauerit. Cap.iii.
De Admirabili abſtinentiæ eius principio. Cap.iiii.
De Primis aduerſus eum dæmonum ludibriis. Cap.v.
De Variis diaboli præſtigiis eo orante oſtenſis. Cap.vi.
De Breuiſſima habitationis eius cellula. Cap.vii.
De Totius uitæ eius abſtinentia ſtupenda. Cap.viii.
De Latronibus ad terrendū eum uenientibus. Cap.ix.
De Muliere eleutheropolitana quæ prima illum pro ſterilitate ſua iterceſſit. Cap.x.
De Ariſtenete helpidii præfecti coniuge pro tribus filiis infirmātibus deprecante. Cap.xi.
De muliere cæca uirtute eius illuminata. Cap.xii.
De Auriga gazenſi & merſica & iuuene a dæmonio liberatis. Cap.xiii.
De Orione a peſſimo dæmone liberato. Cap.xiiii.
De gazano a paralyſi ſubleuato. Cap.xv.
De Italico circenſes equos nutriente. Cap.xvi.
De Virgine dei quam iuuenis adamauerat.& diſſoluto maleficio. Cap.xvii.
De Candidato conſtantii imperatoris a dæmone ſaluato. Cap.xviii.
De Bactro camelo enormis magnitudinis a dæmone pleno. Cap.xix.
De Honore illi a ſancto antonio delato. Cap.xx.
De Studio ipſius.qui erga oium curam ſollicitus erat. Cap.xxi.
De Auari fratris deminutione.& largi iterum augmentatione. Cap.xxii.
De Virentis faſce ciceris.in cuius fetorem fratris qui miſerat auaritiam deteſtatus eſt. Cap.xxiii.
De Fletu uiri dei q ſe mirabiliter lamētabat.& beati antonii nūciaro deceſſu. Cap.xxiiii.
Quō ob frequētātiū multitudiné monaſterii locū deſerés ad ſolitudines cōuolauit. Cap.xv.
Deſcriptio habitationis beati antonii.& de miraculo in eius ortu facto. Cep.xxvi.
De Pluuiis præcibus beati hilarionis ipetratis.& multitudine ſerpentū depulſa. Cap.xxvii.
Quod inde etiam honores fugiens deceſſit.& de præuiſo aduentu gazenſium. Cap.xxviii.
De Hadriano eius diſcipulo.& cōtumacia eius iuſte punita. Cap.xxix.
De Hauderii filio a dæmone curato dum nauigaret ſiciliam. Cap.xxx.
Quō ad mediterranea loca fugerit ſub penuria & ſcutario quodā a dæmone liberato. Cap.xxxi.
De Quodā a morbo intercutis curato.& heſitio diſcipulo ipſum quærente. Cap.xxxii.
De Dracone magnitudinis miræ apud epidaurū dalmatiæ oppidū igne crematū. Cap.xxxiii.
De Impetu maris ab eo compreſſo. Cap.xxxiiii.
De piratis quos dum fugaret obuios habuit. Cap.xxxv.
De Immundis ſpiritibus hincinde cum inter cicladas nauigaret cōclamantibus. Cap.xxxvi.
De Hortulo cypri.ubi quinq; annis ante obitū hitauit.& paralytico ibidē curato. Cap.xxxvii.
De Teſtamento breui.quod ipſe manu propria ſcripſit heſitio. Cap.xxxviii.
De Vltimis ipſis ad aiam ſermonibus & ſepultura eius. Cap.xxxix.
De Heſitio qui corpus eius cum maximo diſcrimine furatus eſt. Cap.xxxx.
De Conſtantia deuota muliere.quæ corpus eius furatum audiens expirauit. Cep.xxxxi.

Prologus in uitam ſancti Hilarionis a ſancto Hieronymo fœliciſſime editā. Cap.i.

SCripturus uitā beati Hilarionis.habitatorem eius inuoco ſpiritum ſanctum. ut qui illi uirtutes largitus eſt.mihi ad narrandas eas ſermonem tribuat.ut facta dictis exæquentur. Eorum enim qui fecere uirtutes.ut ait criſpus.tanta habetur auctoritas.quantum eam uerbis potuere extollere preclara ingenia.Alexander magnus macedo.quem uel arietem uel pardum uel hircum capra rū daniel uocat.dū ad achillis tumulū pueniſſet.fœlicé te ait iuuenis. q magno frueris ꝓcone meritorum. Homero uidelicet ſignificās.Porro mihi tanti ac talis uiri conuerſatio uitaq; dicēda ē.ut homerus quoq; ſi adeſſet uel iuideret materiæ.uel ſuccumberet.Quanq; enim ſcūs epiphanius Salamiæ Cypri epūs.q cū Hilarione plurimū uerſatus eſt.laudem eius breui epiſtola ſcripſerit.quæ uulgo legit.tamē aliud eſt locis communibus laudare defunctum.aliud defuncti ꝓprias narrare uirtutes. Vnde & nos fauore magis illius q̄ in-

iuria cœptum ab eo opus aggrediẽtes.maledicoꝝ uoces conténimus.qui olim detrahentes paulo meo.nũc forte detrahent & Hilarioni.illum ſolitudinis calumniati.huic obiiciantes frequentiam.ut qui ſemper latu it non fuiſſe.q a multis uiſus eſt.uilis æſtimeť.Fecere hoc & maiores eoꝝ quondã phariſæi.qbus nec ioannis heremus ac ieiuniũ.nec domini ſaluatoris turbæ.cibi.potuſq; placuerũt.Verũ deſtinato operi imponã manũ.& ſcylleos canes obturata aure tranſibo.

De natiuitate & uita beatiſſimi hilarionis heremitæ ſanctiſſimi. Cap.ii.

Ilarion ortus uico Thabatha.qui circiter quinq; milia a gaza urbe palæſtinæ ad auſtrũ ſitus eſt. cum haberet parentes idolis deditos.roſa(ut dicit)de ſpinis floruit.A quibus miſſus alexandriã grammatico traditus eſt.Ibiq; quantum patiebať illa ætas magna ĩgenii & morum documenta p̃buit.in b eui carus omnibus & loquendi arte gnarus.Quodq; his maius eſt omnibus. credés ĩ dominum ieſum.non cyrci furoribus.non arenæ ſanguine.non theatri luxuria delectabať.ſed tota illi uolũ tas ĩ eccleſiæ erat congregatione. Cap.iii.

Vdiẽs autẽ tũc celebre nomẽ antonii qđ p̃ oẽs ægypti populos ferebať incẽſus. uiſẽdi eius ſtudio perrexit ad heremũ.& ſtati.ut eũ uidit.mutato priſtio habitu duobus fere mẽſibus iuxta eũ máſit.cõtẽplás ordiné uitæ eius.morũq; grauitatẽ.q̃ creber in oſone.q̃ humilis ĩ ſuſcipiẽdis fratribus.ſeuerus in corripiendis.alacèr ĩ exhortãdis eſſet & ut continẽtiã cibiq; eius aſpitaté nulla unq̃ ĩfirmitas frágeret.Porro frequentiá eoꝝ.q ad eũ ob uarias paſſiones.aut ĩpetus dæmonũ cõcurrebát. ultra nõ ſerés.nec cõgruũ eé dicens.pati ĩ heremo populos ciuitatũ. Sicq; ſibi magis icipiendũ eſſe. ut cœpiſſet ãtonius.illũ quaſi uiꝝ forté uictoriæ arma accipe.ſe necdũ mil taŕ cœpiſſe.reuerſus é cũ qbuſdã monachis ad patriá.& parentibus iá defunctis.ptem ſubſtantiæ fratribus.ptem paupibus largitus eſt.nihil ſibi oío ſeruás.timés illud de actibus apoſtoloꝝ ananiæ & ſaphyræ uel exẽplũ uel ſuppliciũ.maximeq; domini cæ ſentẽtiæ memor dicẽtis.Qui nõ renũciauerit oĩbus quæ habet.nõ põt meus eſſe diſcipulus.Erat autem annoꝝ.xv.ſic nudus & armatus ĩ xp̃o.ſolitudiné quæ ĩ ſeptimo miliario a Maiouia gazæ emporio p̃ littus eũtibus ægyptũ ad læuá flectiť.igreſſus é.Cũq; eẽnt cruẽta latrociniis loca & p̃pinqui amiciq; eius iminẽs piculũ denũciarẽt.cõtẽpſit morté.ut mortẽ euaderet.Mirabanť oẽs animũ.mirabanť ætatẽ.niſi q̃ flama q̃dã pectoris & ſcintilla fidei ĩ oculis relucebát. Lene s erant genæ.delicatũ corpus & tenue.& ad omnẽ iniuriam ĩpatiés.qđ leui uel frigore uel æſtu poſſet affligi. Cap.iiii.

Giť ſacco tantũ mẽbra coopertus.& pelliceũ habẽs ependiten.qué illi beatus antonius p̃ficiſcẽti dederat.ſagumq; ruſticũ inter mare & paludes uaſta & terribili ſolitudine fruebať.quindecim tãtũ caricas poſt ſolis occaſũ comedés.Et qa regio latrociniis ĩfamis erat.nunq̃ in eodé loco máſitás. Quid faceret diabolus?Quo ſe uerteret?Qui gloriabať ante dicens.in cælũ aſcendam. ſuper ſydera cæli ponam thronum meũ & ero ſimilis altiſſimo.cernebat ſe uinci a puero.& prius ab eo calcatum fuiſſe.quam p̃ ætatem peccare potuiſſet.Titillabat itaq; ſenſus eius & pubeſcendi corpori. ſolita uoluptatũ incẽdia ſuggerebat.Cogebať tyrunculus xp̃i cogitare.qđ neſciebat.& eius rei aío põpã uoluere.cuius expimẽta non nouerat.Iratus itaq; ſibi.& pectus pugnis uerberans.quaſi cogitationes ceſſione manus poſſet excludere.ego te ĩquit aſelle faciá ut nõ calcitres.nec te hordeo alam.ſed paleis.fame te cõficiã & ſiti.grauí onerabo põdere.p̃ æſtus ĩdagabo & frigora.ut cibũ potius q̃ laſciuiá cogites.Herbaꝝ ergo ſucco & paucis caricis.poſt triduũ uel quatriduum deficienté animá ſuſtentabat orans frequenter . & pſallens . & raſtro humũ fodiés.ut ieiuniorum laborem labor opis duplicaret.ſimulq; ſiſcellas iũco texés.æmulabať ægyptiorũ monachoꝝ diſciplinã.& apoſtoli ſententiam dicẽtis.Qui autẽ nõ opatur.non manducet. Sic attẽuatus. & ĩ tantũ exeſo corpore.ut oſſibus uix hæreret. Cap.v.

Vadá nocte cœpit ĩfãtũ audire uagitus.balatus pecoꝝ.mugitus boũ.pláctus q̃ſi mulieꝝ. leonũ rugitus.murmur exercitus.& rurſus uariaꝝ portẽta uocũ.ut ante ſonitu q̃ aſpectu territus cederet.Intellexit dæmonũ ludibria.& p̃uolutus genibus xp̃i.crucé ſignauit ĩ fronte.taliq; armatus caſſide.& lorica fidei circũdatus iacẽs fortius pĺibať.quodãmõ uidere deſiderás quos horrebat audiť.& ſollicitis oculis huc illucq; circũſpiciés.Cũ ĩteri ex ĩprouiſo.ſplẽdẽte luna. cernit rhedá feruẽtibus eqs ſup ſe irrueť.Cũq; ĩclamaſſet ieſũ.áre oculos eius repẽtio terræ hiatu põpa oís abſorpta é. Tunc ille ait Equũ & aſcẽſorẽ p̃iecit ĩ maŕ.Et hi ĩ curribus.& hi ĩ eqs.nos ãt ĩ noíe dei nr̃i magnificabimur. Cap.vi.

Vltæ ſũt tẽtatiões eius.& die noctuq; uariæ dæmonũ iſidiæ.q̃s ſi oẽs narrare uelim modum excedã uolumís.Quotiés illi nudæ mulieres cubáti.quotiés eſuriẽti largiſſimæ apparuere dapes? Interdum oráté lupus ullulás.& uulpecula gãniés trãſiliuit.pſallẽticq; gladiatoꝝ pugna ſpectaculũ p̃buit.& unus q̃ſi interfectus & ante pedes eius corruẽs.ſepulturã rogauit.Orabat ſemel fixo ĩ terrã capite.& ut natura fert hominũ abducta ab oſone mens neſcio qd aliud cogitabat.Inſiliit dorſo eius feſtius gladiator & latera calcibus.ceruicé flagello uerberás.Eia inqt cur dormitas?Cachinaſq; deſup.ſi defeciſſet.an hordeũ uellet accipe ſciſcitabať. Cap.vii.

Igitur a ſextodecimo uſq; ad uiceſimum ſuæ ætatis annum æſtus & pluuias breui tuguriunculo declinauit . quod iunco & carice texerat.Extructa deinceps breui cellula.quæ uſq; hodie p̃manet.latitudine pedum quatuor.altitudine pedum quinq;.hoc eſt ſtatura ſua humiliore porro longitudine paulo ampliore . q̃ eius corpuſculum patiebatur. ut ſepulchrum potius q̃ domum crederes . Capillum ſemel in anno die paſchæ totondit . Super nudam humum ſtratumq; iuncum . uſq; ad mortem cubitauit. Saccum quoq; ſemel fuerat indutus nunq̃ . lauans & ſuperfluum eſſe dicens . mundicias in cilicio quærere . Nec mutauit alteram tunicam . niſi cum prior penitus ſciſſa eſſet.

Scripturas quoq; sanctas memoriter tenēs.post orationes & psalmos quasi deo p̄sente recitabat.& quia lon gum est p diuersa tpa carptī ascensum eius edicere.cōprehendā breuiter.ante lectoris oculos uitam eius pariter exponens.& deiceps ad narrandi ordinem regrediar. Cap.viii.

conuertent. Confessio enī & pulchritudo coram eo:ut q̄ sua confessus fuerit peccata.& dixerit. Putruerūt & corruptæ sunt cicatrices meæ a facie īsipientiæ meæ:fœditatē uulnerū in sanitatis decorē cōmutet. Qui enī abscondit iniquitatē suā:non ꝓsperabit. Achab rex ipiissimus uineā nabuthæ cruore possedit:& cū hiezabel non tā coniugio sibi q̄ crudelitate coniuncta:heliæ īcrepatione corripit. Hæc dicit dominus. Occidisti:& possedisti. Et itē. In loco quo lixerūt canes sāguinē nabuthæ,ibi lingent sanguinē tuū.& hiezabel canes comedent ante muros israel. Quod cum audisset achab.scidit uestimenta sua.& posuit saccum sup carnem suam:ieiunauitq̄ & dormiuit in cilicio. Factusq̄ est sermo domini ad heliam dicens. Quoniam reuersus est achab ad humilitatē mei causa:nō īducā malū ī diebus eius.sed filii sui.qa licet peccasset unū scelus achab & hiezabel.tamen conuersi achab ad pniam pœna differt ī posteros.& hiezabel ī scelere pseueras p̄senti iudicio condēnat. Loquit dominus ī euangelio. Viri niniuitæ surgent ī iudiciū cū generatione hac. & condēnabunt eā:qa egerunt pniam ad p̄dicationem ionæ. Et itē. Non ueni uocare iustos. sed pc̄tōres ad pniam. Dragma perit:& tamē īuenit ī stercore. Nonagintanouem oues relinquūt in solitudine.& una ouis quæ aberrauerat:pastoris humeris reportat. Vnde & lætitia angelorum est sup uno pc̄tōre agente pniam. Quanta fœlicitas,ut de salute nr̄a exultēt celæstia? de quibus dicit. Pniam agite. appropinquabit enim regnum cælo. Nullum ī medio spacium. Mors & uita sibi contraria sūt:& tamē pnīa copulant. Luxuriosus filius totā ꝓdegerat substantiam.& ꝓcul a pr̄e uix porcorū cibis ī ediā sustentabat. Reuertit ad parentem.īmolat ei uitulus saginatus,stolā accipit & annulum.ut x̄pi recipiat fundamentū.quod dudum polluerat. & audire meret. Candida sint semper uestimenta tua. Receptoq̄ signaculo dei,ꝓclamet ad dominū. Pr̄ peccaui in cælum.& coram te.& reconciliatus osculo dicat ad eum. Signatum est super nos lumen uultus tui domine. Iusticia iusti non liberabit eum ī quacūq̄ die peccauerit.& iniquitas iniqui non nocebit ei quacūq̄ die conuersus fuerit. Vnumquēq̄ iudicat deus,sicut īuenerit,nec p̄terita considerat.sed p̄sentia,si tamen p̄terita crimina nouella conuersione mutent. Septies cadit iustus:& resurgit. Si cadit.quomodo iustus? Si iustus quomodo cadit? Sed iusti uocabulum non amittit.qui p pniam semp resurgit. Et nō solum septies. sed septuagies septies delinquenti,si conuertat ad pniam:peccata donant. Cui plus dimittit:plus diligit. Meretrix lachrymis pedes saluatoris lauat.& crine detergit.& in typū ecclesiæ de gentibus cōgregatæ meret autdire. Dimittunt tibi peccata tua. Pharisæi iusticia pit supbia.& publicani humilitas confessione saluat. Per hieremiā testat deus,ad sūmam loquar contra gentem & regnum:& eradicem & destruam & dispердam illud. Si pniam egerit gens illa a malo suo quod locutus sum aduersū eam,agā & ego pniam super malo: qd' cogitaui:ut facerem ei. Et ad summā loquar super gētem & regnū:ut ædificē:& ut plantē illud. Si fecerit malum in conspectu meo:ut non audiat uocē meam:pniam agā sup bono quod locutus sum ut facerem ei. Sat timq̄ infert. Ecce ego fingo contra uos malum:& cogito contra uos cogitationem. Reuertat unusquisq̄ a uia sua mala.& dirigite uias uestras & studia uestra:qui dixerunt. Desperauimus:post cogitationes enim nostras ibimus.& unusquisq̄ post prauitatem cordis sui malum faciemus. Symeon iustus in euangelio loquit. Ecce hic positus est ī ruinam & in resurrectionem multorū. In ruinam uidelicet peccatorum. & in resurrectionē eorū q̄ agunt pniam. Apostolus scribit ad corinthios. Audit inter uos fornicatio, qualis ne inter gentes quidem.ita ut uxorem pr̄is aliquis habeat.& uos iflati estis.& non magis luctum habuistis ut tollat de medio uestrum,qui hoc opus fecit. Et in secunda ad eosdem epistola ne abundantiori tristitia pereat.q eius modi est,reuocat eum & obsecrat:ut confirmet super illum charitatem. Et qui incestu pierat: pnīa conseruet. Nullus quidem mundus a peccato:ne si unius quidem diei fuerit uita eius. Quāto minus mūdi numerabiles erunt anni uitæ illius? Astra quoq̄ ipsa nō sunt munda in conspectu eius.& aduersum angelos suos puersum quid excogitauit. Si ī cælo peccatum,q̄to magis in terra. Si delictum in his q̄ carent tētatione corporea,q̄to magis in nobis,qui fragili carne circūdamur.ut cum apostolo dicamus,miser ego. quis me liberabit de corpore mortis huius. Nō.n.hitat ī carne nr̄a bonū:nec agimus qd' uolumus:sed qd' nolumus ut alud anima desideret:aliud caro facere cogat. Quod si quidā iusti appellant in scripturis. & non solum iusti, sed iusti in conspectu dei:iusta illam iusticiam appellant iusti,iuxta quam supra dictum est. Septies cadit iustus.& resurget. Et iuxta quod iniquitas iniqui non nocebit ei in quacūq̄ die conuersus fuerit.cui desperandum est. Denicq̄ & zacharias pater ioannis qui scribit iustus peccauit in eo q̄ non credidit:& statim silentio condēnat. Et iob qui iustus & imaculatus ac sine q̄rela ī pricipio uoluminis sui scribit,postea & dei sermone:& confessione sui.pc̄tōr arguit. Si abrahā,isaac & iacob prophetæ quoq̄ & apostoli,nequaq̄ caruere pecato,si purissimum triticum habuit mixtas paleas,quid de nobis dici potest.de q̄bus illud scriptū est. Quid de paleis ad frumentū dicit dominus.& tamen paleæ futuro reseruant incendio.& zizania hoc tempore mixta sunt segetibus frumentorum:donec ueniat q̄ habet uentilabrum ī manu sua:& purgabit aream.ut congreget triticum ī horrea:& q̄sq̄lias gehennæ igne cōburat. En hæc omnia quasi pulcherrima scripturarum prata discurrēs ī unum locum uolui congregare.& de speciosissimis floribus coronam tibi texere pniæ. quam īponas capiti tuo:ut assumas pennas columbæ. & uoles & requiescas:& clæmentissimo reconcilieris pr̄i. Narrauit mihi uxor quondam tua.nunc soror atq̄ conserua.q̄ iuxta p̄ceptum apostoli ex cōsensu abstinuerītis uos ab ope nuptiarū.ut uacaretis orationi.tuaq̄ rursū uestigia quasi ī salo posita fluctuasse.imo ut aptius loquar esse ꝓlapsa. Illam audisse a domino cū moyse:tu uero hic sta mecum.& dixisse de domino. Statuit supra petram pedes meos.tuam domum.quæ fundamenta fidei solida non habebat.postea diaboli turbine concidisse.porro illius pstare ī domio.& suum tibi hospitium nō negare:ut cui prius coniunctus fueras corpore.nūc spū copuleris. Qui enī adhæret domio.unus spūs est. Cūq̄ uos rabies barbarorum & iminens captiuitas separet.iub iusiurandi testificatione pollicitus es.ut ad sancta transeuntem [illegible] statim uel po-

ſtea ſeq̃reris.& ſeruares aniam tuã.quam uiſus eras negligentia ꝑdidiſſe.Redde igit̃ quod præſente domĩo ſpopondiſti. Incerta eſt uita mortalium.ne ante rapiaris.q̃ tuam ipleas ſponſionem.Imitare eam: quam docere debuerat.Proh pudor.fragilior ſexus uincit ſæculum.& robuſtior ſupat̃ a ſæculo.Tanti dux fœmia facti eſt.& non ſequeris eam.i cuius ſalute candidatus es fidei.Quod ſi te rei familiaris tenent reliqæ.ut ſcilicet mortes amicoꝝ & ciuium uideas.& ruinas urbium atq; uillaꝝ. ſaltem iter captiuitatis mala. & feroces hoſtium uultus.& ꝓuiciæ tuæ iſinita naufragia teneto tabulam pniæ.& memento conſeruæ tuæ:quæ tuã quotidie ſuſpirat ſalutem.Tu uagaris i pria:imo non patria.qa patriam perdidiſti.Iſta pro te i locis uenerabilibus reſurrectionis & crucis.& icunabulorũ domini ſaluatoris.i qbus paruulus uagiit tui noĩs recordat̃. teq; ad ſe orationibus trahit.ut ſi non tuo merito:ſaltẽ huius ſalueris fide.lacebat quondã paralyticus i lectulo:& ſic erat cunctis artubus diſſolutus:ut nec pedes ad igrediendũ:nec manus mouere poſſet ad ꝓcandũ:& tamen proferẽ ab aliis:& reſtituiẽ priſtinæ ſanitati:ut portaret lectulum:q dudum portabat̃ a lectulo.Et te igit̃ abſentem corpore:ꝑſentem fide offert conſerua tua domino ſaluatori.Et dicit cum chananea Filia mea male uexat̃ a dæmonio.Recte igit̃ appellabo animã tuam : filiã aiæ eius:quæ ſexus neſcit diuerſitatẽ:qa te quaſi paruulũ:atq; lactentẽ:& necdũ ualentẽ ſumere ſolidos cibos:inuitat ad lac infantiæ :& nutricis tibi alimenta demonſtrat:ut poſſis dicere cum ꝓpheta.Erraui ſicut ouis ꝑdita:qre ſeruum tuũ:quoniam mandata tua non ſum oblitus.

Obiurgatio beati Hieronymi preſbyteri acerrima in ſuſannam uirginem a diacono corruptam.& in fornicationem ſacrilegiumq; prolapſam:ubi enumerat quantum bonum amiſerit. & in quantum malum inciderit.

Vto leuis eſſe crimen ubi homo peccatum ſuũ confiteꝫ.q̃ ubi celans mala inuitus detegiꝫ.& nolens publicaꝫ.Quid agis ſuſãna?Quid cogitationibus æſtuans?Quid nõ erũpis in uocem.& mẽtis tuæ exponis ardorem.ut aliqd ſolatiũ capias?Hoc plane hoc erit quaſi remedium quoddam ægritudis tuæ:ſi apto ore conceptũ digeras ſcelus.Nam & ulcus cum fuerit tumidum.q̃uis ſuppuratum:euaporans ꝑſtat refrigerium paſſioni.Audite nũc qui ꝓpe eſtis.& q longe.qui timetis deum. & ecclefiæ eius gaudio cõgaudetis & triſtitiæ collugetis ſicut ſcriptum eſt.Gaudere cum gaudentibus:flere cum flentibus.Vos inq̃ appello.qui cicatricem xp̃i ueriſſimam retinetis & non ſup iniqtate gaudetis:ſed potius igemiſcitis.Aduertite potius uerba oris mei.& an iniuſto ex dolore ꝓcedant iudicate:& detecti ſceleris qualitatẽ mecum pariter phorrete.Virgo nobilis & dicata xp̃o.ſapiens.eruditaruit in foueã turpitudis: cõcepit dolorem.& pepit iniquitatẽ.Hic ois aia xp̃iana graue uulnus accipit.qa datũ eſt canibus ſanctum:& margaritæ miſſæ ſunt ante porcos . A falſis enĩ hoĩbus laceratũ eſt nomen ſanctitatis:& ab imundis & luteis,ppoſitum caſtitatis.Hic æſtus aiæ meæ.Hic inſanabilis eſt dolor.quia unum malum bona plurima ſecum trahit & unius nubecula peccatricis totam lucem pene obſcurauit eccleſiæ.Audite me omnes populi:& uidete dolorem meũ.Virgines meæ & iuuenes mei abierũt in captiuitatem.Vere hæc eſt captiuitas,ubi aiæ peccatorum captiuæ ducunt̃.Aſſumam ergo ſermonem ꝓpheticum:& flebiliter dicam.Ad te nunc mihi meus ſermo ſit.quæ caput hoꝝ & cauſa malorum es:quæ multipliciter miſera cum gloria uirgitatis nomẽ etiam ꝑdidiſti.Nefas enim eſt ſuſannã uocari non caſtã.Non licet nominari:qd̃ non eſt.Vnde incipiam?Quid primum,qd ultimum dicam?Bona cõmemorẽ quæ ꝑdidiſti.an mala defleã.quæ inueniſti?Eras uirgo i paradiſo dei:utiq; inter eccleſias eras ſponſa xp̃i.Eras templum domini.eras habitaculum ſpiritus ſancti.& cũ dico totiens eras.neceſſe eſt.ut totiens igemiſcas.qa nõ es qd̃ fuiſti.Incedebas in eccleſia tanq̃ columba illa: de qua ſcriptũ eſt.Pẽnæ columbæ deargentatæ:& poſteriora dorſi eius in ſpecie auri.Splendebas ut argentum.fulgebas ut auꝝ:ſincerã conſciam ꝓferebas.Eras tanq̃ ſtella in manu domini.nullum uentum. nullas nebulas ptimeſcens.Quæ eſt iſta ſubita conuerſio? Quæ eſt iſta repentina mutatio?De dei uirgine facta es corruptio ſathanæ.de ſponſa xp̃i facta es ſcortũ execrabile.de templo domini fanũ imunditiæ:de habitulo ſpiritus ſancti tuguriũ diaboli.Quæ icedebas cum fiducia ut columba:nũc lates i tenebris ut ſtellio. Quæ fulgebas ut auꝝ pp uirgitatis decorẽ.nunc uilliot facta es tanq̃ lutũ plateaꝝ.ut etiã indignoꝝ pedibus conculceris.Quæ fueras ſtella radians in manu domini:ueluti de alto ruens cælo conuerſa es in carbonẽ nigrũ. Ve tibi mitera,& iterum ue:quæ tanta bona parua tpis luxuria ꝑdidiſti.Quã tibi ſpem apud xp̃m dominũ reliqſti.cuius mẽbra tollẽs feciſti membra meretricis?Quis te ſpũs ſctũs uiſitabit.cũ eũ repudiaueris .q ſe a cogitationibus quoq; ſordidis lõge facit?Sed ueniãus ad hũana:ut illa diuia cognoſcant̃. Aſpice q ſanctoꝝ. quæ ſanctarum tibi approximare non horrent?Aperi oculos ſi potes,erige frontem.ſi audes aliquem ſãctorum fiducialiter intuere.Nonne tuam faciem conſciæ commiſſa tanq̃ plumbũ inclinant & p̃munt?Nonne tenebræ ante oculos ut dura caligo uerſant̃?Nõne timor & tremor animam tuam & membra tua quaſſãt? Si ergo homines i carne conſtitutos & alicuius forſitan delicti obnoxios non potes intueri.graui utiq; confuſiõe ſepulta.quid facies coram helia & daniele & tantorum exercitu ꝓphetarum.Quid facies corã maria. Quid facies corã ioãne & tecla & agnete,& imaculato thoro puritatis. Quid dẽiq; facies corã ãgelis ſãctis. Nonne ſplẽdore & claritate immaculatorum quaſi fulminibus percuſſa combureris.Sed dictura es forſitan.non potui ſuſtinere,quia carnem fragilem circunferebam.Reſpondebit tibi beata tecla:cum ſuis innumerabilibus ſociabus.& nos eadem carne amictæ fuimus.nec tamen plenum propoſitum caſtitatis noſtræ fragilitas carnis potuit mutilare:aut ſæua ara tyrãnorum p uaria tormenta deiicere. Re uera non poteſt caro corrũpi:niſi mens fuerit ante corrupta.Remanebit ergo in crimine anima:quæ carnem præcedit in crimine.Sed dicis.Nolui hoc malum:paſſa ſum uiolentiam.Reſpondebit tibi illa fortiſſima ſuſanna. cuius tu nomen fallaci[illegible]las.Ego iter duos preſbyteros poſita,inter duos utiq; iudices populi:ſola inter ſiluas

paradiſi conſtituta uinci non potui.quia nec uolui.Tu ab uno iuuene ineptiſſimo adoleſcente in media ci- 342
uitate. quomodo uim potuiſti perferre.niſi qa ultro uiolari uoluiſti.Quis deniq; tuas uoces audiuit. Quis colluctationes ſenſit.Vt autem hæc omittã.poſt illatã uiolentiam detegere ſcelus:ſi non aliis uel parentibus uel tuis ſororibus debuiſti. Eſſet enī excuſatio ifœlicitatis:eſſet conſciæ plena purgatio:ſi hoſtem pudicitiæ deduxiſſes in publicum.Sed erubuiſti ne forſitan te uiolatam multi cognoſcerent. Et ut quid timuiſti, ubi non erat timor.niſi ut tacendo crimen cum adultero ſæpius te ſociares.Quis te autem pudor ꝓhibuit confiteri.Quid de ſecunda commixtione dicis.quid de tertia.Quid de frequẽti commercio fœditatis.Ceſſat ceſſat iam uiolentiæ figmentum:ceſſat ruboris argumentum:ubi totiens membra dicata chriſto ſceleſti medici tui uiſceribus polluenda præbuiſti.Horret horret animus.mẽs hebeſcit:cum ad imum ſceleris pue nit̃.Nam & medicus:q̃uis fortis ſit animi:tamen cum altius ſecabit̃ uulnus:puto ex parte aliqua ſuſtinebit horrorem.Heu pdita.Iam ne intelligis omnes tibi uias excuſationis penitus clauſas.Iam ne ſentis quantum tibi mali.& in carne & in anima nefaria libido contulerit.Non iſtam de te confuſionem tuus expectauerat pater.qui te ſibi ſingularem gloriam computabat.Nõ huc luctũ & has lachrymas ex te ſibi crediderat tua naſci mater:quæ partus ſui gemitus per tuam uirginitatem ſolabat̃.Non fratres tui:non ſorores.hoc ex te dedecus expectabant:quos omnes uno gladio tui ſceleris grauiter ſauciaſti.Si fuiſſes cõmuni ſorte defũcta fleſſent te ad modicum parentes:ſed exultaſſent gaudentes.quia imaculatã præmiſerant uirginem hoſtiam uiuam domino propiciatricem ſuorum uidelicet delictorum.Nunc plangunt mortuam & non mortuam: plangunt uiuam & non uiuam.Mortuam utiq; gloria uirginitatis::uiuam dedecore turpitudinis. Ingratus eſt pater ſuis uiſceribus:de quibus ſeminata es.Maledicit mater ſuo utero: ex quo in hanc lucem ifœliciter proceſſiſti.Nec tamen modum ſuo dolori reperiunt:niſi hoc plane ſolum uident̃ ſibi habere ſolatium:quia nec te pater cõpulit:nec mater coegit ut uirginitatem profitereris.quam ultro & propria uoluntate ꝓfeſſa es.Nam ſcio cum multas difficultates tua genitrix proponeret:cum arduum eſſet iter ſeruandæ uirginitatis integræ:te non ſolum ꝓtinaciter reſtitiſſe:ſed etiam reuelationes tibi datas dixiſſe terribiles.In q̃tum ergo mercedem ſibi ſperabant:ex quo non tuo propoſito reſiſterent:in tantum tibi mifera intellige põdus iudicii creſcere.quia non ſeruaſti quod ultro promiſiſti.Quibus te ſpinis ſerpens ille nequiſſimus obligauit? Quibus te uenenis ifecit ille qui euã decepit:ut tanta te cæcitate ꝓcuteret.ut tantã animæ tuæ faceret obliuionem? Non es memorata diem ſanctum:diem dominicæ reſurrectionis:in quo diuino altari te obtuliſti uelandam. In tanto nãq; ſolemni conuentu eccleſiæ dei.inter limina neophitorum.inter candidatos regni cæleſtis quaſi regina regi nuptura ꝓceſſeras.Non es memorata:qualis ad te die illo eſt facta allocutio. Aſpice filia.intuere uirgo:quantus ad ſponſi tui & domini gloriam conuenerit populus:ſeruare te oportet fidẽ: quam ſub tantis teſtibus polliceris.Semper cogita cui uirginitatem ſpoponderis tuam. Facilius te oportet ſanguinem cum ſpiritu fundere.q̃ perdere caſtitatem.Quantis in illo die conſecrationis tuæ dictis.& multis ſuper caſtitatem p̃coniis ſacro uelamine tecta es? Vbi omnis populus dotem tuam non attramento :ſed ſpiritu pariter clamauit. Amen. Vincor lachrymis:cũ hæc recordor.cõpungor ſtimulis:cum ad hæc humana exempla conſidero.Nam ſi tredecim teſtibus ſponſalibus cõſumatis:quæuis fœmina uiro coniũcta moritali:non ſine magno periculo ꝓpetrat adulterium.Quid putas fore cum inter innumerabiles teſtes eccleſiæ coram angelicis exercitibus cæli.facta copula ſpiritalis per adulterium ſoluit̃.Neſcio ſi poſſit eſſe condigna mors ac pœna cogitari.Dicit aliq̃s.Melius eſt nubere q̃ uri. Hoc dictum ad non pollicitã ptinet:ad nondũ uelatam. Cæterum quæ ſe ſpopõdit xp̃o:& ſanctum uelamen accepit:iam nupſit.Nam immortali iuncta ẽ uiro:& iam ſi uoluerit communi lege coniungi adulterium perpetrat.ácilla mortis efficit̃.Si hoc ita eſt. qd de ea dicendum eſt.quæ occulta.furtiuaq; turpitudine conſtuprat̃.& fingit ſe eſſe quod non eſt.Habitu uirgo.facto non uirgo.bis adultera.& in aſpectu.& in actu.Sed ad te iterum redeo. quæ obliuionem tantorũ paſſa bonorum es:& receptaculum tantorum facta malorum es. Quomodo tibi in actu ignominioſo illo non ueniebat in mentem habitus uirginalis.proceſſus ad eccleſiam inter uirgineos choros.Quomodo oculos tuos non perſtringebat lux uirginalis.aures tuas non penetrabat hymnorum ſpiritalium cantus. mentẽ tuam non uentilabat lectionum cæleſtium uirtus.Hinc uel maxime clamante apoſtolo.Fugite fornicationem.Quia omne peccatum quod fecerit homo:extra corpus eſt.qui autem fornicat̃.i corpus ſuum peccat. Et cum dicit in corpus ſuum:tamen in xp̃o cum peccare demonſtrat:quia ſubiungit.Non eſtis ueſtri. Empti enim eſtis prætio magno:glorificate & portate dominum in corpore ueſtro.Et iterum dicit.Fornicatio autẽ & imunditia nec nominet̃ inter uos:ſicut decet ſanctos.ſepoſita omni adulatione ſententiam figit apoſtolus.Hoc ſcitote inquit intelligentes:quia omnis fornicator aut imundus non erit hæres in regno xp̃i & dei.Hæc tanta & tam terribilia non ueniebant in mentem:cum illud opus nefarium tua membra peterent, ſed mortifera te obliuio tanq̃ in gurgitem altiſſimum demergebat:& quaſi captiuam execrabilis libido ducebat.Nonne uel illum locum tabulis ſeparatum.in quo in eccleſia ſtabas recordari debuiſti.ad quẽ religioſæ & nobiles matronæ certatim currebant.tua oſcula petentes.quaſi ſanctioris.quaſi dignioris. Vel illa ꝓcepta quæ oculis tuis ipſe ſcriptus paries ingerebat:recordari debuiſti.Diuiſa eſt mulier & uirgo.Quæ non ẽ nupta:ſollicita eſt quæ domini ſunt.quomodo ſit ſancta corpore & ſpiritu.Tu autem in contrarium uerſãs ita agebas:ut nec corpore eſſes ſancta:nec ſpiritu.Corpore quidem fornicando:ſpiritu autem uirginitatem mentiendo.Proh nefas:ſolet fama ſubſequi factum.tua autem malum fama præuenit.Nam cum ante trienium rumor quidam & ſuſurratio de te fuiſſet:tu ſincæritatem prætendebas:& uindictam de maledicis in eccleſia publice poſtulabas.Quos æſtus ego ſuſtinui.Quos pater tuus pro tua ſuſtulit opinione labores,requirentes,ſingulos aſtringẽtes.ut auctorem infamiæ inueniremus:Graue enim erat nobis & intollerabile

de dei uirgine uel turpe aliquid dici.nec hoc uerita es:nec ante oculos habuisti:ut uenires inimicis in gaudium:& eos haberes infensos.qui ꝑ tua opinione laborabãt.Multũ audax multũq; temeraria es. si te conscientia non terret.ut simulata uirginitate putares te etiam dominum posse fallere:qui dixit. Nihil occultũ quod nõ reueleꝫ.Et uos inquit fecistis in occulto.ego autẽ faciam in manifesto.Ille qui non mẽtiꝫ: furtiuũ scelus deduxit in plublicum:& in conspectu solis huius tenebrarum tuarum opera nudauit. O iquit qui ꝑtendit sermonem.crudeliora ĩcurrit:& cupiẽs moderari non iuenit.Oblita ergo propositum.oblita parẽtes. oblita ecclesiam totã.oblita gloriam uirginitatis.oblita honorem dignitatis etiã ꝑsentem.oblita ꝓmissionẽ regni.oblita terribile iudicium.amplexata es corruptionem.ꝓtulisti fructum confusionis:finem uero mortem sæuissimam & interitum sempiternũ.Et certe non habes ꝙ de nostra negligentia cõqueraris. quodcũq; enĩ ad officium ꝓtinuit pastoris.& tibi:& oĩbus non negatum est.dilectio specialis adhibita. cõmonitio sancta non defuit. oblita domũ ꝑris.sicut scriptũ est:Ad monasterium uirginale transisti.ut inter tot posita non solum dico tuta esse debuisti si uoluisses:sed etiam de aliis tutelam præstare debuisses.Sed frustra hæc talia sunt ꝓuisa.frustra hymnum uirginitatis exposui:ꝙ gloriam ꝓpositam & obseruantiã pariter decantares.Semiaui secus uiam:semiaui in spinis:seminaui in petrosa.Aut ex corde tuo uerbum meum uolucres.i. dæmones rapuerunt.aut malis tuis cogitatiõibus suffocatum est.aut aruit nimio ardore libidinis.Heu me: quia ubi me putabam aurum & argẽtum lapides ꝑciosos iuenire:inueni ligna.fœnum:stipulam.arsuras materias laborasse.Dicam & ego secundum prophetam.Heu me:quia factus sum sicut qui colligit stipulam ĩ messe.Et quidem si tibi sola damnum feciſſes.erat quidem tristitia:sed forsitan tolerabilis.Nunc uero quãtas animas hoc tuo scelere sauciasti?Quantas animas propter te de proposito suo pœnitere feciſti? Quanta labia etiam fidelium inquinata sunt uiam domini blassemando?Aperuit in nos gentilitas os suum. Aduersus ecclesiam sanctam synagoga iudæorum per tuum dedecus exultauit.Quod si is qui unum scandalizauerit.mola circũdatus ꝑcipitari debet in mari.quid de te ꝓnũcias.de cuius scelere omnis anima sauciata ẽ. & nomen domini in gentibus blassematum?Nonne quotiens dicit uirgo.totiens ibi cumulus iniquitatis accrescit? Taces:ecce uulnerata iaces:ecce ꝓstrata.Cupio ꝓdesse.subuenire non possum. quia totum caput in dolore:& totũ corpus ĩ mœsticia a pedibus usq; ad caput.sicut ait esaias.non est malagma ĩponere: infirmitas tua omne humanæ medicinæ excedit auxilium.Et licet tam boni q̃ mali iusta indignatione permoti:te oĩ de populatione decoratam:omni tormentorum genere discruciatam iudicent morte mulctãdã: aut ignibus exurendã.Ego tamen q̃ scio grauiora facinoris seruari tormenta:& sine fine in ipias animas manere cruciatus.non temporalem uticq;:non animam ꝓditurus ego:sed secundum diuinã sententiam dabo consilium.Solũ enĩ & unicũ tentandum est remedium illud:qd' diuina uox ꝑ ezechielem miseris porrigit.Nolo morteꝫ inqt peccatoris:tantum ut conuertaꝫ & uiuat.Et iteꝝ.Post hoc inqt dixi.Cõuertere ad me.Nũqd resina nõ ẽ in galaad:aut medicus nõ est tibi.Quaꝫ nõ ascẽdit sanitas filiæ populi mei?Hæc itaq; dicta pœnitentiam sapiunt:hæ sententiæ dei uocant ad pœnitentiam:reuocant ab errore.Pœnitudo ergo est necessaria medicaminũ.Sed quanta putas & qualis necessaria.ut aut æquet crimẽ.aut certe excedat? Vide ergo si simplex hoc peccatum adulterii est:aut duplex.si ꝑ illã necem quæ facta dicit in occulto:& secundum conscientiæ molẽ exhibenda est pœnitentiæ magnitudo.Pœnitẽtia autẽ non uerbo agenda est. sed facto. Hæc aũt sic agit:si tibi ante oculos ꝓponas.de q̃ta gloria lapsa fueris.& de quo libro uitæ nomẽ tuũ deletũ sit:& te iã positã credas ꝓpe ipsas tenebras exteriores..ubi erit fletus oculoꝝ.& stridor dẽtiũ sine fine.Cũ hæc certa fide sicut ẽ.aio cõceperis.qa necesse est peccatricẽ animã tartareis pœnis.& gehẽnæ ignibus tradi.nec aliud esse remediũ cõstitutũ post unicũ baptisma q̃ pœnitentiæ solatiũ.quãtũuis laboré & indecoré iræ subiꝫ contẽde.dũmõ ab æternalibus pœnis libereris.Ergo hæc tecũ cogitãs:& mẽte cõtractãs facti tui ipsa iudex esto crudelior.In primis oĩs cura uitæ huius ĩtermittẽda ẽ tibi.& q̃si mortuã te existima sicut es.quõ possis reuiuiscere cogita.Deide lugubris tibi accipiẽda ẽ uestis:& mẽs & mẽbra singula digna castigatiõe puniẽda. amputenꝫ crines:q ꝑ uanam gloriam occasionẽ luxuriæ ꝑstiterũt.Defluãt oculis lachrymæ:q masculũ non simpliciter aspexerũt.Pallescat facies.quæ quondam irrubuit ipudice.Totũ deniq; corpus iniuriis & ieiuniis macereꝫ.cinere aspersũ & cilicio ꝓhorrescat.qa male sibi de pulchritudie placuit.Cor uero sit liq̃scẽs tanq̃ cera ĩ ieiuniis inqetãs seipsũ:& cogitatiõibus uẽtilãs q̃re sit ab initio ĩbuersũ.Sẽsus etiã cruciꝫ: qa ĩ mẽbra corporis cũ hr̃et dominationem malũ gessit iperiũ. Talis actio pniæ si fuerit ꝑseuerãs.audebit hic ꝑpere si nõ gloriã:certe pœne euacuationem.Dicit.n.deus.Conuertimini ad me: & cõuertar ad uos. Conuertimini in toro corde uestro.in ieiunio.& fletu.& luctu.dirũpite corda uestra & nõ uestimenta: qa deus pius & misericors est.Sic conuersus ille magnus dauid iustificatus est..Sic niniue peccatrix illa ciuitas incũbentẽ sibi inuasit interitũ.Peccator ergo si sibi non pepcerit.a deo illi parceꝫ:& si futuras pœnas gehẽnæ ꝑpetuas ĩ hoc paruo uitæ spatio cõpẽsauerit.seipsũ ab æterno iudicio liberabit.Grandi plangæ alta & ꝓlixa opus est medicina.Grande scelus grandem habet necessariã satisfactionẽ.Nõ est dubiũ leuius esse crimẽ:ubi hõ peccatũ suũ ultro confiteꝫ pœnitẽs.At ubi cælans mala sua inuitus detegiꝫ.& nolẽs publicaꝫ.illud grauius sceleus est.qd' uticq; tibi ꝓuenisse negare nõ poteris.Et ideo fortius est dolendũ:qa peccatũ est fortius.Si mente cernerẽt hoies:quale iudiciũ emittet deus mũdo:sensus humanus non dispargereꝫ uanitate sæculi si nõ infidelitate grauarenꝫ.Quãtũuis & qualẽuis cruciatũ ad præsens.libẽtissime sufferrẽt.etiã si esset longior uita: dũmõ illas pœnas æterni ignis nõ ĩcurrerẽt.Sed tu quæ iã ĩgressa es agonẽ pniæ.insiste misera. fortiter ihære.tanq̃ naufragus tabulæ:sperãs ꝑ ipsã te posse de ꝓfũdo criminũ liberari.Inhære pniæ usq; ad exitũ uitæ tuæ.nec tibi ꝑsumas ab humano die ueniã dari:qa decipiet te.qcunq; tibi hoc polliceri uoluerit. Quæ enĩ ꝓprie ĩ domio peccasti:ab illo solo quære remedium.

Vertit ſtilum loquendi ad iuuenem qui ſcelus commiſerat.

E te autem quid dicam fili ſerpentis.miniſter diaboli.uiolator templi dei.qui in uno ſcelere duo crimina perpetraſti.adulterium utiq; & ſacrilegium.Plane ubi uas chriſto oblatum.domino dedicatum.dementiæ temeritate polluiſti.Balthaſar rex ille perſaꝝ:quia i uaſis dominicis . quæ de templo hieruſalem fuerant a patre eius ſublata.bibere cum ſuis amicis & concubinis uſurpauit. ipſa nocte angeli manu percuſſus.crudeli morte punitus eſt.Quid de te arbitraris perdite pariter & proditor.qui uas rationabile conſecratum chriſto ſanctificatum ſpiritu.temeritatis impio ſacrilegio polluiſti. Et tui propoſiti īmemor.& iudicii diuini cōtemptor.Melius enim fuerat te fuiſſe nec natum.ut te ſibi gehenna ꝓprium filium uendicaret.Et licet teipſum conſciētia ſceleris agat per diuerſa p̄cipitem.fugit enim impius nemine perſequente.licet & duræ peccati imagines dormientem quoq; perterreant necdum uigilantē tamen cum neq; a paſtore etiam oui morbidæ uel morituræ denegatum ſit pœnitentiæ remedium.do cōſilium.petas ultro carcerem pœnitentiæ.obruas cathenis uiſcera.aiam tuā gemitu ieiuniiſq; diſcrucies.ſanctorum petas auxiliū.iaceas ſub pedibus electoꝝ.ut non tibi per cor impœnitens theſaurizes iram in die iræ.& iuſti iudicii.qui reddet ſingulis ſecūdum opera ipſorum.nec te in eorum numero conſtituas.quos luget paulus.Qui ante peccauerunt inquit.& non egerunt pœnitentiam ſuper īmundiciam . fornicationem. & libidinem.quā geſſerunt.Nec tibi de multitudine peccantium ſimilium blādiaris.& dicas. Nō ſolus hoc egi:multos habeo ſocios.ſed recogita:quia multitudo ſocioꝝ impunitatem non facit criminū.Nam in Sodoma & Gomorra & in totis quinq; ciuitatibus īnumerabiles utiq; habitabāt . Sed ecce omnes pariter qui libidinoſe corpora ſua tractauerunt:imbribus igneis conflagrati ſunt.Solus aūt Loth de illo ineuitabili incendio effugit:quia ab illa turpitudine ſe p̄ſtiterat alienū.Exclude ergo uel nūc infœlix de corde tuo blandimenta ſerpentis.& luctu & fletibus dum in corpore tuo immūdo anima illa tenebroſa uerſatur : remedium tibi in die neceſſitatis acquire.ſemper ante oculos habens apoſtoli ſententiam:quia omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal xp̄i ut ferat unuſq;q; ꝓpria corporis ſui:ſecūdum quæ geſſit:ſiue bonū ſiue malū.

Inſtruit uirginem uerbis quibus utatur.

Vis conſoletur te uirgo filia ſyon.quia magna facta eſt ſicut mare contritio tua? Effundere ſicut aqua coram facie domini.Extolle ad eum manus tuas pro remedio peccatorum tuorum.Accipe igitur lamentum:& primo quidem nullo die quinquageſimus pſalmus intermittatur.quia in negocio tali cantatur:uſq; ad uerſiculum illum:cor contritum & humiliatum deus non ſpreuit: gemitu lachrymiſq; percurre.Inſuper hanc lamentationem non ſine compunctione cordis in cōſpectu dei iudicis funde.Quis dabit capiti meo aquam.& oculis meis fontem lachrymarum.& defleam uulnera animæ meæ?Conuerſi ſunt dies feſti mei in luctum:cantica mea in lamentationem.receſſit ſonus hymnoꝝ:& lætia pſalmoꝝ:& ſucceſſit dētium ſtridor:& fletus oculoꝝ.Obmutui:& humiliata ſum:& ſilui a bonis:& dolor meus per ſingulos dies renouabitur.Concaluit cor meū intra me:& in meditatione mea exardeſcit ignis Timor & tremor uenerunt ſuper me:& contexerunt me tenebræ.Abyſſus circūdedit me:extremo demerſit caput meum in ſciſſura inferi.Heu me:quia facta ſum ſicut Sodoma:& combuſta ſicut Gomorra . Quis miſerebitur cineri meo?Durius offendi q̄ Sodoma:quia legem neſciens illa deliquerat . Ego accepta gratia peccaui.Si homo peccet in hoiem:erit qui interueniat.ego peccaui in domino.quem ꝓpiciatorem inueniā? Concepi dolorem:& peperi iniquitatem.Lacum fodi:& incidi in foueam quam operata ſum.Ideo cōuerſus eſt dolor in caput meum:& in uertice meo iniquitas mea deſcendit.Immunditia mea ante pedes meos:non fui memor nouiſſimoꝝ:& cecidi miſerabiliter:nec eſt qui cōſoletur me. O q̄ acerbus fructus luxuriæ: amarior felle:crudelior gladio.Quomodo facta ſum in deſolationem?Subito defeci:perii ꝓpter iniquitatē meā. uelut ſomnium ſurgentis.Ideo in ciuitate domini uilificata eſt imago mea:deletum eſt de libro nomē meū facta ſum ſicut nocticorax in domicilio:ſicut paſſer unicus in ædificio.nec qui conſoletur me:inuenio. conſidero a dextris:& uideo:nec eſt qui cognoſcat me.Periit fuga a me:& non eſt qui requirat animam meam. Facta ſum ſicut uas perditum.Audiui uituperationem omnium circūhabitantium . Ve diei illi:in quo me infœlicem genuit uterus:& lux iſta crudelis accepit.oportuerat me potius fuiſſe nō natam: q̄ ſic in gētibus fabula fierem.Propter me confuſio & improperium factum eſt famulis domini: & eum digne colentibus. Lugete me montes & flumina:quia fletus filia ego ſum.Lugete me beſtiæ ſiluaꝝ:reptilia terræ:& cæli uolucres:& omnes animæ:quæ uita fruimini.Nunc uos beatæ feræ & uolucres:quibus nullus metus de inferis eſt:neq; poſtmodum reddituræ eſtis rationē.Nobis manet pœna crudelis tartari:quia habentes ſenſum delinqmus.Ideo non eſt pax peccatoribus.Meū peccatum:mea iniquitas nō ſunt ſimilia offenſis hominū quia horribilis eſt hæc ipietas carné polluere uirginem:& caſtitatem ꝓfeſſam.Mentita ſum in dominū altiſſimū. ideo nō eſt mihi fiducia iuocandi dominū altiſſimū:qa obſtructū eſt os loquētium iniqua.Nam malū meū propheta cecinit:q; q elongāt ſe a domino peribūt.Diſperdit omnē fornicantem a ſe.Et ſi abeſt lingua faucibus meis: & i puluerem mortis deducta ſum:uerūtamen clamabo ad dominū.Adhuc tempus eſt:dum datur ſpatium:quia in morte nō erit memoria.In iferno nō eſt cōfeſſio.Domīe ne in ira tua arguas me:neq; in furore tuo corripias me.Quoniam ſagittæ tuæ ifixæ ſunt mihi:nec eſt ſanitas i carne mea.A uultu iræ tuæ nō eſt pax oſſibus meis a facie peccatoꝝ meoꝝ.Quoniam iniqtates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum:ſicut onus graue geauatæ ſunt ſuper me.Computruerunt & deteriorauerunt cicatrices meæ a facie inſipientiæ meæ.Miſeriis afflicta ſum:& curuata i finem:rugiebam a gemitu cordis mei.Cor meum conturbatum eſt:deſeruit me fortitudo mea:& lumen oculorum meorum:ipſum non eſt mecum. Deus reppuliſti me: & deſtruxiſti me: oſtendiſti mihi dura: potionaſti me uino compunctionis . Expulſa ſum ab oculis tuis:

iam non adiiciam ut reſpiciam ad templum ſanctum tuum.facta ſum in exterminium. quæ utilitas in ſanguine meo.dum deſcendo in corruptõem?Nunqd mortuis facies mirabilia?Tuus ſermo eſt:tua,pfeſſio eſt: nolo mortem peccatoris:ſed conuerſionem.Vt poſſim uiuere:ad te deus conuerſio mea:qa ſolus potes nouare oia.Tu ab iferis aias reuocas:& ſoluis compeditos.Tu deus erigis eliſos:cæcos illumias:mortuos ſuſcitas. Erraui ſicut ouis perdita: quære famulam tuam:ne lupus crudelis cruciet me.Multi dicunt aiæ meæ: nõ eſt ſalus ipſi in deo eius.Sed & tuũ cõſilium tecum eſt.Quot ſunt dies famulæ tuæ.quãdo facies de me iudiciũ?Sed ne intres in iudicium cũ famula tua.Defecit aĩa mea in ſalutari tuo:defecerũt lachrymis oculi mei:effuſa eſt ĩ terrã gloria mea. Quãdo reſpicies,ppter iniqtatem.Corripuiſti hoiẽm:& tabeſcere feciſti ſicut araneã aĩam meam.Memẽto domine q̃ puluis ſum.Vide humilitatẽ meã: & laborem meũ:& remitte mihi ut refrigerer:prius q̃ abeam:& amplius non ero.

Obiurgatio grauis in ſabinianũ diaconũ lapſum:q̃ ſuſannã uirginem deo dicatam multis inſidiis & illecebris impegerat ad ruinam,iuehit acerrime q̃ nõ reueritus ſacra crucis:domiciq̃ p̃ſepis ſacraria apud ipſa ſanctuaria illam de ſacrilegio & ſtupro tentauerat.

Amuel quõdam lugebat ſaulẽ:qa pœnituerat dominũ:q̃ unxiſſet eum regẽ ſuper iſrael. Et paulus ad corinthios:in q̃bus audiebaẽ fornicatio:qualis nec ĩter gentes.Et q̃dem uoce flebili commonebat dicẽs,ne cum rurſum uenero:humiliet me deus apud uos;& lugeam multos ex his qui ante peccauerunt:& nõ egerunt pniam ſuper ĩmunditias quas geſſerunt in impudicitia & fornicatione.Si hoc,ppheta & apoſtolus nulla ipſi labe maculati clæmẽti in cunctos mente faciebant.quãto magis egoipſe peccator.in te debeo facere peccatore:q̃ non uis erigi poſt ruinã.& oculos ad cælum leuare. ſed p̃dita patris ſubſtantia.porcoꝫ ſiliquis delectaris.& ſupbiæ p̃rupta conſcendens. p̃ceps laberis in ,pfundũ? Deum uentrem uis habere pro xp̃o ſeruis libidini,gloriaris in carne & confuſione tua.& quaſi piguis hoſtia in mortem,ppriam ſaginaris:imitariſq̃ eoꝫ uitam:quoꝫ torméta non metuis:ignorans quoniam benignitas dei ad pniam te horteẽ.Secũdum autem duritiam tuam & cor impœnitẽs theſaurizas tibi irã in die iræ. An iccirco iduratur iuxta pharaonem cor tuũ:qa nõ ſtatim percuteris.& differris diu ad pœnam?Et ille dilatus eſt:& decem plagas:non quaſi ab irato deo:ſed quaſi a patre commonente ſuſtinuit: donec in peruerſum acta pœnitentia populum quem dimiſerat per deſerta ſequeretur:& ĩgredi auderet maria:per quæ uel ſola doceri potuit:timori habendum eum.cui etiam elementa ſeruiunt.Dixerat ille. Non noui dominum: neq̃ dimitto iſrael:quem tu imitans loqueris. Viſio quam hic uidet:in dies longos eſt:& in tempora longa iſte prophetat.Propter quod dicit idem propheta.Hæc dicit adonay dominus. Non prolongabuntur amplius omnes ſermones mei:quoſcũq̃ loquar:quia loquar uerbum & faciam.Sanctus dauid de impiis & de ſceleſtis.quoꝫ tu pars non modica.ſed princeps es.quod ſæculi fœlicitate fruerentur:& dicerent:Quomodo cognouit deus.& ſi eſt ſcientia in excelſo.Ecce ipſi peccatores & abundantes in ſæculo obtinuerunt diuitias.pene lapſo pede.& fluctuanti ueſtigio cauſabatur dicens.Ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum:& laui inter innocentes manus meas.Præmiſerat enim quia æmulatus ſum ſupra iniqua agentes:pacem peccatoꝫ uidens:quia non eſt reſpectus morti eoꝫ & ſolida plaga in flagella eorum.in laboribus hoĩum non ſunt:& cum hominibus non flagellabuntur.Propterea tenuit eos ſuperbia circundati ſunt iniquitate & impietate ſua.Egredietur ſicut ex adipe iniquitas eoꝫ:tranſierunt in affectum cordis.Cogitauerunt & locuti ſunt mala:iniquitatem in excelſo locuti ſunt.Poſuerunt in cælum os ſuum:& lingua eoꝫ pertranſiit ſuper terram. Nonne tibi uidetur de te omnis pſalmus eſſe compoſitus? Vegeto quippe es corpore ; & nouus antichriſti apoſtolus:cum in una notus fueris ciuitate:tranſgrederis ad aliam,non indiges ſumptibus:non plaga forti percuteris,& cum hominibus:qui non ſunt ut tu rationabilia iumenta:corripi non mereris. Propterea elatus es in ſuperbiam:& ueſtimentum tuum fœdat luxuria:& quaſi ex aruina pingui & quodam adipe eructans uerba mortifera:non te reſpicis eſſe moriturum:nec unq̃ poſt expletam libidinem pœnitentia remorderis. Tranſiſti in affectum cordis:& ne tibi ſolus uidearis erraſſe:ſimulas nefanda de ſeruis dei : neſciens q̃ iniquitatem in altum loquaris:& ponas in cælum os tuum.Nec mirum ſi a te qualeſcũq̃ ſerui dei blaſſemẽtur:cum patremfamilias belzebub uocauerunt patres tui. Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum:nec ſeruus ſuper dominum ſuum.Si illi in uiridi ligno tantum fecerunt,tu in me arido ligno quid facturus es? Tale qd & in malachia plæbs ſcandalizata credentium de ore tuo loquitur.Dixerunt. Vanus eſt:qui ſeruit deo. Et quid plus quia cuſtodiuimus mandata eius,& quoniam iuimus ſupplicantes ante faciem dei oĩpotentis? Et nunc nos beatos dicimus alienos.Reædificãtur omnes:qui faciunt iniqua.Aduerſati ſunt deo:& ſalui facti ſunt.Quibus poſtea diem iudicii dominus cõminatus eſt.& quid ĩter iuſtum & iniuſtum futurũ ſit:multo ante p̃nũcians ait.Et conuertimini:& uidebitis quid ſit inter iuſtum:& ĩter iniuſtum:inter ſeruientem domino:& nõ ſeruientem domio.Hæc tibi ridicula forte uidẽtur.qui cœmediis & lyricis ſcriptoribus mimis & clientulis delectaris.q̃q̃ nec iſta tibi quidem præ nimia cordis hebetudíe itelligenda cõceſſerim.Prophetarũ uerba contẽnis.ſed reſpondebit tibi amos. Et in tribus & in quatuor impietatibus. nonne aduerſabor eum dicit dominus.Quoniam enim Damaſcus Gaza. Tyrus.Idumæa Ammanitæ.& Moabitæ.Iudæi quoq̃ & Iſrael ſæpe ad ſe dei uaticinio deſtinato.ut agerent aliquando pœnitentiam audire contempſerunt. iræ ſuæ. quam illaturus eſt dominus.cauſas iuſtiſſimas profert. dicens. In tribus atq̃ in quatuor impietatibus, nonne aduerſabor eos. Sceleratum eſt inquit mala cogitare, conceſſi. nequius eſt mala cogitaſſe perficere. & hoc pro mea miſericordia benignus indulſi. nunquid & opere implendum peccatum fuit. & mea ſuperbe calcanda clæmentia. tamen & poſt factum. quia Malo pœnitentiam peccatoris q̃ mortem. Non enim ſani opus habent medico. ſed male habentes . lacenti manum porri-

gó.& conſperſum in ſanguine ſuo:ūt propriis fletibus lauetur.exhortor. Quod ſi nec ſic pñiam uult agere. & fracto nauigio tabulam per quam ſaluari poterat,non retentat.cogor dicere.Super tribus & quatuor impietatibus,nōne aduerſabor eum dicit dominus.Aduerſionem dicens eſſe pro pœna.dum ſuæ peccator reliquitur uoluntati.Inde eſt q̄ peccata patrum ī tertiam & quartam generatōem reſtituit.dum non uult ſtatim punire peccantes.ſed ignoſcens primis.poſtrema condénat.Alioqn ſi protinus ſceleꝝ ultor exiſteret. & multos'alios.& certe paulum apoſtolum eccleſiæ non haberent.Ezechiel ꝓpheta cuius ſupra fecimus mentionem.dei uerbum ad ſe factum referés ait.Aperi os tuū.& manduca.quæ ego dabo tibi.& uidi inqt.& ecce manus extenſa ad me.& in ipſa uolumé libri.& reuoluit illud in conſpectu meo.& in ipſo ſcriptum erat. a facie & retrorſum lamētum.& carmē.& ue.Prima ſcriptura ad te pertinet.ſi tamen uolueris agere pñiam poſt delictū.Secunda ad ſanctos.q ad dei canticum ꝓuocanť.Non eſt enī pulchra laudatio in ore peccatoris.Tertia ad tui ſimiles.q deſperantes tradiderunt ſe īmunditiæ & fornicationi.& uentri.& his quæ īfra uētrem ſunt.qui putant oīa morte finiri.& nihil eſſe poſt mortem.& dicunt.Tempeſtas ſi tranſierit,nō ueniet ſuper nos.Liber ille.quem ꝓpheta deuorat.oīs ſeries ſcripturaꝝ eſt.in qbus & pœnitens plangitur.& iuſtus canť.& maledicť deſperanti.Nihil ita repugnat deo.q̄ cor īpœnitens.Solum crimé eſt.quod ueniam conſequi non poteſt.Si.n.ei ignoſcitur poſt peccatum.q peccare deſiſtit.& ille flectit iudicem.q rogat.Impœnitens aūt oīs ad iracundiam,ꝓuocat iudicantem.ſolum deſperationis crimē eſt.quod mederi neq̄at.Porro ut ſcias deum quotidie peccatores ad pñiam prouocare.q ſi rigide perſtiterint.de clæmente eum ſeueꝝ & trucem faciunt.Audi eſaiæ uerba dicentis.Et uocauit inqt dominus ſabaoth in die illa ad fletum & planctum magnū:& decaluatōem:& accinctōem cilicioꝝ.Ipſi uero fecerūt læticiam & exultationem:mactantes uitulos:& īmolantes oues:ut comederent carnes:& biberent uinum dicentes.Manducemus & bibamus:cras.n. moriemur.Poſt quas uoces & ꝓditæ mentis audaciam ſcriptura cōmemorat dicens.Et reuelata ſunt hæc in auribus domini ſabaoth:non reuertet uobis hoc peccatum:donec moriamini.Si enim peccato mortui fuerint:tunc eis remittet peccatum.Quod q̄diu in peccato uixerint:nō dimittet.Parce q̄ſo aīæ tuæ.Crede dei futuꝝ eſſe iudiciū.Recordare a quo eꝑo diaconus ordinatus ſis:nec miꝝ:q̄uis ſanctū hoīem:tamē in hoīe eligendo potuiſſe falli:cū & deū pœniteat:q̄ ſaul in regem unxerit.Et in duodeci apoſtolis iudas ſit ꝓditor reptus:& de quōdam ordīs tui hoībus.Nicolaus ātiochenus īmunditiaꝝ oīum:& neophitaꝝ hæreſeos auctor extitiſſe referať.Nūc tibi illa non replico:q̄ plures uirgīes uiolaſſe narreris:q̄ a te nobiliū uiolata mrīmonia publico cæſa ſint gladio:q̄ p lupanaria īpurus & helluo cucurriſti.Magna qdē iſta ſunt pondere ſuo ſed fiunt eoꝝ quæ illaturus ſum cōparatione leuiora.Rogo q̄tum crimē eſt.ubi ſtuprū & adulteriū paꝝ é? Infœliciſſime mortaliū:tu ſpelūcam illam:in qua dei filius puer natus eſt:& ueritas de terra orta eſt: & terra dedit fructū ſuū:de ſtupro cōdicturus ingrederis.Non times,ne de p̄ſepe īſans uagiat.ne puerpera uirgo te uideat.ne mater domini cōtemplet? Angeli clamant.paſtores currunt.ſtella deſup rutilat magi adorant. herodes terret.Hieroſolyma conturbať.& tu cubiculum uirgīs.decepturus uirginem irreperis? Paueo o miſer & tota mēte cum corpe perhorreſco:ponere tibi uolens ante oculos tuos opus tuū. Tota eccleſia nocturnis uigiliis xp̄m dominū pſonabat:& in diuerſaꝝ gentiū linguis unus in laude dei ſpūs cōcinebat.Tu ĩter oſtia quondam p̄ſepis domini:nūc altaris:amatorias epiſtolas fulciebas:quas poſtea illa miſerabilis:q̄ſi flexo adoratura genu:iueniret & legeret.& ſtabas deiceps in choro pſallētiū:& īpudicis nutibus loqbaris.Proh nefas: non poſſum ultra,pgredi.Prorumpūt lachrymæ ante q̄ uerba:& indignatione pariter ac dolore in īpo mea tu faucium ſpūs coartatur.Vbi mare illud eloquentiæ tullianæ? Vbi torrens fluuius demoſthenis? Nunc,pfecto muti eſſetis ambo:& ueſtra lingua torpeſceret.Inuenta eſt res:quam nulla eloquentia explicare queat. Repertum eſt facinus quod nec mimus fingere:nec ſcurra ludere:nec Atellanus poſſit effari. Moris eſt in ægyptiis:& ſyris monaſteriis:ut tam uirgo q̄ uidua:quæ ſe deo uouerint:& ſæculo renūciantes omnes delitias ſæculi conculcarint:mūdanū crinē monaſterioꝝ matribus offerant deſecandum.nō in tecto poſtea cōtra apoſtoli uoluntatem inceſſuræ capite:ſed ligato pariter ac uelato orent.Nec hoc quiſpiam p̄ter tondentes nouit & tonſas:niſi quia quod ab omnibus fit:pene noſcitur ab omnibus.Hoc aūt duplicem ob cauſam de conſuetudine uerſum eſt in naturam.ne uel quia lauacrū non adeunt:uel quia oleum nec capite nec ore norunt:a paruis aīalibus quæ inter cutem & crinē gigni ſolent:& cōcretis ſordibus opprimātur. Videamus igitur tu uir bone inter iſta quid feceris futuro matrimonio.In ſpelúca illa uenerabili:quaſi quoſdam obſides accipis capillos:ſudariola infœlicis & cīgulum dotale pignus deportas.luras ei te nullam ſimiliter amaturꝝ.Deinde curris ad paſtoꝝ locum:& angeloꝝ deſuper ſtrepitu cōcinentem:in eadem uerba teſtaris. Nihil dico amplius:q̄ in oſcula rueris:q̄ amplexus ſis.Totum quidem de te credi poteſt:ſed ueneratio p̄ſepis & cāpi:non me ſinunt plus credere:q̄ te uoluntate tātum & animo corruiſſe.Miſer nōne quando in ſpelunca cū uirgine ſtare cœpiſti caligauerunt oculi tui.lingua torpuit.conciderunt brachia.pectus intremuit. nutauit inceſſus? Poſt apoſtoli petri baſilicam:in qua chriſti flāmeo conſecrata eſt:poſt crucis & reſurrectiōis & aſcēſionis dominicæ ſacraméta:in quibus rurſum ſe in monaſterio uictura ſpoponderat:audes crinem eius accipere:ut tecum noctibus dormituꝝ:quem xp̄o meſſuerat in ſpelúca.Deinde a ueſpere uſq̄ mane feneſtræ illius aſſides:& quia propter altitudinem:hærere uobis comminus non licebat:per funiculū uel accipis aliquid:uel remittis. Vide quanta diligentia domini fuerit : ut nunq̄ domi uirginem niſi in eccleſia uideris : & cum talem uterq̄ ueſtrum habuerit uoluntatem:niſi per feneſtram nocte facultas uobis non fuerit colloquendi. Oriebatur tibi : ut poſtea didici : ſol inuito . Exanguis : marcidus : pallidus : ut ſuſpitione omni careres : euangelium chriſti . quaſi diaconus lectitabas . Nos pallorem ieiunii putabamus . exangue os contra inſtitutum ac morem tuum quaſi confectum uigiliis mirabamur . Iam tibi & ſchalæ per

quas deponeres miseram parabantur. Iam iter dispositum: decreta nauigia: cõdicta dies: fuga animo ptracta-
ta. & ecce angelus ille cubiculi mariæ ianitor, cunaꝝ domini custos. & ifantis xpi gerulus, coram quo tanta
faciebas. ipse te ꝓdidit. O funestos oculos meos. o diem illam omni maledictiõe digniſſimã. in qua epistolas
tuas. quas hucusq; retinemus. cõsternata mente legi. Quæ ibi turpitudies? Quæ blanditiæ? Quãta de cõdi-
cto stupro exultatio. Hoc ne diaconũ decuit. non dicam loq. sed scire potuisse. ubi miser ista didicisti. q in ec
clesia te nutritum esse iactabas. nisi q; i eisdem epistolis iuras te nũq; pudicũ. nunq; fuisse diaconũ. Si negare
uolueris. manus tua te redarguet. ipsi apices ꝓclamabunt. Habeas igitur iterim lucrũ sceleris. nõ possum ti-
bi igerere quæ scripsisti. laces itaq; aduolutus genibus meis: & minã euomens: ut tuis uerbis utar: sanguinis
depcaris. Et o te miseꝝ: neglecto iudicio dei. me tantũ quasi iudicem times. Ignoui fateor. Quĩ enim aliud
possum tibi facere. Christianum hortatus sum: ut ageres pniam: & in cilicio & in cinere uolutareris. ut soli-
tudinem peteres: & ut uiueres i monasterio: ut dei misericordiam iugibus lachrymis ipetrares. At tu bonæ
spei columẽ secretis stimulis iflãmatus: factus es mihi in arcum puersum: & contra me cõuitioꝝ sagittas ia-
ctas. Inimicus tibi factus sũ uera dicẽs. Nõ doleo de maledictis. Quis. n. nesciat nihil nisi flagitiosũ tuo ore
laudari. Hoc plãgo: q; ipe nõ plãgis q; te nõ sentis mortuũ: q; q̃si gladiator paratus libidie i ꝓpriũ funus orna
ris: amiciris linteis: digitos ãnulis oneras: dentes puluere teris: raros in rubẽti caluaria digeris capillos: tauria
ceruix thoris adipeis itumescens: nec qa ꝓpter libidinem fracta est: iclinatur. Super hæc unguentis fragras
mutas balneas. & contra renascentes pilos pugnas. p fos ac plateas nitidus ac politus amator icedis. Facies
meretricis facta est tibi. nescis erubescere. Conuertere miser ad dominũ. ut ad te deus conuertatur. Age pœ-
nitentiam. ut & ille agat pniam super omnibus quæ locutus est malis. ut faceret tibi. Quid neglecto uulne-
re, pprio alios niteris ifamare. Quid me bene tibi & sedulo consulẽtẽ quasi phreneticus morsu laceras? Esto
ego flagitiosus sim: ut uulgo iactitas: saltem mecũ age pniam. Criminosus ut simulas: imitare lachrymas cri
minosi. Num mea peccata uirtutes tuæ sunt? An maloꝝ tuoꝝ putas solatium. si multos tui similes habeas?
Fluant paululũ de oculis lachrymæ inter sericum & linteamina: quibus tibi uideris fulgidus & formosus.
Intellige te nudũ: conscissum: sordidatũ: mendicantem. Nunq; é sera pnia. q̃uis de hierosolymis descenderis:
& sis in itinere uulneratus: inde te samaritanus impositũ iumento: curandũq; ad stabulum referat. Sed & si
mortuus iaces in sepulchro: tamen & fetẽtẽ dominus suscitabit. Imitaꝛ̃ saltẽ cæcos illos: ꝓpter quos saluator
dimittens domũ suam & hæreditatem suam: hierico uenit. Sedentibus in tenebris & umbra mortis: lux or-
ta est. Qui postq; ꝓterire dominũ cognouissent: cœperunt clamare. Fili dauid miserere nostri. Poteris & tu
uidere: si clames: si accitus ab eo sordida uestimenta ꝓicias. Cum conuersus ingemueris: tunc saluus eris: &
tunc scies ubi fueris. Tangat modice cicatrices tuas: pertractet luminũ quondam tuorum uestigia. Licet ab
utero sic genitus sis: & in delictis conceperit te mater tua: asperget te hysopo: & mundaberis. lauabit te: &
super niuem dealbaberis. Quid in cauernis terræ hæres: & totus in cœno iaces? Illa quã decem & octo ãnis
sathanas uinxerat: postq; a saluatoꝛ̃ curata est: cælum erecta suspexit. Quod ad eam dictũ est: tibi dictum pu
ta. Peccasti: quesce. Quid longius recedis a facie dei. & habitas in terra naim? Quid totus in salo fluctuas. nec
statuis supra petrã pedem tuum? Caue ne te phinees cum madianita fornicantem fero hasta configat. Quid
plus q̃ thamar uirginem frater & consanguineus polluisti. uersus in absalon occidere eum cupis qui te rebel
lantem plangit & mortuum. Clamat contra te sãguis nabuthæ: & uinea israel: hoc est seminis dei: & hortus
uoluptatum: quem in lasciuiæ holera conuertisti: dignam de te ultionem reposcunt. Mittitur tibi helias tor
menta & interitum nuncias. Incuruare: & sacco uestire paulisper. de te poterit dicere deus. Vidisti quia reue-
ritus fuerit achab a facie mea. Non superducam malitiam in diebus eius. Sed forte blandiris tibi: q; a tali epi
scopo diaconus ordinatus es. Iam ut superius dixi: nec patrem pro filio: nec filium pro patre puniri. Anima
enim quæ peccauerit: ipsa morietur. Et samuel habuit filios q; recesserunt a timore dei: & abierunt post aua
ritiam & iniquitatem. Et heli sacerdos sanctus fuit. sed habuit filios: qui ut in hebræoꝝ uoluminibus legi-
bus: fornicabantur cum mulieribus in tabernaculo dei: & in similitudinem tui impudenter sibi dei ministe
rium uendicabant. unde & locus tabernaculi ipse subuersus est: & ꝓpter uitia sacerdotum dei sanctuarium
destitutum est. Quanq; & ipse heli dum est nimium lenis in filios offendit deum. tantumq; abest ut ualeat
te episcopi tui iusticia liberare: ut timendum sit: ne ꝓpter te de solio suo corruens: pereat insanabilis. Ozias le
uites arcam domini: quam portare ipse debuerat: quasi ruentem sustentare uoluit: & percussus est. Quid de
te futurum putas. qui stantem arcam domini præcipitare conatus es. Quanto magis episcopus qui te ordi-
nauit probabilis est: tanto tu amplius detestandus: qui talem hominem fefellisti. Solemus mala domus no-
stræ scire nouissimi: ac liberorum & coniugum uitia: uicinis canentibus ignorare. Nouerat te omnis italia.
Vniuersi te stare ante altare ingemiscebãt. Nec tu tam callidus eras: ut prudẽter tua uitia cælares. Sic æstua-
bas: sic sudantem te & lasciuientem huc atq; illuc rapiebat uoluptas. ut quasi quosdam triumphos. palmãq;
uitiorum ageres de expletis libidinibus. Deniq; inter gladios barbari. & barbari mariti. & mariti potentis
excubias. impudicitiæ flamma te rapuit. Non timuisti in illa domo adulterium facere. in qua sine iudice
lesus uir se poterat ulcisci. Duceris ad hortulos. ad suburbana pertraheris. tam libere & insane te agis.
ut absente marito uxorem te putes habere. nõ adulteram. Vnde per quosdam cuniculos dum illa tene-
tur erumpis. Romam occultus ingrederis. latitas inter sãnitas latrones. & ad primum mariti nunci-
um. quod nouus tibi ex alpibus hannibal descendisset. nauigio te credis incauto. tanta fugæ celeritas
fuit. ut tempestatem terra duceres tutiorem. Venisti utcunq; syriam. inde te uelle hierosolymam tran-
scendere. & seruiturum domino polliceris. Quis non susciperet eum. qui se monachum promittebat. p̃serti
ignorãs tragœdias tuas. epi tui cõmendatitias. ad cæteros sacerdotes epistolas legẽs. Tu aũt infœlix transfi-

gurabas te in angelum lucis:& miniſtrū ſathanæ miniſtrū iuſticiæ ſimulabas.Sub ueſtitu ouium latebas lu pus:& poſt adulterium hoīs:adulter xp̄i eſſe cupiebas.Hæc iccirco retuli:ut totā tibi ſcænam opeꝝ tuorū quaſi in breui depīgerem tabella:& geſta tua ante oculos tuos ponerem:ne miſericordiam domini nimiāq; clæmētiam materiam exiſtimes delictoꝝ.Rurſum crucifigens tibi metipſi filiū dei:& oſtentui habēs:& nō legens illud quod ſequitur.Terra enim uenientē ſæpe ſup ſe bibens imbrē:& generans herbā opportunam illis a quibus colit̄:accipit benedictionem a domino.Proferens aūt ſpinas & tribulos reproba eſt & maledictione ꝓxima:cuius conſumatio in combuſtione eſt.

Beati Hieronymi p̄ſbyteri ad Euagriū p̄ſbyteꝝ:arguens q̄ leuitam lapſum.& ob id ab eccleſia eiectū i conſolatum reliquerit:exemplis docens illi per pniam poſſe ſubueniri.

Iſi uererer beatiſſime frater:ne inter ſimulatos amicos iob mihi portio poneretur:q uidentes pla gam eius:ueluti qui nō haberent cōſolationē:iugi ſilentio quieuerūt.Prope fuerat:ut ego ſuppo ſita manu ori:& obdurata linguæ fiſtula:ianuas labioꝝ meoꝝ taciturnitate concluderē.Sed ab ſit hoc a fide mea:ut aliquā plagam dicā eſſe:quæ nō habeat cōſolatōem:cum mihi ꝓpheta pro clamet.Nūquid medicus non eſt in galaad?aut reſina non eſt illic? Quare non aſcendit ſanitas filiæ plæbis meæ?Galaad enī aceruus teſtis iterp̄tat̄:& hūc aceruū teſtē:totū canonē diuinoꝝ librorꝝ eſſe ſentimus:ubi indiſſolubiliū cumulus teſtimonioꝝ uelut quidam congeſtus eſt lapidum:in quo tumulo medicus uerus deus meus ieſus xp̄s:ſi q̄ſitus fuerit inuenie.Reſina aūt quid niſi cōtinentiæ uirtus eſt.quæ diſſoluta cōiūgit.& ſciſſa conglutinat?Quod nos ſciētes non dubitamus ad cōſolationē plagæ quæ contigit oris nr̄i lamēta miſcere.Audiuimus enim horrendæ cladis excidiū:audiuimus exultantes de ruina xp̄i milites. Sathan & iubiliatio uocis:quā in triūpho ſuo diabolicus dedit exercitus:ad aures noſtras uſq; puenit.Et teſtem deum iuoco in aīam meam:qa ita cōmota ſunt uiſcera mea:ita contremuerūt oſſa mea:ut oēm partem corporis mei ſentirem eadē plaga torq̄ri.Abſq; dāno meo hoc accidiſſe dixerī malū:ubi mēbra corporis mei diaboli ca ſagitta pcuſſit:cum apoſtolus dicat.Si patitur unū mēbrū:compatiunt̄ omnia mēbra. ſed nō admittitur animus meus in totū lamentationi uacare uel fletui:qa & aduerſum uos mihi eſt locus iraſcendi.Ecce contra cōmunes inimicos,pceſſit uobiſcū frater in p̄lio:q ſubito,pſtratus eſt caſu . Hunc uos nec ſepulturæ dignum iudicaſtis honore:ſed reliqſtis eum feris:& alitibus deuorandum.Vbi ē miſericordia xp̄ianæ religionis.quā magiſter ueſter ſacrificio docuit eſſe meliorem?Ecce iacet frater ab hoſte pcuſſus:adhuc forſitā palpitans.Et uos quia ſine uulnere reuertimini:nec conſolationem quidem obtuliſtis.Nolite eſſe ſine formidine beatiſſimi frēs:fortiorem pcuſſit inimicus:ut celerior ei poſtmodū aditus eſſet ad reliquos. Vt quid rogo ſpernitis uulneratum?aut ſicut putatis & mortuū?Melior illa Reſpha cōcubia ſaulis:quæ corpora morituoꝝ:quæ dauid pro gabaonitaꝝ ultione pcuſſerat:eo uſq; accincta ſacco:hoc eſt cilicio cuſtodiuit: donec eis roraret aqua de cælo:ideſt donec ꝓ uenia eoꝝ miſericordia cæleſtis defluere.Melior ille iudas machabæus:qui etiam pro mortuis fratribus oīonem credidit eſſe faciendam:quos furata de iāma ciuitate idolorum dona,pſtrauerant.Vt quid rogo medicus noſter inter liberoꝝ ſuoꝝ loculos tot conſtituit genera pigmentorum.ſi nihil eſt ex emplaſtris eius quo poſſit ſanari uulnus.quod infixit inimicus?Ita ne fieret aliqua plaga.quæ ſcientiam noſtri lateret archiatri.cui nequaq̄ artis ſue pueritia ꝓuideret?Et ſi placet aperiamus ſcholam medici noſtri:& a principio canonis & uulneꝝ & medicaminum ſpecies requiramus.Et ecce in limine ipſius ſcholæ occurrūt illi ſeminis carnalis auctores:qui uenenato ſerpentis ore percuſſi non ſtatim ꝓpetuæ pœnæ mortis addicti ſunt:ſed eiecti de paradiſi delitiis:ideſt de eccleſiæ libertate:& ſacri communione myſterii ideo temporaliter ſub typo mœroris tribulationiſq; damnati ſunt:ut malagmatæ pœnitentiæ ſanarentur:& uſq; eo a ligno uitæ:ideſt chriſti participes exules fierent:donec per illum;aut per rompheam ideſt ignitam martyrii paſſionem:aut per cherubin domini qui interprætatur multitudo ſcientiæ .remanerent.De quibus nunc per ſingula non eſt temporis loqui.Quid uero ille fratricida,cui ob ſignum mandatū imponit nec ab aliquo poſſit occidi?Non uult enim mortem peccatoris;ſed ut conuertatur : & uiuat . Nec longe ab his diſtat ille princeps patrum:qui primus credidit.& reputatum eſt illi ad iuſticiam . qui captum ab hoſtili legione filium fratris aſſumpta uernaculorum turba eripuit.quem poſtmodum de ſodomæ plaga:ideſt de incendio gehennæ habito cum diuina maieſtate colloquio:hūc liberatōis ſuæ merito liberauit. Et tu ergo aſſume uernaculoꝝ turbā:ideſt ꝓprio opere tuo non alieno & fratri auxilium p̄ſta captiuo. Loq̄re cum domino:hoc eſt ora ad opus:qui ſtuprū ſororis in alienigenarum manibus incidentis:non ſolum horruerunt:ueꝝ etiam uindicauerunt.Reqre tamen qui ultores fuere peccati.Nonne ſymeon atq; leui?Et tu q ex tribu leui es.q eccleſiaſtico ſeruis officio(ſymeon aūt obediēs interp̄tatur)tu ergo qui obaudiēs fuiſti.dei iobediētem aīam liberare aut uidicaſ cur ceſſas?Aia enim ſrīs ſoror tua eſt:quā ſi paſſus fueris alienigenis ſeruire:peccaſti.Sed dicis forſitā.Leuita eſt ille;q cecidit:nō pōt ei iā remedii medicia cōferri.Erras frater:erras:recurre ad ſcholam medici.Ecce in ſecūdo loco:ideſt exodi libro;ubi totius populi uulnus plagaq; deſcribitur:etiam leuitæ peccaſſe referuntur:qui priores ad correptōem legiſlatoris emēdati eſſe phibent. Et non tam in eis peccati crimen arguitur:q̄ uelox conuerſio in pœnitentiæ celeritate laudat̄.Cuius rei etiā in ezechiele dominus noſter dicit de leuitis:qui primi a me exierūt:cum erraſſet iſrael. Ipſe quoq; pontifex ad ſuggeſtionem populi idolum fabricauit:pro quo orans moyſes fraterno liberatur auxilio.Sed dicis forſitā.Adhuc nec leuitæ ſanctificati erant:nec pontifex conſecratus cum iſtius mali crimē admiſſum eſt . Non cōtradico pitiæ tuæ:quā ex ſcripturaꝝ uoluminibus cōcepiſti.Tamē ſic poſſem reſpōdere tibi ſcām apoſtoli cā ſniam:q̄ loq̄t̄ ad hebræos:qa in abrahæ lūbis latēs leui:decimas a melchiſedech accepit:& dedit. Aut ipe aaron q̄d tibi minus uidet̄ fuiſſe de pontificali honore uel gradu:cum ægyptios ſignis pcuſſit horrendis,&

egrederetur nocte cum populo.& ſanctum paſcha celebrauerit?Scimus aũt quia ſine ſacerdote paſcha non poteſt celebrari ſed ꝑtermiſſis his ĩterrogare te uolo.qd erat aaron.cum aduerſus moyſẽ ĩuidiæ uirore pcuſ ſus.iũcta ſibi maria murmurauit.At fortaſſe dicas.minus eſt iuidia q̃ fornicatio.Lege ergo beatum apoſtolum.q dicit.Neq; fornicarii.neq; inuidi.neq; maledici.neq; auari.neq; detractores regnum dei conſequent. Vides ubi uelut æqualia ſibi ſimiliaq; iũguntur.quæ ad cæloꝝ regna nõ ſubeũt.& aduerte cuius pœnæ ſen tẽtiam mereaſ ĩuidia.pro qua ꝓphetiſſa maria lepræ fœditate ꝓcutitur.uel cuius auaritia.pro qua giezi heliſæi miſter ſimili ſorte dãnatur.Tu ergo q auaꝝ nõ deteſtaris.qui iuidum nõ refugis.fornicatorem frẽm.& ad tẽpus ruẽtem.æternæ mortis pœna cõdẽnas.Nec ideo hoc dicimus.ut peccãdi frena laxemus.Sed aduertat qſquis hoc legerit.quia nõ uiuẽtibus loqmur.ſed mortuum cõſolamur.Deniq; reſurgat.& uidebis.quia ſtatim ei trademus pſalmiſtæ uerſum dicẽtis.Virga tua & baculus tuus ipſa me cõſolata ſunt.Accipiat ergo uirgam correptionis & baculum quo ſuſtẽtari poſſit ĩfirmus.Ita enim ĩtelligimus apoſtolum.qa neq; iuidi. neq; fornicatores.neq; auari.neq; aliena appetẽtes regnum dei poſſidebũt.ideſt quos ĩ hoc uitio tempus receſſionis ĩuenerit.qa alibi dominus dicit.Vnũquẽq; in uiis ſuis iudicabo.Et ipe apoſtolus ait.Quales antea fuerit.nihil mea ĩtereſt.Et in epiſtola ſua beatus ioãnes orari mãdat pro fratre.qui nõ habet peccatum uſq; ad mortem.Credo q nõ uſq; ad extremũ uitæ finem peccatoꝝ ſuoꝝ mãs fuerit ſubiectus.Nam de leuitis. quod ſuperius dixeras nõ eos fuiſſe ſanctificatos.cum peccatis fuere polluti.quid tibi uidetur illud in beati eſdræ libris.ubi reuerſi de captiuitate babyloniæ.& reſtructis nuper templi domini fundamẽtis. nõ ſolum plebs uulgi.ueꝝ & ſacerdotalis familia.& illius ieſu magni.ĩuenitur mulieribus alienigenis.hoc eſt ſyris idumæis moabitis & ammonitis eſſe permixta?Qui tamen omnes peccati eiuſdem accipientes cõſilium eſdræ & reiicientes mulieꝝ alienigenaꝝ conſortia ſorde caruerunt.Vnde uides.quia ſicut peccati contagione maculamur.ita expulſione eius abluimur.

Beati Hieronymi preſbyteri ad ſanctum auguſtinum epiſcopum.

Omino uere ſancto:& beatiſſimo papæ Auguſtino Hieronymus ĩ xp̃o ſaluteꝫ.Anno ꝑterito per frẽm noſtꝝ aſteriũ hypodiaconũ dignatõi tuæ epiſtolã miſerã.ꝓmptũ reddẽs ſalutatõis officiũ. quã tibi arbitror redditã.Nũc quoq; ꝑ ſanctũ frẽm meũ præſidium diaconũ. obſecro primũ ut memieris mei.deide ut baiulũ lr̃aꝝ habeas cõmẽdatũ.& mihi ſcias germaniſſimũ. & ĩ qbuſcũq; neceſſitas poſtularit foueas atq; ſuſtentes.nõ quo aliqua te xp̃o tribuente ĩdigeat.ſed quo bonoꝝ amicitias auidiſſime expetat.Et ſi ĩ his cõiungẽdis maximũ putet beneficiũ cõſecutũ.Cur aũt ad occidẽtẽ nauigauerit.ipſo poteris narrãte cognoſcere.Nos ĩ monaſterio cõſtituti uariis hicinde fluctibus quatimur.& ꝑegriationis moleſtias ſuſtinemus.ſed credimus ĩ eo q dixit.Cõfidite.ego uici mundum.q ipſo tribuente.& pſule contra hoſtem diabolum uictoriã conſeqmur.Sãctum & uenerabilem frẽm noſtrũ papã Alipiũ:ut meo obſequio ſalutes obſecro.Sancti fratres q nobiſcũ in monaſterio domino ſeruire feſtinant:oppido te ſalutant. Incolumẽ te & memoreẽ mei xp̃s deus noſter tueaſ omnipotẽs domine uere ſancte & ſuſcipiende papa.

Beati Hieronymi preſbyteri.

Vm in urbe leges ãteriori tpe cõmeaſſem:nimiũ ſum cõtriſtatus:q; te totũ ibidẽ minime potui reperire.Inueni.n.te mediũ:& ut ita dicam parteꝫ aĩæ tuæ ſeueꝝ chariſſimũ:de quo ex parte gauiſus ſum.Perfecte.n.gauderem:ſi te totũ ĩuenirẽ.Vnde ex parte qua te reppereram gratulabar : & ꝓpter partem tuã.quã nequaq̃ cernebã:oĩbus modis contriſtabar.Proide dixi aĩæ meæ . Quare triſtis es.& quare cõturbas me?Spera in deo:& faciet pſentem amicũ:quẽ diligis.Vnde cõfido in domino:& ſpero q me faciet de tua uiſione gratulari.O ſi oculis cerni dilectio poſſet:pfecto uideres:quãta apud te noſtra eſſet dilectio.Aut.n.equiparans dilectioni tuæ:magnũ tibi afferret gaudiũ.Aut ſi maior eſſet:magnũ tibi afferret imitatõis ſtudiũ.Ergo qa in domio te diligo:dilige diligentẽ.Et ut cæteri tecũ diligant ꝑ eccleſia ſticã auctoritatem hortare. Nam quod peris me lr̃is tuis:ut ego ꝓ te orem:id recte facerem:ſi ego ipſe a peccatis liber eſſem:ut pro aliis liceret orare. Et ideo te admoneo:ut oones aſſiduas animi tui ꝓpter me emittas ad dominũ : & memor ꝓfeſſionis:illam ante oculos tuos conſtituas diem:in qua iuſtus ab auditu malo nõ timebit.Et ideo iuſtus non timebit:qa non audiet:uade in ignem æternũ:ſed ueni benedicte patris mei : ꝓcipe regnum.ad quod nos perducat: qui uiuit & regnat in ſæcula ſæculoꝝ.amen.

Beati Hieronymi preſbyteri ad Riparium.

Omino uere ſancto:atq; oĩ affectione uenerabili Ripario Hieronymus in xp̃o ſaluteꝫ. Xp̃i te aduerſum hoſtes catholicæ fidei bella bellare tuis lr̃is & multoꝝ relatiõe cognoui:uẽtoſq; eſſe cõtrarios:& in perditionẽ mutuã fautores eſſe ꝓditionis:q defenſores ſæculi eſſe deberẽt:tamẽ ſcias in hanc ꝓuinciã:nullis humãis auxiliis:ſed ꝓprie xp̃i ſnia pulſum eſſe nõ ſolum de urbe:ſed de palæſtinæ quoq; finibus catilinã.noſq; dolere plurimũ q cũ lẽtulo multi cõiuratiõis ſocii remãſerunt: q in ioppe remorant.Nobis aũt melius uiſum eſt locũ mutare:q̃ fidei ueritatẽ.ædificiorũq; & mãſionis amœnitatẽ amittere:q̃ eoꝝ cõmunione maculari:q bus impſentiaꝝ aut credendũ erat:aut certe quotidie nõ lĩgua ſed gladiis dimicãdũ.Quãta aũt paſſi ſimus:& quomodo excelſa manus xp̃i ꝓ nobis in hoſte ſæuierit:puto te celebri nũcio oĩum cognouiſſe.Quæſo ergo te:ut arreptum opus impleas:nec patiaris te pſente:non habere xp̃i eccleſiam defenſorem.Certe ſciat unuſquiſq;:q; uel tibi ſufficiat pro uirili parte:qa nõ uiribus corporis:ſed charitate animi dimicandum:quæ ſuperari nunq̃ poteſt. Sãcti fratres:qui cũ noſtra ſũt paruitate: plurimũ te ſalutant.Puto aũt & ſanctũ fratrẽ Alentiũ diaconũ tuæ dignationi cũcta narrare fideliter. Incolumẽ te & memoreẽ mei xp̃s dominus noſter tueaſ ; oĩpotẽs domine uere ſancte & ſuſcipiẽde frater.

Beati Hieronymi preſbyteri ad Apronium.

Escio qua tentatione diaboli factum sit: ut tuus labor & sancti Innocētii p̄sbyteri industria & no strum desideriū ad p̄sens nequaq̄ uideat habere effectum. Deo gras: q̄ te sospitē & fidei calor fer uentem inter ipsa tētamenta diaboli cognoui. Hoc meum gaudium est: quādo in christo audio filios meos dimicare: & istum zelum in nos ipse confirmet: cui credimus: ut pro fide eius sangui nem uoluntarie fundamus. Euersam nobilem domū funditus doleo, & tamen quid in causa sit: scire non po tui. Neq; enim portitor lr̄aꝝ nosse se dixit. Vnde dolere possumus, p amicis cōmunibus & xp̄i: qui solus po tens & dominus est: & eius clæmētiam dep̄cari: licet ex parte dei mereamur offensam: qui inimicos domini souemus. Optimū autem facies: si cunctis rebus omissis: orientem & p̄cipue sancta loca petas. Hic enim qe ta sunt oia. Et licet uenena pectoris non amiserint: tamē os impietatis nō audent aperire, sed sunt sicut aspi des surdæ & obturantes aures suas. Sanctos fratres saluto. Nostra aūt domus secūdum carnales opes hæreti coꝝ persecutionibus penitus euersa. xp̄o ꝓpitio: spiritalibus diuitiis plena est. melius est panem manducar̄: q̄ fidem perdere.

Beati Hieronymi p̄sbyteri de locis & nominibus hebraicaꝝ q̄stionum.

Vm in principiis librorꝝ debeam secuturi opis argumēta ꝓponere: cogor prius respondere male dictis terētii qꝓpiam sustinēs: qui comœdiaꝝ plogos in defensionem sui scænas dabat. Vrgebat eum, L. Lanuuinus nostro Lucio similis, & quasi publici ærarii poetam furē crīnabatur. Hoc idē passus ē ab æmulis & mātuanus uates: ut cū quosdam uersus homeri trāstulisset ad uerbū: com pilator uetꝝ diceret. Quibus ille respondit: magnaꝝ esse uirium clauā herculis extorq̄re de manu. Sed & tullius: qui in arce eloquentiæ stetit: rex oratorꝝ: & latinæ linguæ illustrator, repetūdaꝝ accusatur a græcis. Nō migꝝ ergo si cōtra me paruū homūculum imūdæ sues gerūniant: & pedibus margaritā cōculcent: cum aduersus uiros doctissimos: & qui gloria inuidiam supare debuerāt liuor exarserit. Vegꝝ hoc merito illis ac cidit: quoꝝ in theatris curia: concione: pro rostris: eloquentia p̄sonabat. Semper enim in ꝓpatulo fortitudo æmulos habet: feriuntq; sūmos fulgura montes. Me uero, p̄cul ab urbibus, foro, litibus, turbis remotum: sic quoq; ut quintilianus ait latentem inuenit inuidia. Vnde lectorem obsecro: si quis tamen hoc quoq; captus amore legerit: ut in libris hebraicaꝝ qōnum: quos in oēm sanctam scripturam dispositi scribere: non q̄rat eloquentiam: nō oratorꝝ leporē: sed magis inimicis pro nobis ipse respondeat. nouo opi ueniam concedendam. Vt enim nos humiles pauperculi: nec habemus diuitias: nec oblatas dignamur accipe: ita & illi noue rint: non posse notitiam scripturaꝝ & diuitias xp̄i cum mūdi pariter habere diuitiis. Studii ergo nostri erit: uel eoꝝ qui de libris hebraicis uarios suspicant errores refellere: uel ea quæ ī latinis & græcis codicibus sca tere uidentur: auctoritati suæ reddere. Etymologias quoq; reꝝ: nominū: atq; regionū: quæ nostro sermone resonant: uernaculæ linguæ explanare rōne. Et quo facilius emēdatio cognoscatur: ipsa primū ut apud no/ stros sunt testimonia ꝓponamus: ex collatione eoꝝ quæ sequunt: quid aut minus aut plus aut aliter sit īdi cantia, non quo, lxx. interp̄tum: ut inuidi latrant errores arguamus. Nec enim nostrū laborem illoꝝ reph̄e sionem putamus cum illi ptolemæo regi alexandriæ mystica quæq; in scripturis ꝓdere noluerint: & maxie ea quæ xp̄i aduentum pollicebantur: ni iudæi uiderentur alium deum colere: uel credere: quos ille sectator platonis magni iccirco faciebat: quia unum deū colere dicerent. Sed & euangelistæ dominus quoq; & salua tor noster: necnō & paulus apostolus: multa quasi de ueteri testaméto ꝓferūt: quæ in nr̄is codicibus nō ha bent: sup quibus in suis locis plenius disseremus. Ex quo perspicuū est illa magis uera esse exemplaria: quæ cum noui testaméti auctoritate cōcordāt. Accidit hoc: qa iosephus q. lxx. interp̄tū ponit historiam: qnq; ab eis libros moysi trāslatos refert: quos nos quoq; cōfitemur: plus q̄ cæteros cum hebraicis cōcordare. Sed hi q̄ postea iterptes extiterūt: aqlam loquor & symmachū & theodotioné lōge aliter habēt: q̄ nos legimus. Ad extremū quod etiam obtrectatores nr̄os placare possit: pegrinæ merces tātū uolentibus nauigant: balsamū: piper: & poma palmarium rustici nō emāt. De origene aūt sileo, cuius nomē, si parua licet cōponere magnis: meo nomīe inuidiosius est. Quanq̄ in homeliis suis: quas ad uulgum loquitur: cōmunem editionem sequa tur in tomis: ideſt disputatiōe maiori hebraica ueritate superatur: & suoꝝ circūdatur agminibus. interdum linguæ peregrinæ q̄rit auxilia. Hoc unū dico, qa uellem cum inuidia nominis eius sciam habere etiam scri pturaꝝ, floccipendens imagines, umbrasq; dæmonum, quem rustici ozellum nomināt laruaꝝ, quaꝝ natu ra esse dicitur terrere paruulos, & in angulis occurrere tenebrosis.

Beati Hieronymi p̄sbyteri ad Gaudentium de Pacatula puella cōtinentiæ destinata.

Ausa est difficilis puulæ scribere, quæ nō itelligit qd loquaris, cuius aīum nescias, de eius piculo se uolūtate ꝓmittas, ut secūdū p̄clari oratoris exordiū, spes in ea magis laudāda q̄ res sit. Quid. n. horteris ad cōtinētiam, quæ placentas desiderat, q̄ in sinu mr̄is garrula uoce balbutit? cui dulcio ra sunt mella q̄ uerba? Audiat ꝓfunda apostoli, quæ anilibus magis fabulis delectar̄. Prophetarū enygmata sentiat, quā tristor gerulæ uultus exagitat? Euāgelii itelligat maiestatem, ad cuius fulgura omnis mortaliū sensus hebetat, ut parenti subiiciat hortor, quæ manu tenera ridentē uerberat mr̄em. Itaq; Pacatu la nr̄a hoc epistolium post lectura suscipiat. Interim modo elemēta lr̄aꝝ cognoscat, lūgat syllabas, discat no mia, uerba cōsociet, atq; ut uoce tinula ista meditet. Proponāt ei crustula, mulsa, p̄ma, & q̄quid gustu sua ue est, quod uernat in floribus, quod rutilat in gēmis, quod blāditur in puppis acceptura festinet. Interim & tenero tentet pollice filia ducere, rumpat sine stamina, ut aliquando non rumpat. post laborem lusibus gestiat, de matris pendeat collo, rapiat oscula propinquorum, psalmos mercede decantet, amet, quod co gitur discere, ut non exigatur opus, sed delectatio, non necessitas, sed uoluntas. Solent quædam cum fu turam uirginem spoponderint, pulla tunica eam induere, & furuo operire pallio, auferre linteamina, nihil

in collo nihil in capite auri ſinere. Re uera bono conſilio: ne habere diſcat in tenero: quod poſtea ponere cō
pellaſ. Aliis econtra uideſ. Quod enim amat, ſi ipſa non habuerit habentes alias non uidebit? Nugarum ge-
ſtiés moniliumq; & nitelaꝝ genus fœmineum eſt: multaſq; etiam inſignis pudicitiæ: quāuis nulli uiroꝝ: ta
men ſibi ſimus libenter ornari: quin potius habendo ſatietur: & cernat laudari alias: quæ iſta non habeant:
meliuſq; eſt ut ſatiata conſēnat: q̄ non habendo habeſ deſideret. Tale quid & iſraelitico feciſſe uidés domi-
num populo: ut cupientibus ægyptias carnes uſq; ad nauſeam & uomitum p̄beret examina coturnicum.
multoſq; ſæculi repies homines facilius carere expta corporis uoluptate: q̄ eos qui a pueritia libidinem ne-
ſciant. Ab aliis enim nota calcari: ab aliis ignota appeti. Illos uitare pœnitendo ſuauitatis inſidias quas fuge-
runt. Hos carnis illecebris: & dulci titillatione corporis blandientis: dum mella putant: uenena noxia reperi-
re. Mel enim diſtillare labia meretricis: quod ad tempus impinguat ueſcentium fauces: & poſtea felle amari-
us inuenitur. Vnde & in domini ſacrificiis mel non offerunt: cæraq; contempta: quæ mellis hoſpitium eſt:
oleum accenditur in templo dei: quod de amaritudine exprimitur oliuaꝝ. Paſcha quoq; cum amaritudini-
bus comedit: in azimis ſinceritatis & ueritatis iubetur: quæ ſi habuerit ī ſæculo p̄ſecutionem ſuſtinebit. Vn
de & p̄pheta myſtice cantat. Sedebam ſolus: quia amaritudine repletus ſum. Quid igitur luxuriandum eſt
in adoleſcentia, ut poſtea luxuria ſortius conſēnatur? Abſit inquiunt. Vnuſquiſq; enim in qua uocatiōe uo-
catus eſt: in ea permaneat. Circunciſus quis: ideſt uirgo uocatus eſt: non adducat p̄putium: hoc eſt non q̄rat
pelliceas tunicas nuptiaꝝ: quibus adam eiectus de paradiſo uirginitatis indutus eſt. In p̄putio quis uocatus
eſt: hoc eſt habens uxorem: & mſimonii pelle circundatus: nō q̄rat uirginitatis & æternæ pudicitiæ nudita-
tem: quam ſemel habere deſiuit: ſed utaſ uaſe ſuo in ſanctificatione & pudicitia: bibatq; de fontibus ſuis: &
nō q̄rat ciſternas lupanarium diſſipatas q̄ puriſſimas aq̄s pudicitiæ cōtineſ nō poſſūt. Vnde & idé paulus ī
eodē capitulo de uirginitate & nuptiis diſputás: ſeruos canit uocat ī mſimōio cōſtitutos. liberos eos q̄ abſq;
iugo nuptiaꝝ tota domino ſeruiunt libertate. Quod loquimur: non in uniuerſum loquimur: ſed in parte
tractamus, nec de omnibus: ſed de quibuſdam dicimus. ad utrūq; enim ſexum: non ſolum ad uas infirmum
noſter ſermo dirigitur. Virgo es. quid te mulieris delectat ſocietas? Quid fragilem & ſubtilem raté magnis
cōmittis fluctibus, & grande periculum nauigitationis incertæ ſecurus aſcendis? Neſcis quid deſideres: & ta
men ſic ei iungeris: quaſi aut ante deſideraueris: aut ut leuiſſime dicam: poſtea deſideraturus ſis. ſed ad mini-
ſterium iſte ſexus eſt aptior. Elige ergo anum deformé: elige p̄bataꝝ continentiæ in domino. Quid ad te ado
leſcentula, quid pulchra, quid luxurioſa delectat? Vteris balneis. cute nitida, rubicūdis genis icedis. carnibus
ueſceris. affluis diuitiis. p̄cioſa ueſte circūdaris: & iuxta ſerpentem mortifeꝝ ſecure dormire te credis. At nō
habitas in eodem hoſpitio. in nocte dūtaxat. cæteꝝ totos dies in huiuſmodi confabulatione cōſumis. quaſ
ſolus cum ſola & non cum arbitris ſedes. ut cū ipſe non pecces aliis peccare uidearis. ut exemplo ſis miſeris.
qui nominis tui auctoritate delinquant? Tu quoq; uirgo & uidua cur tam longo ſermone uiri contineris?
Cur cum ſolo relicta non metuis? Saltem alui te & ueſicæ cogat neceſſitas: ut exeas foras: ut deſideres in hac
re eum: cum quo licentius q̄ cum germano uerſaris, multo uerecūdius cum marito egiſti. Sed de ſcripturis
ſanctis aliquid interrogas: interroga publice: audiant pediſſequæ: audiant comites tuæ. Omne quod manife
ſtatur lux eſt: bonus ſermo ſecreta non q̄rit: quin potius delectatur laudibus ſuis: & teſtimonio plurimoꝝ.
Magiſter egregius contēnit uiros: deſpicit fratres: & in unius mulierculæ ſecreta eruditione deſudat. Decli-
naui parumper de mea diſputatione alioꝝ occaſione: & dum infantem pacatulam inſtituo: immo & nutrio
multaꝝ ſubito male pacataꝝ bella ſuſcepi. Reuertar ad p̄poſitum. Sexus fœmineus ſuo iungatur ſexui: ne-
ſciat immo timeat cum pueris ludere. nullum impudicum uerbum foueat. & ſi forte in tumultu familiæ di
ſcurrentis aliquid audiat: non intelligat. matris nutum p̄ uerbis & monitis & pro imperio habeat. amet ut
parentem: ſubiiciatur ut dominæ: timeat ut magiſtrum. Cum autem uirgunculam rudem & edentulam ſe-
ptimus ætatis ſuæ annus excepit: & cœperit erubeſcere ſcire quid taceat, erubeſceſ quid dicat. diſcat memo
riter p̄ſalterium. & uſq; ad annos pubertatis libros ſalomonis, euangelia, apoſtolos. & p̄pheras ſui cordis the
ſauꝝ faciat: nec liberius p̄cedat ad publicum. cum nec ſemp eccleſiaꝝ q̄rat celebritatem. In cubiculo ſuo to
tas delitias habeat, nunq̄ iuuenculos: nunq̄ cincinatos uideat, uocis dulcedines per aurem animas uulneran-
tes: puellarumq; laſciuia repellantur. quæ quanto licentius adeunt: tanto difficilius euitantur. & quod didi-
cerunt, ſecreto docent. inciuſamq; Danen uulgi ſermonibus uiolāt. Sit ei magiſtra comes: pædagoga cuſtos.
non multo uino dedita: non iuxta apoſtolum ocioſa atq; uerboſa: ſed ſobria; grauis: lanifica. & ea tantum lo
quens: quæ aīum puellarem ad uirtutem inſtituant. Vt enim aqua in areola digitum ſequitur p̄cedentem:
ita ætas mollis & tenera in utrāq; partem flexibus eſt. & quocūq; duxeris: trahitur. Solent enim laſciui & co
maruli iuuenes blandimentis: affabilitate: munuſculis aditum ſibi per nutrices aut alūnas q̄rere. & cum clæ
menter intrauerint: de ſcintillis incendia concitare: paulatimq; p̄ficere ad impudentiam: & nequaq̄ poſſe p̄
hiberi: illo in ſe ueſiculo comprobato. Aegre reꝑhendis: quod ſinis conſueſcere. Pudet dicere: & tamen di-
cendum eſt. Nobiles fœminæ quæ nobiliores habuere neglectui p̄cos. uilliſſimæ conditionis hominibus
& ſeruulis copulantur. ac ſub nomine religionis & umbra continentiæ interdum deſerunt uiros helenæ. ſe-
quuntur alexandros: nec menelaos pertimeſcunt, uidentur hæc, planguntur & non uindicantur. quia multi
tudo peccantium peccati licentiam ſubminiſtrat. Proh nefas: orbis terraꝝ ruit in nobis: peccata non ruunt.
Vrbs inclyta & romani imperii caput uno hauſta eſt incendio. Nulla eſt regio: quæ non exules romanos ha
beat. In cineres uel fauillas ſacræ quondam eccleſiæ ceciderunt: & tamen ſtudemus auaritiæ. Viuimus qua-
ſi altera die morituri: & ædificamus quaſi ſemper in hoc ſæculo uicturi. Auro parietes: auro laquearia: auro
fulgent capita colūnaꝝ: & nudus atq; eſuriés ante fores noſtras xp̄s moritur. Legimus aaron p̄tificem iſſe

obuiam furentibus flammis:& accẽſo thuribulo dei iram cohibuiſſe.Stetit iter mortem & uitam ſacerdos magnus nec ultra ueſtigia eius ignis ꝓcedere auſus eſt.Moyſi loquitur deus.Dimitte me:& delebo populũ iſtum.Quando dicit:dimitte me:oſtendit ſe teneri poſſe:ne faciat quod minatus eſt.Dei enim potentiã ſerui p̃ces impediebant. Quis putes ille ſuper cælo eſt.q tunc iræ dei poſſet occurrere.qui obuiare flámis. & cum apoſtolis dicere.Optabam ego anathema eſſe de fratríbus meis? Pereunt cũ paſtoribus greges: quia ſicut populus.ſic ſacerdos.Moyſes compaſſionis loq̃batur affectu.Si dimittas populo huic:dimitte. ſin autẽ dele me de libro tuo.Vult perire cum pereuntibus:nec ꝓpria ſalute contentus eſt.gloria quippe regis multitudo populi eſt.His pacatula noſtra orta eſt temporibus.Inter hæc crepũdia primã carpit ætatem.ante lachrymas ſcitura q̃ riſum.prius fletum ſenſura q̃ gaudium.necdũ introitus.iam exitus. talem ſemper putat fuiſſe mundum.neſcit p̃terita.fugit præſentia.futura deſiderat.Hæc ut tumultuario ſermone dictarem. & poſt neces amicorum.luctũq; perpetuum infanti longo poſtliminio ſcriberem.tua Gaudẽti frater impulit charitas.maluiq; parum.q̃ nihil omnino poſcenti dare.quia in altero uoluntas oppreſſa luctu.in altero amiciciæ diſſimulatio eſt.

Theophili epiſcopi ad Epiphanium papam admonitoria.

Omino dilectiſſimo fratri & coepiſcopo Epiphanio Theophilus in domĩo ſalutem. Dominus qui locutus eſt ad ꝓphetam.Ecce cõſtitui te hodie ſuper gentes:& regna eradicare: & ſuffodere: & diſperdere:& rurſum ædificare:ac plantare ſingulis temporibus:eandẽ eccleſiæ largitur gratiã ut integrũ corpus p patientiam cõſeruetur:& ĩ nullo hæreticoꝝ dogmatum uenena ꝓualeãt:qd̃ qdem nunc uidemus expletum.Nam eccleſia ſancta chriſti:quæ non habet maculam neq; rugam:aut aliqd iſtiuſmodi:egredientes de cauernis ſuis origenis colubros euangelico enſe trũcauit:& ſanctum Nitriæ monachoꝝ agmẽ a cõtagione peſtifera liberauit.Pauca ex eis:quæ digeſta ſunt a nobis in generali epiſtola:quã ad omnes in cõmune direxi:put patiebatur anguſtia temporis comꝑhendi.Dignationis tuæ eſt:quæ in huiuſmodi certaminibus ante nos ſæpe pugnauit:& poſitos in p̃lio conſolari:& conuocare totius inſulæ epiſcopos:ac ſynodicas lr̃as tam ad nos q̃ ad ſanctum cõſtantinopolitanæ urbis epiſcopũ.Et ſiquos alios putaueris mittere:ut conſenſu oĩum & ipſe origenes noĩatim:& hæreſis neſaria cõdẽnetur.Didici enim q̃ calũniatores ueræ fidei Hámonius Euſebius.& Eutimius nouo ꝓ hæreſi furore bacchantes: conſtantinopolin nauigarunt:ut & nos & ſiquos ualuerint decipiant:& ueteribus ſuæ impietatis ſociis coniũgantur.Curæ igitur tuæ ſit.ut & cunctis epis p Iſauriam atq; Pamphyliam.& cæteraꝝ ꝓuinciaꝝ quæ in uicino ſunt.rei ordinem pandas.& noſtram.ſi dignũ putas epiſtolam ſubiicias.ut uno omnes ſpiritu cõgregati.cũ uirtute domini noſtri ieſu xp̃i tradamus eos ſathanæ in interitũ impietatis.quæ poſſidet eos.Et ut celerius noſtra cõſtantinopolin ſcripta perferanť:mitte induſtriũ uiꝝ aliquẽ ex clericis:ſicut & nos de ipſis. Nitriæ monaſteriis p̃es monachoꝝ cum aliis ſanctis & continẽtibus uiris miſimus:qui poſſint cũctos in p̃ſenti docere: q̃ geſta ſunt:& ſuper oĩa q̃ſumus:ut impenſius ad dominũ fundas p̃ces:quo poſſimus in iſto certamine etiam uictoriam conſequi.Nõ enim parua lætitia:& in Alexandria:& p totam ægyptum populoꝝ corda peruaſit: ex quo pauci hoĩes erecti ſũt:ut puꝝ corpus eccleſiæ ꝑmaneret.Saluta fratres q̃ tecum ſunt.Eteni te plæbs quæ nobiſcũ eſt:in domino ſalutat.

Beati Hieronymi preſbyteri ad paulum ſenem concordiæ.

Vmanæ uitæ breuitas dãnatio delictoꝝ eſt.Et in ipſo ſæpe lucis exordio:mors ſecuta naſcentẽ habentia quotidie in uitiũ ſæcula ꝓfitetur.Nam cũ primũ paradiſi colonũ uiperinis nexibus p̃peditũ coluber deduxiſſet ad terras:æternitas mortalitate mutata:ĩ nõgentos: & eo amplius annos ſecũdam quodãmodo imortalitatem maledicti hoĩs diſtulerat elogium. Exinde paulati re-
crudeſcente peccato totius orbis naufragium gigantũ adduxit impietas.Poſt illud:ut ita dixeri:purgati baptiſmũ mundi in breue tempus hominũ uita contracta eſt.Hoc quoq; ſpatium ſceleribus noſtris ſemp contra diuina pugnãtibus:pene perdidimus.Quotus enim quiſq; aut centenariam tranſgredi ætatem. aut nõ ad eam ſic puenit.ut pueniſſet pœniteat.ſecũdum quod in libro pſalmoꝝ ſcriptura teſtatur. Dies uitæ noſtræ.lxx.anni.ſi aũt multũ.lxxx.qcquid reliquũ eſt labor & dolor? Quorſum ais iſta tam alto repetita principio.& ita ꝓcul cœpta ut merito quis oratiano de nobis poſſit ſale ludere.Et gemino bellum troianũ orditur ab ouo? Videlicet in ſenectutem tuã & caput ad xp̃i ſimilitudinẽ cãdidum:dignis uocibus p̃dicemus. Ecce iam centenus ætatum ſtati circulus uoluit;& ſemp p̃cepta domini cuſtodiens:futuræ beatitudinẽ uitæ per p̃ſentia exempla meditaris.Oculi puro lumĩe uigent:pedes imprimũt certa ueſtigia:auditus penetrabilis:dentes candidi:uox ſonora:corpus ſolidum:& ſucci plenum:cani cum rubore diſcrepant:uires cũ ætate diſſentiunt.Non memoriæ tenacitatem ut in plæriſq; cernimus:antiquior ſenecta diſſoluit.nõ calidi acumen ingenii frigidus ſanguis obtundit.non contractam rugis faciem arata frons aſperat.nõ denicq; tremula manus per curuos cæræ tramites errantem ſtilum ducit.Futuræ nobis reſurrectionis uirorem in te dominus oſtendit:ut peccati ſciamus eſſe:q; cæteri adhuc uiuentes p̃moriunť in carne.luſticiæ:q; tu adoleſcentiã in aliena ætate mentiris.Et q̃q̃ multis iſtam corporis ſanitatem etiam peccatoribus euenire uideamus:tamẽ illis hoc diabolus miniſtrat:ut peccent.tibi dominus p̃ſtat:ut gaudeas.Doctiſſimi quiq; græcoꝝ de quibus pro Flacco agens luculente Tullius ait.Ingenita leuitas.& erudita uanitas.regum ſuorum uel pricipum laudes accepta mercede dicebant.Hoc ego nunc faciens:p̃ciũ poſco pro laudibus.& ne putes modica eſſe quæ dep̃cor:margaritã de euãgelio poſtularis.Eloqa domini:eloqa caſta:argentũ igne examiatum:ꝑbatũ terræ purgatum ſeptuplum: ſcilicet cõmentarios Fortunatiani.& ꝓp notitiã notã perſecutoꝝ Aurelii Victoris hiſtoriam: ſimulq; epiſtolas Nouatiani.ut dum ſciſmatici hoĩs uenena cognoſcimus: libẽtius ſancti martyris

cypriani bibamus antidotū.Miſimus interi te tibi:ideſt paulo ſeni paulū ſenioré:in quo ꝓpter ſimpliciores quoſq; multū in deiiciédo ſermone laborauimus.Sed neſcio quomodo:etiā ſi aqua plena ſit:tamē eundem odoré lagena ſeruat:quo dū rudis eſſet:ibuta eſt.Si hoc munuſculū placuerit habemus etiam alia cōdita : q̄ cum plurimis orientalibus mercibus ad te ſi ſpūs ſanctus afflauerit.nauigabunt.

Epiſtola Valerii ad ruffinum ne ducat uxorem diſſuaſoria.

Oqui ꝓhibeor:& tacere non poſſum.Grues cæli tempeſtates nunciant uarias:ululæ bubones q̄ ominoſæ aues hyemis grauitatē iſtantem luctuoſæ pululāt.Et tu ſubſannas.ſi uenturi diſpendii uaticinia uera p̄ſenſero.ideo loq; prohibeor.ueritatis augur.nō uoluptatis.Luſciniā amo & merulam.quæ lætitiam auræ lenis cōcentu placido p̄ſequunt.& p̄cipue philomenā.quæ optatæ tē pus iocūditatis tota delitiaꝝ plenitudie cumulat.Ni fallor dulces gnatōes & comœdos.q; dulces p̄ſuſurrāt illecebras.& p̄cipue Circen.quæ tibi ſuſpiratæ ſuauitatis aromate gaudia plena perfundat.ut fallaris. ut ſus fias.aut aſinus.tacere nō poſſum.Propinat tibi mellitū toxicū miſter babeli blande igredit.& delectat. & ī petum ſpūs tui conducit.& ideo loq; prohibeor.ſcio q̄ nouiſſime ſicut coluber mordebit.& uirtus īprimet in par omni tyriaca.ideo tacere nō poſſum.Multos habes uoluptatis tuæ perſuaſores.in caput tuū facūdiſſi mos.me ſolū elinguē p̄conem ueritatis.quem nauſeas.ideo loq; prohibeor.Reprobata eſt ſatui uox anſeris. Inter cygnos tantū doctos delectare.ea tamē ſenatores docuit ſeruare urbē ab incendio.theſauros a rapina. ſeipſos a telis hoſtiū.Forſitā & cū ſenatoribus intelliges.quia prudēs es.q̄ tibi organizent olores interitū.& anſer ſalutem ſtrepat.ideo tacere nō poſſum.Deſiderio tuo totus iflāmatus.& ſpecioſi nobilitate capitis ſe ductus:chimæram neſcis eſſe miſer:quod petis:uel ſcire deuoues:quod tibi formæ mōſtrum illud inſignis uenuſtet facie leonis:olentis maculet uentre capri:anguis inſidiet cauda uiruléta.q; ſyrenum uoces Circes pocula nouit uirtutis uinculis ſibi uim fecit:ut uitaret uoraginem.Ego aūt in domino ſperās adiicio q̄ Vlyxis imitator eris nō Empedoclis:q; per ſuam philoſophiam:ne dicam melācholiam:ideſt atrā bilem uictus etnā ſibi mauſeolum elegit:& parabolā:quā audis:ad ueteres attulit:ideo tacere nō poſſum. Tandem ualidior eſt ignis tuus in loco:ānuit tibi pars aduerſa q̄ uereor æſtus ille tuus:quo in me accēderis:ne minorē maior ad ſe trahat:&ꝓpterea loq; ꝓhibeor. At ſpiritu loquar:quo tuus ſum.Penſent ignes lāce qualibet æquali uel inæquali.Verſet piculum capitis mei:qcqd agas:quicqd iudices:idulgendum eſt mihi:q; præ amoris īpatientia tacere nō poſſum.Prima primi uxor adæ:poſt hoīs creatōem primo peccato:primo ſoluit ieiunia: ꝓpter p̄uaricatum p̄ceptum domini parētauit īobediētiam:quæ citra mūdi terminum nō abſiſtet expugnare fœmias:quæ ſemꝑ īdefeſſæ erunt trahere in cōſequentiam:quod a mre ſua traxerūt.Amice cōtumelia uiri eſt uxor īobediens.Caue tibi:ueritas quæ nō poteſt falli:ait de beato dauid.Inueni uiꝝ ſecūdum cor meū Hic tamē ægre p̄cipitatus eſt amore mulieris ex adulterio in homicidiū:ne unq̄ ſola ueniāt ſcandala. Diues enim oīs eſt iniqtas ſocietate plurima:& quācūq; domū intrauerit:ſuis tradit inqnandam conuitiis. Amice berſabee ſiluit.& in nullo malignata eſt.& nihilominus tamē facta eſt ſtimulus ſubuerſionis uiro pfecto: & mortis aculeus marito īnocenti.Nunqd īnocens erit.quæ contendet eloquētia.ut dalida ſampſonis & forma.ut berſabee.cū huius ſola pulchritudo triūphauerit etiam nolens?Si non es amplius ſecundum cor domini q̄ dauid:crede q̄ & tu p̄cipitari potes.Sol hominum ſalomō theſaurus delitiaꝝ dei:ſapiētiæ ſingularę domicilium:craſſo tenebraꝝ fuſcatus atramēto:lucē aiæ ſuæ.gloriā domus ſuæ:odorem famæ ſuæ amore amiſit mulieris.Et poſtremo curuatus coram baalim ex eccleſiaſte domini mutatus eſt in mēbrū zabuli:ut adhuc grauiori uideret detrudi p̄cipitio:q̄ phœbus in caſu phætontis:q; de apolline iouis factus eſt paſtor Admeti.Amice ſi nō es ſapiētior ſalomone:quod nemo eſt:nō es maior:q̄ q; poteſt faſcinari a fœmia oculos tuos aperi & uide.Optima fœmia eſt:quæ rarior eſt phœnice.Amari nō poteſt ſine amaritudie metus & ſollicitudis & frequentis infortunii.Malæ aūt quaꝝ tam copioſa ſunt examina:ut nullus ſit expers malignitatis eaꝝ:cum amant amare puniūt:& afflictioni uacant uſq; ad diuiſionem corporis & ſpūs.Amice philoſophicum eſt:uideto cui des.Ethica eſt:uideto cui te des.uexilla pudicitiæ tulerūt cum Sabinis Lucretia & Penelope:& puriſſimo comitatu trophœa retulerunt.Amice nulla eſt Lucretia:nulla eſt Penelope:nulla eſt Sabina.Time omnes ingreſſæ ſunt acies ad ſabinas.Venerūt Sylla & Myrrha & Phedra:& ſecutæ ſunt eas turbæ multæ oīum uitioꝝ exercitu ſtipatæ:ut gemitus & ſuſpiria:& tandem infernum captiuis ſuis facerent. Amice.ne p̄da fias in medio p̄donū non dormias eaꝝ in tranſitu.Iupiter rex terrenus:qui & rex cæloꝝ dictus eſt præ ſingulari ſtrenuitate corporis:& incomparabili mētis elegantia:poſt Europā mugire coactus ē. amice:ecce quē bonitas ſup cælos extulit:fœmia brutis cōparauit.Poterit etiam fœmia te cogere ad mugitum:ſi nō es maior ioue:cuius magnitudini nemo alius par fuit.Phœbus q; ſapientiæ radiis totius orbis priminciauit ambitū:ut merito ſolis nomine:ſolus illuſtraretur:infatuatus eſt amore Leucothoes ſibi ad ignominiam.Illi ad interitum:& ecliptica diu uiciſſitudine uarius factus eſt.Frequenter ſui luminis expers : quo totus uniuerſaliter egebat mundus.amice:ne lumē quod in te eſt:tenebræ fiant.Leucothoen fugito . Mars qui deus bellantium dici meruit.triumphoꝝ familiari frequentia.in quibus expedit uis animi maxime prōpta.nil ſibi metuens a Vulcano ligatus eſt cum Venere.inuiſibilibus quidem cathenis ſenſibilibus tamen. Hoc autem ad plauſum ſatyroꝝ.& ad riſum cæleſtis curiæ.Amice meditare ſaltem cathenas.quas nō uides & iam in parte ſentis.& eripe te dum adhuc corruptibiles ſunt.ne claudus ille faber & turpis.quem deus nō eſt mēſa.nec dea eſt dignata cubili ſuæ te ueneri.ſuo more concathenet.& te ſui ſimilem.turpē & claudum. immo quod magis timeo.Loripedem faciat.& non poſſis quod ſaluat.fixam habere ungulam.ſed alligatus ueneri dolor fias.& irriſio uidentium.dum ſibi applaudant cæteri.A falſo deaꝝ iudice reprobata eſt Pallas. quæ non delectare promiſit.ſed prodeſſe.Amice nunquid & tu ſic iudicas?Video iam te faſtidienti animo.

tota celeritate percurrere quæ legis,& ſententias non attendere,ſed expectaſ ſchemata.Fruſtra expectas,do nec hic turpidus animus effluat,ut hæc fetulentia ſecedens,pura tibi fluenta irriget. Similes enim oportet eſſe ſui fontis riuulos,aut turbidos,aut clatos,ſic imperitiam cordis mei uitium oſonis exprimit,& ſtrumoſa dictionum imperitia delicatum offendit animum.Huius imbecillicitatis mihi cõſcius,diuertiſſem me ad diſſuadendum libenter,ſed qui tacere non potui,locutus ſum ut potui.Quod ſi mihi eſſet tanta ſtili uirtus quantus eſſet ſcribendi animus,tam elegantia tibi uerba tranſmitterem,& tam nobili maritata coniugio,ut ſingula ſeorſum,& omnia ſimul ſuum uiderenſ auctorem benedicere.Sed quia mihi oĩa debes quæcũq; adhuc nudus amor,& infœcundus,ne dicam ſterilis,mereri poteſt ex omnibus,mihi p̃be interi patienter aurẽ dum euoluam quod implicui,& a me non requirat purpuriſſum oratoris,aut ceruſſam,quam me neſcire fateor,& fleo.ſed ſcribẽtis uotum,& paginæ ueritatem accepta.Iulius cæſar cuius amplitudini obſtrictus fuit orbis,die qua nobilem filium ſuũ auſa eſt occare ſæua nimis Atropos,tũc illos humilem qdem,ſed diuinos ſtilos ꝓducendi aurem,humiliter inclinauit in ualuis Capitolii.Quod ſi & aĩum pœnas eis dediſſet, qbus ipſe.Tu uero ſtiloꝝ tuoꝝ mihi prænũcio aurem ĩclinas,ut aſpis ueneficiis,adhibes aĩum ut aper latratibus placaris ut Dypſas,cui ſol ĩcanduit a cancro.Tibi conſulis,ut ſpreta Medea.Tibi miſereris,ut æquor naufragis,quod manũ contines,reuerentia regiæ pacis eſt.Amice,ſe humiliauit,licet citra p̃fectum,domitor orbis fideli ſuo,& pene pedem retulit,qa ipſe paruit,& pene ſuccubuit,quia obediuit,& non penitus,nihil ei multa humilitas ꝓfuit,qa non plena.Quid tibi confert tua tam ferina inhumanitas:& rigor inflexus:& horror ſupercilii?qui ultro irruis in latronum iſidias inermis:humilia te cede,ſed ad modũ humilitatis eius:q totũ ſibi mundum humiliauit.Et audi amicũ tuum.Et ſi cæſarem erraſſe credis:q Tũgillo non credidit: exaudi & attende quid & aliis contigerit:ut tibi,pſit eoꝝ læſio.Indẽnis eſt enim caſtigatio quam pſuadent exempla ria.Neſcio quo refugio tutus es:aut quo torpeſcis auxilio.Cæſar in miſericorde perfidos repperit: & nõ eſt reuerſus.Tu ſi unq̃ tale gymnaſium euaſiſti:pios impios iueniſti.Phoroneus rex:q legum theſauros populis publicare non iuidit:ſed his primus græcoꝝ ſtudia deaurauit:die qua uiam uniuerſitatis igreſſus eſt: ait Leontio fratri ſuo.Ad ſũmam fœlicitatem nihil mihi deeſſet:ſi uxor mihi ſemp deſuiſſet.Cui leontius. Et quomodo uxor obſtat?At ille.Mariti omnes ſciunt.Vtinam tu ſemel maritus fueris,& non ſcis ut ſcias qd fœlicitatem impediat.Valentinus imperator octogenarius adhuc uirgo:cum audiret die fati ſui triũphoꝝ p̃conia recoli:qbus frequẽtiſſimus erat:ait una ſe tantum gloriari uictoria.Et requiſitus qua Reſpondit: q̃ inimicoꝝ nequiſſimũ deuici carnem meam.Amice:hic iglorius migraſſet a ſæculo:niſi ei fortiter reſtitiſſet cum qua tu aſſenſum familiaritatis pepegiſti.Cicero poſt repudium.Terentiæ:uxorari noluit:dicens ſe pariter uxori & philoſophiæ operam dare non poſſe.Amice utinam tibi hoc aĩus tuus reſpondeat:uel tua lĩgua mihi:ut loquendo ſaltem eloquẽtiæ pricipem digneris imitari:& mihi ſpem facias uel uanam.Cãnius a Gadibus Herculis poeta facũdiæ lenis & iocũde reꝑhenſus eſt a Liuiopeno:graui & uenerato hiſtoriographo: q̃ multaꝝ gauderet amoribus:his uerbis.Noſtram philoſophiam participare non poteris:dum a tot participaris.Non enim eo iecore lunonem amat. Tityus:q̃ multi uultures multum diuellũt.Cui Cãnius ſiquando labor reſurgo cautius:ſi paululum opprimor:alacrius reſumo aerem:uices noctium dies reddunt leniores.Sed tenebraꝝ ꝑpetuitas inſtar inferni eſt.Sic lilia primæua,uerni ſolis delicata temporibus,uarietate tũ euri,tum nothi,tum zephiri læticia effuſiore laſciuiunt:quibus uno ſpiritu fulminans libys ĩcumbens occaſum facit.Sic Mars ruptis teſticulis in menſa cæleſti recũbit cõuiua ſupeꝝ.a qua uxorius mulciber ſuo ſune longe religatur.Sic leuius ligant multa fila:q̃ ſola cathena.Sic mihi ſit a philoſophia tibi ſolatiũ.Amice utri uſq; uerba,pbo:uitam neutrius.Minus tamen multi morbi lædunt ſalutis uiciſitudie interpellati:q̃ langor unus:q a laboribus irremediatis non ceſſat affligere.Pacuuius flens ait Ario uicino ſuo.Amice arborem habeo in horto meo iſœlicem:de qua prima uxor mea ſe ſuſpendit:poſtmodũ ſecũda:iam nũc tertia.Cui Arius.Miror te in tot ſucceſſibus lachrymas iueniſſe.Et iteꝝ.Dii boni:quot tibi diſpendia arbor illa ſupendit Et tertio.Amice:dede mihi de arbor illa ſurculos:quos ſeram.Amice:timeo ne & te oporteat arboris illius ſurculos mendicare:cum iam iueniri non poterunt.Senſit Sulpitius ubi ipſum calceus ſuus p̃mebat: qui ab uxore nobili & caſta aduertit. Amice caue tibi ne te præmat calceus:qui auelli non poſſit.Ait Cato uticenſis. Si abſq; fœmina poſſet eſſe mundus,conuerſatio noſtra non eſſet abſq; diis. Amice. Cato non niſi uera & cognita loq̃batur nec quiſq̃ fœmiarum execratur ludibria:niſi luſus & expertus & cõſcius pœnæ.His igitur fidem habere decet:q cum omni ueritate loquũtur.Si ſciunt ut placeat delectatio: & pungit delictũ. Si norunt q̃ flos ueneris roſa eſt:quia ſub eius purpura multi latent aculei.Metellus Mario reſpondit. cum eius filiam dote diuitem,forma nobilem,genere claram,fama fœlicẽ:ducere noluit.Malo meus eſſe q̃ ſuus. Cui Marius.Immo ipſa tua erit.At ille.Immo uirum oportet uxoris eſſe.Logicum eſt enim talia erunt ſubiecta:qualia permiſerit p̃dicata.Sic facetia uerbi metelli diuertit ab oneribus dorſum eius.Amice:ſi uxorari oportet:non expedit qdem.Verũtamen ſit amor in cauſa:non cenſus.Et faciem uxoris eligas non ueſtem. & aĩum non auꝝ.& tibi nubat uxor,non dos.Ergo ſiquo modo fieri poteſt:p̃dicari poteris: ut liuorem nõ ducas a ſubiecto.Lais Corithia p̃rogatiua pulchritudinis inſignis tantũmodo regum & principum dignabatur amplexus.Conata eſt tamen Demoſtheni philoſopho participare:ut noto caſtitatis eius miraculo ſoluto:uideretur ſpecies ſua lapides mouiſſe:ut Amphionis cithara: attractum blanditiis tractauit ſuauiter. Cunq; iam Demoſthenes emolliretur ad thalamum:petiuit ab eo Lais centum talenta pro cõſenſu. At ille ſuſpiciens in cælum ait.Non emo tanti pœnitere.Amice:utinam in cælum & tu acumen mentis dirigas:ut id effugias quod pœnitentia eſt redimi. Liuia uirum ſuum interfecit quem nimis odit. Lucilla ſuum: quẽ nimis amauit.Illa ſponte miſcuit aconitum:hæc decepta furorem propinauit pro amoris poculo.Amice:cõ

trariis contenderunt uotis iſtæ,neutra tamen defraudata eſt ſine fraudis fœmineæ proprio: ſcilicet malo: Variis & diuerſis incedunt ſemitis fœminæ:quibus anfractibus errent:quibuſq; deuinctæ ſint:ī uiris unus eſt exitus. Vna oīum uiarum ſuarum meta. Vnicum caput:& cōuentus omnium diuerſitatum ſuarum malitia. Exemplo harum:experimentum cape.q; audax eſt ad omnia quæ amat.uel odit fœmina. & artificioſe cum nocere uult.quod ſemper eſt.& frequenter.cum iuuare parat obeſt. Vnde fit.ut frequenter noceat nolens. In fornace poſitus es. Si aurum exhibes purior. Deianira Tyrinthium ueſtiuit interula.& monſtrorum malleum monſtri ſanguine ulta eſt. Sibiq; proceſſit ad lachrymas.quod ad læticiam machinata eſt. Amice traiectum telo herculis ſciuit.& uidit Neſum iſta.nihilominus tamen Neſo credidit in herculē.& quaſi nō ſponte.quem debuit ueſtire interula.ueſtiuit ſteritu. Inſani capitis.& præcipitis eſt fœmīa ideliberata ſemp uoluntate:p̄cipuum arbitrat̄:quod uult:& quod nō expedit:& ut præ oībus placere cupit:ut placitū ſuum omnibus p̄ferre conſulta eſt:duodecī inhumanos labores cō ſumauit Alcides. A tertiodecimo qui omnem īhumanitatem exceſſit:exuperatus eſt. Sic fortiſſimus hoīum æque dolendus eſt:ut gemebundus occubuit qui cæli arcem ſine gemitu ſuſtinuerat humeris. Tandem quæ unḡ inter tot milia milium ſedulum ſollicitūq; p̄catorem perpetua contriſtauit repulſa.uel quæ conſtanter p̄cidit uerba petentis? Fauorem ſapit eius reſponſio:& q̄tūcunq; dura fuerit:ſemper in aliquo uerbi ſui angulo habebis aliquem petitionis tuæ fomitem implicitum. Quælibet negat:nulla pernegat. Irrumpit augꝰ in propugnacula turris Acriſii:ualloq; multiplici ſignatam Danes pudicitiam ſoluit. Amice.ſicut uirgini quæ terram triumphauerat.de cælo pluit inceſtus:ſic quā nunq̄ fallit humilis.uīcit ſublimis. Sic arborem quam nunq̄ mouit Fauonius euertit aqlo. Lycia uirgo:uergens in ſenium.& fama priuilegiata conſtanter:tandem oppſſa apollinis fantaſmate concepit: peperitq; Platonem. Amice.quam illibatam ſeruauerunt uigiliæ:deflorauit illuſio per ſōnium:ut ſemp omne roſarium aliquo turbine ſua purpura ſpolietur. Sed bene:q; patriſſauit patri plato ī ſapientia:& q; ſimilis factus eſt nomis:& nummis p̄cipui. Amice minaris.an indignaris magis q; in parabolis tibi ſignificem gentiles eſſe imitandos.chriſtiano idolatras.agno canes.deni bono malos? Volo ſis api argumentoſæ ſimilis: q̄ mel elicit ex urtica:ut ſumas mel de petra:oleumq; de ſaxo duriſſimo:gentilium noui ſuperſtitōem. Sed oīs creatura dei aliquod habet exemplar dei honeſti. Vnde ipſe tum aries:tum leo:tum uermis dicitur:ſed plurima peruerſa agant ĩcreduli. Aliqua tamen quæ cum ipſis interierant:in nobis fructum abundare fecerūt. Quod ſi illi zonas habuerūt pelliceas cauſa munditiæ ſine ſpe:ſine fide:ſine p̄dicamēto:ſine charitate:profecto ſi nos fuerimus aſini:& ſues:aut aliqua īhumānitate brutoꝝ ſimiles:quo fidei:quo ſp̄ei: quo charitatis merito digni reperiemur:cum uideas,pphetas:& p̄cipue illum mundi cordis:quē ſoli cernere poſſunt oculi. Illi aūt ſtudio ſuaꝝ artium ſe multis conatibus afflixerunt.nullo futuræ fœlicitatis intuitu. ſed tantū ne aīas haberent ignorantes.quid nobis erit.neglecta diuina pagina cuius ueritas eſt & illuminatio lucerna pedibus.& lumen ſemitis ad uitam æternam? Vtinam hanc eligas:utinam hanc legas:utinam hanc ītroducas in cubitulum tuū:ut ītroducat te rex in ſuum. Hanc dudum floribus tuis ueris ſubarraſti. Nec ī æſtate tua expectat ut facias uuam. In huius iniuriam non ducas aliam:ne faciens in tempore uindemiæ labruſca inueniaris. Nolo te ſponſum ueneris fieri:ſed Palladis. Hæc ſponſa te induet monilibus p̄ciofis:& ornabit. Hæc te īducet ueſte nuptiali. Hæ nuptiæ gloriabuntur apolline paranympho:haꝝ feſcennina decebit cedros libani. Stilbon uxoratus ſpem huius tam deſideratæ ſolēnitatis deuote concepi. Sed in timore:cauſa huius tota hæc lectio facta eſt.ad hunc finem luculenta tota hæc ,pperat oro. Hic rigor huius diſſuaſiōis: hic totus armatur:cuius multo chalybe p̄duratos ſentis aculeos. Dura eſt manus coniugii. ſed ſanans. Durus eſt hic ſermo:ſed ſanus.ſed utinam tam utilis q̄ deuotus. Amice artā tibi ut ais infligo uiuēdi regulam eſto. Eſt .n. arta uia quæ ducit ad uitam:nec eſt ſemita plena:qua itur ad gaudia plena:īmo etiam ad mediocria per ſale bras euadimus. Audiuit laſon q; per mare adhuc ītactum:nec ullis de uirgitatum ratibus:aut remis:& per tauros & ſulphureos ignes:& per toxiaci ſerpentis uigilias uiandum eſſet ad uellus aureum & ſano conſilio licet non ſuaui uſus abiit:& rediit:& optabilem theſauꝝ retulit. Sic abſinthium ueritatis acceptat moroſæ mentis humilitas:fœcundat officioſa ſedulitas:in fructum perducit perſeuerantiæ utilitas. Sic ſementem ſerit:p̄cerna pluuiaꝝ auſter.cōſolidat ſcopa uiaꝝ aqlo. In ubertatem ,pmouet florum,pereator zephyrus. Sic dura pricipia dulci fine muneranť. Sic arctus callis ad ampla palatia perducit. Sic anguſtus trames ad terram ducit uiuentium. Sed ne longo te diſpendio ſuſpendam ut maiori teſtimonio mihi fides adhibeatur. Lege Aureolum Theophraſti:& Medeam laſonis:& uix pauca īuenies īpoſſibilia mulieri. Amice det tibi deus oī potens fœminæ fallacia non falli:& illuminet cor tuum:ne p̄ſtigiatis oculis tendas quo ego timeo. Sed ne Oreſtem ſcripſiſſe uidear. Vale.

Beati Hieronymi p̄ſbyteri de celebratione paſchæ.

Ectis īris tuis ubi me cōmouiſti:ut debitum redderem de reſiduis enodandis q̄ſtionibus:quas iā longe ante q̄ſiueras:gratiſſimum mihi atq; chariſſimū deſiderium ſtudii tui amplius tolerare nō potui. Et q̄uis in mediis aceruis occupationum mearum hanc feci p̄cipuam:ut ad ea quæ me interrogaſti:tibi reſponderem. Diutius autem de tua epiſtola diſputare nolo:ne hoc ipſum me impediat:iam tandem redhibere quod debeo. Quæris quæ cauſa ſit.cur anniuerſarius dies celebrandæ dominice paſſionis.non ad eundem redeat anni diem.ſicut dies quo tradatur natus. Et deide ſubiungis:utꝝ hoc ſit propter ſabbatum & lunam.quid ſibi uelit in fauore obſeruatio ſabbati & lunæ. Hic primum oportet ut noueris diem natalem domini:non in ſacramento celebrari:ſed tantum in memoriam reuocari q; natus ſit ac per hoc nihil opus erit:niſi reuolutum diem anni:quo ipſa res acta eſt feſta deuotione ſignari. Sacramentum eſt autem in alia celebratōe:cum rei geſtæ rememoratio fit. ut aliquid etiam ſignificari ītelligatur.qđ

ſancte accipiendum eſt. Eo itaq; modo agimus paſcha. ut nõ id ſolum quod factum eſt ĩ memoriam reuocemus. ideſt qa mortuus aſt xp̃s. & reſurrexit. ſed etiam ut cætera quæ euangelium atteſtatur. ad ſacratam ſignificatõem nõ omittamus. Quia enĩ ſicut dicit apoſtolus. mortuus eſt propter delicta noſtra. & reſurrexit propter iuſtificatõem noſtram. Tranſitus qdem de morte ad uitam. illa paſſione domini & reſurrectione ſacratus eſt. Nam etiam uocabulum ipſum quod paſcha dr̃. non græcum ſicut uulgo uideri ſolet. ſed hebræũ eſſe dicunt. q liquam utranq; nouerunt. Neq; enĩ a paſſione. quoniam πάσχειν græce. latine dr̃ pati. ſed ab eo q; tranſitur. ut dixi de morte ad uitam hebræo uerbo res appellata eſt. In quo eloquio paſcha tranſitus. ſicut perhibent q hoc ſciunt. quod uoluit & ipſe dominus tangere. cum ait. Qui credit ĩ me. tranſit a morte ĩ uitam. Et maxime idem euangeliſta hoc ĩtelligit exprimere uoluiſſe. cum de celebraturo domino paſcha cum diſcipulis. ubi cœnam eis myſticam dedit. Cum uidiſſet iquit ieſus qa uenit hora ut tranſiret de morte: ſeu de hoc mundo ad pãtrem. Tranſitus ergo de hac uita mortali in aliam uitam imortalem. hoc eſt enĩ de morte ad uitam. In paſſione & reſurrectione domini commendatur. Hic tranſitus a nobis modo agitur per fidem quæ nobis eſt in remiſſionem peccatoꝝ in ſpe uitæ æternæ diligentibus deum & ꝓximum qa fides per dilectõem operatur. & iuſtus ex fide uiuit. Spes autem quæ uidetur nõ eſt ſpes. Quod enim uidet qs quid ſperat? Si aũt quod non uidemus ſperamus: per patientiam expectamus: ſecũdum hanc fidem & ſpem & dilectõem qua cœpimus eſſe ſub gr̃a: iam cõmortui ſumus cum xp̃o: & conſepulti illi per baptiſmũ: ſicut dicit apoſtolus. Quia & uerus homo noſter ſimul confixus eſt cruci cum illo: & reſurreximus cum illo: qa & ſimul nos excitauit: & ſimul ſedere fecit ĩ cæleſtibus. Vnde eſt & illa exhortatio. Si autem reſurrexiſtis cũ xp̃o: quæ ſurſum ſunt quærite: ubi xp̃s eſt: ad dexteram dei ſedens. quæ ſurſum ſunt ſapite: non quæ ſup terram. ſed quod ſeqtur & dicit. Mortui enim eſtis: & uita ueſtra abſcondita eſt in xp̃o. Cum autem ille apparuerit: tunc & uos cum illo apparebitis in gloria. Satis indicat quid uelit intelligi: qa nunc tranſitus uidet de morte ad uitam: qui fit per fidem: in ſpe pagitur futuræ in fine reſurrectionis & gloriæ. Cum corruptibile hoc: ideſt caro iſta: in qua gemimus induet icorruptõem: & mortale hoc iduet imortalitatem. Non etiam iã qdem habemus per fidem primitias ſpũs: ſed adhuc in nobiſmetipſis igemiſcimus adoptõem expectantes redemptionem corporis noſtri. Spe enim ſalui facti ſumus. In hac ſpe cum ſumus: corpus qdem mortuum ẽ ꝓpter peccatum. Spũs autem uita eſt propter iuſticiam. Sed uide quod ſeqtur. Si autem ſpũs eius inquit: qui ſuſcitauit xp̃m ieſum a mortuis uiuificauit: & mortalia corpora ueſtra per inhabitãtem ſpũm eius ĩ uobis. Hoc igitur eccleſia uniuerſa q̃ in pegrinatione mortalitatis iuenta eſt: expectat in fine ſæculi: quod in domini noſtri ieſu xp̃i corpore demonſtratum eſt: q eſt primogenitus a mortuis: qa corpus eius: cuius caput eſt ipſe: non niſi eccleſia eſt. nonnulli etiam attendentes uerba quæ continue dicit apoſtolus. quia & mortui ſumus cum xp̃o: & reſurreximus cum eo. Nec intelligentes quatenus dicantur: arbitrati ſunt iam factam eſſe reſurretionem: nec ullam ulterius in fine tempoꝝ eſſe ſperandam. Ex qbus eſt inquit Hymeneus & Philetus: q circa ueritatem aberrauerunt: dicentes reſurrectõem iam factam eſſe: & fidem quorundam ſubuertunt. Idem apoſtolus eos arguens deteſtatur: q tamen dicit nos reſurrexiſſe cum xp̃o. Vnde niſi quia hoc p fidem & ſpem & dilectõem factum eſſe dicit in nobis: ſecũdum primitias ſpũs. ſed quia ſpes quæ uidet non eſt ſpes. Et ideo ſi quod non uidemus ſperamus: reſtat utiq; redemptio corporis noſtri: quam expectantes in nobiſmetipſis igemiſcimus. Vnde illud. Spe gaudentes: in tribulatõe patiẽtes. Hæc igitur inouatio uitæ noſtræ: & qdam tranſitus a morte ad uitam: qui fit primo per fidem: ut in ſpe gaudeamus: & in tribulatiõe patientes ſimus: dum adhuc exterior noſter homo corrumpitur: ſed iterior renouatur de die in diem propter ipſum ĩtuitum nouæ uitæ: ꝓpter nouum hoiem quem iubemur iduere: & exuere ueterem: & expurgantes uetus fermentum: ut ſimus noua conſperſio: quoniam paſcha noſtrum imolatus eſt xp̃s. Propter hanc ergo nouitatem primus menſis in anni menſibus celebrationi attributus eſt. Nam ipſe dr̃ & menſis nouoꝝ. quia uero in toto tempore ſæculi nunc tertium tempus apparuit: ideo reſurrectio domini triduana eſt. Primum enim tempus eſt ante legem. ſecũdum ſub lege. tertium ſub gratia. Vbi iam manifeſtatio eſt ſacramenti primus occulti in prophetico enigmate. Hoc ergo & in lunari numero ſignificatur. quia enim ſeptenarius numerus ſolet in ſcripturis ad quandam perfectionem myſticus apparere. tertia hebdomada lunæ paſcha celebratur: ideſt qui dies occurrerit a quartadecima in uigeſimã primã. Eſt illic & aliud ſacramentum: quod ſi tibi obſcuꝝ fuerit: quia in talibus inquiſitõibus minus eruditus es: non contriſteris. Nec ideo me putes eſſe meliorem: quia in ſtudiis hæc puerilibus didici. Qui enim gloriatur: in eo glorieť inquit ſcire & intelligere: qa ego ſum dominus. Nonnulli ergo ſtudioſi talium reꝝ q̃lierunt multum de motibus & numeris ſydeꝝ. Et qui ſubtilius ſcrutati ſunt iſta incrementa & decrementa lumiaria ex conuerſione globi eius coniecerunt. non q; aliquid ſubſtantiæ accedat ei. cum augetur uel decedat: cum minuitur: quod deliramentum imperiti manichæi opinantes: repleri eam dixerunt ſicut repletur nauis ex fugitiua diei parte quam cõmixtam principibus tenebraꝝ: & horum ſordibus inquinatam: corde & ore ſacrilego: & credere & loqui non dubitant. Hinc ergo impleri lunam dicunt: cum magna pars diei magnis laboribus ab inquinamento purgata: de toto mundo uſq; illud ab oĩbus glaucis fugiens redditur deo lugendi: dum redeat repleri uerbo per menſem dimidium. & alio dimidio in ſolem refundi uelut in abã nouero. Nec tamen inter illas anathematizandas blaſſemias aliquid unq̃ fingere potuerunt. cur uel incipiens lucere. uel deſinens corniculato lumine fulgeat aut cur a dimidio menſe incipiat minui. & non ad refundẽdum plena perueniat. Illi ergo qui hæc certis numeris ĩdagarunt. ita ut defectus ſolis & lunæ. non ſolũ cur fierẽt. ſed etiã quãdo futuri eſſent longe ante ꝓdicerent. & eos determiatis iteruallis temporꝝ canonica ſupputatiõe ꝓfigerent. lriſq; mãdarent. quas modo q legũt atq; intelligũt. nihilominus eos ꝓdicũt. nec aliter ut alias accidũt q̃ ꝓdicũt. Tales ergo qbus non eſt

ignoſcendū.ſicut ſcriptura ſancta dicit.Quia cū tantū ualerēt.ut poſſent æſtimare ſecūdū eius quē ſupplici pietate poſſent facilius nō iuenerūt ex ipſis cornibus lunæ.quæ a ſole auerſa ſunt.ſiue creſcentis.ſiue decreſcentis.coniecerūt eā uel a ſole illuſtrari.& q̄to magis ab eo recederet.tāto magis ab ea parte quæ terris apparet & radios eius excipere.q̄to aūt ad eū magis poſt dimidiū mēſem ex alio ſemicirculo ꝓpinquaret.tanto magis a ſupiori parte illuſtrata ab ea pte quā terris auerteret.nō poſſe excipe radios.& ꝓpterea uideri deſcreſcere.uel ſi haberet in una parte in hemiſperio quā partē cū recedēs a ſole paulatī terris oſtēderet q̄ſi augmēta mōſtrare.dū nō addaſ quod deerat.ſed ꝓbaſ quod inerat.ac rurſum paulatī abſcōderē qđ patebat. & ideo uideri decreſcere.Sed quodlibet horū duorū ſit.illud certe manifeſtū eſt.& cuius aduertēti facile cognitu.q̄ luna nō augeaſ ad oculos nr̄os.niſi a ſole recedēdo.neq; minuaſ.niſi ad ſolē ex parte alia appropinquando. Attende nūc quod in ꝓuerbiis legimus.Sapiens ſicut ſol ꝑmanet.ſtultus aūtē ſicut luna mutaſ. Et qs eſt ſapiens q ꝑmanet.niſi ſol ille iuſticiæ? De quo dicit.Ortus eſt mihi ſol iuſtitiæ.& quem ſibi nō fuiſſe ortum i die nouiſſima.plāgentes ipſi dicturi ſunt.& iuſtitiæ lumē nō luxit nobis.& ſol nō eſt ortus nobis.Nam iſtū carnis oculis uiſibilē ſolē facit oriri ſup bonos & malos deus.qui etiā pluit ſup iuſtos & iniuſtos. Ducuntur aūt ſemp ex rebus uiſibilibus cōgruæ ſimilitudines.Quis ergo eſt ille ſtultus.qui tanq̄ luna mutaſ.niſi adā in quo oēs peccauerūt? Aīa quippe humana recedēs a ſole iuſtitiæ.ab illa ſcilicet iterna contēplatiōe icōmutabilis ueritatis.oēs uires ſuas in terrena cōuertit.& eo magis:magiſq; obſcuraſ in interioribus ac ſuperioribus ſuis.Sed cū rediſ cœpit ad illā incōmutabilē ſapiētiā.q̄to magis ei ꝓpinquat affectu pietatis.tāto magis exterior homo corrūpitur:ſed iterior renouaſ de die in diem:oiſq; lux illa igenii:quæ ad iferiora uergebat: ad ſupiora conuertiſ:ut a terrenis quodāmodo auferaſ:ut magis magiſq; huic ſæculo moriaſ: & uita eius abſcōdaſ cū xp̄o in deo.Mutaſ ergo i deterius ad exteriora ꝓgrediens:& in uita ſua ꝓiiciēs ītima ſua:& hoc terræ:ideſt eis qui terrena ſapiūt:deterius uideſ. Vnde illi impii poſtremā ifructuoſam agētes pniam: etiā hoc ſunt iter multa dicturi.Hi ſunt quos aliquādo habuimus in riſu:& in ſimilitudinē iproperii.Nos inſenſati uitam eorū æſtimabamus inſaniā.Ac ꝑ hoc ſp̄ūs ſanctus de uiſibilibus ad iuiſibilia:de corpalibus ad ſpiritalia ſacra ſimilitudinū ducens tranſitū:illū de alia uita in aliam uitā quod paſcha uocaſ: a quartadecima luna uoluit obſeruari:ut nō ſolū ꝓpter tempus tertiū:quod ſupra memorauī:qa inde incœpit hebdomada tertia:ſed etiā ꝓpter ipām cōuerſionem ab exterioribus ad iteriora lunæ ſimilitudo aſſumereſ:uſq; ad uicesimā uero & primā ꝓpter ip̄m numerū ſeptenarium:quo cōtineſ uniuerſitas.Ideo ioānes apoſtolus in apocalypſi ad ſeptē ſcribit eccleſias.Eccleſia uero adhuc in iſta mortalitate carnis cōſtituta ꝓpter ipām mutabilitatem lunæ nouæ appellatione in ſcripturis ſignificaſ. Vnde eſt illud.Parauerūt ſagittas in pharetra:ut ſagittarent in obſcura luna rectos corde.Prius.n.q̄ fiat illud quod dicit apoſtolus.Cū xp̄s apparuerit uita uſra tūc & uos cū illo apparebitis in gloria.Obſcurabiſ eccleſia in tempore pegrinatōis ſuæ inter multas iniqtates:& tūc ſunt timendæ inſidiæ fallaciū ſeductorū:quas noīe ſagittarū intelligi uoluit. Vnde alio loco propter nūcios fideliſſimos ueritatis:quos ubiq; parit eccleſia dr̄ luna:teſtis fidelis in cælo. Et cū de regno domini pſalmus caneret.Orieſ inquit in diebus illis iuſtitia & abūdantia pacis: quouſq; interficieſ luna: ideſt abūdantia pacis in tātum creſcit:donec oēm mutabilitatem mortalitatis aſſumat. Tunc nouiſſima inimica deſtrueſ mors:& quicquid nobis reſiſtit ex ifirmitate carnis. Vnde nobis pfecta pax nōdum eſt:cōſumiſ oīno dum corruptibile hoc iduet icorruptōem:& mortale hoc induet imortalitatem. Vnde & illius ciuitatis muri:quæ hierico appellaſ:quod in hebræo eloquio luna interp̄tari dr̄:ſeptimo circunacta teſtamēti arca corruerūt. Quod.n.nūc aliud agit ānunciatio regni cælorū.quā circūactio arcæ ſignificauit.niſi ut oīa muniméta mortalis uitæ.ideſt oīs ſpes huius ſæculi.quæ reſiſtit ſpei futuri ſæculi.in dono ſeptenario ſp̄ūs ſancti p liberū arbitriū deſtruaſ? Ob hoc.n.circūeunte arca non ipulſu uiolento illi muri:ſed ſponte ceciderūt. Sūt & alia teſtimonia ſcripturarū:quæ nobis igerunt p cōmemoratōem lunæ eccleſiæ ſignificatōem: quæ i iſta mortalitate ab illa hieruſalem:cuius ciues ſunt angeli ſancti in erūnis & laboribus pegrinaſ. Non tamē enim putare debent ſtulti:qui uolūt in melius cōmutari:adoráda eſſe iſta lumīaria:quia ducīſ ex eis aliquādo ſimilitudo ad diuina myſteria figurāda.ex oī enim creatura ducitur.Nec ideo in ſnia dānatōis debemus irruere:quæ ore apoſtolico de quibuſdā ꝓferatur:qui coluerūt & ſeruierūt creaturæ potius:q̄ creatori: qui eſt benedictus in ſæcula.Sicut enī non adoramus pecora:q̄uis dictus ſit xp̄s & agnus:& uitulus:nec ferā: qa dictus eſt leo de tribu iuda.nec lapides:quia petra erat xp̄s.nec mōtem ſyon:quia in ipſo figuratur eccleſia. nec ſolē & lunā:q̄uis ex ea cæleſti creatura ſicut ex multa terreſtri ſacrorū figuræ ad iformationes myſticas ſumūtur.Quapropter mathematicorū deliraméta cū deteſtatōe ridenda ſunt.quibus cū obiiceremus uana commenta:unde hoīes in errorem p̄cipitant:nos prius p̄cipitati:ſicut garruli ſibi uidemur:cū dicunt nobis Cur & uos ex ſolis & lunæ cōputatione paſcha celebratis? Quaſi nos ordines ſyderū:& uiciſſitudines tēporum a ſūmo atq; optimo deo conditas arguamus:& non eorū peruerſitatem:quæ rebus ſapientiſſime conditis:ad ſtultitiæ ſuæ uaniſſimas opiniones abutitur.Nam & ſi mathematicus nobis contradicturus eſt de ſyderibus & luminaribus cæli:ad ſacramenta myſtice figuranda:ſimilitudines ducere contradicant & augures:ne dicatur nobis.Eſtote ſimplices ſicut colūbæ.Contradicant & marſi:ne dicaſ nobis.Aſtuti ut ſerpentes.Contradicant hiſtriones:ne in pſalmis citharam nominemus.At quid ex his rebus ad myſteria uerborū dei ſimilitudinū ſigna ſumunt? Dicam ſi placet uel auſpicia uos captare:uel uenena conficere:uel theatricas affectare luxurias:quod demētiſſimū eſt dicere.Non igitur nos de ſole & luna annuis menſtruis ue temporibus actionum noſtrarū commenta conſicimus:ne in uitæ humanæ periculoſiſſimis tempeſtatibus: tanq̄ in ſcopulis miſeræ ſeruitutis illiſi a libero arbitrio naufragemus.ſed ad rem ſacratæ ſignificandam ſimilitudines adhibitas religioſiſſima deuotiōe ſuſcipimus:ſicut de cætera creatura:de uētis:de mari:de terra:de uo

latilibus:de piſcibus:de pecoribus:de arboribus:de hominibus. Ad ſermonem quidem multipliciter. Ad ce 350
lebrationem uero ſacramẽtorũ iam xp̃iana libertate parciſſime:ſicut de aqua:de frumẽto:de uino:de oleo.
In ſeruitute autẽ ueteris populi multa etiã celebrari ꝑerata ſũt:quæ nobis tantũmõ intelligenda tradũtur.
Non utiq; dies obſeruabimus:& menſes:& annos:& tempora. ne audiamus ab apoſtolo timeo uos ne ſorte
ſine cauſa laboraueri in uos. Eos enim inculpat:qui dicũt. Nõ proficiſcar:quia poſterus dies eſt:aut quia lu-
na ſic fertur:uel proficiſcar ut proſpere cedat:quia ita ſe habet poſitio ſyderum. nõ ago hoc menſe cõmerci-
um:quia illa ſtella mihi facit menſem. Nõ plantem hoc anno uineã quia biſſextus eſt. Nõ aũt quiſq; ſapiens
arbitretur obſeruatores temporum reꝓhendendos:qui dicunt. Hõ proficiſcar hodie:quia tempeſtas exorta
eſt. Aut nõ nauigẽ:quia adhuc ſunt hybernæ reliquiæ. Aut tempus ſeminandi eſt:qđ imbribus autũnalibus
terra ſatiata eſt. Vel ſiqui forte alii naturales effectus circa motus aeris & humoris ad uariandas temporum
qualitates. in ſyderum ordinatiſſima conuerſione notati ſunt:de quibus dictum eſt. dũ conderentur:& ſũt
in ſignis:& in temporibus:& in diebus:& in annis. Siquæ aũt figuræ ſimilitudinum non tantum de cælo &
ſyderibus:ſed etiam de creatura inferiore dicũtur ad diſpenſationem ſacramẽtoꝝ. Eloquentia q̃dam eſt do
ctrinæ ſaluatoris mouendo affectui diſcentiũ accõmodata:a uiſibilibus ad inuiſibilia:a corporalibus ad ſpi
ritalia:a temporalibus:ad æterna. Nec quiſq; ueſtrũ attendat:q; eo tempoꝝ quo paſcha celebramus. ſol ĩ arie
te eſt:ſicut illi appellãt q̃ndam ſydeꝝ locum:ubi re uera menſe nouoꝝ inuenitur ſol. ſed ſiue illi arietem:ſi-
ue aliquid aliud eandem partem cæli uocare uoluerint. Nos de ſcripturis ſanctis hoc didicimus:q; omnia ſy
dera deus condidit:& locis cæleſtibus qbus uoluit ordinauit:quæ ſtellis diſtincta & ordinata in quotlibet
partes diuidant:quibuſlibet uocabulis uocent:ubicũq; ſol eſſet menſe nouoꝝ:illic eſſe reperietur hæc cele-
bratio:ꝓpter ſimilitudinem ſacramenti renouandæ uitæ:de qua ſatis ſupra diſſeruimus. Quod ſi etiam lo-
cus ille ſydeꝝ aries poſſit uocari:ꝓpter aliquã figuræ congruẽtiam:neq; huiuſmodi timeret ſermo diuinus
ſacramẽti ſimilitudinem dicere:ſicut & de aliis:non ſolum cæleſtibus:ſed etiam terreſtribus creaturis: ſicut
de Orione Pliadibus:ſicut de monte Syna:de monte Syon:ſicut de fluminibus quæ uocãtur Geon: Phiſon:
Tigris:Euphrates:ſicut de ipſo totiens in ſanctis myſteriis nobilitato fluuio Iordane reꝝ figurate inſinuan-
daꝝ myſticas ſimilitudines adduxit. Sed quantum interſit inter obſeruationes ſydeꝝ ad aereas qualitates
accõmodatas:ſicut agricolæ:aut nautæ obſeruant:aut ad notandas partes mundi:rurſumq; aliquo & aliun-
de dirigendum quod gubernatores nauiũ faciunt:& ii qui ꝑ ſolitudies arenoſas in interiora auſtri nulla cer
ta ſemita gradiuntur:aut ad aliquid in doctrina utili figurate ſignificandum ſit:nõnulloꝝ ſyderum aliqua
cõmemoratio. Quantũ ergo iterſit inter has utilitates & uanitates hominũ:ob hoc obſeruantium ſydera:
ut nec aeris qualitates:nec regionũ uias:nec ſolos temporꝝ numeros:nec ſpiritalium ſimilitudinem: ſed q̃ſi
fatalia reꝝ euenta perquirant. quis non intelligat? ſed iam deinceps uideatur:cur etiam id obſeruetur: cum
paſcha celebraꝝ:ut ſabbatum occurrat. Hoc enim ꝓprium xp̃i:aut religionis eſt. Nam iudæi tãtũmodo mẽ-
ſem nouoꝝ:& lunam obſeruant etiam ipſi a quartadecima uſq; ad uiceſimã primam. Sed quia illud eoꝝ pa
ſcha quo paſſus eſt dominus:ita occurrit:ut ĩter mortem eius:& reſurrectionem medius eſſet ſabbati dies.
Addendum p̃res noſtri cenſuerũt. ut noſtra feſtiuitas a iudæoꝝ feſtiuitate diſtingueraꝝ:& quod non fruſtra
factũ eſſe credendũ eſt:ab illo q eſt ante tempora:& ꝑ quem facta ſunt tempora:& q uenit in plenitudie tẽ-
poꝝ:& q habet poteſtatem ponendi aĩam & iteꝝ recipiendi eam. Et ideo non fatalem:ſed opportunam ſa-
cramento:quod tum emendare inſtituerat:horã expectabat:cum diceret. Nondũ uenit hora mea:in áiuer
ſaria paſſionis eius celebratione a poſteris ſeruaretur. Quod enim nũc:ut ſuperius dixi: fide:ac ſpe agimus:
ut ad id pueniamus:dilectione ſatagimus. Reqes q̃dam ab omni labore oĩum moleſtiaꝝ ſancta atq; perpe-
tua eſt. In eam nobis ex hac uita fit tranſitus:quem dominus noſter ieſus xp̃s ſua paſſione demõſtrare & cõ-
ſecrare dignatus eſt. Ineſt aũt in illa requie non deſidioſa ſegnitia:ſed q̃dam ineffabilis tranquillitas actionis
ocioſæ. Sic enim ab huius uitæ operibus ĩ ſine reqeſcitur:ut in alterius uitæ actione gaudeaꝝ. Sed quia talis
actio in dei laude agitur:ſine labore mẽbroꝝ:ſine langore curaꝝ nõ ad eam ſic tranſitur per qetem:ut ipſi
qeti ſuccedat:ideſt non ſic eſſe icipiat actio. ut eſſe deſinat quies. Neq; n. reditur ad curas & labores. ſed per-
manet in actione. Et quod ad quietem ꝓtinet. nec in opere laborare. nec in cogitatione fluctuaꝝ. Quia ergo
per reqem ad primã uitam reditur. unde aĩa lapſa eſt ĩ peccatum. ꝓpterea ſabbato reqes ſignificatur. Illa aũt
prima uita. quæ a peregrinatione redeuntibus eſt. per primã ſtolam. quem diem dominicũ dicimus figuraꝝ.
Quære ſeptem dies geneſis legens. inuenies ſeptimũ ſine veſpera. qa requiem ſine fine ſignificat. Prima ergo
uita non fuit ſempiterna requies peccanti. reqes autem ultima ſempiterna eſt. ac per hoc & octauus ſempi-
ternam beatitudinem habebit. quia requies illa quæ requies ſempiterna eſt excipitur ab octauo non extin-
guitur. Neq; enim eſſet aliter ſempiterna. Ita ergo erit octauus. qui primus. ut prima uita. ſed æterna reddaꝝ.
Sabbatum tamen cõmendatũ eſt cõmuni populo initio corporali temporaliter celebrãdum. ut figura eſſet
ſanctificationis in requiem ſpiritus ſancti. Nuſq; enim legimus in geneſi ſanctificationem per omnes ſupio-
res dies. ſed de ſolo ſabbato dictum eſt. & ſanctificauit dominus diem ſeptimum. Amãt enim requiem. ſiue
pie. ſiue inique. ſed qua perueniant ad id quod amant. plurimæ neſciunt. nec aliquid aliud appetunt etiam
ipſa corpora ponderibus ſuis. niſi quieſcere a motibus ſuis. Nam ſicut corpus tam diu nititur pondere. ſiue
deorſum uerſus. donec ad locum quo nititur ueniens conquieſcat. Põdus quippe olei ſi mittatur in aere. de
orſum. ſi autem ſub aquis. ſurſum nititur. Sic animæ ad ea quæ amant. propterea nituntur ut perueniendo
requieſcant. Et multa quidem per corpus delectant. ſed non eſt in eis æterna requies. nec ſaltem diuturna.
Et propterea magis ſordidant animam. & aggrauant potius. ut ſincerum eius pondus. quo ĩ ſuperna fertur
impediant. Cum uero anima ſeipſa delectatur. nondum re incommutabili delectatur. & ideo adhuc ſupba

eſt.quia ſe pro ſummo habet.& cum ſuperior ſit deus nec in tali peccato impunita.relinquitur. quia deus ſuperbis reſiſtit:humilibus autem dat gratiam.Cum autem deo delectatur: ibi ueram certam æternam inuenit requiē:quam in aliis q̄rebat:nec inueniebat.Proinde ām̄onetur in pſalmo.Delectare in domino:& dabit tibi petitionem cordis.quia ergo charitas dei diffuſa eſt ī cordibus noſtris per ſpūm ſanctum qui datus eſt nobis:ideo ſanctificatio in ſeptimo die cōmemorata eſt:ubi requies commendatur.Quía uero nec bene opari poſſumus:niſi dono eius adiuti:ſicut apoſtolus dicit.Deus enim ē qui operaf in nobis:& uelle & opari pro bona uoluntate nec agere nec requieſcere poterimus poſt oia bona opera noſtra:quæ in hac uita gerimus:niſi eius dono ad æternitatem ſanctificati atq; perfecti.Propterea de ipſo deo dicit, Cū feciſſet omnia bona opa ualde:ſeptimo die requieuit ab omnibus operibus ſuis:quæ fecit.Futuram enim requiē ſignificabat:quam poſt bona opera daturus erat nobis hoibus.Sicuti enim cū bene opamur ipſe dicitur opari in nobis:cuius munere bene opamur:ita cum requieſcimus ipſe requieſcere dicitur:quo donante requieſcimus. Hinc eſt q; etiam in tribus primis p̄ceptis decalogi:quæ ad deum ptinent(cætera enim ſeptem ad ꝓximum ptinent & ad hoiem)qa in duobus p̄ceptis tota lex pendet:tertium ibi de obſeruatione ſabbati poſitū eſt:ut in primo p̄cepto patrem itelligamus:ubi ꝓhibef coli aliqua in figmētis hominum dei ſimilitudo. nō quia non habet imaginem deus:ſed quía nulla imago ei collibebat: niſi illa quæ hoc eſſet:quod ipſe:nec ipſa pro illo:ſed cum illo.Et quia creatura eſt mutabilis:ac ꝓpterea dicitur.omnis creatura uanitati ſubiecta ē:quoniam natura uniuerſi etiam in parte demonſtratur:ne quiſq; filium dei uerbum:per quod facta ſunt omnia: ideo putaret eſſe creaturā.Seqtur aliud p̄ceptum.Non accipias in uanū nomen domini dei tui.Spūs aūt ſanctus:in quo nobis requies illa tribuitur:quā ubiq; amamus:ſed niſi deum amando nō ſuenimus:cum charitas eius diffunditur in cordibus noſtris per ſpūm ſanctum qui datus eſt nobis.Quia ergo ſanctificauit deus diem ſeptimū:in quo requieuit:tertio p̄cepto legis inſinuatur:quod ſcriptum eſt de obſeruatione ſabbati: non ut iam in iſta uita nos requieſcere exiſtimemus:ſed ut omnia quæ bene operamur non habeant intentionem niſi in infinitam requiem ſempiternam. Memento enim maxime quod iam ſupra cōmemoraui: q̄ ſpe ſalui facti ſumus.Spes autem quæ uidetur non eſt ſpes.Ad ipſum autem ignem amoris nutriēdum quodāmodo:quo tanq̄ pondere ſurſum uel introrſum referamur:ad requiem omnia iſta ptinent:quæ figurate nobis inſinuantur.plus enim mouēt & accendūt amorem q̄ ſi nuda:& ſine ullis ſacramentoꝝ ſimilitudinibus ponerentur.Cuius rei cauſam difficile eſt dicere.Sed tamē ita ſe habet:ut aliquid per allegoricam ſignificatōem ītimatum:plus moueat:plus delectet:plus honoretur:q̄ ſi uerbis propriis apertiſſime diceref.Credo q; ipſe animi motus q̄diu adhuc rebus terrenis implicatur:pigrius inflāmatur.ſi uero feratur ad ſimilitudines corporales:& inde feratur ad ſpiritalia:quæ nullis ſimilitudibus figurantur:ipſo quaſi tranſitu uegetatur:& tanq̄ in facula ignis agitatus accenditur:& in ardētiore delectatione rapitur ad requiem. Ideoq; inter omnia illa decem p̄cepta:ſolum ibi quod de ſabbato poſitum eſt:figurate obſeruandum p̄cipitur:quā figuram nos intelligendam:nō etiam p ocium corporale celebrādum ſuſcepimus.Cum enim ſabbato ſignificat ſpiritalis requies.Et in pſalmo.Vacate & uidete:quoniam ego ſum dominus:& qua uocant homines ab ipo domino dicente.Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis:& ego uos reficiam.Tollite iugum meū ſuper uos:& diſcite a me.quoniam mitis ſum & humilis corde:& inuenietis requiem animabus ueſtris.Cætera tamen ibi p̄cepta proprie ſicut p̄cepta ſunt:ſine ulla figurata ſignificatione obſeruamus. Nam & idola non colere manifeſte didicimus:& non accipere in uanum nomē domini dei noſtri:& honorare patrem & matrem:& nō mœcchari:non occidere:non furari:nō falſum teſtimonium dicere non concupiſcere ullam rem ꝓximi.Non enim figurate aliud p̄tendunt:& myſtice aliud ſignificāt.ſed ſic obſeruantur:ut ſonāt. Obſeruare tamen diem ſabbati nō iubemur ad īram:ſecūdum ocium ab opere corporali:ſicut obſeruāt iudæi. Et ipſa eoꝝ obſeruatio.qa ita p̄cepta eſt niſi aliam quandam ſpiritalem requiem ſignificet.ridenda iudicaf. Vnde nos cōuenienter intelligimus ad amorem excitādum requietis.ad quam requiem tēdimus.ualere oía quæ figurate in ſcripturis dicuntur.quádoqdem hoc ſolum figurate in decalogo p̄cipitur.ubi requies commēdatur.quæ ubiq; amatur.ſed in ſolo deo ſancta & certa inuenitur.Dies tamē dominicus:non iudæis.ſed xp̄ianis reſurrectione domini declaratus eſt.& ex illo habere cœpit feſtiuitatem ſuam.Animæ quippe ſanctoꝝ oium ante reſurrectōem corporis ſunt quidem in requie.ſed ī ea nō ſunt agnitione qua corpora uegetantur.Talem qppe actionem ſignificat dies octauus.q eſt primus qui anteferat illam reqem.ſed glorificat. Non enim cum corpore.difficultas ex corpore:quia nec corruptio.Oportet enim hoc corruptibile īdui in corruptionē.& mortale hoc īdui īmortalitatem.Quapropter ante dominicā reſurrectionē.q̄uis ſanctos patres plenos ꝓphetico ſpiritu octaui ſacramētum nequaq̄ lateret.quo ſignificatur reſurrectio.Nā & pro octaua pſalmus inſcribitur.& octauo die circūcidebantur infantes.& in eccleſiaſte ad duoꝝ teſtamentoꝝ ſignificatōem dicitur:illis ſeptem.& illis octo reſeruatum eſt.tamē illis eſt occultatum.& ſolū celebrandum ſabbatum traditū eſt.quia erat antea requies mortuoꝝ.reſurrectio autem nullius erat qui reſurgens a mortuis iam nō moriretur.& mors illi non dominaretur.Sed poſtq̄ facta eſt talis reſurrectio in corpore domico. ut p̄iret in capite eccleſiæ.quod corpus eccleſiæ ſperaret in fine.Iam etiam dies dominicus.ideſt octauus. q & primus inciperet celebrari.Ipſa etiam cauſa intelligitur.cur obſeruandum paſcha ubi agnum occidef & edere iubentur.quod manifeſtiſſime domini præfigurat paſſionem.Non eis ita p̄ceptum eſt.ut attenderent occurrere ſabbatum.& cum menſe nouorum.& tertiæ Iunæ hebdomadæ concurrere. Vt eundem quoq; diē dominus potius ſua paſſione ſignaret.qui etiam dominicū.ideſt octauum.qui eſt primus declaraturus aduenerat.Attēde igitur ſacratiſſimū triduum.crucifixi.ſepulti.ſuſcitati. Hoꝝ trium opere quid ſignificetur in præſenti agimus uita.Quid autem ſignificat ſepultura. fide: ac ſpe gerimus. Nam dicitur homini. Tolle

crucem tuam:& ſequere me.Cruciatur autẽ caro:qua mortificantur mẽbra noſtra:quæ ſunt ſuper terram fornicatio:īmunditia:luxuria:auaritia:& huiuſmodi.de quibus idem dicit. Si.n.ſecundũ carnem uixeritis: moriemini.Si autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis: uiuetis. Hic etiam de ſeipſo dicit. Mundus mihi crucifixus eſt:& ego mũdo.Et ī alio loco.ſciẽtes inq̃t:quia uetus noſter homo ſimul confixus ẽ cruci cum illo:ut euacuetur corpus peccati:& ultra non ſeruiamus peccato.q̃diu ergo id agũt opera noſtra:ideſt corpus peccati :q̃diu inq̃ exterior homo corrumpitur:ut īterior renouetur de die ī diem tẽpus eſt crucis. Hæc ſunt etiam bona opera quidem:tamen adhuc laborioſa:quorum merces eſt requies:ſed ideo dicit: ſpe gaudentes:ut cogitantes requiem futuram cum hilaritate in laboribus operemur. Hanc hilaritatem ſignificat crucis latitudo:in tranſuerſo ligno:ubi figuntur manus.per manus enim opera intelligimus.per latitudinẽ hilaritatem operantis.quia triſtitia facit anguſtias.per altitudinem autem cui caput adiungitur: expectatio retributionis de ſublimi iuſticia dei: qui reddet unicuiq; ſecundum opera ſua.In his quidem qui ſecundum tolerantiam boni peris gloriam & honorem & īcorruptionem q̃rentibus uitam æternam.Itaq; etiam longitudo qua totum corpus extenditur:ipſam tolerantiam ſignificat.Vnde longanimes dicuntur qui tolerant. Profundum autem qđ terræ infixum eſt ſecretum ſacramentum præfigurat.Recordaris enī ni fallor quæ uerba apoſtolica in iſta deſignatione crucis expediam: ubi ait.In charitate radicati atq; fundati: ut poſſitis comphendere cum omnibus ſanctis quæ ſit longitudo:latitudo:& profundum.Ea uero quæ nõdum uidemus.& nõdum tenemus.ſed fide & ſpe gerimus.in alio biduo figurata ſunt.Hæc enim quæ nunc aguntur tanq̃ claui præceptorum in dei timore cofixi ſunt.Scriptũ eſt enī.Confige clauis a timore tuo carnes meas in neceſſariis deputanđ.non in eis quæ p ſeipſa appetenda & concupiſcenda ſunt.Vnde illud qđ eſt optimũ ſe dicit concupiſcere diſſolui & eſſe cum xp̃o.Manere aũt in carne neceſſarium inquit ꝓpter uos.Quod ergo inquit diſſolui & eſſe cum xp̃o.inde incipit requies.quæ non interrumpiđ reſurrectione.ſed glorificatur quæ tamẽ nunc fide retinetur.quia iuſtus ex fide uiuit.An ignoratis inquit.quoniam quicunq; baptizati ſumus in xp̃o ieſu.in morte illius baptizati ſumus?Cõſepulti ergo illi ſumus p baptiſmum in mortem. Vnde niſi fide?Neq;.n.iam in nobis perfectum eſt:adhuc in nobiſmetipſis ingemiſcentibus adoptionem. expectãtibus redemptionẽ corporis noſtri. Spe enim ſalui facti ſumus. Spes aũt q̃ uidetur non eſt ſpes. Quod enī uidet quis.quid ſperat?Si autem quod nõ uidemus.ſperamus.p patientiã expectamus.Quod memento quaſæpe cõmemoret.ne iam nunc in iſta uita nos beatos fieri debere arbitremur.& ab oĩbus difficultatibus liberos.ac ſi in anguſtiis reꝝ temporalium aduerſus dominũ ore ſacrilego murmuremus.quaſi nõ exhibeat quod ꝓmiſit quidem etiã huic uitæ neceſſaria.ſed alia ſunt ſolatia miſeroꝝ.alia gaudia beatoꝝ.Domine inquit ſecundum multitudinem dolorum meoꝝ in corde meo exhortationes tuæ iocundauerũt animã meã. Non ergo murmuremus in difficultatibus.ne pdamus latitudinẽ hilaritatis.de qua dicit.ſpe gaudentes.qa ſequitur in tribulatione patientes.Noua ergo uita in fide nunc inchoat.& ſpe geritur.Nã tunc erit cũ exurbebiť mors in uictoriam.Cũ illa nouiſſima inimica deſtruet mors.cũ mutati fuerimus.& æquales angelis facti.Omnes enī inquit reſurgemus.ſed non oẽs īmutabimur.Et dominus.erunt īquit æquales angelis dei. Apprehenſi enim ſumus modo in timore p fidem.tunc autem apprehendemus in charitate per ſpem. Quãdiu enim ſumus in corpore peregrinamur a domino.Per fidem enim ambulamus: non per ſpem.Ipſe itaq; apoſtolus qui dicit.ut apprehendas.ſicut & apprehenſus es.aperte ſe non apprehendiſſe confitetur.fratres īquit.ego non arbitror apprehendiſſe.Sed tamen quia ipſa ſpes ex promiſſione ueritatis certa nobis eſt.cum diceret.Conſepulti ergo ſumus illi per baptiſmum in mortem.ſubiunxit & ait.ut quẽadmodum ſurrexit chriſtus a mortuis per gloriam patris.ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Ambulemus ergo in re laboris.ſed in ſpe quietis.In carne uetuſtatis.ſed in fide nouitatis.Dicit enim corpus quidem mortuum eſt propter peccatum.ſpiritus uita eſt propter iuſticiam.Si autem ſpiritus eius qui ſuſcitauit ieſum chriſtũ a mortuis.habitat in uobis.Hoc ex auctoritate diuinarum ſcripturarum.& uniuerſæ eccleſiæ.quæ toto orbe diffunditur confeſſione:per anniuerſarium paſcha celebratur.in magno utiq; ſicut iam intelligis ſacramento, ut in ſcriptura.His quibus ueteribus ad agendum paſcha non eſt præceptum tempus.niſi ex menſe nouorũ luna quartadecima uſq; ad uiceſimam primam.Et ex euangelio tamen quia manifeſtum eſt.quo etiam die dominus crucifixus ſit:& in ſepultura fuit.& reſurrexit. Adiunctum etiam eſt ipſorum dierum obſeruatiõi per patrum conſilia.& orbi uniuerſo chriſtiano perſuaſum eſt.eo modo paſcha celebrari oportere.Quadrageſima ſane ieiuniorum habet auctoritatem & in ueteribus libris ex ieiunio moyſi & heliæ.& ex euangelio quia totidem diebus dominus ieiunauit.In perſona moyſi & heliæ hæc accipiuntur.Inter quos & in monte glorioſus apparuit.ut euidentius emineret qđ de illo dicit apoſtolus.Teſtimonium habens a lege & prophetis.In qua ergo parte anni congruentius obſeruatio quadrageſimæ conſtitueretur niſi confinis atq; contigua dominicæ paſſioni.quæ in ea ſignificatur hæc uita laborioſa.cui opus eſt cõtinentia?Et ab ipſius mũdi amicicia eiiciuntur.quæ utiq; fallaciter blandiri.& illecebrarum fucos circunſpergere atq; iactare nõ ceſſat. Numero autem quadragenario uitam iſtam propterea figurari arbitror.quia denarius in quo eſt perfectio beatitudinis noſtræ.ſicut in octonario.quia redit ad primum.Ita mihi hoc uidetur exprimi.qa creatura quæ ſeptenario figuratur adhæret creatori.In quo declaratur unitas trinitatis per unĩuerſum mũdum temporaliter annumeratus eſt.qa mundus ex quatuor uẽtis delimat.& quatuor elementis erigit.& q̃tuor anni tẽpoꝝ uicibus uariat. Decẽ aũt q̃ter q̃draginta cõſumat.Quadragenarius aũt partibus ſuis computatus addit ipſũ denariũ:& fiũt qnq̃ginta:tanq̃ merces laboris & cõtinentiæ.Neq;.n.fruſtra ipe dominus & q̃dragita dies poſt reſurrectionẽ ī hac terra cũ diſcipulis ſuis cõuerſatus ẽ:& poſtq̃ aſcẽdit ī cælũ decẽ diebus interpoſitis. ꝓmiſſũ miſit ſpiritũ ſanctũ.completo die pentecoſtes.q dies qnquagenarius habet alterum ſa-

cramentum. Quod ſeptíes ſeptem quadraginta nouem ſunt: & cum redíť ad initium: quod eſt octauus: q & primus dies quíquaginta cõplenť: qui celebranť poſt domini reſurrectionem: iã in frigura non laboris: ſed quietis & læticiæ, ꝓpter hoc & ieiunia relaxanť. Et ſtantes oramus: quod eſt ſignum reſurrectionis. Vnde etiam diebus omnibus dominicis ad altare obſeruaťur: & alleluia canit: quod ſignificat actionem noſtram futuram non eſſe, niſi laudare deum: ſicut ſcriptum eſt. Beati qui habitant in domo tua: ĩ ſæcula ſæculorũ laudabunt te. Sed dies quinquageſimus ex ſcripturis commendať. non tantum ĩ euangelio: qa tunc ſpiritus ſanctus aduenit: ſed etiam in ueteribus libris. Nam & ibi poſtea q̃ paſcha occiſo agno celebrauerunt: quinquaginta dies numeranť uſq; ad diẽ quo lex data eſt in monte ſyna: famulo dei moyſi: digito dei ſcripta ĩ libris euangelii aptiſſime declaraťur: digitũ dei ſignificare ſpiritum ſanctum. Cum enĩ unus euangeliſta dixiſſet. In digito dei eiicio dæmonia. Alius hoc idem ita dixit. In ſpũ dei eiicio dæmonia. Quis hanc lætíciam diuinorum ſacramentorum. cum ſane doctrinæ luce clareſcunt, non præferat uniuerſis mundi huius ĩperiis, etiam inuſitata fœlicitate placatis? Nõne tanq̃ duo ſeraphin clamant adíuicem conſcia laudis altiſſimi. Sanctus Sanctus Sanctus dominus deus ſabaoth ita duo teſtamenta fideliter concordãtia ſacratam concernunt ueritatem? Occidiť ouis: celebrať paſcha: & ĩterpoſitis quadragíta diebus dať ad charitatẽ ſpiritus ſanctus: q eſt digitus dei contrarius hoĩbus ſua quærentibus. Et ideo iugũ aſperũ. & ſarcinã grauẽ portantibus: nec inuenientibus requiem animabus ſuis: quia charitas non q̃rit quæ ſua ſunt. Ideo animoſitas hæreticorum ſemper inquieta eſt. quos magoꝝ pharaonis habere conatum declarat apoſtolus dícens. Sicut enim Iamnes & Mãbres reſtiterunt moyſi: ſic & iſti reſiſtũt ueritati. Homines mente corrupti: reprobi circa fidem: ſed ultra nõ ꝓficient. Dementia enĩ eoꝝ manifeſta erit omnibus: ſicut & illorum fuit. quia enĩ per ipſã corruptionẽ mẽtis inquietiſſimi fuerunt: ĩ ſigno tertio defecerunt: fatentes ſibi aduerſum eſſe ſpiritum ſanctum: qui erat in moyſe. Nam deficientes dixerunt. Digitus dei eſt hoc. Sicut autem conciliatus & placatus ſpiritus ſanctus requiẽ præſtat mitibus & humilibus corde, ita contrarius & aduerſus ímites ac ſupbos íquietudine exagitat: quã inquietudinem muſcæ illæ breuiſſimæ ſignificauerunt: ſub qbus magi pharaonis defecerunt dicentes. Digitus dei eſt hoc. Exodum lege: & uide ubi paſcha celebrarunt: poſt quos dies data ſit lex. Loqtur deus ad moyſẽ ĩ heremo. In die tertii menſis. Nota ergo unum diem ex ĩgreſſu ipſius tertii menſis. Et uide quid dicat inter cætera. Deſcende inquit teſtare populo. & purifica illos hodie & cras. & lauẽt ueſtimẽta ſua: & ſint parati in diem tertium. Tertia enim die deſcendit dominus in monte Syna coram omni populo. tunc data eſt lex tertio. ſcilicet die tertii mẽſis. Numera itaq; a quartadecima primi menſis; quo factum eſt paſcha: uſq; ad diem tertii menſis: ĩuenies decem & ſeptem primi menſis: triginta ſecundi, tres tertii: quæ ſiunt qnquagíta. Lex in arca eſt: ſanctificatio ĩ corpore domini: ꝑ cuius reſurrectionem nobis reqes futura ꝓmittiť. ad quam percipiendam ſancto ſpiritu charitas inſpiratur. Spiritus autem nondum erat datus cum ieſus nondũ erat clarificatus. Vnde prophetia illa cantata eſt. Exurge domine ĩ requiem tuam tu: & arca ſanctificationis tuæ. Vbi requies: ibi ſanctificatio. Vnde nunc ut amemus & deſideremus: pignus accepimus. Vocanť autẽ ad requiem alterius uitæ: quo ab iſta tranſiť. quod paſcha ſignificat: omnes ĩ nomine ꝑris & filii & ſpiritus ſancti. Propterea qnquagenarius numerus ter multiplicatus: addito ad eminentiam ſacramenti ipſo ternario: ĩ illis magnis piſcibus ĩueniť; quos dominus iam poſt reſurrectionem nouã uitã demõſtrãs a dextera parte leuari ĩperauit: nec retia diſrupta ſũt: qa tũc hæreticoꝝ íquietudo non erit. Tunc homo ꝑfectus & quietus purgaťur ĩ aĩa & ĩ corpore ꝑ eloquia domini caſta, argentum igne examinatum terræ, purgatum ſeptuplũ: accipiat mercedem denarium. & ſint decem & ſeptem. Nam & ĩ hoc numero ſicut ĩ aliis multiplices figuras exhibentibus: ſacramentum mirabiliter reperiť. Nec ĩmerito etiã pſalmus. xvii. ĩ regnorum libris ſolus iteger loquiť: quia regnum illud ſignificabat: ubi aduerſarium non hẽbimus. Titulus enĩ eius ĩ die q̃ eruit eũ dominus: de manu omniũ inimicoꝝ eius, & de manu ſaul. Quis enĩ ſignificať ĩ dauid. niſi ille qui uenit ſecũdũ carnẽ ex ſemíe dauid? Qui utiq; ĩ corpore ſuo; hoc ẽ eccleſia: adhuc patiť inimicos. Vnde illi ꝑſecutori quẽ uoce mactauit: & ĩ ſuũ corpus traiiciés quodãmõ mãducauit. ſonuit de cælo. Saule, ſaule, quid me ꝑſequíris? Quãdo ãt eruet hoc corpus de manu oĩum inimicoꝝ eius. niſi cũ illa inimica deſtruet mors? Ad hoc tꝑs ꝑtinet numerus ille centum quiq̃gitarium piſcium. Nam & ipe numerus. xvii. ſurgẽs ĩ trigonũ: centum quiq̃gitatriũ ſummã cõplet. Ab uno itaq; uſq; ad decẽ & ſeptẽ adde duo. Sũt itaq; tria. adde tria ſunt ſex. ad de q̃tuor ſunt decem: adde quíq; ſunt quideci: adde ſex ſunt uigitiunum. Adde itaq; cæteros & ipſum ſeptimum decimum fiũt centũ quíquagitatrium. Ad hæc de ſcripturis firmiſſime tenentur. ideſt paſcha & pẽte coſtẽ. Nã ut q̃draginta illi dies ante paſcha obſeruenť. eccleſiæ conſenſio roborauit. Dicit etiã ut octo dies neophitoꝝ diſtinguanť a cæteris: ideſt ut octauus primo cõcinat. Vt autem alleluia ꝑ illos ſolos dies quinquaginta ĩ eccleſia canteť nõ uſq; quaq; obſeruaťur. Nã & aliis diebus uarie cantaťur alibi: atq; alibi. Ipſis tamen diebus ubiq;. Vt auté ſtantes & illis diebus & omnibus dominicis oremus, utrum ubiq; ſeruet ignoro, tamen ĩ eo ut ſeruat eccleſia dixi ut potui. & arbitror eſſe manifeſtum. De lauandis uero pedibus. cum hoc dominus propter humilitatis formam quam docendam uenerat commendauit, ſicut ipſe conſequenter expoſuit. quæſitum eſt. quoniam tempore paſſionis res tanta etiam facto doceret & illud tempus occurreret, quo ipſa cõmendatio religioſius inhæreret. Sed ne ad ipſum baptiſmi ſacramẽtũ ꝑtinere uideret. multi hoc in cõſuetudinẽ recipe noluerũt. nõnulli etiã de conſuetudíe auferre dubitauerũt. Aliqui autem ut hoc & ſa cratiore tẽpore cõmendarent. & baptiſmi ſacramẽto diſtíguerent. uel diẽ tertiũ octauarũ. quia ternarius numerus ĩ multis ſacramẽtis maxie excellit. uel etiam ipſum octauũ ut hoc facerent elegerũt. Miror ſane quid ta uolueris. ut de his quæ uarie ꝑ diuerſa loca obſeruanť. tibi aliqua ſcriberé. cum & nõ ſit neceſſarium. & una in his ſaluberrima regula retinẽda ſit. ut quæ nõ ſunt cõtra fidẽ, neq; bonos mores & habẽt aliquid ad

exhortationem uitæ melioris. Vbicunq; ĩstitui uidemus uel instituta cognoscimus, non solum ĩprobemus, sed etiam laudando & imitando sectemur. si aliquorum ĩfirmitas non ita impedit, ut amplius detrimentum sit. Si enim eo modo ĩpediat ut maiora studioꝝ lucra sperãda sint. q̃ calumniatoꝝ detrimẽta metuẽda. sine dubitatione faciendum est. maxime id quod etiam de scripturis defendi potest. sicut de hymnis & psalmis canendis: cum ipsius domini & apostoloꝝ habeamus exempla & p̃cepta de hac re tam utilia ad mouendũ pie aĩum. & accẽdendum diuinæ lectionis affectum uaria consuetudo est. & plæraq; ĩ africa ecclesiæ mẽbra pigriora sunt. ita ut donatistæ nos reprehẽdant: q̃ sobrie psallimus ĩ ecclesia diuina cantica prophetaꝝ: cum ipsi ebrietates suas ad cantum psalmoꝝ humano ĩgenio compositorum. quasi ad tubas exhortationis ĩflam ment. Quando autem nõ est tempus: cum ĩ ecclesia frẽs congregant sancta cantandi. nisi cũ legit. aut dispu tat. aut antistites clara uoce deprecant. aut cõis oro uoce diaconi indicit? Aliis uero particulis tempoꝝ qd melius aggregatis xp̃ianis fiat: qd sanctius oĩno non uideo. Quod autem constituit p̃ter consuetudiem. ut quasi obseruatio sacramentis ita approbare non possum etiam si multa huiusmodi ꝓpter nõnullarum uel factarum uel turbulentarum psonarum scãdala deuitanda liberius ĩprobare non audeo. Sed hoc nimis do leo. qa multa quæ ĩ diuinis libris saluberrime p̃cepta sũt. minus curant. & tam multis p̃sũptionibus sic plẽa sunt oĩa: ut grauius corripiat q p octauas suas terrã nudo pede tetigerit. q̃ q mẽte uiolentia sepeliuerit. Oĩa itaq; talia. quæ neq; sanctarum scripturarum auctoribus continent. nec conciliis episcoporum statuta iue niunt: neq; consuetudie uniuersæ ecclesiæ roborata sunt: sed. diuersorum motibus ĩnumerabiliter uariant. ita ut uix aut omnino nunq̃ ĩueniri possint causæ. quas ĩ eis ĩstituendis homines secuti sunt: ubi facultas tri buit. sine ulla dubitatione resecanda existimo. Quamuis enĩ neq; hoc ĩueniri possit quõ cõtra fidem sunt. Ipsã tamẽ religionem: quam paucissimis & manifestissimis celebrationum sacramentis misericordia dei esse liberã uoluit. seruilibus oneribus p̃munt: ut tolerabilior sit conditio iudæoꝝ. q etiam tẽpus libertatis nõ agnouerit. Legalibus tamen sarcinis: non humanis p̃sũptionibus subiiciunt. sed ecclesia dei ĩter multam pal leã. multaq; zizania constituta multa tolerat. & tamen quæ sunt contra fidem uel bonam uitã non appro bat. nec tacet. nec facit. Itaq; illud qd̃ scripsi: quosdam frẽs ita tempare a carnibus edendis: ut ĩmundos q co mederit arbitrent. aptissime contra fidẽ. sanaq; doctrinã ẽ. Sed hic ego si diutius disputare uoluero poteris putare. ante ĩ illis obscuri aliqd hinc apostolũ p̃cepisse: q etiam ĩter multa. quæ de hac re dixit. testatus ẽ hæ reticorum ipiã opinionẽ ut diceret. Spũs aũt manifeste dicit. qa ĩ nouissimis tpibus recedent qdã a fide. attẽ dẽtes spiritibus seductoribus. & doctrinis dæmonioꝝ: ĩ hypocrisim mẽdaciloqoꝝ. cauteriatã habentes cõ sciam suã. phibentes nubere. abstinere a cibis. quos deus creauit ad pcipiendũ cũ gr̃aꝝ actione fidelibus. & his qui cognouerũt ueritatẽ. qa oĩs creatura dei bõa ẽ: & nihil abiiciẽdũ ẽ: qd̃ cũ gr̃aꝝ actiõe pcipit. Sctifi cat enĩ p uerbum dei & oronem. Et alio loco de his rebus loqtur. & iquit oĩa munda mundis. Immundis autẽ & ifidelibus nihil est mundũ. sed polluta sunt eoꝝ mẽs & cõscia. Tu ipse lege cætera. & recita qbus po tes. ne ĩ se irritã faciat. gr̃am dei: qa ĩ libertate uocati sũt. tantum ne libertatem ĩ occasionem carnis assumãt. Et ideo tamen eos restrenãdæ carnalis concupiscentiæ causa. a qbuslibet cibis tẽperare: qua nõ eis hoc pmit tit supstitiose: atq; ifideliter facere. His uero q de paginis euangelicis sortes legunt: etsi optandum est ut hoc potius faciant: q̃ ut ad dæmonia consulenda concurrant. tamen etiam mihi ista displicet consuetudo. ad ne gocia sæcularia. & ad uitæ huius uanitatem propter aliam uitã loquẽtia. oracula diuina uelle cõuertere. Hæc satis esse ad ea quæ scripsisti. si reputaueris. nimis: nimis ignoras & uires & occupationes meas. Tantum enĩ absũ ab eo. quod putasti. nihil me latere. ut nihil ĩ epistola tua legeri tristius. qa & aptissime falsum ẽ. Et mi ror qa hoc te latet: qd̃ nõ solũ ĩ aliis ĩnumerabilibus rebus multa me latent. sed etiam ĩ ipsis sanctis scriptu ris. multo nescia plura q̃ sciam. Sed ideo spem ĩ nomie xp̃i non fructuosã q̃ro. qa nõ solũ credidi deo meo ĩ illis duobus p̃ceptis totã legem ꝓphetasq; pendere. sed etiam exptus sum. expior quotidie. quãdo qdem nul lum mihi sacramentum aut aliqs sermo amon obscurior de sacris lr̃is apit. ubi non eadem p̃cepta reperiã. Finis enĩ p̃cepti est charitas. Itaq; & tu charissime siue ista siue alia sic lege. sic disce: ut memineris uerissime dictum. Scia inflat. charitas ædificat. Charitas autem non æmulatur. non inflatur. Sic itaq; adhibeatur scien tia tanq̃ machina quædam. per quam structura charitatis assurgat: quæ maneat ĩ æternum. Et iam cum scia destruet. quæ ad fidem charitatis adhibita multum est utilis. Per seipsa autem sine tali fine. non modo superflua. sed etiam pnitiosa probata est. Scio autem quæ te sancta cogitatio custodiat sub umbraculo alia rũ domini dei nr̃i. Et ideo hæc. & si breuiter mõui. quoniã noui eãdẽ ipsã charitatẽ tuã. quæ nõ æmulatur. hãc epistolã multis daturã atq; lecturam.

Beati Hieronymi presbiteri de duobus filiis frugi & luxurioso.

Mnium quidem de scripturis q̃stionum absolutio. illi soli ita ut est. nota est: q dixit. Ego sum ue ritas. Nos autem oportet pia uoluntate accedere. & speciali sensu ad iquisitionem diuinarum scri pturarum. Scientes q; si aliqd uere ĩuenerimus bonum desiderium mentis attentæ deo. inter fi nes beatitudinis eius erimus: de qua dicit. Beatus uir qui ipleuit desiderium suum. Qualis autẽ sit huius concupiscentiæ species adiectio beatitudinis facile declarat audire uolentibus: ideest prudenter au dientibus. Quod si non potuerimus ad plenam ueritatis ipsius intelligentiam puenire. nec tamen sic longe erimus ab illa beatitudine: quam capiunt qui iplent desiderium suum. neq; enim si non ceperimus id mu nus: cuius præstandi ptãs in alterius manu posita est: reprehensionem sustinebimus. Sed si in his quæ agere p̃cipimur pareamus: p̃mium laudis iuste adipiscimur. Quomodo ergo oĩmode demõstratũ est. nõ solũ nul lius piculi. sed & plurimæ utilitatis esse scrutari diuias scripturas. Disquiramus illã euãgelii parabolã. quæ ẽ de patre & duobus filiis. Ná unius rei causa & de oue & de muliere cõparatione nobis cõtexto ordine supra

recitata sunt. Quærit ergo quis ille senior sit fr̃. qui ex dimidio datam sibi paternæ substantiæ portionẽ cu
stodiuit. & iseparabilem cum patre suo uitã agere dilexit. Quis uero iunior q accepta similiter ex patre sub
stantia ꝓfectus est i lõgiquam regionem. & ꝓfligatis illic oĩbus partis suæ facultatibus ad iopiam redactus
porcos alienos pascere coactus est? Sed & qualitatem pniæ eius non omittamus. & lætificari pr̃is ꝓmptam
remissionem. modestamq; pietatem. q reuertenti filio discessionis ꝓterit leuitatem. & dissipatæ substantiæ
flagitia non exprobrat. sed uenientem clæmenter suscipit. & occurrens salutat & gratulans osculat: icum-
bens reqescit i eo. & uitulum illum saginatum pro lætitia suscepti filii epulandum imolat. In quo cõpũctus
senior fr̃ dicit pr̃i. & cet. Hæc quæ per partes digesta sũt. expositio uris sensibus ĩtimabit. Necessarium enim
est ante omnia ꝓcunctari causam. pro qua & qd uolens de propositis saluator ostendere. huiusmodi parabo
las iudæis aptauerit. Si enĩ uobis causa talium cõparationum patuerit: tunc ea quæ de ipsis sentimus: an ra-
tionabiliter congruant ueritati facile dignoscit. Sunt ita qui dicunt de duobs filiis istis seniorem angelos es
se & archangelos: uel omnem cæli militiã. Minorẽ uero ponunt hominẽ: q i longiqua pegrinatione abierit.
quãdo ad terrã de cælis & paradiso cecidit: & aptant quasi sciẽtia respicientis ad casum uel statũ adæ. Sed hic
sensus pius qdem uidet. Nescio tamẽ si uerus sit. Dicit aliqs quare: quia minor filius & iunior ad pniam ue-
nit sua sponte recordatus ꝓteritæ abundantiæ pr̃is sui. sicut habet series lectionis. Dominus autem ueniens
ad pniam uocauit humanũ genus cum sua sponte regredi unde ceciderat non cogitaret. Deide senior fili-
us si chorus est cælestium angelorum. ut ꝓdictum est. quõ i reditu & salute fratris sui. & i uituli imolatione
tristat: cum i eodem euãgelio dicat dominus. læticiã esse i cælo apud angelos sup uno peccatore pniam agẽ
te. Discutientes ergo huius parabolæ rõnẽ: ut nõ illũ alium itellectũ uitupemus: sed magis ut cum sensu il-
lo id qd nos ferimus: uris diiudicandum arbitriis cõferamus. Iam enĩ causam exponimus: quã & domini ser
mo subiungit. de superiore causa hãc parabolã introducẽs. sicut ꝓfati sumus: singulaq; i his parabolis ꝓsona-
rum memoriam facientes. Murmurabãt iudæi: & urebant iuidia: ꝙ a domio nro iesu xp̃o peccatores susci-
pi: simul etiam conuiuari & publicanos libenter doctrinæ saluatoris itendere uiderant. Ad hanc ergo isolen
tiam iudæoq; aspiciens dominus: qa reprehendebat ab eis. icipit primam de pastore illam parabolam: ubi no-
nagita & nouẽ ouibus derelictis ad unã quæ aberrauerat: requirendã abiit. Et subnectit huic aliam parabo-
lam de dragma decima. q̃ perditã itra domũ suã accensa lucerna mulier iuẽit. Deide hæc de filiis duobus pa
rabola subsequit secundum dispensationem: & ꝓuidentiæ diuinæ ordinẽ haq; cõparationem textũ faciens.
Nã quia ipse priceps & auctor salutis nr̃æ est. seductũ hominẽ & dolo diaboli ꝓditũ saluare icipiens: & pfe-
ctioni restituere: hoc est numero centesimo reddere: i quo pfectionis plenitudo numerat. Hinc initiũ cõpa-
rationis facit. Subiungit autẽ & mulieris psonã. arguens iudæos. docens aũt ecclesiam: & hominem q̃si erra
ticam ouẽ diligens pastor iquirit. quem hominem & dragmam nominat ꝓpter monetæ regalis similitudi-
nẽ. Figuraliter i dragma quæ pecuniæ genus est. ꝙ illi tanq̃ nũmo imago & iscriptio Regis cælestis isculpta
sit. Quærit ergo iã dragmã mulier accensa lucerna. & mundata domo. iuenit: hoc est homo illuminatus uer
bo & misericordia dei gloriã naturæ suæ: i qua ad imaginẽ creatoris sui factus est: quam obscurata peccatis
domo cordis: i tenebris cordis amiserat: emẽdatis sẽsibus repperit. & gaudio gaudet. ꝙ omnẽ imunditiam i
terioris aulæ studiis disciplinæ specialis absterserit. & cõtractas aiæ de rebus & curis sæcularibus sordes oro
nibus & icrepationibus expurgatas excusserit. Secũdũ ꝓdictũ cõsequenter annectit parabolam: de duobus
filiis collationem ut mihi uideor facere. Non de iudæis transgressoribus. nec de gentilibus perditis. sed po-
puli eius: qui per patientiam reddit saluti. quem iuniorem filium nominat. Seth. Enos & his iuniores qui ab
Eua usq; ad saluatoris humanum aduentum. secundum iusticiam legis uiuentes iusti uidebantur. Ergo ꝙ
ait iuniorem & seniorem non in ordine temporis. sed in uoluptatum qualitate ꝓponens se ei. qui non uolũ-
tarie. sed alieno dolo circũuentus aberrauerat: sicut ouis. hoc est irrationabili animali iprudentem hominẽ
cõparans. sollicitudinem pastoris adhibens. ut quærat ouem perditam. & reportet inuentam. ei uero qui ar-
bitrii sui libertate utit. & recognoscit unde ceciderit. pniæ & reuersiõis utilitatem accommodat. Vnde hæc
iter parabolas supradictas rõ distinctionis est secundum personas. uel mentes peccantium. ut pater filiũ nõ
requirat. peregrinantem. sed recipiat pœnitentem. Pastor uero ouem errantem. & non sapientem reuerti re-
quirat. & humeris suis referat. Videamus nunc si consonent. quæ significata sunt ad hanc expositionem. Di
cit scriptura diuidere pr̃em ex æquo filiis duobus substantiam suam. Et quam substantiam hic euangelicus
pr̃ diuidit filio spiritali. nisi sapiæ itellectum. sciam boni & mali. quæ ueræ & ꝓpetuæ sunt opes animæ bene
uiuenti? Dat autẽ hic pr̃ diuitias suas ex æquo. Nõ enim q̃q̃ aut iustus aut pctõr nascit. sed quæ ex deo est.
In prima natiuitate hominis portio substantiæ rõnalis æqualiter cunctis nascentibus dat. De subsequente
autem conuersatione. unusquisq; plus aut minus huius substantiæ possidere inuenitur. dum in semetipsis p
dissimilitudinem uoluntatum negligentes deserunt. diligentes autem custodiunt ut naturalia bona. alius ãt
memorat itelligẽs domini creatoris ea quæ a deo pr̃e sumpserit. ita ut sui ea pr̃is esse credens. quasi pr̃na cu
stodiat. Alius autẽ sua ex se sibi esse æstimãs. sicut ꝓpriæ possessionis licentia dissipandis abutit. & cito ꝓfli
gata facultate priuabit. Describit autẽ in istis & euidẽter ostendit libertas arbitrii. quã animæ rõnali specia
liter addidit creator deus. Vide ergo pr̃ iste. quõ nec illũ uolentẽ discedẽ retineat. nec liberi arbitrii auferat
ptãtẽ. neq; aliũ manere cupientẽ cogat abscedere. ne forte sequentiũ maloꝝ. quæ postea his suo uitio accide
rẽt. ipse potius auctor esse uideat. si illis libertatem ꝓpriæ uolũtatis abscideri. Itaq; & petẽti dat: quia ex no
bis non a deo iopiæ & offensionis nr̃æ causa ꝓficiscit. Accipiens aũt partẽ suã iunior. peregre iquit abiit lõ-
ge. ꝙ ait longe. nõ locoꝝ itercapedinem. sed declinationẽ mẽtis expssit. Qui enim obliuionem dei cœperit.
hic uere pegrinari a deo dicit. Sicut econtra cõuersatio sæcularis. nõ solũ peregrinũ. sed alienũ domio facit.

Et breuiter dicam pegrinantes a sæculo:præsentamur ad dominum.sic etiam permanentes ī rebus terrenis a cælestibus exulamus.Deniq; Cain exiit a facie domini,& longe efficit,nō qa & locus aliqs foris esset a cōspectu dei,sed q; sua mente diuisus esset a domini respectu.,ppter homicidiū separatus a deo.Hac ergo peregrinatione per magnam ignorantiam peregrinatos fuisse nos sciens beatissimus paulus dicit.Vos q aliquando longe fuistis nunc autem facti estis prope.Huiusmodi ergo profectus peregrinationem iunior ille filius assumit & deuorat p̄dictæ portionis suæ de paterna hæreditate substantiā.utiq; spiritalibus destitutus opibus.idest prouidentia dei & itellectum.cum porcis pascere cogit,hoc est sordidas & immundas ī aīa sua cogitationes nutrire.ut ederet escas irrationabiles prauæ conuersationis.dulces quidem egenti bonorum qa suaue p̄uersis uidet omne opus carneæ uoluptatis:qd' seductio desiderii & corruptio uitæ est:quæ uirtutē & fortitudinem aīæ non modo nullā p̄stat:sed totā penitus eneruat & pimit.Huiusmodi cibos quasi porcinos & male dulces prout sunt dilectio carnium illecebræ: siliquarum nomine scriptura designat:itaq; ille digressus a p̄re.& ī longiquam pegrinationem ,pfectus ī terra aliena:consumptis facultatibus:quæ supra dictæ sunt:oīa digna puersis:& postea malorum suorum necessitate constrictus:hoc est & fame & egestate pœnitet erroris sui:& sentit qd ipse sibi nocuerit:q non de iudicio uoluntatis suæ:sed de p̄re ad alienos:de domo ad exilium:de opibus ad elemosynam:de abundantia ad famē transierit:ī hoc loco seruitutis & miseriæ reminiscens:īcipit cogitare de reditu:& secum ipse reputans dicit. Dicam patri meo.Peccaui ī cælum:& ī cōspectu tuo:suscipe me sicut unum de mercennariis tuis.ostendit scriptura hæc patrem:non hominem ītelligi debere:sed deum.quandoquidem non solum cælum noīat ī confessione peccatorum pœnitens supplex: sed dicit ī conspectu tuo.Deus enī est ī conspectu peccatorum oīum solus.a quo nec ī corde meditata peccata abscondi possunt:scrutans īquit corda & renes deus. Verum nobis hoc est loco cælum ītelligit dominus noster iesus xp̄s:ad quem ii gentiles q ī tenebris īfidelitatis uiuentes blassemauerunt iam conuersi ad fidem confitentes ueritatem dei ī pnīa erroris sui iuste dicunt.peccaui ī cælum & ī te.Qui enī ī cælum peccat:quod & si supnum sit,tamen uisibile & lunaticum est,ipse est q peccat ī hominem:quem suscepit filius dei pro salute nostra.Proide ī patrem deum oīa speculanté peccat.His igit' cogitatis resipiscentem:& p confessionis humilitatem ex regione logiqua remeantē filium ad se uidens pater lætatus occurrit:amplectit' & osculat'.Aperte hic charitas in homines diuīa describit'.Quid enī aliud est quod occurrit,nisi qa nos peccatis īpedientibus nostra uirtute ad deum puenire non poteramus?Ipse autem potens ad īualidos puenire descendit.Sicut & zachæo opibus ipsis significantibus exprimit':q; cum desideraſſet uidere dominum. & ob hoc ī arborem conscendisset p̄ueniente domīo conspicit' & uocat';& ilico dominus ī domum eius ad conuiuandum ipse declinaturum se esse ,pmittit.Vide quomodo credituri fidem ,puidens xp̄s latentem ī arbore:quasi ī peccatorum tenebris obūbratum sollicite ut ouem pditam requirit aspectu:& uenire cūctantem uocat:& uenientem tanq̄ humeris suis suscepit:& non audentis ītuitare domīum.desiderantis tamen salutiferam benedictionem:peccatoris domū īgredit',Conuiuiūq; participato,ostendens uisibili gra uisibilē sctificationem.qa deus sapīa familiariter credentis īgredit'.Credentéq; participat sacramēto:ergo occurrens p̄ filio reuertenti supfūdit' collo eius.& ī eo lachrymans reqescit.Osculat' autem os eius:p qd' emissa de corde confessio pœnitentis exierat:quem p̄ lætus excepit.Deide mox iubet & stolā primam proferri. idest pristinam gloriam.quam ex seductione diaboli nudatus amiserat.reddi.simul & annulum dari.siue signaculū salutatis symboli.seu magis desponsationis īsigne.& nuptiarum pignus.illarum quibus xp̄s ecclesiam suam sponsat.cum oīs aīa resipiscēs per annulum fidei iungit' xp̄o.Mādat & calciamenta pedibus apponi.aut pp cōmuniēda uestigia ad corrigendā uiam:ut per lubricū mūdi istius iter fixus īcedat.aut ut excluso ī euāgelicis calciamentis carneæ contagionis suto:mundos pedes īmaculata conuersatione conseruet & dirigat, aut propter mortificationem membrorum.Vitæ enī nostræ cursus ī scripturis pes appellat'.& mortificationis species:calciamentū apponit':qa de aīalium mortuoq; pellibus conficit'.Addidit & uitulū saginatum iugulandum ī conuii exhibitione.sine dubio dominum nostrū iesū xp̄m.quē dedit p̄ ī uictimā pro salute nostra quē uitulū noīat.pp hostiā corporis īmaculati. Saginatū aūt uere dixit:qa piguis & optimus ī tantum est.ut pro totius mundi salute sufficiens sit odoré suauitatis & nitorem īmolationis ad deū mittere:& p oībus exorare.Propter qd' etiam mystica rōne dictum é.p̄rem dare aliis īmolandum hunc uitulū.ip̄mq; gaudere.& epulari ī uictima uituli sui.Sic enī dilexit pater hunc mundum.ut filium eius unicū p salute sua daret.Non ergo ipse īmolauit,sed aliis īmulandum tradidit.Emittente enī p̄re consentiens filius ab hominibus passus est.Ipse autem q fide nostra pascit'.& filii sui pro nobis īmolatione lætat' gaudet. & ī reditu filii sui gaudens creator acqsitione populi credentis epulat',uideus hic læticiam p̄ris senior filius contristat'.Huius psona illis cōparanda ascribit' operariis q similiter ī euangelio post operationem uineæ ad dominū murmurant,q illis tota die ī opis labore collectis.illos q ad duodecimam horam uenerant.p̄cio mercedis æquasset.ad quos dicit ipse conditor omnium.Si ergo ego bonus sum.qd tu malus ? Quod autem ii fūt q ad duodecimam uenientes.q ex gentibus sualuabunt'.ioannes aperte clamat.Filioli nouissima hora est. Nihil autem differre uidet' utrum duodecima.an nouissima hora dicat'.Qui sunt autem ii q murmurant : q laborē & æstum toto die portauerunt.nisi qui iusticias legis egerunt.& seruitutis. antiquæ pensum reddiderunt? Vide autem q̄ apta sint uerba.quæ a p̄re dicunt'.ut ab his q ī lege uixeruut dicta uideant'. Quid enī est qd' de agro ueniens dicit.nisi significans de legis opibus ueniententem.& ī his gloriantem.& quasi diuturnos labores īputantē? Vnde ait.Mandatū tuū nunq̄ p̄teriui.& nō dedisti hædum ,p me.ut epularer.hoc est nec pctōrem pro nostra reqe dedisti.Qui enī īquit fecerit quæ legis sūt,uiuet ī eis qui non fecerit punit' ex ipsis.Pro isto aūt q fornicatus est.etiam saginatum īquit illum uitulū dedisti.idest filiū tuū dilectū.sicut supra

diximus.Sed quid ei respondet pater. Tu semper mecum es:oportuit aũt pro isto gratulari qui perierat & inuentus est.mortuus fuerat.& reuixit ostendens in hoc uerbo manifeste hominem.qui peccando uita excidit.& obnoxius mortificatus fuerit:ex reuersione autem salutari per pœnitentiam in adoptionem filii redierit.Bonum autem hominem qui manserit in bono hæreditatem paternam iugiter possidere.itaq; si peccaueris o hõ festina liberãdo te. recõciliari deo:ut ex mercede sudoris & digna pnia recipias qd' ex gra donatũ tibi pdidisti.Præstet aũt deus magis pmanẽtes uos in fide cohæredes eẽ domini nri iesu xpi:quia ipse ẽ gloria & uirtus:cũ patre & filio & spũ sancto:p oia sæcula sæculoꝝ.Amen.

Bti Hieronymi presbri super epistola pauli ad romanos.idest secundum originem presbyterum ad heraclium fratrem.

Olente me paruo subuectum nauigio oram tranquilli littoris stringere.& minutos de græcorum stagnis pisciculos legere:in altum fretum heracli laxare uela cõpellis.Relictoq; opere.quod in trãsferendis homeliis Adamantis senis habebam.suades & nostra uoce.xv.eius uolumia.quibus epistolam ad romanos disseruit.explicemus.In quibus ille dum sectatur apostoli sensum:in tam profundum pelagus effertur.ut metus igens sit illuc eum sequi.ne magnitudine sensuum uelut imanitate opprimatur undarum.Dum deinde nec illud aspicis:q; tenuis mihi est spiritus ad iplendam eius tam magnificam dicendi tubam.Super omnes autem difficultates est:q; iterpollati sunt ipsi libri:desunt enim fere apud omnium bibliothecas:incertum sane quo casu aliq̃ta ex ipso corpore uolumina:& hæc adiplere in legitimo opere:& integram consequentiam dare:nõ est mei ingenii:sed ut tu credis:qui hæc exigis:muneris fortasse diurni.Addis autem ne quid laboribus meis desit:ut omne hoc.xv.uoluminum corpus:quod græcus sermo: ad quadraginta fere aut eo amplius milia uersuũ ꝓduxit:abbreuiem.Et ad media si fieri potest spatia coartem.Dura satis imperia & tanq̃ ab eo:qui põdus operis huius scire nolit iposita. Aggrediar tamen si forte oronibus tuis quæ mihi tanq̃ homini impossibilia uident:aspirante domino possibilia fiãt.Sed ipsum iam si uidet originem:qualiter pfationem suscepti operis dirigat audiamus.Quod cæteris apostoli pauli epistolis difficilior putat ad intelligendum hæc:quæ ad romanos scripta est:duabus mihi uidetur fieri ex causis. Vna est q; elocutionis interdum confusis:& minus explicitis utitur.Alia q; quæstiones in ea plurimas mouet:& eas præcipue quibus nitentes hæretici astruere solent:q; uniuscuiusq; gestorum causa:non ad propositum debeat:sed & ad naturæ diuersitatem referri:& ex paucis huius epistolæ sermonibus:totius scripturæ sensum:qui arbitrii libertatem concessam a deo docet conantur euertere.Propter quod deprecantes prius deum:qui docet omnem scientiam:& qui dat per spiritum uerbum sapiæ:quiq; illuminat omnem hominẽ uenientẽ in hunc mundum.ut dignos nos facere dignetur intelligere parabolas & obscuros sermones: dictaq; sapientium:& enigmata:ita demum explanationis pauli ad romanos contingimus exordium:ptermittentes hæc:quæ a studiosis obseruari solent.q; uidetur apostolus in hac epistola pfectior fuisse:q̃ in cæteris: etenim cum primam ad corinthios scriberet.Erat autem in magnis ꝓfectibus aliquid tantum de sæculo :ut mirabũdus eloquitur cum dicit.Sed macero corpus meus:seruituti autem subiicio.ne forte cũ aliis prædicauerim: ipse reprobus efficiar.Sed & ad philippenses scribens.quiddam in se minus adhuc esse illius:quam postea assecutus est.perfectionis ostendit:cum dicit:conformari se morti xpi:si quomodo occurrat in resurrectione:quæ est a mortuis:non enim diceret si quomodo:si ei iam responsio indubitata uideret:sed in consequentibus eiusdem epistolæ hæc eadem ostendit:cum dicit:non quo iam consecutus sim: aut iam perfectus sim:sequar autem ut cõprehendam:in quo etiam cõprehensus sum a xpo.Fratres ego ipse nos arbitror cõprehendisse.quod siquis putat per humilitatem dictum:etiam uideat in consequẽtibus:quæ magna de ꝓfectibus suis memoret:cum dicit.unum autem ea qdem quæ retro sũt obliuiscẽs:secũdũ ꝓpositum sequor ad palmam supnæ uocationis dei: in xpo iesu.& post hoc dicit.Quicũq; ergo pfecti sumus:hoc sentiamus:in quo ostendit duplicẽ esse pfectionem.unã quæ est in expletionem uirtutum.secũdam quam dicit:q; non sit pfectus.Et aliam cũ ita qs ꝓficit.ut desidere non possit.neq; retrorsum aspicere:secundũ quã dicebat.Quicũq; ergo pfecti sumus:hoc sentiamus.quõ ergo docebit pfectior tam secũdã ad corithios scripsisse q̃ primam.ex his sine dubio quæ scripta referunt cum dicit.Tribulationẽ patimur:sed non angustiamur. aporiamur:sed non exupamur.psecutionem patimur.sed non derelinquimur.deiicimur.sed nõ pimus.semp mors iesu in corpore nostro manifestat.Qui ergo mortẽ iesu in corpore suo circũferebat.nunq̃ utiq; in eo cõcupiscebat caro aduersus spiritũ.sed erat ei subiecta.utpote mortificata ad similitudinem mortis xpi.q; si dicat aliqs nobis hæc uerisimilia non uideri.qa non multum tpis iter primam epistolam & secũdam põt ex eo euidentius noscere:q; in prima epistola eiectũ eũ q fuerat in cælesti hierusalem pollutus & traditũ sathanæ in interitũ carnis.ut spus saluus fieret:in secunda iam reuocat & ecclesiæ membrũ associat: qd' utiq; non faceret: nisi ꝓcessu tpis dignos in eo fructus pniæ ꝓuidisset:& q; iã caro interitũ quẽ designarat apostolus. suscepisset. peccato scilicet & uitiis mortua.ut ita demũ uiueret deo.Cũ ergo tatũ spatii fuerit.quo pctõr icestus salutẽ spus laudabili carnis interitu recepit.quõ nõ putãdũ est multo uelociori cursu apostolũ.quæ pfecta sũt assecutũ;Sed in illis quidem iste eius fuerit ꝓfectus.q̃to aũt sublimior sit & eminẽtior ad romanos scribẽs ex ipsius epistolæ sermonibus colligamus.in qua dicit.Quis nos separabit a charitate christi;Tribulatio an angustia an persecutio.an fames.an nuditas.an periculum.an gladius ? Sicut scriptum est. Quia ꝓpter te morte afficimur tota die. æstimati sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superuincimus propter eum qui dilexit nos.Certus sum enim quia.neq; mors.neq; uita.neq; angustia.neq; principatus. neq; potestates.neq; præsentia.neq; futura.neq; orbis.neq; altitudo.neq; profũdum. neq; ulla alia creatura poterunt nos separare a charitate dei. Quæ est in christo iesu domino nostro. Veritatem dico in christo usq;

in ſpū ſācto.Nūquid uidebiť eadē ſublimitate mētis dixiſſe.macero corpus meū.& ſeruituti ſubiicio.ne for
te cum aliis prædicauerim ipſe reprobus iueniar?Qua & hic dicit.qa & ī his hominibus ſuperamus.& cer-
tus ſum enī qa neq; mors.neq; uita.neq; anguſtia.neq; pricipatus & cætera quæ ſcripſit.poterunt nos ſepa-
rare a charitate dei.His igiť nobis ꝓut potuimus.de ſenſu eius ī hac epiſtola iam profectione conceptis etiā
illud haud ſurde admonebimus.q; uideť hanc epiſtolam de corītho ſcribere.& alii qdem pluribus ídiciis.
euidentius tamen ex eo q; dicit.commendo autem uobis ſeben ſororem noſtram miſtram eccleſiæ.quæ eſt
Cencris.Cencris enim diciť locus corītho uicinus.īmo portus ipſius conrinthi.Et ex hoc ergo apparet de
corintho ſcripta.& ex hoc q; dicit.Salutat uos Caius hoſpes meus.de quo caio ſcribens corinthiis comme/
morat dicens.Gr̄as ago deo meo. q; neminem ueſtrum baptizaui niſi Criſpum & caium Simile & deinde
dať ídiciū.ubi dicit.Salutat uos Eraſtus arcarius ciuitatis.de quo Eraſto ad timotheum ſecundam ſcribens
dixit.Eraſtus remanſit corītho.Ex quibus oībus colligi certiſſima uidentur ídicia.q; de corintho ſcripta ſit.
Illud non parum cedit ad intelligentiæ difficultatem:q; multa de lege moyſi ī hac eadem texunť epiſtola:de
uocatione gentium:de iſrael ſecundum carnem:& de iſrael qui non eſt ſecundum carnem: de circūciſione
carnis & cordis:de lege ſpiritali:& de lege lr̄æ:de lege carnis & membrorū:de lege mentis & lege peccati: de
interiori & exteriori homine:quæ ſingula prædixiſſe ſufficiat.In his enim continentia haberi uideť epiſto-
læ.Nunc iam prout uiam nobis dominus apire dignať:ad explanationem ꝑperemus.Prima nobis quæſtio
de noīe ipſius pauli uideť exurgere:cur is qui dictus ſaulus eſt ī actibus apoſtolorum:nunc paulus dicať.In
uenimus ī ſcripturis diuinis:qbuſdam ueterum commutata uocabula.ut ex abrā uocatus ſit abraham:& ex
ſarai ſara:& ex iacob iſrael.In euangeliis quoq; ex ſimone petrus:& filii zebedei filii tonitrui nuncupati ſūt.
Sed hæc ex p̄cepto dei legimus facta.Nuſq; uero erga paulum inuenimus tale quid geſtum.De qua re qui-
buſdam uiſum eſt:q; pauli proconſulis quem apud cyprum fidei xp̄i ſubiecerat : uocabulum apoſtolus ſū-
pſerit.ut ſicut reges ſolent deuictis uerbi gratia Parthis parthici.& Gothis gothici nominari: ita & apoſto-
lus ſubiugato paulo paulus fuerit appellatus. quod nec nos quidem uſq; quaq; euacuandum putamus.Ta-
men quia nulla talis in ſcripturis diuinis,conſuetudo deꝑhendiť.quæ magis in exemplo noſtris ſunt:abſolu
tionem q̄ramus.Inuenimus igiť ī ſcripturis aliq̄tos binis:alios etiam trinis uſos fuiſſe nominibus . ut ſalo-
monem eūdemq; Hynididā dici.Sedechiā eundemq; Ioachī:Oziā eundemq;:& Azariā:alioſq; plurimos ī re
gnorum uel iudicū libris binis noībus ĩueniesuocitatos.Sed nec euangelia quidem hunc eundem renuū
more.Nam & matthæus ipſe refert de ſe.q; cum tranſiret ieſus ĩuenit quendam ſedentem ad theloniū mat-
thæum nomīe.Lucas uero de eodem dicit:q; cū tranſiret ieſus uidit publicanum quendam noīe leui.& di-
xit ei.Seq̄re me.Sed & idē matthæus ī catalogo apoſtolorum dicit poſt multos matthæus publicanus & ia-
cobus alphei.& Lebbeus & ſimon chananæus.Marcus uero ita refert.Matthæus publicanus & iacobus al-
phei.& thadeus:hunc eundē quē matthæus Lebbeum:marcus thadeum poſuit.Lucas uero ita poſuit mat
thæus:thomas:iacobus:& iudas iacobi.Igiť eundē.quem matthæus Lebbeū:& marcus thadeū dixit lucas
iudam iacobi ſcripſit.Certum eſt euangeliſtas nō erraſſe ī noībus apoſtolor̄:ſed qa moris erat binis uel tri-
nis noībus uti hebræos:ī unius eiuſdemq; uiri diuerſa ſinguli uocabula poſuere.Secundum ergo hanc con
ſuetudinē uideť nobis:& paulus duplici uſus eſſe uocabulo.& donec quidem genti ꝑpriæ miſtrabat : ſau-
lus eſſe uocatus:quod magis appellationi p̄riæ uernaculum uidebať.Paulū aūt appellatū eſſe cum græcis
& gentibus leges ac p̄cepta cōſcribit.Nam & hoc ipſum quod dicit ſaulus:qui & paulus euidenter.nō ei tūc
primum nomen pauli oſtēdit īpoſitū.ſed ueteris appellationis id fuiſſe deſignat.Hæc ab ipſo auctore opis
omiſſa nos qa id deſcriptiōis initiū uidebať expoſcere:puto q; nō īconueniēter p̄miſimus. Cætera iā de ex-
planationū corpore:qbus poterimus cōpēdiis exeq̄mur.

Beati Hieronymi p̄ſbr̄i ī epiſtolā ad romanos liber primus ad heraclium.

Aulus ſeruus ieſu xp̄i uocatus apoſtolus.De paulo iam diximus:req̄ramus nunc cur ſeruus dica
tur is.q alibi ſcribit .Nō enī accepiſtis ſpiritum ſeruitutis ī timore:ſed ſpiritum adoptionis.ī quo
clamamus abba pater.Et iter̄.Quia eſtis filii.miſit deus ſpiritum filii ſui ī corda ueſtra. claman
tē abba p̄r̄.Itaq; iam nō eſt ſeruus.ſed filius.ipſe ſe ſeruū ꝑfiteť. ſiue id ſecundum illā humilitaté
dictū putemus.quā dominus docuit dicēs.Diſcite a me.qa mitis ſum:& humilis corde.nō errabimus.Neq;
enī p hoc lædiť ueritas libertatis ī paulo.Dicit enī & ipſe.nā cū liber ſim ab oībus hoibus me ſeruum feci:
Seruit ergo xp̄o.nō ī ſpū ſeruitutis.ſed in ſpū adoptionis.qa oī libertate melior eſt ſeruitutis xp̄i.ſiue quaſi
imitator eius pronūciet.q dixerat.Ecce ego ſum ī medio ueſtrū.non ſicut diſcūbēs.ſed ſicut miſtrās.& eius
q ſemetipſū exinaniuit formam ſerui accipiens.& ſicut his q ī lege ſūt fit & ipſe ſub lege.& iis qui ſine lege
ſūt.efficiť & ipſe ſine lege.Ita & ipſe pro his q adhuc ſerui ſūt.& nondū p ſpiritū adoptionis ī libertatē ꝑdu
cti filior̄.ſeruus efficiť.contrariū non uidebiť.Ad hoc poteſt etiā illud addi.q; ad corīthios ſcribens idem
apoſtolus.& de nuptiis uel caſtitate p̄cipiens.tanq̄ alieno noīe.q̄dam de libertate ac ſeruitute iterſerit dicēs.
Seruus uocatus es.nihil cures.Sed & ſi potes liber fieri magis utere.Qui.n.ī domīo uocatus eſt ſeruus liber
tus ē domini.Similiter & q liber uocatus ē.ſeruus ē xp̄i.Precio ēpti eſtis.nolite fieri ſerui hominū.Quæ uti
q; nōnullis cōtra rōnē uidenť iſerta.Quid.n.ad nuptiar̄ uel caſtitatis p̄cepta,cōmemoratio ſeruitutis.ac li
bertatis aſſumiť?Sed nos ſenſū pauli ita ītelligimus.q; ſeruū dicat eū,qui iugali conditione conſtrictus eſt.
qa mulier nō habet ptātem corporis ſui:ſed uir eius.& uir nō habet ptātem corporis ſui.ſed uxor eius. Pro-
pter qď & in aliis dicit de eis.qa nō ſeruituti ſubiectus eſt frater uel ſoror in talibus ſcilicet q; ī aliis eos ſer-
uituti ſciret eſſe ſubiectos.Eſt ergo ſeruus uocatus.qui in cōuiuio poſitus uenit ad chriſtū.cui diciť ſeruus
uocatus es nihil ad te attineat. ſed & ſi potes liber fieri . magis ut̄re . q; in coniugibus alterius continen-

tiæ libertas alteri generat periculum castitatis. Non enim debēt nisi ex consensu uacare orationi ad tempus. Et iterum in idipsum esse reuertendum: ne eos tentet sathanas pp incontinentiam suam. Is ergo qui pro nexu coniugii seruus uocatus est libertus: est domini libertus. neq; ex toto liber: neq; ex integro seruus est. Si i cæteris uirtutibus liber fuerit: si filii patientiæ: misericordiæ: iusticiæ tenuerit libertatem: libertas domini appellat: utpote: qui pro actione uirtutis liber sit: & pro coniugali necessitate sit seruus. Liber uero est qui sine uxore pp paruitatem continentiæ uenit ad christum: qui tū seruus efficit: dum ex integro uirtutibus seruit. paulus ergo sicut quidam tradunt: cum uxore uocatus est: de qua dicit ad philippenses scribens. Rogo etiam te germane cōpar adiuua illas: quæ cum ipsa sunt ex cōsensu liber effectus est. seruum se nomiat xpi. Si uero ut aliis uidet: sine uxore: nihilominus qlibet uocatus ē seruus xpi ideſt autem seruum esse xpi: qd est seruum esse uerbi dei: sapiæ: iusticiæ: ueritatis: & omnium omnino uirtutum: quæ xps est. Sed & illud in hoc loco: si uidet: addamus: q; sicut scia quæ nunc dat sanctis: p speculum dat in enigmate & prophetia: & cætera dona spūs sancti: ita & libertas: quæ nunc sanctis pstat: nondum plena libertas est: sed uelut p speculum in enigmate: & ideo sancti seruos esse se dicunt: ad comparationem illius libertatis: quæ facie ad faciem tribuit. Quō eteni potest in carne quis positus adipisci integram libertatem. ut in nullo iam seruiat carni? Sicut nec adoptionem filioꝝ quis in corpore positus habere ex itegro potest. Atq; utinam hoc obtineri saltem possit in uita mortalium: ut seruus qs xpi ex itegro fiat: non carni non sanguini: non uanæ gloriæ: non cupiditati: non iracundiæ: non inuidiæ: sed qui soli christo: ideſt omnibus uirtutibus simul seruiat. Hæc de eo quod scriptum est. Paulus seruus iesu xpi. Vocatus apostolus. Nomen hoc. ideſt uocatus: quia ad homines ptinet: qui in xpo credunt generale potest uideri. Sed unusquisq; secundum id: q; i eo puidet: & eligit de us. aut apostolus uocat: aut ꝓpheta: aut magister. aut liber ab uxore: aut seruus in coniuge. Et pro diuersitate gr̄æ cōplet illud: quod scriptum est. Multi uocati: pauci electi. Sciendum tamen est: quod possibile est aliquem uocatum esse apostolum: aut uocatum prophetam: aut uocatum magistrum: & si neglexerit uocationis sui gr̄am: decidere ex ea. Sicut & iudas. qui apostolus uocatus est. & negligens uocationis suæ gr̄am: ex apostolo effectus est proditor. Et fuit quidem uocatus apostolus: sed non fuit electus apostolus: sed & ipse ꝓpheta: qui in tertio regnorum libro refert profetasse de ieroboā: uocatus propheta fuit. Si autem electus fuerit ipse discutite. quoniam quidem ꝓhibitus panem manducare in israel. manducauit. & interemptus est a leone. Sunt & multi uocati magistri. per omnes ecclesias dei: & uocati mistri. sed nescio qui in his electi magistri sint. & electi mistri. Sic & puto quosdam esse uocatos quidem ut putent pati pro xpo. nō tamen electos ideſt uocatos martyres. sed non electos martyres. ut sunt illi qui postea tormentorum agones & carcerū. nō usq; ad finē i cōfessionis tolerātia pdurarūt. Est ergo & uocata uirgo. sed nō electa uirgo q̄ scilicet nō fuerit sancta corpore & spū. Et est uocatus pastor. sed non electus pastor. qui p̄est quidem gregi. q; lacte eius utit. & lanis eius operit. sed infirmum non reqrit. & claudium non collígit. & forte circūscribit in laboré. Ita é & uocatus abstinens. sed non electus abstinens. scilicet qui ieiunat tristis. & exterminat faciem suam. ut hominibus ieiunans appareat. Sed & per singulos gr̄aꝝ gradus similiter iuenies multos quidem uocatos. paucos autem electos. Segregatus quidem i euangelium dei. in paulo non sola generalis uocatio ad apostolatū designat. sed & electio ꝓtinus secundū dei p̄sciam subsecuta. p hoc q; segregatus dicit i euangelium dei. Sicut & alibi ipse de se dicit. Cum aūt placuit deo. q me segregauit ex utero matris meæ. ut reuelaret filiū suū i me. quod tamen hæretici ad calūniam uocant dicentes eum esse segregatum ab utero mris suæ. ob hoc. q; i eo naturæ bonitas ihæreat. Sicut econtrario de his qui male naturæ sunt dicit i spalmis. qa segregati sunt peccatores ex utero. Nos autem dicimus qa neq; paulus fortuitu aut naturali differentia electus est. sed electionis suæ causas in semetipso dedit ei. qui scit oia ante q̄ fiant. neq; peccatores qui separant a uentre iudicii iniquitate separant. Deide statim consequentibus uide quid de his dicat sermo dīnus. Scriptum est eni segregati sunt pctōres ab utero. errauerunt a uentre. locuti sunt falsa. Si itelligimus. quomodo statim ut de uenire mris pctōres errauerunt. uel locuti sunt falsa. pariter intelligimus q; iusti separant a uentre. Ergo & paulus q; segregatus i euangelium dicit. & segregatus a uentre mris suæ. causas i eo & merita qbus i hoc se gregari debuerit uidit ille. quem non latet mens. Præuidet enī q; abundantius q̄ cæteri homines laboraturus esset i euangelio. q; in fame & siti. i frigore & nuditate. piculis latronum. periculis fluminum. piculis maris. p̄dicaturus esset euangelium xpi sciens q; ue sibi esset. si nō euangelizaret. & q; maceraturus esset corpus suum. & seruituti subiecturus: ne forte cum aliis prædicasset. ipse reprobus efficeret. Hæc ergo & multa alia his similia. in eo de uentre mris puidens iesus. pro his segregauit eum i euangelio. Si enī ut hæretici putant. uel sortis icerto: uel naturæ melioris progatiua fuisset electus nunq̄ utiq; timuisset: ne si minus corporis sui frena teuisset. euenire posset. ut reprobus fieret. Vel ue sibi futuꝝ. si euāgelizare cessasset. Deniq; & ipse i cō sequētibus latius disserēs dixit. qa quos p̄sciuit & p̄destiauit cōformes fieri imagis filii sui. euidēter ostēdēs. q; eos quos. p̄sciuit deus tales futuros. ut xpo se in passionibus conformarent. ipsos etiam conformes & similes imaginis eius p̄destinauit & gloriæ. p̄cedit ergo & p̄scia dei. per quam nascunt q; i se labores & uirtutes habituri sunt. & ita p̄destinatio seqt. Nec tamen rursus p̄destinationis causa. putabit p̄scia. Quod enī apud hoies cuiusq; meritum pensat ex pteritis gestis. hoc apud deum iudicat ex futuris. Et ualde ipius est q; i hoc non credit deo: ut q; nos i pteritis uidemus. hoc ille uideat i futuris. ponentes luce tenebras: & tenebras lucem: dulce amaꝝ. & amaꝝ dulce. & i his seducūt corda inocentium. Et ideo diligēter oportet itendere quo ꝓspectu doceat ille. q docet. utrum gr̄am & honorem ab auditoribus qrens. an mercedē a domio pro istructione & ꝓfectu discentiū sperans. Subtiliter sane paulus idiscretam & facilem romanoꝝ obedientiam notat. eaq; asserit ubiq; non laudatam. sed ꝓmulgatam. Sed ne eos rursū. si p hoc apertius castigaret. iobedientes

efficeret.addidit.in uobis autem gaudeo.Sed dices.Quō uulgarem eis notat obedientiam. cū dicat se gaudere in eis? Primo qdem aliud est notare uitium.aliud hoies.Pōt enim fieri.ut gaudeat ī his.in quibus multa bona alia deprehenderat.Vitiū autem qđ ei displicuerat notat ne putetur ei etiam ipm cum cæteris placuisse.potest autem & pro eo dixisse apostolus gaudere se in eis:qꝫ q inobediēs est.neqꝫ ad malū neqꝫ ad bonū trahi pōt.Qui uero obediēs est.siqdem ad inutilia trahatur.īperitia culpa sit.Ignorat.n.iutilia esse ea qbus obedientiam sui pbet.Cū uero didicerit.quæ sūt utilia.habens paratum obedientiæ bonū.continuo per eā uirtutis iter ascendit.Gaudet ergo paulus super obedientes certus qꝫ cum docuerit eos:non uulgari obediētia.quā icaute oībus pbent:uti eos debere.sed illa sola:qua obedire oportet deo magis q̄ hoibus:ut aliis eiectis oībus:ipsa laudetur.Nam re uera non paruæ discretionis est:sed probabilis & exercitatissimi iudicii scire cui uerbo:cui ue operi obediendum sit:& cui renitendum.Deniqꝫ ipse dominus in euangelio dicit.Attēdite uobis ab his qui ueniūt ad uos in uestimentis ouium:intus autem sunt lupi rapaces.Et ideo uigilās sensus & intenta mens requiritur.quæ ꝓbare nouerit: uel ouis in propatulo simplicitatem:uel lupi latentē rapacitatem.Vnde uide q̄ proximi periculis fiant:hi q exerceri in diuis lr̄is negligunt:ex qbus solis huiusmōi examinationis agnoscenda discretio est.Continuo ergo in breui ꝓpositæ distinctionis ostendit:& dicit quoniam quidem facilis & indiscreta est uestra obedientia.accipite qđ seruare quid cauere debeatis. Volo inqt uos sapientes esse in bono:& simplices in malo.Simile est hoc illi dicto:qđ ad corinthios scribit dicens. Malitia paruuli estote.ut sensibus pfecti sitis.Sed & illud qđ dominus ait:qa filii sæculi huius prudentiores sūt q̄ filii lucis in generatiōe sua :huic conuenit dicto.Filii enim sæculi huius prudentiores sunt in malitia: pro eo qꝫ semp aliqd profundius inueniant in ea:unde plus noceant.& uehementius lædant.in bono autē stulti sunt.uix enim inueniunt quid faciunt boni.econtrario uero paulus nos uult sapientes esse in bono.Hoc est semp aliquid plus inuenire:plus exquirere:& ꝓfundius cogitare. qđ faciamus boni:ita ut etiā non ꝓpediamur p alicuius malitiam ab opere bono:sed nos sapientes simus:& cogitemus:ut sermonem bonum proferamus.Quod si nec hoc licet uotum saltē bonum & animum demonstremus.Sic ergo sapientes esse debemus in bono simplices uero in malo.ut si pulsemur malitia:pulsemur inuidia.non simus callidi uel uersuti artes & argumenta q̄rentes:quibus reddere malum pro malo:& nequitiam pro neqtia debeamus.Sed in tali loco meminisse debemus illius sniæ:quæ dicit.Siquis uult sapiens esse apud deum:stultus fiat in hoc mūdo. Simus ergo stulti accipientes iniuriam:& non reddentes.ut sapientes simus apud deum:qui dixit:da mihi uindictam:& ego retribuam.Nam de impiis & hieremias dicit.Sapientes sunt ad male faciendū:bene aūt facere nesciūt.Ad hoc respicit & illud qđ dominus nos simplices dixit esse libere sicut columbas:& prudētes sicut serpentes.Quod si aliquis nobis ex ifidelibus occurrat argute & dicat.Quō pōt idem & sapiētes eē & stultus? Dicemus ad eum.Respice ad artes istas:quæ in usu hoium habentur:quō illi qui uerbi gr̄a in litteris sapientissimus est grāmaticus:in arte fabrili ilipiētissimus inuenitur.Vel rursum sapiētissimus gubernator.quō in arte medicinæ inuenitur insipiens.Sic ergo possibile est in his quæ ad deum attinent:sapientē esse.Contra uero in his quæ ad sæculum pertinent:esse insipientem.Sciendum sane est:qꝫ ubi ait huiusmōi eni xp̄o domino non seruire:sed qꝫ discrepantes a seruitutis eius regula:rebus ipsi ostendant se xp̄o domino non seruire. Nō enim uidetur simul quis & xp̄o seruire posse:& uentri:ac uoluptatis pariter amator esse & dei:nec deo quis simul seruire potest & māmonæ.Deus autem pacis conteret sathanam sub pedibus uestris uelociter.Quæritur ī hoc loco:quē dixerit sathanā:sub pedes eoꝝ:quibus scribit a deo uelociter cōterendum.Si.n.ad unam referatur personam:illam scilicet de qua dicitur in euangelio.ecce uideo sathanam sicut fulgur de cælo cadentem:qꝫ sathanas humani generis indicat aduersarius.uidebitur utiqꝫ si uere dicit paulus:qui dicit.qꝫ sub pedes eorum.quibus tunc scribebat.uelociter cōteratur.ultra iam non esse sathanas.qui agones & certamina & persecutiones credentibus aduersat. Sathanas enim in nostra lingua aduersarius iter ptatur.Quicqd enim animæ ad deum tendenti resistit:& aduersatur:& quicquid paci eius contrarium est: hoc sathanas esse nominatur.Ideo deniqꝫ p̄misit dicens:dominus autem pacis:hoc est deus cui pax placet: conteret eum.qui est contrarius paci.& dissensiones opatur.Sic deniqꝫ & in regnorum libris legimus. quia suscitauit deus salomoni sathanam aduersum eum:hoc est salomoni.qui erat pacificus.suscitauit sathanam qui est contrarius paci.Sed sicut iis quoqꝫ docet apostolus.si agant & tales se exhibeāt.quales eius sermo descripsit.pro emendatione uitæ promittit sub pedibus eorum a deo pacis sathanam uelociter conterendum Ita nihilominus deus pacis illi qui pacem eius non in corde puro.conscia munda seruauerit. suscitat sathanam.hoc est aduersarium.ut qui bonum pacis neglexerit.impugnationem amaritudis perferat.Ita qꝫ demū pacis quam temerauit dulcedinem.in oppugnatione positus recordetur.Ex utroqꝫ igitur ædificemur scripturæ diuinæ loco.qꝫ suscitare deus sathanam dicitur negligentibus.uel conterere & subdere studiosis. ut illos ad agones concitet.Istis de prostrato aduersario palmam uictoriæ tribuat.& uirtutis præmia largiatur Possumus & super singulos quoscqꝫ agones.si legitime certemus.uidere quia deus cōteret sub pedes nostros sathanam uelociter. Verbi causa.siquis agonem susceperit castitatis.si usqꝫ ad finem imaculata conscia perdurarit.dici de eo potest.quia cōtriuit deus sathanam sub pedibus eius.i.spiritū qui erat cōtrarius castitati. Similiter & qui agonē fidei suscipit.si stans ante reges.& præsides cum fiducia confiteatur dominum iesū christum .& usqꝫ in finem in confessione permaneat.deus contriuit sathanā sub pedibus eius.cū per fidem constātem in [illegible] dominus in euangelio dicit.Ecce dedi uobis ptātē calcandi super serpentes & scorpiones.& super omnem [illegible] est nimice uirtutē inimici.Gloria domini nostri iesu xp̄i uobiscū.Gloria dei.& gr̄a domini nr̄i iesu xp̄i una atqꝫ eadē

HAec & his similia prosequente sanctissimo uiro:omnium circũstantium creuit mœror & tristitia:nec quis nostrũ poterat se a lachrymis continere,sed omniũ una erat uox plangẽtium.Quid sine te faciemus patre? Quo pgemus? Vineam istam ex ægypto transtulisti & plantasti eam. Vt quid auertis faciem tuam ab ea?In lumine uultus tui ambulamus.Gloria uirtutis nostræ tu eras Heu quid sine te amplius faciemus? Tu pater:tu doctor & refugiũ:tu exemplar inocẽtiæ. Vtinam nobis tecum mori liceat.Iam ad nihilũ deueniemus:sicut oues erimus sine pastore. Ad nihilum deueniemus uelut aqua decurrens.Non erit q consoletur nos.Fient filii tui orphani:& famem patientur ut canes.circueuntes undiq̃ non te inuenient.Heu quãtus super nos cecidit ignis.Non te deinceps uidebimus solem.Congregatio quid faciet fidelĩ sine te? Tu dispersio hæreticorũ eras:tu iterfector eorũ gladio oris tui.tu eorũ malleus & securis conterens eorũ dentes in ore eorũ:molas leonũ confringens:& deducẽs eos in puteũ iteritus.Gaudebũt nũc: & exultabunt:& humiliabũt populũ tuũ & hæreditatem tuã uexabũt.Captabunt in aĩam iusti: & sanguinẽ inocentẽ condẽnabunt.Incendent igni sanctuariũ dei:& ueritatem fidei lacerabunt.

Quomoda Sanctus Hieronymus consolatur fratres suos de fine suo. Cap.xxiii.

TVnc ille motus his uerbis aliq̃tulum lachrymatus est:ut totus semper in domino misericordiæ uisceribus affluebat.Conuersusq̃ ad eos:hac tantum flentibus uoce respõdit. Eia boni milites christi.Confidatis in domino:& in potentia uirtutis eius.Nolite timere.Consequemini a domino misericordiam:si sperabitis in eum.Est enim ipse pius & misericors:& nullum deserit sperantium in se.Ipse enim legem uobis constituet in uia sua.diriget uos in sanctitatem rectam:& non tradet uos in animas persequentium uos. Viriliter ergo agite:& confortetur cor uestrum: & sustinete dominum. Est enim deus in cælo pius & misericors:qui suos mille modis scit iuuare famulos.Non turbetur cor uestrum neq̃ formidet.Sperate in domino:& effundite coram illo corda uestra:quia ipse adiutor erit uester. Si enim

abeo nunc: iterum me uidebitis: & gaudebimus in simul: quia non multo post hos dies: quo ego uado: & uos poteritis uenire. Et ubi ego ero & uos eritis in gaudio: quod nemo tollet a uobis. Mementote filii charissimi: quomodo post mortem moysi deus elegit iosue i ducem: & ptectorem populo suo. Et eleuato helia per turbinem curru igneo in cælum: fecit helisæum in populo esse prophetam. in quo duplex requieuit spiritus heliæ. Nunquid exinanita est manus domini? An oblitus est deus misereri. aut continebit in ira misericordiam suam? Dominus erit pars hæreditatis uestræ. & calicis uestri. & ipe restituet uobis hæreditatem uestram. Suscitabit náq; ex uobis alium pastorem. cui dabit uerbum euangelizandi. & ille ingredietur sine macula. & operabitur iusticiam. Et rogo deum meum. qui eduxit. & reduxit me secundum uoluntatem suam. ut si quis in me fuit spiritus ad obediendum pceptis suis. q; in isto quem uobis mittet paraclyto & pastore fiat duplex. Eusebium filium meum pdilectissimū. habebitis uobiscum. & ipsum tanq̃ me audietis. ipse enī uobis in patrem. & uos ei tanq̃ filii obedietis in charitate cum omni humilitate. & mansuetudine. & cum omni patientia. Siquis uobis fuerit necessitatis referretis ad eum. Obsecro uos. ut solliciti sitis seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Vnum corpus & unus spiritus sitis sicut uocati estis in una spe uocatōis uestræ. Vnus est deus & pater iesus christus. Cui soli in una simul uiuentes fraternitate placere cupitis. Ergo eius estote imitatores sicut filii charissimi. Et ambulate in dilectione sicut & ipse dilexit uos. Et tradidit semetipsum pro uobis: ut uos redimeret & faceret uos sibi acceptabiles: sectatores bonorum opez. Vnicuiq; uestrum det ipse gratiam secūdum mensuram donationis suæ. Det uobis de rore spūs sancti abunde: ut habeatis cur ad colendū eum. Adaperiat cor uestrū in lege sua: & in pceptis suis: ut cognoscatis eum: & faciatis eius uoluntatem: nec uos unq̃ deserat.

Sanctus Hieronymus cōuertit sermonē suū ad Eusebiū. & constituit eum caput. Cap. xxiiii.

TV autem mi fili eusebi consurge: cōsurge. Induere fortitudinem. semper subditus esto domino: nec æmuleris eum ut neqter facias. Salus tua deus in sempiternum erit: & iusticia tua non deficiat. Humilior sis omnibus. Leua in cælum oculos tuos. Lex dei semper sit in corde tuo. Noli timere obprobrium hoium & blassemias eorū ne metuas. Si sperabis in domino: assumes fortitudinem: & uenient tibi pennæ ut aquilæ: & uolabis: & non deficies. Vniuersa legis domini secure loqueris omnibus. Ne timeas a facie hoium: qa cum illis semper est dominus: cum quibus est ueritas: descenditq; cū illis in foueam: & in uinculis non derelinquit eos. Sed a seductoribus tutatur eos: & est illis adiutor & protector in tempore tribulationis. Certe nō facile timet mortem hanc: imo ut plus dico odit hanc uitam: qui se bene agere cernit. Ecce constituo te super societatem istam: ut euellas: & destruas: & dissipes: & disperdas: rædifices: & plantes. Oportet te esse irrephensibilem. Potest male alios corrigere: cui potest is quem corrigit dicere. Et tu similiter facis. Tibi ammō maior erit labor sed maius pmium. Esto sobrius: prudēs & pudicus: hospitalis & doctor. Nemini uiolentiam facito. sed omnes æqualiter dilige: & tanto plus: q̃to melior est. Nō sis persecutor: sed modestus non litigiosus: nec cupidus. Tu enim pdica opportune uerbum dei. Omnis scriptura diuinitus inspirata utilis est ad docendum. Acquire uerba: quæ pdices orationibus. Valet enim huius modi pdicatio: & doctrina ad illuminandum: ad arguendum: ad corripiēdum: & ad erudiendum in iusticia: ut perfectus sit: audiens & in omni bono opere instructus. Est enim xps iesus in cælo sedens ad dexterā uirtutis dei: reu lans mysteria: & docens hoiem scientiam. In omnibus fili dilectissime teipsum pbe exemplum bonoz opez: in omni sanctitate & bonitate. Nam capite patiente totum debilitatur corpus. Vt ergo breui ter te doceam: facies omnia bona: si timueris deum. Patri meo reuerēdissimo damaso portuensi epo scribes faciens mei memoriam: ut habeat me in oronibus suis: nec corrūpi dimittat opera: quæ tanto labore conte xui: ab hoibus iniquis & dolosis: a quibus sæpe expugnatus sum a iuuentute mea. Ecclesiam prudenter custodiat: sciens quoniam erigent se illaqueantes animas supplicium. quos conatus sum educere in uiam rectā loquentes in ore suo: & gladius in labiis suis quoniam obmutui: & silui a bonis: & proiectus sum in monumento dormiens. Spero enim in domino: q; benignus est: & non dereliquet fideles suos. Gaudium enim habeo magnum: & consolationem: pfumens de misericordia domini: quia uirum mirabilem: & multæ scientiæ: & bonitatis augustinum hipponensem epm: post me relinquo. Propter quem multam habeo fiduciam in christo iesu sustentandi fidem uestram. Cui de me scribens hoc ipsum rogato: ut tāqui fidelis pugnet miles. ne ueniant. quod absit. mala genti uestræ. Theodonio senatori & omnibus in christo fratribus me recōmendes.

Sanctus Hieronymus dat pacē discipulis suis. Cap. xxv

FInitis his uerbis uir sanctissimus iocunda uoce uersus ad fratres inquit. Accedite huc. ut tangam uos filii mei anteq̃ a uobis recedam. Ad quem appropinquantibus illis singulum brachiis. utpote melius poterat amplectens. cuilibet pacis osculum tribuit. Deinde uocem mediocriter eleuās uultu placido & iocundo extensis in cælum manibus cōuersisq; ad dominū oculis gaudii lachrymis inundantibus dixit.

Oratio Sancti Hieronymi ad dominum. Cap. xxvi

DOmine iesu christe uirtus mea. refugiū meū. susceptor meus. & liberator meus. laus mea. in qué speraui. cui credidi. & qué dilexi. sūma dulcedo. turris fortitudis. & spes mea a iuuētute mea. Voca me dux uitæ meæ. & ego respondebo tibi. operi manuū tuaz. quod tu de limo terræ creator oium formasti. quod ossibus & neruis cōpegisti. cui uitā & misericordiā moriēs tribuisti. tuæ clemētiæ porrige dexterā. lube domie. ne moreris. qa tēpus est. ut puluis in puluerē reuertat. & spiritus redeat

ad te ſaluatorē.q huc miſiſti illum.aperi illi ſanuas uitæ.Nam cū pro me in ligno crucis tanq̄ latro pendi-
ſti.tu ꝓmiſiſti mihi q̄ eū reciperes.Veni dilecte mi.teneā te.nec dimittā.itroduc me in domū tuā.Tu ſuſce-
ptor meus es.& gloria mea.& exaltans caput meū.ſalus mea.& benedictio mea.Suſcipe me miſericors deus
ſecundū multitudinē miſerationū tuaꝝ.Nam latronē ad te currentē in cruce moriens ſuſcepiſti. Poſſideā
te beatitudo ſempiterna.cæcū ſecus uiā clamantē.ieſu fili dauid miſerere mei.lumie tuo uiſionis æternæ il
lumina.O lux inuiſibilis.qua carens thobias clamabat.Quale mihi gaudiū eſt.cū in tenebris ſedeo.& lumen
cæli non uideo?O lux ſine qua non eſt ueritas.non eſt diſcretio.non eſt ſapientia neq̄ bonitas.illumia ocu-
los meos.ne unq̄ obdormiā in morte.ne quando dicat inimicus meus.ꝑualui aduerſus eū.Tædet aīam meā
uitæ meæ.loquor in amaritudine aīæ meæ.ægrotus ſum.ifirmata eſt in paupertate uita mea.oſſa mea ſicut
in frixorio confrixa ſunt.Et ideo ad te dominū curro medicū.Sana me domie & ſanabor.ſaluū me fac.& ſal
uus ero.& quoniā in te confido non erubeſcā.Ar qs ego ſum piiſſime deus.ut tā audacter loquar ad te?Pec-
cator ſum.in peccatis totus natus & genitus & educatus.cadauer putridū.uas fetidū.eſca uermiū.Heu mihi
domine.parce mihi.Quæ uictoria.ſi pugnando mecū me uinceres.qui ſum minus q̄ ſtipula ante faciē uen-
ti?Dimitte oīa peccata mea.& erige de ſtercore pauperē.Certe domine ſi placet dicā.non debes ad te curren
tē fugare.quia tu es deus meus.Caro tua de carne mea.& oſſa tua de oſſibus meis.Propter hoc nāq̄ non re-
linquens patris dexteram adhæſiſti meæ humanitati factus deus & homo.& prius eras permanens in una
eandēq̄ perſona.Et hoc quare tā arduū & inopinabile perpetraſti.niſi ut confidenter ad te recurreē. quaſi
ad fratrē.& ut mihi tuā miſericorditer condonares diuinitatē? Quapropter exurge adiuua me domie. exur
ge:& ne repellas me in finē.Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquaꝝ:ita ſitiens aīa mea petit te fontem uiuū:
ut hauriat aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris ne ſitiat amplius:quando ueniet:& apparebit ante faciem
tuā.Domine mi quando reſpiciens reſtitues aīam meā a male factis eoꝝ.& a leonibus unicam meā? Vtinā
appenderentur peccata mea quibus iram merui:& calamitas quā patior i ſtatera:quaſi arena maris hæc gra-
uior appareret. Vnde & ſi amplius expectes tribulationem & dolorē inueniam. Veni gaudiū ſpūs mei:ut de
lecter in te.reuela mihi miſericordiam tuā lætitia cordis mei.inueniam te deſideriū meū.Sicut ſeruus ꝑſto-
latur finem operis ſui:ſic & ego expecto te.Intret poſtulatio mea in conſpectu tuo domie:ut fiat manus tua
ut ſaluū me faciat.Ecce uiꝝ qui deſcendens in hierico captus a latronibus uulneratus ſum: ſemiuiuus reli-
ctus ſum:tu pie ſamaritane recipe me.Peccaui nimis in uita mea:& malum corā te feci.Non te cognoui :in-
gratus fui tot beneficiꝝ tuoꝝ:non ut decebat te laudaui.Forte multotiens ueritatem tacui.In corde meo
cum pulſabas ad oſtiū cordis mei:piger fui:ut te reciperem reuerēter.Corpus putridum:quod uelut umbra
declinatur:nimio dilexi affectu. Verbis uanis os inqnaui.mens mea non ſemper fuit in teſtamēto legis tuæ.
non auerti oculos meos:ut non aliquando uiderint uanitatem. Aures meas quādoq̄ uerbis inutilibus inq-
naui.manus meas ad ꝓximi neceſſitatem multotiens non extendi.pedibus ad iniquitatē cucurri.Quid plu-
ra dicam? A planta pedis uſq̄ ad uerticem capitis nō eſt in me ſanitas.Certe niſi in ligno crucis moriens me
adiuuiſſes:digna erat habitare in inferno anima mea.Ego pie ieſu ſum pars tanti p̄cii.pro me fudiſti ſangui
nem p̄cioſum:nō me refutes.Ego ſum ouis quæ errauī:require eam bone paſtor:& appone eā ouili tuo : ut
iuſtificeris in ſermonibus tuis.Nam ꝓmiſiſti mihi:q̄ quacūq̄ hora peccator īgemuerit ſaluus erit.Dolēs fa-
ctus ſum:iniqtates meas ego cognoſco:& delicta mea coram me ſunt.Vere nō ſum dignus uocari filius tu-
us:qa peccaui in cælum & coram te.auditui meo da gaudiū & læticiam.auerte faciem tuā a peccatis meis.
dele iniqtates meas ſecūdum magnam miſericordiā tuam.Ne ꝓiicias me a facie tua.Non ſecūdum peccata
mea facias mihi neq̄ ſecūdum iniquitates meas retribuas mihi.Sed adiuua me deus ſalutaris meus. Et pro-
pter honorem noīs tui libera me.Benigne fac in bona uolūtate tua ut inhabitē in domo tua oībus diebus
uitæ meæ:ut in ſæculum ſæculi cum habitantibus in ea laudem te.Surge ꝓpera ſponſe dilectiſſime animæ
meæ:& noli conſiderare q̄ fuſca & nigra eſt peccatis.Oſtende illi faciem tuā.Sonet uox tua in auribus ſuis.
Vox tua dulcis:& facies tua decora:ne auertas eam a me.Et ne declines in hac hora a ſeruo tuo . Ne tradas
me in aīas perſequētium me.Expecto te domie.Credo uidere bona domini in terra uiuentiū.Veni ergo di-
lecte mi.Egrediamur in agrū:uideamus ſi floruit uinea.Cōuerte planctū meū in gaudiū mihi. iclina ad me
aurē tuam.Accelera ut de hoc lachrymaꝝ & miſeriaꝝ ualle eripias me.

Sanctus Hieronymus p̄cipit de ſepultura.& petit corpus xp̄i. Cap.xxvii.

HAec ubi uir ſanctiſſimus cōtinuatis lachrymis:& manibus in cælum erectis dixit : parūper ſiluit.
Deinde fratres intuens dixit.Præcipio uobis filii mei dilectiſſimi per uirtutem:& nomen domi-
ni ieſu:ut corpus meū cum diſſolutū fuerit:in terra iuxta p̄ſæpe domini noſtri nudum ſepeliatis
ut illud ferat ſecū rediēs quod ueniēs apportauit:nudus inde egreſſus ſum:nudus reuertar illuc.
Societur terra terræ:nō licet terram ſociari lapidibus.appetit enim naturaliter ſuū ſimile quodlibet.Iteꝝ ro
go uos ut domini mei afferatis corpus quatenus in ſuo lumie uideā lumē:ut firmās ſup me oculos ſuos:det
mihi intellectū:& inſtruat me in uia qua gradior.

Quid fecit & dixit Sanctus Hieronymus portato corpore xp̄i. Cap.xxviii.

TVnc quidam frater ad locum accedēs ſacratiſſimū corpus ieſu chriſti obtulit.Quod ubi uir do-
mini uidere potuit.nobis ei auxiliantibus.proſtrauit ſe in terram pronus:uoce & lachrymis q̄tū
poterat clamans.Domine quis ego ſum.ut ſim dignus.q̄ ſub tectum meum intres? Meruit hoc
peccator homo?Certe domine non ſum dignus.Nunquid ego melior ſum.q̄ omnes patres mei?
Tu noluiſti moyſi uno ictu oculi te monſtrare.Cur nunc tantū te humilias.ut patiaris ad hoiem deſcēdere

publicanum:& peccatorem? Et nō ſolum cum illo manducare uis:ſed teipſum māducari ab illo iubes. Cūq; prope illum eſſet ſacerdos erigens ſe uir glorioſus genibus flexis eum cunctis tenētibus magnis lachrymis & ſuſpiriis:& q̄pluries percutiens pectus ſuum dixit. Tu es deus meus.& dominus meus.qui pro me paſſus es.an forte alius? Certe tu es ille:q cum deus eſſes:ſolus ante omnia tempora:& ſine principio genitus a deo patre:æterna & inueſtigabili generatione:q cum ipſo patre & ſpiritu ſancto unus deus es:ꝑmanens illud idē quod eras:& es:itra unius puellæ corpuſculum te clauſiſti factus homo ſicut ſum. Vere & deus & homo es. Sic enim in uirginali utero hoiem ſuſcepiſti:q; nec ſine homine deus es:nec ſine deo homo:quāuis neq; humanitas ſit diuinitas:nec diuinitas humanitas. Non ſunt confuſæ naturæ:q̄uis ſit una & eadem in te ꝑſona. Nonne es caro & frater meus? Vere ſic. Famē habuiſti:ſitiſti fleuiſti:meas ifirmitates habuiſti.ut ego. Sed tamen in te peccandi ifirmitas.& defectus non fuit:ut in me. Non enim peccare potuiſti:ut ego. In te fuit corporaliter:& eſt:omnis plenitudo gr̄æ. Non enim data fuit tibi gratia ad menſuram. Tua enim anima ſtatim cum unita inſeparabiliter fuit diuinitati omnia ꝑfecte ſciuit:& potuit:quæ ipſa ſcit & poteſt diuinitas. Quā tum ad diuinam naturam quæ in te eſt æterno patri deo equalis es. Sed ob illam quā pro noſtra redemptione aſſumpſiſti humanitatem:minor es:nec tamē eo aliquod incurris uituperium. Tu nempe ille es:quem in iordanis alueo baptizante ioāne uox ſubito paterna cælitus intonuit:hic inquiens eſt filius meus dilectus:ī quo mihi bene complacui.ipſum audite. Et ſpūs ſanctus in te ut columba deſcēdens:te unū eſſe cum patre: & eundem in ſubſtantia declarauit. Tu bone ieſu pro me crucis tam grāde in tuo iſto:quod ꝑſens cerno corpore ſubiſti ſupplicium:ut mortem quā meis incurreram flagitiis interimeres. Aias antiquoꝝ:quas dudum diabolica poteſtas miſeras ifernalibus manſionibus retinebat:recuperares:& totam humanā naturam:quæ corruerat in mortem perpetuam:tuo cum ipſa pacificato patre ad uitam iterminabilem: tuo quem pro ipā fudiſti ꝑcioſo ſanguine reuocares. Cuius qdem uitæ die reſurgens tertia:de illo in quo mortuus iacuiſti barathro certitudinē firmiſſimā cōprobaſti. Quo quidem noſtra eſt ſolidata fides:& aucta ſpes:ut ſicut incorruptibilis & impaſſibilis & imortalis reſurrexiſti:ita ſimiliter & nos reſurgemus. Tu certe bone & pie domine poſt tuam mirabilem & ſingularem reſurrectionem.xl.expletis diebus quibus experientia lucida iudicio rum multiplicium te ab inferis uiuū reſurrexiſſe declaraſti:& ut nulla dubitationis oriret caligo : ad cælos cunctis cernentibus diſcipulis tua ꝓpria uirtute aſcendiſti:mihiq; ianuas reſerans paradiſi ad dei patris omnipotentis dexteram conſediſti:ubi ſine fine ſedes. Tu inſuper bone ieſu a deo conſtitutus iudex uiuoꝝ & mortuoꝝ:ſicut in illa die aſcendiſti ita in tremēdo & horribili uniuerſalis iudicii die deſcendes reddere ſingulis ſecūdum opera quæ fecerunt. Coram te tunc certe ꝑcident reges:oīs ſtrata erit dānatio. Te tūc omnes timebunt:q te nunc conténunt. Quid tunc tibi infelices qui nunc cum male fecerint gloriantur dicēt. Qui te omnia ſcientem cernent.quibus nullum amplius erit remedium miſericordiæ? Quid conſpectui potētis omnia.cernentis omnia.& ſolum quod iuſtum eſt iudicantis.facient miſeri.qui totum ſuum in mūdi uanitatibus & flagitiis amiſerunt tempus.plus diuitiis fallacibus.q̄ tibi inſiſtentes.plus filios & filias . & mundi gloriam mometaneam.q̄ te diligentes. cū tuū erga nos iratum cernēt uultum:cum tam ſeueram expectabunt ſniam.cum eos de minimo quoq; cogitamine & ꝓpria accuſabit conſcientia. Dæmonum caterua & ſi mul q̄libet creatura.quam te deum offendendo.offenderunt.cum uidebunt ſtatim.cum fuerit ſententia diuulgata.ſe adepturos tormenta.quibus & corpus & anima ſimul cruciabitur cum diabolis ſine fine:nullum inde in perpetuū refrigerium expectantes? Ve ue miſeris:q te in iſto tam breui tempore uiliſſimis bonis tēporalibus ebrii:quæ nō ſolum inopiam nūc auferūt ſuis poſſeſſoribus:ſed & ipſam ſuam faciunt indigentiā negligētes:in beluam redigūtur. Ve ue q ſaltem tanto hoc timore peccare:& tuam ꝓuocare iracūdiam non deſinūt:ſi tuo nolu nt amore:ut tenētur.

De miſterio mirabili ſacratiſſimi corporis x̄pi. Cap.xxix

SEd quomodo pie ieſu tu.cuius tāta eſt magnificentia.ut nulla queat explicā creatura.quem cæli mare & oīa quæ eius ambitu cōtinentur capere nō poſſunt.qui idem totus ubiq; locoꝝ ꝑſens es.nec intus iclusus nec extra excluſus.idem in cælo ad patris dexteram oium ſupernoꝝ ciuium beatitudo & gloria.quæ tuæ celſitudis ſpēm contemplātur.idem in terra . pugillo ipſam continens & cōcludens.idem in mari & in abyſſis.ad nutum regens oia & conſeruans.idem in iferno potēter dominans.ſub tanta panis breuitate contineris.nō particulariter.ſed itegre & ꝑfecte ac iſeparabiliter? O ineffabilis admiratio:o oium nouitatum nouitas. Oculi in te uidēt albedinem:ſaporem ſentit guſtus:odorem olfactus:tactuſq; ſubtilitatem reperit. Sed auditus cordi reꝑſentat in te illa nō ſorte accidētia. Hic certe per ſe ſola exiſtunt accidentia ſine ſubiecto.quia nō ut humāis uidetur ſenſibus panis es:ſed ieſus x̄ps iteger: ſicut in cælo ad patris dexteram reſides deus & homo. Aue panis uitæ q de cælo deſcendiſti:dans te ſumentibus digne uitam:nō ſicut māna quod in deſerto noſtris pluuit patribus:de quo omnes qui māducauerunt mortui ſunt. Certe q te digne ſumit:q̄q̄ morte corporali aia a corpore ſeparetur:nō morietur in æternum.qa nō illa ſeparatio mors eſt:ſed de morte ad uitam trāſitus. Vnde qui te digne māducat in mūdo moriens:te cum æterne uiuere incipit. O q̄ ꝑcioſa mors illa eſt:ante quā homies mortui ſunt:poſtq̄ icipiūt uiuere. Tu panis angeloꝝ tua uiſione angelos reficis:& glorificas.tu eſca es aiæ nō corporis impinguans mentem nō uentre. Qui in te non impinguatur in uirtutibus:nimis æger iacet in flagitiis. Tu te manducātem ut cōdecet : in te trāſmutas:ut tui participatōe efficiatur deus.nec tamē in illū trāſmutaris:ueluti alia corpa facit eſca . Sed ue te īdigne ſumētibus.certe ad ſui pœnā & reatum iteꝝ te crucifigunt:non q; te diiudicet illa manducatio: quoniā ipaſſibilis & imortalis oīno es. Heu domie mi qd dicā? Quot hodie te ſacerdotes comedūt ī altari.

ut carnes pecudum & uolucrum imo peius. Nocte mulieꝝ fruuntur actu turpissimo. & te mane masticando comedũt? Vbi domie latitas? Dormis ne. an uigilas? Exaudis p̃ces eoꝝ de cælo & de sede maiestatis tuæ. Vere si hoc uelles sacrificiũ & libamẽ: & mẽdax fieres: & peccatoꝝ socius. Certe domie si uera sunt quæ per os locutus es ꝓphetaꝝ: si iustus solum supplicatõibus p̃sto es: & si tibi placet æqtas: hoc tale est impedimẽtum sacrificiũ: ne fiat: q̃q̃ in se & natura sui sacrificiũ bonũ sit: nec possit uiolari malis sacerdotibus qa malitia nõ diiudicat sacrificium. Vnde huiusmodi sacrificiũ fit ad sacerdotis p̃iudiciũ & dãnationem: nec pro q bus fit ꝓdest: imo ut uerissime dicã. q uitam sacerdotis agnoscit: & eum pro se celebrare facit: fit in eiusdem peccato cõscius: necnõ & pœnæ particeps. O magnũ & iscrutabile mysterium. Panis accidentia frangũtur p partes: & tamẽ in qualibet pmanes particula totus & iteger xp̃s: sicut eras antea. O humanoꝝ illusio sensuũ fráguntur illa: quæ humanis sensibus in te uidentur accidẽtia: & tamẽ nec frangeris: nec corrumperis. Te dẽtes uidentur masticare ueluti materialem panem: & tamẽ nunq̃ masticaris. O nobile cõuiuium: in quo sub panis & uini specie totus xp̃s deus & homo sumitur & ita totus in spẽm panis & qualibet eius particula: & i uini specie cum qualibet gutta: sicut i panis totius & uini specie simul. Nam totus ꝑfectus & iteger xp̃s sub panis specie & sub qualibet q̃tũcunq; minima continetur particula: & idem totus in uini specie & in qualicũq; gutta permanet. O esca sacratissima: quã uere comedẽs deus efficitur: iuxta illud. Ego dixi dii estis: & filii excelsi omnes. Liberatur a malis: impletur a bonis: & imortalis idubitanter efficitur. O sacrum peregriationis nostræ uiaticũ: quo de hoc neq̃ sæculo peruenitur ad cæli hierusalem consortiũ. Patres nostri in deserto mãna comedentes: nõ peruenerũt ad terram ꝓmissionis. Qui uere te comedit: in fortitudie tui ambulauit usq; ad montẽ dei oreb. O comestio delicatissima: in qua oĩs saporis & odoris est suauitas: omne delectamentum: oĩs medicina: oĩs sustẽtatio: & omnis requies a labore: necnon & omne quod desiderari potest. Tu certe uita es: qua oĩs uiuit creatura & sine qua moritur. Tu es uita uitalis dulcis: & amabilis atq; iocũda. Odoris tui suauitas ægros recreat & debiles: quos tuos fecit sopor salubres & fortissimos. Tu lux illa icomp̃hensibilis: quæ oẽm illumĩas hoĩem uenientem in hũc mũdum. Tua mi domie est omnis potẽtia: tuũ omne regnum: ante te curuabitur omne genu. Oĩa q̃cunq; uis: facis in cælo: & in terra: & in mari: & in abyssis: tuæ nil est quod possit resistere uolũtati. In te ex te & per te sũt oĩa: & sine te nihil. Eia ergo fidelis aĩa gaude epulare: ne moreris. His pascere delitiis: ne pigriteris: hoc fruere cõuiuio in quo nõ carnes hircoꝝ: aut taurorũ ut olim in lege: sed saluatoris tui corpus sumẽdum ꝓponitur. O signũ dilectõis iopinabilis: ut idem sit dator quod datum: & donator idem sit quod ip̃m donum. Quam magna dulcedo tua domie: quam abscõdisti timentibus te: & perfecisti ea sperantibus in te. O ferculum excellentissimũ: uenerãdum: colẽdum: adorádum glorificãdum: & amplectẽdum: omnibus extollẽdum laudibus: exaltandum cũctis p̃coniis: firmiter in cordis uisceribus retinẽdum: & perpetuis temporibus alligandum aĩo. Cecidit homo per cibum ligni uetiti ad miseriam: p te reuelatur ad æternam gloriam. Tu certe in rectis & eruditis habitas cogitatõibus. Tu miserri mũ arrogãtem: & superbum detestaris diuitem: eum dimittis inanem: & uacuũ ac de te famelicum. Tu pauperem iustum pium & humilẽ oĩbus eum implẽs diuitiis: tuæ domus ubertate facias. In te: & per te ẽ rectũ iudicium & æquitas: tecũ prudentia & fortitudo & omnis uictoria. Per te sancti regnãt in cælestibus. Per te doctores p̃dicant. Per te iustus uiriliter contra hostes dimicat. Tu superbũ potẽtem deponis de sede exultãdo humilem. Tecũ sunt omnes diuitiæ: & gloria. Te diligẽtes diligis. Qui ad te puro corde uigilant te iueniunt: quoniam cum simplicibus & rectis corde graderis. Tu solus ante omne principium oĩum eras: & finis: & principium. Tu solus sine tempore æternæ a deo patre genitus. Quam beati qui te diligũt: qui aliud: q̃ te nõ desiderant: q de te assidue cogitãt: q te digne cõcedunt: q tecum manẽtes omnes uias tuas omni tempor custodiunt. Certe qui te iueniunt: iueniunt uitam & hauriunt salutem iterminabilem. O esca mirabilis ac stupenda: delectabilis ac iocũda. tutissima: ac super omnia peroptanda. In quo tot sunt inouata signa: & mirabilia imutata. In qua omne habetur delectamentum. & ad omnium gratiaꝝ proficimus incrementum. Quã singularis & inaudita tui liberalitas. Quam superabundantissima ac prodiga largitas. ut tui neminẽ exortẽ facias. nisi ad te uenire conteñat. Siqs ergo paruulus est. secure ad te ueniat. & te comedens fiat magnus & relinquens semitas infantiæ. per uias ambulabit prudentiæ. Siquis debilis est. ad te decliet. & protinus fiet fortis. Siquis ifirmus. sanabitur. Siqs mortuus est. si audire te uoluerit. uitam iterminabilem apprehendet. Sed qui magnus est & fortis. nec hic te deserat. nam semper abundanter in te inueniet. quo pascatur. Nemo certe sine te potest uiuere ad momentum. Tu solus uitam das omnibus creaturis. Iccirco defecit cor meum. & caro mea deus cordis mei. & pars mea deus in sæcula. In te solum delectatur cor mẽum. In te exultat anima mea. Tibi solum adhærere cupit mens mea. quoniam qui elongant se a te peribunt. Tu autẽ domine ne longe facias auxilium tuum a me sed tuam ad me inclina aurem misericordiæ. Te edat pauper & inops. & satietur. & tunc uiuens cor laudabit te. O lux inuisibilis. inextinguibilis. & oĩa uere illuminans. Sedẽti cæco huic secus uiam. miserere mihi fili dauid clamanti. uisũ tribue quo te uideat. Propicius quæso domie huic esto peccatori. ut sis mihi in adiutorium & in locum refugii. ut saluum me facias. Et tunc si ambulem in medio umbræ mortis. non timebo mala. quoniam tu mecum es. Mortuus en pie iesu iaceo. Exurge. resuscita me. & confitebor tibi. æger & infirmus sum cui nulla est amplius in carne sanitas. medicus es. sana me. Nudus asfligor frigore. diues es. indue me. Fame in hac solitudine pereo. cibus es. facia me. Sitio. salubre poculum es. inebria me. Infixus sum in limo profundi. & non est substantia. Veni in altitudinem maris. & tempestas demersit me. Laboraui clamans. factæ sunt raucæ fauces meæ. Iam intrauerunt aquæ usq; ad animam meam. Educ me de laqueo isto protector meus. gubernator meus firmamentum meum. refugium meũ. dux meus

& rex meus.& deus meus.In cuius cõmẽdo mãibus ſpiritum meum.Quem in crucis ſtipite redemiſti. cui uitam.miſericordiam tribuiſti.Reſpice domine humilitatem meã.nec concludas me in manus inimici.hodie tecum ingrediar in locum tabernaculi admirabilis.ut inhabitem in domo tua in longitudíe dierum in ſæculum ſæculi.

Sanctus Hieronymus accepit uiaticum & obdormiuit in domío. Cap.xxx.


NIs finitis uir domini glorioſus ſacrum domini corpus ſuſcipiens.ad terram ſupinus rediit. Deinde manus in modum crucis ſupra pectus tenens ſymeonis.ꝓphetæ uaticinium decãtauit. Quod finito ſubito cunctis qui aderant cernentibus.tanta in loco in quo iacebat diuinitus lux effulſit. ut inſtar ſolis radii ſplendor quorũlibet uibraret oculos.ne poſſent morientem uirꝫ glorioſum aliqualiter intueri.Qua quidem luce ad horam permanente circũaſtantium quidam agmen angelicum ibidem uiderunt undiq; diſcurrentium:uti ſcintillæ in arundineto ſolent.Quidam uero angelos non uiderũt ſed uocem lapſam cælitus audierunt:ſic dicentem.Veni dilecte mi:tempus eſt enim ut mercedem accipias pro laboribus:quos mei cauſa uiriliter ſupportaſti.Quidam tamen nec uiderunt angelos : nec hanc audierunt uocem:ſed tantum cum iis a beato Hieronymo illa finita uoce:hæc audierunt uerba.Ecce ad te uenio pie ieſu ſuſcipe quem tuo recuperaſti ſanguine.Tunc ſubito illa lux diſparuit:& illa anima ſanctiſſima tanq; ſydus omnibus uirtutibus radians carnis reſoluta cæno:cælorꝫ regna adiit glorioſa.In quibus iam certe tãq; luminare conſpicuũ renitet: & ſplẽdore beatitudinis:& multorum coruſcatione prodigiorum.quoniam non poteſt abſcondi ciuitas ſupra montem poſita:nec uoluit deus ut in morte ipſius lateret ſanctitas: cuius uita ſanctitatis cauſa fuerat:& ſalutis totius eccleſiæ militantis.Tantus deniq; illa recedente ſanctiſſima anima odor ſubſecutus eſt per dies non modicos:ut nulla forte uetuſtatis recordetur ætas.Sed certe dignũ erat ut illius merita odoris ꝑcipue clarerent indicio:qui ad unitatem fidei intemeratæ membra fetida ſuorꝫ uerborum odore euocauerat.

De uiſione quã habuit Beatus Cyrillus de trãſitu.Sancti Hieronymi. Cap.xxxi.

HOra náq; chariſſimi patres & domini huius trãſitus glorioſæ diei erat ultima.In qua quidem ut ſui atletæ pius dominus gloriam demonſtraret:& omnibus qui in eccleſiæ domo habitant proferret clarꝫ lumen:hoc modo cyrillo epiſcopo tranſitum glorioſi Hieronymi ipſe dominus reuelauit.Cunq; dicta iam hora cyrillus epiſcopus deuotis in ſua cellula orationibus inhæreret : ſurſum in ſpiritu raptus uelut in extaſi factus ſubito quoddam a monaſterio a quo uir ſanctiſſimus migrauerat uſq; ad cælum mirabile & ſpecioſiſſimũ uidit iter.Cuius tanta erat pulchritudo & admiratio:ut ſicut eo dem poſtmodum teſtantem cognouimus:ſtupore uelut amens effectus huc illucq; admirans:ſui pauliſper credat obliuiſci.In hac ſiquidem mentis poſitus anxietate:eleuauit oculos:& ecce angelorꝫ maxima a monaſterio ſocietas ueniebat alternatim melodiarꝫ & mellifluorꝫ cantuum uocibus concinentium:quorꝫ uidebantur uocibus cælum & terra & omnia quæ eorꝫ continentur ambitu undiq; reſonare.Ferebãt etiam ſinguli angelorꝫ ſingulos manibus accenſos cæreos:quorꝫ claritas ſolis repellebat lumen.Sed quid additur ad mirationi admiratio? Ad cælos uertens cyrillus oculos:non minorem angelorꝫ cernit numerꝫ modo ſimili iſtis obuiam uenientium:quin rei huius anxius expectat euentum.Interrogaſſet quidem quid hoc eſſet:ſed ita eum ſtupor opꝑſſerat:q; quid diceret:neſciebat.Aſt illo diutius expectante glorioſam uidit Hieronymi animam præ cunctis qui ꝑibant angelis:& ſequebantur mira decoratam pulchritudine ueniẽtem. ad cuius erat dexteram ſaluator cum illa pariter ueniendo.Quæ quidem in loco quo cyrillus degebat gradum figẽs & ſtans ea taliter eſt locuta.Agnoſcis ne me? Ad quam ille.Minime quidem.Quis enim es qui tanto cæteris honore emines? At illa.De Hieronymo unq; fuit aliqua tibi cognitio? At ille.Certe quem nominas ſingulari affectu diligo charitatis.Sed quæſo ille es? Et illa.Eius ſum anima:quæ gloriam iam obtineo:quam ſperabam.Ad meos pergito filios.& quæ uidiſti nuncia:ut & a luctu deſinant:& meo ſtatui congaudeant : quem elegi.Quibus omnibus finitis:omnis illa beata uiſio ab eius euanuit oculis:& fuit in ſemet reuerſus . Protinus cyrillus ineffabili gaudio perabundans:ita tamen q; per totam noctem illam non ſe potuit a lachrymis præ mentis lætitia continere.Quam ergo mirabilis eſt dominus in ſanctis ſuis:mirabilis in maieſtate:faciẽs ꝑdigia.Dextera domini fecit uirtutem:dextera domini exaltauit eum: notam faciens i populis uirtutẽ eius O diuini amoris immenſitas:diuine largitatis affluentia. Quid enim iſti ſuo potuit facere filio honoris : & gratiæ.& non fecit.cum tam copioſa & in uita & in morte erga eum fuerit munificentia? Dedit enim ei dominus claritatem æternam:& nomine æterno hæreditauit illum:& fecit eum hæredem gaudiorꝫ ſuperorum:in quibus permanebit in ſæcula.Quam ſingularis honor & admiranda gloria excedens pene aliorum gloriam ſanctorꝫ & honorem.ubi non ſolum illam ſanctiſſimã animã omnis cæleſtes comitantur cohortes ſed etiam ipſe proprius ſaluator.Nec enim ſola in cælo fulget inſignis dignitatum illa beata anima:ſed etiã corpus ſuum non ceſſat in terris radiare miraculis.Ad cuius narrationem congruum eſt redire . Defuncto namq; ut dictum eſt uiro ſanctiſſimo hora completorii:corpus illud tantis fragrans aromatibus cuſtodientes:totam illam inſõnem noctem ducentes circa eum in magnis ſiquidem pro anno quod cunctis uenerat fletibus. & pro ſua quam iam obtinuerat gloria gaudiis uigilauimus.Mane autem facto diuinis peractis: ut cõdecebat myſteriis:debitiſq; obſequiis honore debito cõſumatis in bethleem iuxta perſepe in quo pro nobis xp̃s de itemerata ibidem natus uirgíe ifans uagiit:corpus illud ſacratiſſimum ſacci coopertũ lineo i terram ordinauerat ſepeliuimus.Quantis autem ipſo die & etiã ad ꝑſens miraculis glorioſis mirificauit dominus filium ſuũ ſanctum Hieronymũ:certe nõ foret enarrãr ſufficiẽs ligua carnis.Sed tamẽ aliqua de multis

ne noſter nimis ꝓlongetur ſermo:referam.Quidam a natiuitate cæcus in ipſo ſepulturæ die uidendi bene-
ficium corpus tangens ſanctum obtinuit.Cuidam etiam iuueni ſurdo & muto ſanctiſſimū corpus deoſculā
ti:ſoluto auris & līgue ligamīe:& loquendi & audiendi gr̄a eſt conceſſa.Et certe dignum erat:ut q̄ cæcitatis
ueræ lucis:quæ xp̄s eſt:tenebris obcæcatos:ſuis ſanctiſſimis doctrinis & exēplis illumīauerat.Surdis quoq;
& mutis in diuis operibus ueram exercuerat medelam:ut & diuīa ītelligerent documēta:& catholicæ fidei
confiterentur rōnes:quas ſpernebat in die ſui obitus glorioſi:& cæcis lumen tribueret corporale : & ſurdis
ac mutis cōcederet ſanitatem.Quam plurimi ut aſſerūt:q̄ uiderunt a nefandis ſpiritibus obumbrati ī loco
quo ſanctum qeſcit corpus clamātibus diris uocibus dæmonibus.Sancte hieronyme . Cur nos tam īſeque-
ris?Tu noſtrum ſemper flagellum fuiſti & uiuus & mortuus:per eum ſunt mirabiliter liberati.Hæreticus q̄
dam dum prædictū beatum Hieronymū blaſſemaret:& eius fore dignū corpus īcendio diceret:ultōe diuīa
ad alioꝝ hæreticoꝝ formidinem:in ligni ſpēm eſt mutatus.Et ſubito cūctis q̄ aderant uidētibus:ignis cæ-
litus eum iuaſit:ac eum taliter combuſſit:ꝙ totus in cinerem eſt conuerſus.Ad hæc magna hæreticoꝝ mul
titudo:cum tantam ſuæ ſanctitatis aduerterent experientiam:& ad ueritatē ſacræ fidei tantis & tot apertis
ſignoꝝ īdiciis:tanq̄ qbuſdam clamantibus ꝑconibus uocarentur:ad ipſius ſacratiſſimæ & ītemeratæ fidei
& lumē redierunt.Quid plura dicam?Certe in generatōe & generatōem uix annūciarem quæ per illū deus
oſtēdere uoluit:ut magnificaret eum:& colendū exhīberet uniuerſis.Quā magnus certe eſt iſte tot faciens
mirabilia:cui certe non eſt ſimilis ſecūdum opera ſua.Magna magnalia de hoc per mundū reſonent extre-
ma terraꝝ ſpatia:rutilent ſua lucida ſigna.Iam tantoꝝ miraculoꝝ multitudie corroboretur intemerata fi-
des.Quot enim īfirmis ītegram ſanitatem conceſſerit poptatam:narrare cederet in īmenſum.Et tempus &
uita & oīs humanus deficeret ſenſus:ſi uellet oīa indagare quæ opatus eſt in diebus nr̄is:quæ auribus audi
uimus:nec ſunt occulta a filiis hoīum.Lætetur itaq̄ totus fidelium cœtus:& canticū læticiæ & exultatiōis
deo cōcrepent alta uoce:ꝙ ex eis ꝓſiliit ſtella micans:cuius fulgentes lucis radii eos dirigunt ad cæleſtem pa
triam adeundam.Iſtius certe uita ſacratiſſima eſt oībus diſciplina:mores ſunt ſui oīum fidelium inſtituta.
Adſint hodie ſacræ matri eccleſiæ:& pro tanti filii receſſu piæ lachrymæ:& pro tanta eius gloria inæſtima-
bile gaudium. Liceat ergo inſtar piæ matris ei pias lamētatiōes īpendere:cum tanto ſe cernit priuatam filio
uiduatam uiro:deſtitutam pugili:& capitaneo uītis ſuæ inciſa palmite:quā in agro fidei plantauit & coluit.
Non mihi q̄ſo imputetur filio tanto orbato patre:ſi præ dolore dān̄i tam inæſtimabilis:ea referam:quæ nō
decent.Sæpe nāq̄ nimia cordis abundantia plura homo loqtur:q̄ uellet.Quid heu chariſſimi patres & do-
mini nūc uobis referam?Circūquaq̄ ꝓſpiciens:& pgens:ut ſi forte meum:quem dira mors abſtulit patrem
Hieronymū īnuenirem:& nō īuenio:quē diligit aīa mea:huius amore langueo.Tædet aīam meā uitæ meæ
quoniā ablata eſt uita mea:& excuſſus ſum ſicut locuſta:& exaruit uirtus mea:& lumē oculoꝝ meoꝝ extin
ctum eſt.Quale amplius erit mihi gaudiū in mūdo.cum lumen meū uidere nō poſſim ? Obſcuratus eſt enī
ſol meus.& luna nō ſtat in ordie ſuo.Quis cum lupis quid faciet paſtoris priuata munimie ? Quomodo ui-
get arbor.radice detrūcata?Quid heu dira feciſti mors?Cui p̄rem recipiens.filium tam mēdicum in omni-
bus bonis exulem dimiſiſti?O mors crudelis non illi ſed mihi.& pene toti eccleſiæ.quem ſurripuiſti athle-
tam?Cur non diſtuliſti eū recipere?Quare aliquātulum nō auertiſti faciem tuam ab eo?Scīs q̄d feciſti? Nūquid non deſideraſti.quæ tam uelociter a nobis ſurripuiſti.ꝙ nō ſit in mūdo ei ſimilis in uirtute in doctrīa
in ſanctitate?Hic certe princeps pacis:dux iuſticiæ:doctor ueritatis & æquitatis : armiger ītemeratæ fidei
contra hæreticos bellator fortis:cuius ſagitta nunq̄ abiit retrorſum:nec declinauit clypeus eius in bello : &
eius nunq̄ eſt auerſa haſta.Inclyti chriſtianoꝝ plæbis flete:quoniam cecidit dux ueſter. Vox in rama ſonet.
Tanti filii receſſum pie ploret eccleſia.Iam circūdabunt eam canes multi:conſilium malignātium obſidebit
eam:quoniam lōge factus eſt ab ea auxiliator eius.Iam ad ſuam nō aſpicit defenſionē.Iam tribulatio ꝓxima
eſt:& nō eſt q̄ adiuuet.Iam in ſepulchro iacet ꝓtector ſolitus:nō certe exurget aduerſus malignātes in ea. Ic
circo clama in cilicio:& planctu pia mater:iduere uiduitatis ueſtes uiduaram filio.Heu uaticinabūtur pſeu-
do ꝓphetæ:& ꝓphetabūt uiſiones mēdaces:& fraudulentas diuīationes:& ſui cordis in nobis ſeductiones.
Et certe nō erit q̄ reſiſtat eis.Siccatus eſt enī fons uitæ:& uena diſparuit aquaꝝ uiuentium. Sed & tu q̄d di-
ces chariſſime pater damaſe.Vbi quem plus diligebas q̄ te Hieronymus.Vbi tui norma itineris.Cōſiliator:
ductor.& rector quo abiit tuus.Quādo q̄ſo ſcribes ei.Sine tuo ſum Hieronyme chariſſime cōſilio uelut ab
ſciſſum a corpe mēbrū.Scribe ſcribe q̄ſo ne pigriteris.ut ſi tua locoꝝ diſtātia ꝓptata careo uiſione . ſaltem
tua mihi adſit memoria frequens tuis aſſiduis lr̄is gratioſis.teſte deo in nullo uiuentiū ut in te meæ ſpei fir
mau anchoram.Plora igitur:plora.Deducant oculi tui lachrymas ꝑ diem & noctē:quoniā defecit anchora
tuæ ſpei.Aruit ſcribentis manus tanq̄ flos fœni.Iam nō erit tibi amplius eius memoria.Vox certe ſua dul-
cis & iocūda:quæ in fidelium auribus erat mel dulciſſimū:ſiluit.Heu qualem amiſiſti conſiliatorem & adiu
torem.Certe iam in multitudie cōſilioꝝ tuoꝝ defeciſti. Nō erit q̄ panem frāgat tibi uitæ.Extīcta eſt lucer
na in medio eccleſiæ micās:ut nō uobis ſed ſibi luceat.nō mūdo:ſed cælo ſplēdeat.Quid ergo dicā. Cui cō-
querar.Vnde mihi in hoc ueniet auxiliū.ut cōſoler.Certe ut ītueor a domino factum eſt iſtud . Et ideo ſibi
dicam.Cur bone ieſu tam uelociter a tui ſponſa.quā in cruce moriens deſponſaſti tantum abſtuliſti filium
ꝓtectorem cōtra eius hoſtes belligeꝝ.Forte uoluiſti eum tecū.Certe domīe non eo egebas:ut ipſa. Bene q̄-
dem ei ſubueniſti:ſed nos orphanos reliquiſti.Non conꝙror ꝙ aliud q̄ iuſtum & æquum feceris : quoniam
certe iam ipſe merebatur finem imponere huius uitæ laboribus:& tecum eſſe.ſed doleo ꝙ tantum incurrit
damnum eccleſia:eo abeunte.Vtinam eum redderes:ut tuam regeret:ſtabiliret:& defenderet eccleſiā uelut

prius.Quid bone domine eius deinceps facient filii iacentes.esurientes.circuneuntes famelici ciuitatem. ut canes non habentes qui eis panem frangat?Sunt oues errantes non habentes pastorem:discipuli sine doctore:cæci sine ductore.Heu pater pie Hieronyme nostræ sustentationis baculus ubi es?Quid tuus faciet currus sine te dulcis auriga?Vbi cubas?Indica nobis.Cur es nunc terræ socius.qui in te nihil uoluisti esse terrenum?Bethleem bethleem ciuitas iuda quæ non minorem de principibus ecclesiæ retines.quid fecisti?Redde nobis quem retines patrem.Sed & tu terra quare audes retinere hominem non tuum?Qui nil gessit terrenum:nil carnale:certe sua redoluit caro.Suspende & tu piissime theodosi tua in salicibus organa.Nō pius cesset fletus:cum tui dilecti Hieronymi recordaris:quem amisisti.Tanta denicꝫ tibi insit doloris affectio:q̄ta extitit dilectio.tanta sit lamentatio:q̄tum dānum.Sed quæ posset morralium explicare lingua quanta eo superstite aderat toti ecclesiæ utilitas.quanta christianoꝝ singulis salubritas. quantum certamē. quantaqꝫ hæreticis destructio ac dispersio.Hic certe omnibus christicolis amabilis erat:& decorus in uita sua.Et ideo eius recessu singulis flere licet.nec est qui se abscondere uel excusare possit. Ne igitur noster nimis ꝓtrahatur sermo ut breuiter concludam:quæ pro nostro damno ad dolorem attinet: ut quæ ex illo proueniebat omnibus humilitas & exultatio explicari non potest:ita doloꝝ est lamentatio.Cesset igitur dolor:abeat tristitia:quibus tamen attingere non possumus:quæ uellemus:quæ nō solum nullum remedium adhibet dolori:sed auget.Si patrem nostrum diligimus:eius lætitia gaudeamus.Non uere diligit qui suam tantum utilitatem diligit.Iccirco & si pro ea quæ nobis euenit inutilitas dolemus:& pro eis:quæ recepit gaudia collætemur.Adsit ergo hodie nobis causa magnæ lætitiæ.Cantet quilibet uestrum nouū canticū. Sonoris iubilet uocibus mater ecclesia.In hymnis & confessionibus plaudat hodie plæbs catholica. Vndicꝫ iocundetur christiana concio.Hodie certe obtinuit Hieronymus:quod tanto æstuabat desiderio.Hodie deuictis hostibus securum obtinuit triumphum.Certe omnibus expletis laboribus:requiem possidet sine fine. Iam non esuriet necꝫ sitiet amplius:necꝫ cadet super illum sol:necꝫ ullus æstus.Ablata ē ab oculis eius omnis lachryma:abiit oīs luctus.Iam certe sibi dolor deinceps nō erit.Iam certe mercedem habet:pro qua toto uitæ suæ tempore laborauit.Consolemur ergo.demus magnificentiam deo nostro:quoniam dei perfecta sunt opera & omnis uitæ eius iudicia.Confiteamur domino:& collaudemus saluatorem nostrum:quoniam non dereliquit sanctum suum sine adiutorio in tribulationibus:quæ in agone huius uitæ miserrimæ circūdederūt illum.Sed adiutor & protector suus factus:liberauit corpus suum a perditione. A laqo linguæ iniquæ & a labiis operantium mendacium:& eum sublimiter collocauit infra patris mansiones:ubi omne est gaudiū: omnis suauitas:omne quod desiderari potest. Vbi glorioſa & fœlix est refectio animaꝝ post labores & erūnas:ubi dulcis solēnitas angeloꝝ:ubi una societas & charitas omnium ciuium supernoꝝ. Ibi certe neminē timor:aut dolo ricutit.Ibi nulla penitus agnoscitur angustia:tribulatio:aut aduersitas. Nulla ibi infirmitas nominatur.Nemo enim fraudatur suo desiderio.procul ibi distat mors.Nulla ibi prorsus p̄sentis gloriæ expectatur minoratio:sed augmentum scilicet cum omnium uniuersalis erit resurrectio mortuorum. Ibi tūc corpus cuiuslibet beatorum simul cum anima p̄dictam gloriam:quam nunc sola possidet anima sine interminabili possidebit.Quis autem angelorum uel hominum.quanta sit minor particula gaudioꝝ & gloriæ. quæ ibi sunt esset sufficiens enarrare.Quis esset intellectus ad hæc intelligendum idoneus.quæ nec oculus uidit.nec auris audiuit:nec in cor hominis ascendit. Certe si hæc quanta sint gaudia considerentur: terrena omnia uiliora omni stercore apparębunt:si hæc temporalis uita illi comparetur:hanc quilibet hominum extinguere q̄citius poterit:ardescet ut illius capax efficiatur.Hæc uita caduca:& momentanea respectu illius mors potius est dicenda.Omnis mundi fallax & uana lætitia:pondus amarissimum & grauis sarcia. Hác quippe sarcinam deponens Hieronymus sacratissimus optimam illam elegit partem:quæ ab eo nullo tempore auferetur.Rogo.gaudete & exultate:cantate & psallite:quia pater noster glorioſus nauim plenam cælestibus diuitiis:æternisqꝫ mercibus iam concupito in littore collocauit:anchoram spei tranquilla iam i statione firmauit.Iam certe brauium obtinet:pro quo in agone huius sæculi ab omnibus se illicitis abstinendo cucurrit.Iam uictor de suis hostibus triumphauit:cum quibus scuto amoris domini munitus uiriliter dimicauit.Iam denarium accepit:pro quo tanto labore in uinea sanctæ ecclesiæ laborauit.Iam talētum domino reddidit duplicatum:ꝙ cum mercedem in gaudium domini meruit introire. Propter hæc gaudens gaudebo:& cantabo dilecto patri meo canticum nouū:ut sit laus eius in ecclesia sanctoꝝ.Ecce dilectus pater meus candidus:speciosissimus:electus ex milibus:in quo nulla est macula:pascitur iter lilia in uinea domini sabaoth.Ecce flos campi:& rosa nimio fragrans odore de horto nuper ecclesiæ i uiridarium est domini transplantatus.Ecce cyp̄ssus ad cæli altitudinē se extollit.Ad īsulas longe diuulgetur nomen suum:ut sit i æternū eius memoria i benedictōe. Exultate igit̄ charissimi p̄es & domini. Lætamini & laudate:quia decet laudare dominum:q mirabilem se in suis declarat sanctis.Lætetur omnis orbis.Erubescant fallaces hæretici:& iam se noscant ad nihilum deuenisse.Certe non est mortuus:ut æstimāt sui hostes: sed certe uictor regnat in terra uiuentium.Iam certe eius refulget claritas per æterna palatia.Iam ueteribus depositis armis fragilibus:noua iduit ac perpetua.Hodie undicꝫ facta sit i populo christiāo lætitia.Exultet p̄cipue sacra mater ecclesia:cuius hodie glorioſus filius:& cultor:amator & ꝓpugnator p̄cipuus:oībus extirpatis hæreticis dogmatibus:cum suis fallacibus auctoribus de agro fidei catholicæ:& doctrinis sacratissimis. & p̄fulgidis signis.ac ꝓdigiis ut sol relucet iter agmia beatoꝝ. Vale igitur Hieronyme glorioſe.nostri semp faciēs apud deum memoriam.ut tua ualeamus piissima interc̄ssione.& i præsenti ab oībus protege nocuis.& in futuro gaudia.quæ iam tu possides adipisci.



Lorisissimi christianæ fidei athletæ:sanctæ matris ecclesiæ lapidis angularis:in quo admodum firmata cõsistit.Nunc uero in cælesti gloria de syderis radiantis olim Hieronymi præsbiteri laudes uenerabilis pater Cyrille,silendum ne putas,aut lingua balbutientis pueri, ut uirum pollutum labiis me locuturum fore reris?Cæli enarrant gloriam dei & omnia quæ fecit dominus eũ in sanctis suis laudant.Silere debet rationalis creatura,a laude dei irrationabili non silente? Taceam: aut loquar?cum si taceam lapidibus iubetur clamare. Qui q̃uis indignus & insufficiens laudator existam:cũ non sit pulchra in ore peccatoris laus.Tamen ab eiusdem laudibus minime cessabo. Firmetur itaq; manus nostra:& lingua nostra palato non inhæreat :quoniam certe magnus est iste uir sanctissimus:mirabilis:& metuendus super omnes,qui in circuitu nostro sunt.Magnus certe in uitæ excellentissimæ sanctitate, magnus in sapientiæ ineffabilis profunditate.Magnus in maioris nunc gloriæ q̃titate.Mirabilis in prodigiis insuetis.Metuendus ob sibi a domino traditam potestatem.Quam itaq; magnus sit iste glorioſissimus Hieronymus in suæ uitæ excellentissimus sanctitate,patefaceret mea lingua,cum præcipue cunctorum non sufficerent mortalium linguæ ut eius excellentiam explicarent?Liceat ergo dici,alter hic helias, alter hic samuel alter hic ioannes baptista uitæ excellentissimæ sanctitate. Helias & iãnes heremitæ:magnis ciborũ & uestium asperitatibus carnem macerauerunt.Non minoris uitæ Hieronymus glorioſissimus: heremita idem per quadriennium in heremo: ferarum tantum socius perstitit. Quinquaginta annis ut uenerabilis Eusebii litteræ quas pridie recepi plenius fatebantur:& ut me certius tu idem nosti uinum & siceram aliqualiter non gustauit.Ab omni carnium & etiam piscium esu ita se abstinuit:q; uix ea nominare uolebat. Coctũ quid non nisi in ultima ægritudine bis comedit.Cilicino sacco camem uelut etylipis macerans:desuper pãno uilissimo se tegebat.Stratum alium nisi terram nunq̃ sciuit.Non nisi semel fructibus:ut herbarum foliis siue radicibus pastus in die:post uesperas se orationibus præbens:deiceps usq; secundam noctis horã quo tidie uigilabat:postmodum uero somno fessus in terra dormiens usq; ad mediam noctem quiescebat. Qua quidẽ continue surgens lectionibus,& scripturis sanctissimis:quibus tota radiat ecclesia uti lapidibus præcioſis intentus: usq; ad esus horam perdurabat.Ita leuissima flebat peccata ut quis eum æstimasset hominẽ interemisse.Ter in die carnem duris uerberibus flagellauit:ita aut ex eius corpore riuuli sanguinis effluebant.Quin uerbum ocioſum aliquod ut pestem maximam fugiebat.Sibi ocium nullum erat:semper aut sacris lectionibus:aut scribendo,aut docendo cunctos exercitabatur.Quid plura loquar?Si sanctorum singulorum perquirerem uitas,eo ut puto maiorem neminem inuenirem.Sed quia superius samuelem nominauimus:fuisse hunc samuelem ostendamus.Hi certe Samuel,qui de uanis litterarum studiis uerberibus euocatus sacræ scripturæ ministerio deputatur.In cuius lumine diuina gratia influente,utriusq; testamenti lumen uidimus & in cuius brachiis hæreticorum pars maxima est dispersa. Hic certe gloria uirtutis nostræ transferens utrũq; testamentum ex hæbreorum lingua:in græcam pariter & latinam:disponensq; ipsum posteris in æternum,declarans enigmata & obscura dubia & nodosa:pparans officiorum seriem cunctis ecclesiæ ministris totam pene ecclesiam ædificauit.Vnde bene magnus apparet in sapientia ineffabilis profundi tate.Liberales autem scientias ita perfecte sciuit:q; relatione omnium nullus sibi similis apparet adhuc. De scripturis uero sacris uti multarum suarum epistolarum Hebraicorum Græcorum Chaldæorum Persarũ & Medorum Arabicorum & pene omnium nationum linguas & litteras:tanq̃ si fuisset in eisdem natus & educatus sciuit Quid plura dicam?Quæ Hieronymus ignorauit i natura:nullus hominum unq̃ sciuit.Nõ me ista u enerabilis pater existimes dicere ut putem te Hieronymi & uitam & uirtutes peius me scire: cum sibi socius extiteris multo tempore.Sed testor deum:quoniam ob tam ineffabilis uiri sanctitatem.si uoluissem tacere:non possem.Confitentur mirabilia & sanctitatem suam & ipsi cæli.In quibus magnus maioris gloriæ quantitate:q̃ multorum sanctorum habitat sine fine.Nulli itaq; dubium est infra patris mansiones ipsum unam ex maioribus & sublimioribus sedibus obtinere.Cum enim homo idem secundum opera præmietur:& iste perfectioris pœnæ uitæ extiterit,clare patet ipsum unum de maioribus & sublimioribus cælestis hierusalem ciuibus fore.Quod ut a nobis plenius & certius credatur in mundo præ cunctiss: quorũ nostra recordatur ætas ualde mirabilis apparet prodigiis insuetis:& miraculis infinitis,quorum mihi aliqua uenerabilis Eusebius:suis litteris declarauit. De cæteris uero prodigiis quæ mirabiliter fiunt quotidie, ut quotidie intelligo relatibus plurimorum auidus peraudire tibi: ipse pater charissime supplico: ut mihi in breui uolumine quæcunq; poteris uera & utilia miracula collecta q̃citius facultas aderit: eiusdem Hieronymi sanctissimi deuotione transmittere non deneges.Sed ut multa merita Hieronymi sanctissimi non lateant:quid erga me diuina annuente clæmentia,in ipso sui obitus die acciderit,enarrabo. Eodem nãq; die & hora qua exutus putredinis & immunditiæ carnis toga Hieronymus sanctissimus uestimentum perpetuæ immortalitatis:inæstimabilis lætitiæ & gloriæ iduit dum Hipponæ in cellula mea quiescens auide cogitans quales inessent animabus beatorum,q cum christo gaudent gloriæ & lætitiarum quantitas:cupiens ide ex hac materia breuem componere tractatum:præcibus compulsus nostri Seueri quondã uenerabilis Martini Turonensis episcopi discipuli charta:calamo:pugillariq; i manibus susceptis:breuem uellẽ scribere epistolã sanctissimo Hieronymo destinãdã:ut qcqd ex hoc sentiret respõderet.Sciebã.n.ĩ tã difficili qõne a nullo uiuẽtiũ me posse doceri euidẽtius.Cũq; iã scribẽs salutatiõis exordiũ Hieronymo p̃notarẽ: ineffabile

ſubito lumen noſtris inuiſum temporibus noſtriſq; minime linguis declarandum cum ineffabili inaudita-
q; odorum omnium fragrantia cellulam in qua ſtabam intrauit:hora completorii. quo a me uiſo.ſtupo-
re admirationeq; cõmotus animi & membrorũ uirtutes repente amiſi.Neſciebã eni tunc q; dextera mirabi
lis dei exaltaſſet ſeruũ ſuũ notas faciens in populis uirtutes ſuas.Neſciebã eteni q; deus antiquæ miſeratio-
nis ſeruũ ſuum fidelẽ a carnis imunditiis diſſoluiſſet:& tam ſublimem ei ĩ cælo ſedem paraſſet. Neſciebam
certe inueſtigabiles uias domini.Neſciebam theſauros ĩfinitæ dei ſapiẽtiæ & ſcientiæ.Secreta & occulta dei
iudicia non agnoſcebam:quoniam quos uult facit ſua ineflabili ſapientia ad ſui agnitionem uenire. Quos
autem prædeſtinat:uocat:iuſtificat:& beatificat:prout decernit fieri.Itaq; quia talem oculi mei nunq̃ per-
ſpexerant lucem:olfactus meus odorem non ſenſerat: tã nouis:tam inauditis miris obſtupebam.Inter hæc
autẽ meis in me pſtrepẽtibus cogitationibus qd hoc eſſet:de luce hæc dicens uerba uox emicuit: Auguſti-
ne Auguſtine quid queris?Putas ne breui immittere uaſculo mare totum:breui includere pugillo terrarum
orbem?Cælum firmare ne uſitatos exerceat motus?Quæ oculus nullius hominum uidere potuit,tuus ui-
debit?Quæ auris nulla perſonum hauſit audiet tua?Quæ cor humanũ nullatenus intellexit.nec etiam co-
gitauit exiſtimans te poſſe intelligere?Infinite rei quis erit finis.immenſa qua menſura metieris?Potius to-
tum mare in artiſſimo clauderetur uaſculo.Potius terrarum orbem paruulus teneret pugillus. Potius cæ-
lum a motu continuo deſiſteret: q̃ gaudiorum & gloriæ quibus beatorum animæ ſine fine potiuntur mi-
norem intelligeres particulam:niſi uti ego exigentia docereris.Diſcurre adhuc breui temporis ſpacium. Im
poſſibilia facere ne coneris:donec impleatur uitæ curſus.Hic non quæras: quæ nõ alibi:niſi quo tam fœli
citer propero inueniri poſſunt.Hic ſatage:talia exercere opera:ut poſtmodum ibi quæ aliqualiter hic intel-
ligere cupis in æternum habeas.Inde qui intrant nullatenus exeunt:ad hæc ego pauore ſtupens: admiratio-
ne tam inuiſa pene amens omni quaſi uigore carens, His uerbis aliqualem ſumens audaciam:tremebunda
uoce dixi.Fas utinam mihi foret,qui tam fœlix es: tam glorioſus:tam honorifice ad illa properãs gaudia:q
tam dulcia eloquia gutturi meo faris non ambigere.At ille inquit,Nomen meum quæris Hieronymi illi-
us preſbiteri:cui tranſmittendam epiſtolam iam ſcribens cœpiſti.ſum anima,quæ hac in hora in bethleem
iuda carnis onere depoſito chriſto omniq; cæleſti comitata cohorte:omni decorata pulchritudine: omni il
luſtrata ſplendore:illo induta immortalitatis deaurato ueſtimẽto:circumamicta omnium bonorum & gau
diorum uarietate:terrenorum omnium triumphatrix:omni diademate coronata:omni beatitudine & fœli
citate uallata:tam nullum etenim deinceps expecto gloriæ defectum:ſed augmentum. Tam glorioſe tãq̃ i-
effabiliter pergo ad regna cælorum ſine fine manſura.Quando iterum iungar corpori glorificando & non
morituro,ſed gloriam quam nunc ſola habeo habituro:in illa ſcilicet in uniuerſæ carnis reſurrectionis die
Tunc ego amplius animi in me collectis uiribus præ gaudio a lachrymis non ceſſans: ſic reſpondi.Vtinam
uirorum eximie tui mererer fieri pediſſequus.Sed quæſo tui ſeruuli:q̃q̃ uiliſſimi,quem dilexiſti in mundo
nimia charitatis affectione recorderis,ut tuis interuentionibus a peccatis emender,tua gubernatione:recto
calle inoffenſo pede procedam:tuis defenſionibus aſſiduis ab inimicis mihi cõtinue inſidiantibus protegar
tuoq; ſancto ductu ſalutis attingam portum.Placeret utinam uoluntati tuæ aliqua mihi interrogãti reſpõ-
dere.At illa, Quod optas dicito me omni tuæ uoluntati reſponſuram ſciẽs.Vellem inq̃ intelligere.Vtrum
beatorum animæ quædam uelle poſſint,quæ obtinere nequeant.At illa,Vnum auguſtine noueris,q; ſan-
ctorum animæ ita in illa æterna gloria in deo ſunt ſolidatæ & firmatæ:q; nulla ſibi ineſt alia uoluntas: niſi
dei,q; nil uelle aliud poſſunt:niſi quæ deus uult.Ideo quæ uolunt obtinere poſſunt.Etenim quæcunq; uo-
lunt:& deus & uult & adimplet.Nemo quippe noſtrum ſuis fraudatur deſideriis,quia nil præter deum ali-
quis noſtrum optat,quoniam uero ſemper ut uolumus deum habemus:noſtra ſemper deſideria ſunt pleniſ
ſime adimpleta.Longa quidem pater chariſſime cyrille uerborum texetur ſeries:ſi omnia quæ glorioſa illa
anima perſcrutãti patefecit ſcriberem in hac breuitatis epiſtola.Spero enim q; bethleem ad tãtas reliquias
uiſitandum ueniam.non poſt multos annorum circulos.ubi tunc quæ audiui.& in ſcriptis tradidi. uidebis
perſpicaciter.Pluribus itaq; horis illa glorioſiſſima anima ibidem mecum manẽs trinitatis ſanctiſſimæ uni
tatem:& unitatis trinitatem filii a patre generationem.ſpiritus ſancti a patre & filio proceſſiõem. angelicas
hierarchias & ordines.& eorumdem beatorum ſpirituum myſteria beatarum etiam animarum fœlicia.&
alia utilia & grauia humanis intellectibus q̃ ſubtiliter:q̃ euidenter.q̃ mirabiliter mihi patefecerit auido. ſi
omnium hominum linguis loquerer,non explicarem ſermone.Deinde a meis oculis lux diſparuit.Sed mul
tis poſtmodum diebus ineffabilis odorum ſuauitas remanſit.Quam mirabilis ergo iſte eſt.faciẽs tot mira-
bilia.tot & tanta inſueta prodigia hoibus.Ad ipſũ ergo ore noſtro clamemus & exultemus.demuſq; gloriã
laudi eius.quoniam certe dignus eſt omni laude.nec ſumus ſufficientes eũ laudare.Introiuit enim in domũ
domini candidus & pulcherrimus.ubi ſine dubio de ſublimioribus.& p̃clarioribus gloriæ ſedem obtinet.
Quod ut iterũ clarius ueritatis lumen pateat pluribus teſtibus q̃ uno cenſui quid ſupradictus noſter ſeue-
rus uir doctrina & ſapientia pollens cũ tribus aliis in ipſo die & hora obitus Hieronymi in turonenſi ciui-
tate uiderit.meæ addere uiſioni.de quo qdẽ ſolũmodo ipſemet pridie ad me ueniens fuit teſtis. Volẽs itaq;
ut ſublimis Hieronymi gloria mundũ non lateret,ueluti ſanctitas ſublimis.& pene cunctorum uiuentium
excellentiſſima,non latebat.ne illi quos ſanctitatis illius delectabat ſequi ueſtigia.habiturum præmiũ igno
rantes:aliquãdo a ſanctitatis deuiarent tramite.Et ut etiã alii ſibi tot & tanta elargiri cernentes p̃mia illius
ſctitatis & uirtutis ihererẽt ueſtigiis(minuit.n.laboré ponderis p̃mioꝝ ſpes)die & hora q̃ idẽ glorioſus Hie
ronymus fœliciter expirauit elargiendã ſibi gloriã ſeuero & tribus aliis cum eo ſtantibus taliter declarauit.

Hora completorii die illo in domo sua seuerus cum tribus uiris catholicis.quorum duo monasterii quōdā uenerabilis martini erant monachi in diuinis legens locutionibus i cælo in ethere:terraq; canticum suauissimorum inaudito ineffabilium:& incredibilium infinitas repente audiuit uoces:& organorum tympanorum:& psalteriorum:& totius symphoniæ:& instrumentorum sonos.quibus cælum & terra:& omnia ut sibi uidebatur undiq; resonabant: quorum suauitatibus eorum animæ pene a corporibus exalabant. Stupefacti ilico omnes illi eleuantes oculos cælum totum:ethera.& omnia quæ eorum continentur ambitu quadam uiderunt luce species solis luce præclariore clarescere.ex qua omnia odorum aromata erumpebant. Hæc illi tam miranda cernentes:deum exorarunt præcibus:ut eos cur talia fierent nō lateret.Quibus uox de cælo ueniens ista dixit.Nulla uos moueat admiratio.Nil uobis uideatur admirabile:si talia & uidetis & auditis. hodie enim regnum rex: & dominus dominantium christus dominus exeunti de hoc neq; sæculo animæ glorioſissimi Hieronymi presbyteri in bethleē iudæ commorantis totus festinus obuiam uenit:ut eam præ cæteris tanto honorificentius:tanto excellentius & sublimius ad sua introducat regna:q̄to præ cæteris sublimioris & sanctioris uitæ meritis fulget.Hodie omnium angelorum ordines exultantes: & talibus uocibus alternati concinentes suum sociantur dominum.Hodie omnium patriarcharum & prophetarum cætus.hodie apostolorum & discipulorum chorus.hodie omnes sancti martyres.hodie confessores.hodie gloriosa dei genitrix sanctis omnibus comitata uirginibus.hodie omnium beatorum animæ lætabūdæ & festiuæ suæ occurrunt compatriotæ & ciui.His auditis uox soluit:sed tamen lux & cantus & odor per horam postmodum perdurantes cessauerunt.Itaq; liquido patet ipsum de sublimioribus & maioribus ciuibus fore:quo & magnus & mirabilis est:& metuendus super pene omnes sanctos ob sibi traditam potestatem. Nulli sit dubiū ita præ cæteris quæ uult posse ipsum assequi.sicut præ cæteris sua uoluntas diuinæ magis cohæret.Nullis uero me tātæ audaciæ putet:ut fatear ipsum ioāne baptista:quo testante ipso saluatore nullus maior surrexit:petro & paulo & cæteris.xii.apostolorum qui ab ipso christo electi & sanctificati sunt: p̄ stare gloria:idest ante stare in gloria.Sed tamē & si prohibeat ratio ipsum illis maiorem obtinere gloriam: i cæli regno aliquem audere dicere:tamen nullas uideo rationes cur sit nefas dicere: æqualem illis in gloria Hieronymum fore:dummodo illis in uitæ sanctitate discors non fuerit:cum non sit personarum acceptor deus:sed singulorum merita decernens:& reddens unicuiq; qđ meruit. Ast si cuiq̄ uideatur minorem ioanne & apostolis.Hieronymum:parum uideatur minorem ipsum obtinere.Cū & si illius sanctitatis merita. illius laboris grauia:illius scripturæ & uerissimæ translationis utriusq; testamenti: officiorumq; ordinatiōis fructus. non solum præsentibus:sed etiam futuris perspicaciter cernat: paulominus fore nil ipsum ab eisdē in gloria discordem:ut uerum testor deum puto iudicabit.Porro ne aliquibus deridendi laqueum initiare uidear:dum ioanni & apostolis in sanctitate & gloria æqualem esse Hieronymum sanctissimū fateor: unū q; expletis nondum diebus quatuor in uisione uidi enarrabo.Veritas non lateat.& ne quis me has laudes retexere credat:uel amore carnali.quo homo a ueritatis cognitione maxime deuiat.uel uesanæ mentis imperitia.uel alia quacunq; causa uelit.Sed me hoc non ambigat ab homine intellexisse minime.sed per reuelationem quam deus omnipotens qui suos exaltat sanctos:& exaltando magnificat.Quarta præeunte nocte mihi auide cogitanti:quid laudis:quid ue debitæ reuerentiæ Hieronymi in breui retexerem epistola demōstrauit hoc modo.Dum itaq; ut dixi:disponens hanc epistolam tibi scribere cogitarem aptam laudis materiam inuenire.hora adueniente noctis mediæ me somnus oppressit.& ecce maxima mihi affuit angelorum multitudo inter quos fulgentes plus infinito sole duo erant uiri ita similes & uniformes:ut nulla i eis uideretur differentia:qua alter ab altero differre posset:nisi q̄ tria serta ferebat alter in capite & auro & lapidibus præciosis:alter uero duo.Hi candidissimis induti colobiis.undiq; auro gemmis contextis:tantæ erant pulchritidinis:ut non ualeat quispiam imaginare.Accedentes itaq; illi ambo prope me sub silentio paulisper steterunt.Deinde ille qui tria ferebat serta:his me uerbis fuit allocutus.Cogitas augustine quid debeas laudis de Hieronymo i ueritate proferre?Et certe diu cogitans nondum nosti:sed huc ambo uenimus:ut eius tibi gloriam indicemus. Hic certe meus socius quem uides Hieronymus ipse est qui sicut æqualis mihi i uitæ sanctitate fuit:ita per omnia in gloria æqualis est.& quæ possum:& ipse potest.& quæ uolo: & ipse uult. & sicuti deum uideo:& ipse uidet.& cognoscit & intelligit.in quo omnis nostra:& sanctorum omnium consistit gloria & beatitudo .Nec habet maiorem uel minorem gloriam alter ab altero sanctorum nisi in quantum magis & minus diuinam contemplatur speciem. siue cognoscit. sertum uero tertium quod plus illo fero aureola martyrii est: quod uitam finiuit corporis.Qui & si i mundo ob labores pœnitentias: erumnas afflictiones.uerbera:contumelias:& hominum obprobria:& derisiones:& cætera ualde grauia quæ ita pacifice pertulit.ita gaudenter propter deum. ut infirmitatibus exultaret:& uerus martyr extiterit. & præmia martyrii non amiserit:tamen quia gladio uitam non finiuit aureolam.quæ in signum datur martyrii: talis non habet. Serta uero duo alia quæ habemus aureolæ sunt.quæ solum uirginibus & doctoribus dantur:ut ab aliis discernantur.Ad hæc ut mihi uidebatur respondi.Quis enim es domine mi?Et ille ioannes inquit baptista sū qui huc ad te descendi. ut nunciarē tibi Hieronymi gloriā q̄tenus ipsā gentibus nuncies.Hoc.n. noueris qa honor & reuerentia que singulis sanctorū exibetur:cæteris oibus exibetur ne putes ut aliqua sit in cælo inuidia.ut i mundo.Sicut enī in mundo quilibet hominū cæteris p̄esse potius uellet q̄ subesse:ita i cælo ꝓpter charitatē ineffabilē:q̄ se iuicē diligunt beatæ aiæ:qlibet sanctoꝝ ita alterius gloria gaudet sicut sua.quin & uellet qsq; maior sibi esset æqualis & pene maior:quia gloria esset sua ita minor maioris gloria gaudet sicuti eā hret nec ueller eā habere ut ille nō hret:imo potius de sua(si fas esset)ipartiret. Vnde gloria

singulorum est gloria cunctorum & gloria cunctorum est gloria singulorum. His dictis societas omnis illa discessit: & expergefactus ita a somno. tantos in me subito sensi charitatis ardores: q̄tos in me nunq̄ senserā Nam deinceps hactenus nunq̄ aliqualis in me uel inuidiæ. uel superbiæ: siue arrogantiæ fuit apppetitus uel cogitatio. Testis eni est deus q oīa ante q̄ fiant nouit: q̄ ide tantus in me extitit charitatis feruor q̄ plus alie no bono gaudeo q̄ meo: plus affecto omnibus subesse: q̄ supra esse. Hæc iccirco dixerim: nō ut laudis acqrā famam. sed ut quis hæc non putet uana fuisse sōnia quibus sæpe deluditur mens nostra. Sæpe eteni deus ab scondita & maxima per somnia referat. Magnificemus ergo opera sua. quoniam perfecta sunt. nec est in eis iniquitas. Sanctum domini Hieronymum propter deum. cum quo regnat secure magnificemus. quoniam i uita sua magnifice fecit. in morte sua magnifica recepit. Quapropter magnus est i medio nostri. & sanctus. & excelsus in uitæ excellentissimæ sanctitate. Magnus sanctus & excelsus i sapientiæ ineffabilis profunditate. Magnus sanctus & p̄excelsus in maioris nunc gloriæ q̄titate. Mirabilis & laudabilis & glorioſus in prodigiis iuſis. iauditis. & isuetis. metuēdus colēdus. & uenerādus ob sibi traditā a domino ptāte. honorē. & gloriam sempiternam. Magnificemus ergo obsecro eum: ne taceamus quoniam maior ē omni laude. Notas faciamus in populis gloriæ suæ laudes: Non miretur homo si eum quē deus magnificauit & coluit laudamus Non hominem pigeat uenerari & colere quem deus coluit & ueneratus est. Non putet quispiam ioanni & apostolis in gloria & sanctitate æquādo Hieronymū ioanni & apostolis exercere iniuriam. quoniam ipsū illis p̄stare & gloria & sanctitate si possent optarent. Gloria enim & beatitudo eius eorum est gloria: & beatitudo eoꝝ est sua. Honor laus & reuerētia a nobis exhibita Hieronymo: eoꝝ singulis exhibetur: & q̄ illis si gillati exhibetur Hieronymo exhibet. Si ergo cupis ioannem baptistā & apostolos uenerari simul uenerare illū: quoniam ipsis per omnia ē æq̄lis. Secura igitur mente omni depulsa formidine. ioannē baptistā Hieronymo æqualem & non maiorem. quoniam nullus maior surrexit omni deuotione & reuerentia fateamur: quoniam si miorem facimus ioannis gloriæ derogamus: & magis iniurias exercemus ad laudes. Huius mei iparis sermonis opus q̄q̄ insufficienter: q̄q̄ uilissime: q̄q̄ nihil: tamen deuote & reuerenter expletum ad te uenerabilis pater puro corde & magna animi deuoti affectione dirigo. supplicans ut ingenioli mei uerbula q̄ de meæ peritiæ pauperie in laudes eximii Hieronymi obtuli non deridendo sed charitate debita æquanimiter tolerando legas. Et quæ minus debita dixi ad tanti uiri laudes & meæ imputes imperitiæ: & epistolæ breuitati. & eius laudum immensæ immensitati. Quoniam certe si omnium mortalium linguæ solum eius laudes promerent: minus debito satis esset. Mei peccatoris uenerabilis pater esto memor. ut dum in illo steteris loco quo illud sacrum eximii Hieronymi cadauer quiescit: eius me interuentionibus recommendes. Quoniam nulli dubium est q̄ ea quæ optat idem Hieronymus potest cōtinuo obtinere. Non enim suo aliqualiter defraudatur desiderio.

Beati Cyrilli episcopi hierosolymitani ad sanctum Augustinum episcopum hipponensem de miraculis beati Hieronymi presbyteri post mortem celebratis.

VEnerabili eorum eximio augustino hipponēsi p̄suli cyrillus hierosolymitāus pontifex: & omnium sacerdotum infimus illius seq uestigia cuius sanctitas radiare non cessat. Illius scilicet Hieronymi glorioſi cuius memoria in benedictione in sæculum sæculi. Qui q̄tus sit & tu similiter bene nosti eius usus maxime colloquiis & doctrinis. de quo me uellem differere cum sim reprobus in toto & indignus quasi reputo audaciam. Sed tamen quia tua me cogit dilectio ut aliqua tibi scribam de prodigiis hominibus insuetis: quæ per illum in diebus nostris fecit dominus. ut eū celebrem in mundo faceret. & cūctis hominibus glorioſum tamen tuis confisus orationibus opus aggrediar ut tua poscit deuotio: & breuiloquio perstringam de multis pauca. Glorioſum huius uiri obitum uisionēq̄ meam. necnon & mirifica tunc temporis peracta te nosse non ambigo. Nam uir utiq̄ reuerendus & memoriæ obliuioni nō dandæ eusebius nobilis cremonensis eius discipulus in quo magistri refulsit sanctitas & doctrina: cuius sapientiā & probitatem & excellentiam non ignoras qui post biēnium a nostræ mortalitatis miseria ereptus suum p̄dilectissimum beatum Hierōymū in cæli patria est secutus ut nobis indicant eius crebra miracula de quibus etiam inferius aliqualiter pertractabo. reuerendo patri Damaso portuensi episcopo: & theodonio romanorum senatori eius fratri seuero probissimo uiro: Eustochio sanctissimæ mulieri. & tibi & multis aliis quos sigillati nominari nō eget. tunc temporis per suas litteras totius eius obitus seriē intimauit. Vnde amplius ea quæ nosti reiterare fore superfluum & dicendorum impedimentum. His ergo omissis ad eiusdem quæ nō cessant continue clarere miracula noster se stilus uertat. ut tua poscit deuotō. Et primo ab eusebio uiro sanctissimo eiusdem Hieronymi sanctissimi discipulo sumat initium.

Opinio quorundā hæreticoꝝ qui asserebant q̄ animæ beatoꝝ nō uident deū usq̄ ad diem iudicii.

POst obitum glorioſissimi Hieronymi quædam hæresis inter græcos: ideſt secta surrexit. quæ ad latinos usq̄ deuenit. quæ suis nefandis nitebat rationibus probare: q̄ animæ beatorum usq̄ ad uniuersalis iudicii diem. in quo eorum corporibus erant iterum coniugendæ uisione & cognitione diuina in qua tot consistit beatitudo sanctorum priuabantur. & dānatorum aiæ similiter usq̄ ad diē illū nullis cruciabāt pœnis. Quoꝝ rō talis erat. Sicut aia cū corpore meruit uel peccauit: ita cū corpe p̄mia recipit siue pœnas. Asserebāt ēt illius sectæ neq̄ssimi. nullū fore purgatorii locū i quo aiæ quæ nōdū de suis pctis i mūdo plenā egissēt pœnitētiā purgarēt. Qua qdē secta pestifera crebrescēte rātus i nos dolor irruit ut nos amplius pigeret uiuere quo circa meis cūctis suffraganeis epis & aliis uiris catholicis cō uocatis: eis ieiunia & oīones indixi: ut suā sic agitari fidē diuina nō pmitteret bonitas. Mira res & forte huic

similis nunq̃ uisa. Tribus expletis diebus ieiuniorum & orationũ: subsequẽti nocte glorioſus Hieronymus ſuo p̃dilectiſſimo filio euſebio oſonibus incũbenti manifeſte apparens: benignaq; eũ allocutione cõfortãs ei dixit in hac ſecta peſtifera mime formidare. cũ ſibi finis iã ponendus erat. Quẽ euſebius nimio fulgẽtem ſplendore. ita ut eum oculus hũanus aſpicere non ualeret ituitus quaſi de graui ſõno euigilans dulces p̃ oculos fundẽs lachrymas ita ut pene formare uocẽ poſſet: q̃tũ poterat clamare cœpit. Pater meus Hieronymus es? Quare meã ſocietatẽ ſpnis? Certe teneã te. nec dimittã. nec ſine tuo quẽ dilexiſti filio gradieris. Ad quem glorioſus Hieronymus. Nõ te fili dilectiſſime deſeram. Cõfortare. nãq; uicesimo die me ſequeris. & ſimul ĩ gaudio p̃manebimus ſine fine. Sed cyrillo cũctiſq; fribus nũcia: ut die craſtina iuxta p̃ſæpe domini. ubi meũ quieſcit corpus. oẽs in unũ cõueniant. tã catholici q̃ etiã illius ſectæ uiri. Et tu trium hoium qui in hac ſunt urbe hac nocte defuncti: cadauera inhũata in locũ in quo meũ eſt hũatũ corpus facies deportari ſup quibus ſaccũ quo utebar ponẽs: ſtatĩ uitæ priſtinæ redditi hanc radicitus hæreſin extirpabunt. Cui uale dicens glorioſus Hieronymus diſparuit. Mane aũt facto ad me qui bethleẽ tũc erã: uenerabilis euſebius ueniens cuncta q̃ uiderat enarrauit. Quõ ĩmenſas creatori gr̃as agens: & glorioſo Hieronymo oĩbus ĩ p̃dicto loco ĩ quo p̃ nobis de ĩtemerata uirgine natus eſt: & ubi etiam ſacratiſſimũ Hieronymi cadauer hũatũ ẽ cõgregatis: p̃dictoq; defunctoq; cadauera deferri fecit. O mira erga hoies dei miſeratio & diſpenſatio. Quot modis in ſe ſperantes ſcit iuuare. quantis & quot honoribus ſuos exaltat ſanctos. Fiebat ĩterea ab illius ſectæ cultoribus deriſio: credentibus q; foret exinanita manus domini. Lætẽ itaq; oĩs fidelium cœtus: & deo in uoce exultationis pſallãt: quãdo ſuſcipimus miſericordiã in medio tẽpli ſui. Accedens nãq; uir uenerabilis euſebius ad ſingulo; cadauera: flexis genibus manibuſq; in cælum extenſis: cunctis audientibus ſic orauit. Deus cui nihil eſt ĩpoſſibile: nihil graue iuictæ fortitudinis & uirtutis: q facis mirabilia magna ſolus: & nullũ ĩ te ſperantiũ ſpnis nunc p̃ces tuoq; exaudi fideliũ: & ut tua quã dediſti fides. ĩtemerata iuiolataq; p ſæcula maneat ac etiam ut hoq; error appareat: & p merita & ĩterceſſiones glorioſi tui Hieronymi dilecti: introduc in hæc cadauera aĩas q̃s de ipſis egredi uoluiſti. Qua qdẽ oſne finita ſingulũ ſacco quo ſupra carnẽ glorioſus Hieronymus utebatur: tangens cadauer. protinus in eum uitæ ſpiritũ introduxit. Qui hoies aptis oculis, oĩbus uitæ ſignis oſtenſis ſunt perfecte reſuſcitati: & cœperunt btãrum aĩaq; gloriã: & pctõrum pœnas tam purgatorii: q̃ iferni clara uoce oĩbus ĩtimare. Nam ut mihi poſtmodũ ĩterrogãti dixerunt: btũs Hieronymus eos cõduxerat ſecũ in paradiſũ: purgatoriũ: & ifernũ: ut quæ ibi agebantur: pateſaceret uniuerſis. Sibiq; dixerat q; ad corpora redirent: & de ppetratis pctis ibi agerent pœnitentiã. q eo die & hora q̃ uenerabilis euſebius migraturus erat: & ipſi morituri erant. ac etiã ſi bene agerent pœnitentiã cũ eo gloriã adepturi. qd' & factũ eſt: ut iſerius declarabo. His igitur pactis multitudo maxima populoq; tã fideliũ q̃ etiam illius ſectæ defenſorũ. qui ad tam grande cõcurrerant ſpectaculũ. tam certũ indicium & ueritatis experimentũ. necnon beati Hieronymi merita egregia cernens: magnis uocibus ĩmenſas gratias referunt creatori: q; ſuos ĩ ſe ſperantes nõ deſerit. Et ſic auguſtine cariſſime pius dominus nauiculã ſuæ fidei ſacratiſſimæ in huius mũdi mari eructantibus malorum hoium fluctibus agitari permittit. ſed minime naufragari. Quo quidem ſorti q̃ſo eſto animo: uiriliter age. non formides. Contra fidei perſecutores magnanimus dimicare: ſub umbra alarum tã pii patris qui ſuorum fidelium p̃ces inefficaces non ſinit: dũmodo tota ſpe & puro fiant animo. Non enim noſtræ nequeunt exaudiri p̃ces. niſi cum in deo noſtra non perfecte ſpes conſiſtit: uel quia petimus non petenda. Ad ipſum ergo dominum non tantũ ore: ſed toto corde clamemus: dum affligimur. Et ipſe qui dominatur in uirtute ſua. & nos quotidie oculo reſpicit pietatis. non permittet nos tentari ſupra id quod poſſumus. Sed ne nimis deuius a propoſito modo gradiar: ad incœpta redeam. Et uenerabilis euſebii obitũ explens primo & uirorum illorum trium ſimiliter. quos reſuſcitatos noſti migrationem ſcribens quia eadem hora ſunt & die qua euſebius de huius mundi & ualle miſeriæ exempti. aliqua poſtmodũ Hieronymi miracula de multis introducam.

De morte Euſebii: & reuelatis Cyrillo per reſuſcitatos.

A Dueniente autem die quo beatus euſebius a beato Hieronymo in uiſione de qua ſupra ſatus ſũ ſe migraturum. ſcierat: die tertia p̃eunte lãgore febrium cõcuſſus ualide ſe ſup terram magiſtri non ĩmemor. nudum deferri fecit a fribus. & ſingulũ fratrũ benigna conſolatione confortauit: & ut in ſancto manerent propoſito admonuit. Deinde ſaccum quo glorioſus induebatur Hieronymus deferri fecit: & ſupra ſe poni iuſſit. Ordinauitq; ſe nudum iſtar glorioſi magiſtri in eccleſia. in qua iacebat ſãctũ Hieronymi cadauer ſepeliri. Poſt hæc cõmunione ſacratiſſimi corporis ieſu xp̃i ſe muniens: domino ſe & btõ Hieronymo cõmendauit. Et p triduũ locutione corporaliq; uiſiõe priuatus: circũſtãtibus fratribus alternati pſalteriũ paſſiões domini: & alia ſacra cõtinue legẽtibus iacuit. Durũ quippe & cũctis recte ĩ mũdo degẽtibus formidabile hoc qd' narro. Die aũt quo moriturus erat p duas horas ante aĩæ beatæ exitũ: uenerabilis euſebius tã terribiles actus cœpit pagere. q; circũſtãtes monachi pauore perterriti uelut amẽtes. ĩ terra iacebãt. Nam quandoq; tranſuerſis oculis: manibus iunctis: facie terribili: uoceq; dura: q̃ſi ſedens clamabat. Nõ faciã. nõ faciam. mentiris: mentiris. Poſt hæc ad terrã rediens firmabat in terram. quantũ potuit clamãs. Adiuuate me fratres: ne pereã. Quod mõachi uidẽtes lachrymãtes & trementes eũ interrogauerunt. Quid habes pater? Ad quos ille. Non uidetis dæmonum agmina quæ me debellare cupiunt? Et illi. Quid te facturum uolebãt. cum dicebas: non faciam? Et ille. Conantur nãq; ut diuini nomis blaſſemus iuniar: & ideo hoc me nõ facere clamabã. Et illi. Quare pater faciẽ abſcõdebas ĩ terrã? Et ille. Ne eius aſpectũ cernerem: qui tam turpis & terribilis eſt q; omnes pene formidines quæ in mundo ſunt. reſpectu eius nihil

ſunt.Inter hæc uerba actus priores reiterans ſic ad extremã horam uidelicet deuenit.Fratres autem qui aſta bant:pauore & dolore perterriti uelut mortui ſtabant:quid facerent neſcientes.Glorioſus deus in ſanctis ſu is:mirabilis in maieſtate ſua benignus & ſe amantibus miſericors ſanctos ſuos non derelinquit in tempore neceſſitatis.Ad extremam nãq; horam uenerabili euſebio præueniente glorioſus. Hieronymus apparuit: eum benigne confortans.cuius aduentum omnis illa dæmonum turba.quaſi infinita eius timore perterri ta ab eo uelut fumus euanuit ut plures teſtantur monachi.qui propriis oculis diſpenſatione diuina ſe hoc uidiſſe dicunt.Sed hoc magis approbatur:nam omnes circunſtantes audierũt has ab euſebio uoces. Vnde uenis pater?Quare tantum moratus es?Cui ſubito cunctis audientibus alia uox reſpondit:Expecta fili: ne formides:quia te non deſeram:quem tantum diligo.Qua audita uoce breui inde decurſa morula uenerabi lis euſebius expirauit:q̃ quidem hora & illi tres qui reſuſcitati ſũt migrauere:& ut puto cũ euſebio ad æter na gaudia peruenerunt. Nam per illos omnes uiginti dies quibus poſtq̃ ut noſti reſuſcitati ſunt:ſe in tanta pœnitentia tradiderunt q; ſine dubio æterna beatitudine potiuntur.Silentio prætermittendum nequaq̃ pu to:quæ ab eiſdem tribus uiris per illos dies.quibus uixerunt didici.Cõtinue toto hoc tempore cum aliquo eorum ſecreta uita illius quam poſt:hanc breuẽ & momentaneam expectamus:rimari cupiens:alternam di em ducens ad ueſperam.Sed q̃uis multa ab eiſdem didiceri:tamen ad præſens breuitatis cauſa quædã tãtũ referam.Cætera uero alias ea dicturus omittam.Quadam uice ad unum eorum me iuiſſe contigit.qué du re lachrymantem:nec meis uerbis conſolationem aliquam admittentem operiens:tãti fletus cauſam ab eo cœpi inquirere.Qui pluries de hoc a me interrogatus:nec tamen ad interrogata reſpondens: tandem meis coactus importunitatibus ſic reſpondit.ſi quæ pridie ſum expertus non ignorares:tibi ineſſet ſemper cauſa fletus.Ad quem ego.Quæſo:ut quæ uidiſti ediſſeras.Tunc ille pauliſper tacens dixit.Quales credis pœnas & tormenta.non ſolum damnatis:ſed etiam in purgatorio exiſtentibus præparari?Ad quem ego.De incer tis quæ uera poteſt proferri ſententia:ut enim puto noſtris quibus affligimur pœnis æquari non poſſunt. Ad qđ ille.Si omnes quæ in mundo cogitari poſſent pœnæ:tormenta: afflictiones. minori quæ illic habe tur pœnæ:& tormento comparentur ſolatia erunt.Mallet enim quilibet uiuentium ſi illas experientia no ſceret pœnas uſq; ad finem mundi omnibus his ſimul ſine remedio cruciari pœnis:quas omnes homies ab adam hucuſq; ſigillatim pertulerunt .q̃ uno die in inferno.ſiue purgatorio minori:quæ illic habetur pœna torqueri. Et ideo ſi cauſam mei fletus interrogas timor pœnarum eſt quæ peccatoribus iuſte dantur. Scio namq; erga deum meum peccaſſe:& ipſum iuſtum fore non dubito.Qua de re non mireris ſi plango. cum potius ſi non plangerem uehementer admirari deberes.Sed potius admirare quare homines qui ſe mori nõ dubitant ſaltem aliorum experimento tanta hic ſecuritate uiuunt:nec tantas cogitant euadere pœnas. Ad hæc dolore tactus intrinſeco:ita ut uix uerba formare poſſem dixi.Heu quid audio.Sed quæſo in quo tor menta differunt infernalia ab his quæ ſunt in purgatorio dicas.Et ille.Nihil inter ſe differunt.quia eædem ſunt magnitudine pœnæ purgatorii & inferni.ſed unum eſt:quo differre poſſunt:quia infernales finem nõ expectant.ſed augmentum.ſcilicet in iudicii uniuerſalis die.quando corpora ibidem cruciabuntur cum ani mabus:& purgatorii ſunt cum ſine.Nam poſt expletam pœnitentiam inde exempti gaudiis beatiſſimis per fruentur.Ad hæc ego.Sunt omnibus in purgatorio exiſtentibus æqualia tormenta.uel diuerſa?Ad hæc ille Diuerſa quidem in aliquibus maiora:aliq̃bus ue leuiora iuxta magnitudiné peccatoꝝ.Ná in pria etiã beato rũ oẽs aiæ glorioſæ diuiná cõtemplantur ſpeciẽ.in quo oĩs conſiſtit gloria q̃ q̃uis ſingulæ tanta hẽant gau dia:quãta uelle uel cogitare poſſunt:tamen gaudiis nõ ſunt pares ꝙa maiora hæc poſſidet:minora illa iuxta opa q̃ fecerunt.Sed ſi tibi aliq̃ ex hoc oriret admiratio: ut ſcis poſſit ineſſe diuerſitas gaudioꝝ:quoꝝ cauſa ẽ ſolus ipſe deus.ĩ quo nulla potuit unq̃ fore diuerſitas ſolutio ſatis patet.Ná cũ diuina cõtẽplatio.& cogni tio ſiue itelligẽtia ſit tota merces & gloria.In aliquo põt eé ſctõꝝ mior ĩaliquo uero maior.Iccirco cũ oẽs ſi mul aĩæ deũ ſicuti ẽ uideãt & cognoſcãt: aliqua minus uidet & itelligit: & ſic minor ſibi ineſt gloria.aliq̃ ue ro clarius uidet & ſubtilius intelligit.& ſic maiorem poſſidet gloriam.Sic etiã de illorũ miſerorũ dãnatorũ pœnis dici põt.Nam cũ oẽs aiæ dãnatorum in uno coſiſtãt pœnarũ loco:tamẽ diuerſis cruciantur pœnis iuxta uitiorum qualitates. Tantum ſiquidem differt inter chriſtianorum qui ibi torquentur pœnas:& pa ganorum:ut paganorum crucimenta reſpectu eorum .quæ falſi chriſtiani & peccatores ſuſtinent ſint quaſi nulla:q̃q̃ ineffabilia ſunt:nec a uiuentibus cogitabilia.ut dignum eſt.Nam illi gratiam dei in uacuum rece perunt.nec uoluerunt a peccatis corrigi.dum uixerunt:ſacris continue uociferantibus ſcripturis. quas pro nihilo putauere.Cum ergo horribile eſt inq̃ quod dicis.& utinam ſedulo mortalium inſiſteret mentibus ut uel tantarum pœnarum terrore a prauis ceſſarent ſi nolent amore gloriæ.Sed quæſo quid erga te pridie ex euente anima peractum eſt.breuiter innoteſce.Ad quod ille aduenĩente inquit mortis meæ hora:tanta in lo co quo migraturus iacebam nefandorum affuit ſpirituum multitudo:q; præ multitudine dinumerari oĩno non poſſunt quorũ ſpecies talis erat:q; ea nil pœnoſius nil ue horribilius excogitari poteſt.potius enĩ quili bet hoĩum flãmis ardentibus arſuꝝ ſe exponeret q̃ earum formarũ ictu oculi uiſiõe potiri q ad me uenien tes: oĩa quæcunq; perpetraui opa contra deũ :ad meam memoriã reuocabant:ſuadẽtes mihi ut amplius di uinã miſericordiã quã tã grauiter offẽderã nõ ſperaré.Et certe noueris q; niſi me diuĩa miſeratio adiuuiſſet. eis reſiſtere nõ ualebã.Nã dũ oĩ uigore ſpũs deſtitutus eoꝝ uerbis paulo minus aſſẽtiré.glorioſus affuit Hie ronymus:magno uallatus agmie ãgeloꝝ:ſepties ſole ſplẽdidior me cõfortans.Qui ubi illos ſpũs imũdos fu it ituitus.me tã dure exacerbantes:ualde cõmotus erga eos.uoce terribili eis dixit.quid ad hunc nequitiæ & oĩs maledictiõis ſpũs uẽiſtis?Neſciebatis hũc meis fore ſouẽdũ auxiliis?Protinus hũc relíquẽtes abite:& ue

ſtras ab eo elongate nequitias.q̃tum diſtat oriens ab occaſu.Hic illa maledictorum ſpirituum ſocietas per territa.diris ululatibus & clamoribus limẽ loci in quo iacebam exceſſit.Tunc glorioſus Hieronymus aliq; bus imperans angelis:ne a me diſcederent.ſed quouſq; reuerteretur expectarent.cum cæteris angelis feſtinã ter abſceſſit.Eodem quoq; abeunte angeli q ad me cuſtodiẽdũ remanſerãt.me confortare cœpe.blandia & dulcia promittentes.ſi forti animo perdurarem.Inter hæc autem conſolationis eloquia hora quaſi decurſa. ſecundo beatus Hieronymus ueniẽs.ſtanſq; ĩ limĩe:uelociter inqt uenite.Tunc ſubito anima corpus relinquens tam grauiter & acerbi.q; certe q̃tæ fuerint preſſuræ & anguſtiæ.intellectu non caperet mens humana.niſi ut ego didiciſſet.Si enim omnis humanorum intelligentia.quas uellet anguſtias & dolores exiſtimaret.reſpectu animæ diſſolutionis a corpore.tamen illa pro nihilo computaret.Hæc & alia nõ minus ardua. & ualde mortalibus formidanda.quæ pro longitudine præſenti operi non inſcribam eo loquente. incipiebat claudi dies occaſu ſolis.quo neceſſe fuit.quid ei poſt mortem contigerit non explere.Sed quia præ cæteris affectabam ſequenti die duobus aliis cum eo inſimul cõuocatis ad narrationis illius ſeriem redii.hoc cupiens ab illis etiam duobus aliis peraudire:ut trium teſtimonio ſolidius edocerer.Itaq; cum hi iam dicta re inciperent:ſic reſpondi.Quanq̃ hæc utilia ſint:nec cederet in uacuum ſæpius ipſa fari:tamen his quæ iã audiui omiſſis:quæſo ut quid uobis poſt diſſolutionem corporis euenerit:meo hianti detegatis animo.Ad hoc ille qui mihi quæ audiſti tranſacto narrauerat die:quod cyrille inquit interrogas:non eſt poſſibile plane fari:quoniam ſpiritalia noſtris minime ſenſibus comprehenduntur.Scis namq; non te exanimẽ fore: tamen quid aut qualis ſit anima non agnoſcis.Deum certe ſcis omnium eſſe principium & finem:a quo incipiunt omnia atq; tendunt.Et tamen quid ſcit deus aut qualis:dũ carnis iſtius grauiſſimæ corruptibile portas onus non intelligis:niſi per ſpeculum in enygmate:ſic etiam de angelis:& cæteris incorporeis idẽ liquet Cum enim multa quæ ſunt notiſſima in natura noſtræ paruæ intelligentiæ defectu intelligere non poſſimus.ſuper cæleſtia & ſpiritalia omnio aliena a naturæ cognitione.quomodo intelligemus? Vt dicis inq̃ eſt ſed uti potes:quæſo dicas.At ille.Circũloquar inquit id quod optas & dicam paulo minus quod non poſſũ. At hi qui mecum ea quæ pridie dixi ſunt experti ſi ita eſt teſtificabuntur.Mea pridie anima a corpe tot ut ſupra fatus ſum preſſuris & doloribus diſſoluta.ſubito ictu oculi ineffabiliter fuit ante dei iudicantis præſentiam deportata.Sed a quibus.& quomodo nõ agnoſco: nec certe mirum. Nam nunc carnis mole aggrauor:tunc autem erat anima ſine carne.Fuerunt etiam ibidem iſtorũ animæ:terroribus incogitabilibus: qd iudex ageret formidantes.Heu cur mortales neſciunt qbus hoc eueniet quod tunc nobis: certe ſi illius nõ foret ignorantia totiens non peccarent.Nullum quæ toto tẽpore geſſimus peccatorum iudicem latere potuit:ĩmo cuncta quæ fecimus tanq̃ ſi forent præſentia:cunctis aſtantibus clara erant.ita ut minimum noſtrorum cogitaminum:ſicuti fuerat apparebat. Conſidera nanq; quibus & quot agitabamur terroribus. Hic dæmonum multitudo ſtabat.mala teſtificantes.quæ fecimus:locum:modum:& tpa declarantes.Hinc noſmetipſi quæ obiiciebantur:nullatenus contradicere poteramus.tum quia iudicem cuncta ſciẽtem. tum quia ipſum quilibet noſtrum iuſtiſſimum cognoſcebat.Heu quid dicam? Quam ſniam præſtolabamur:ob eius memoriam nunc formido.Hincinde mala undiq; uindictam iudici acclamabant.Cunq; iam nihil deeſſet:niſi ſniam publicari quæ peccatoribus digna datur.ecce glorioſus hieronymus cunctis ſplẽdidior aſtris a beato ioãne baptiſta.ſummoq; apoſtolorũ petro necnon angelorũ ingenti multitudine comitatus.ad præſidentis iudicis thronum ueniens:noſtram ſniam ſuſpendi modico tpis:noſq; ſibi dari ob reuerẽtiam & deuotionem:quam ſibi contuleramus:& propter erroris deſtruendi neceſſitatem ut uoluit impetrauit. Deinde nos ſecum ducens omni illa beata uallatus ſocietate ubi fidelium animæ inæſtimabili gloria perpetuo perfruuntur quæ ibi gerebantur:ut redderemus teſtimoniũ declarauit.Poſt hæc ad purgatorium & iſernũ nos deducens:non ſolum quæ ibi erant indicauit.ſed uoluit ut pœnarum experiẽtiam probaremus.His igitur omnibus ſic peractis:hora qua nr̃a cadauera ſacco quo beatus uſus fuit.Hierõymus tetigit uenerabilis euſebius:idẽ glorioſus Hieronymus nobis iperauit:ut ad corpora rediremus.Mandans ut de his q̃ uidimus teſtaremur: promittẽſq; nobis uiceſimo die:ſi de perpetratis pc̃tis nos contingeret debitam pœnitẽtiam exercere:cum beato euſebio qui tunc erat ex hoc ſæculo migraturus:gloriam finis neſciam adipiſci.Sicq; corporibus noſtræ animæ ſunt cõiunctæ.Multa ſiqdem auguſtine chariſſime formidanda:quæ mortaliũ impreſſa mentibus:ab eiſdem labentiũ oĩum terrenorũ amorẽ & curã peruigilẽ:qua tot aberrant hoĩes.ut puto funditus extirparẽt:patenter didici:q̃ ſi his chartis iprimerẽ plus cogitato opus procederet:nec eſſẽ compos ſubſcribere iã ꝓmiſſa.Itaq; cũ de ꝓximo te expectẽ uiſitatuꝝ glorioſi Hieronymi reliqas:ut tuæ quas pridie recepi litteræ fatebantur:hæc oĩa hoc fine claudã.tangens uenerabilis euſebii ſepulturã.ut ad miracula redeã enarranda. quæ ſuperius ſum pollicitus enarrare.Obitus nãq; euſebii uenerabilis & triũ hoĩum prædictorũ ſeriẽ ĩ præcedẽtibus.q̃ breuius potui.iſerui quædã tibi utputo affectuoſa iterponens. Sed prædictorũ ſepulturæ ſeries ita patet.Mortuo nanq; uenerabili euſebio plura ſunt miracula cunctis uiſa.q̃ præcedentis uitæ ſanctitatẽ teſtanť.Quoꝝ ad præſens duo ſolũ dicã.Monachus qdã cuiuſdã.cœnobii præ lachrymis:& uigiliis priuatus corporali lumĩe oculorũ:ſtati ut euſebii corpus uenerãdũ facie tetigit. priſtinæ lucis graciam eſt adeptus:Dæmoniacus autẽ qdã dũ ſacrũ corpus ad eccleſiã duceremus:eidẽ obuiãs ẽ ꝓtinus liberatus;luxta eccleſiã in qua glorioſi hieronyimi cadauer ſanctiſſimũ eſt humatũ uenerabilis euſebii corpus honore debito nudũ magiſtri iſtar ſepeliuimus.In cuius etiã cemiterio hoĩum illorũ triũ qui eadẽ ſunt hora mortui.fuere corpora tumulata.His ergo dictis uenerabilis euſebii cuncta ſileant.ut prægrandia & ineffabilia locum teneant prodigia eximii beati Hieronymi iam promiſſa.

Miraculum de quodam heretico,qui inuisibiliter decapitatus fuit.

IN amœno & iocundissimo siquidem gestorum sanctissimi Hieronymi prato positus:uti sertū faciens præcipuos & decoros miraculorum flores ad huius opusculi uenustatem,& nostræ posterorumue saluti utiles pro posse legam.Quorum omnium quid pridie erga sabiniāum hæresi archam pestiferum:quem agnoscis peractum est,primo dicam.Sabinianus namq; hæreticorū fautor:duas ī christo asserens uoluntates,& quod peius est inter se quandoq; discordes.Ad cuius tam iopinabilis falsitatis probationem itroducebat illud qđ in euangelio xp̄s dixit,Pater si fieri potest,trāseat a me calix iste.Eliciens ex hoc rationes grauissimas,& pene iextricabiles,q; passiōem uoluerit una fugere uolun tate & altera eandem coacte subire oportuerit passionem.Et ex his dicebat q; multa xp̄s uoluit, quæ obtinere non potuit, tantum ī nos doloris exercuit,ut magnitudinem explicare nequeamus. Peruertebat náq; idem pestifer anguis & lupus rapax se uestimento ouium iduens,nobis commissum gregem. Et ut sæuitiam diri pectoris efficacius exerceret,opusculum quoddam compilauerat,falsis probans rationibus hoc sic esse.Quod qdem opusculum ut fidem ei daremus glorioso hieronymo totius ueritatis speculo intitulauerat.Cuius falsitatis notitiam comperiens:sciés tibi Hieronymum epistolam super huius erroris destructione non multum ante sui obitum edidisse:prædictum hæresiarcham cum suis discipulis:& eiusdem nequitiæ ministris inuitaui quodam dominico die in ecclesiam hierosolymitanam ad disputādum & suum errorem nequissimum comprobandum.Quo namq; de uniuersis meis suffraganeis episcopis:& aliis q̄pluribus orthodoxis:necnon & ipso hæresiarcha cum suis nefandis discipulis in prædicta ecclesia adunatis disputatio a nona incœpta ad uesperas usq; tetendit.Cum autem idem hæresiarcha contra nos opusculum ab ip̄o falso compositum,quod glorioso intitulabatur Hieronymo allegaret has tantas beati Hieronymi iniurias ferre non ualens:bonæ memoriæ Siluanus sanctæ Nazareth ecclesiæ archiepiscopus:qui tanta beatum hieronymum affectione animi & deuotione colebat,ut siquid faceret diuinum nomen:& beati Hieronymi p̄mittebat,Vnde quasi ab omnibus Hieronymus dicebatur,prædicto hæresiarchæ protinus assurrexit: dire eum increpans:q; tot & tantas exercuisset nequitias,Dum autem inter eos longa oriretur cōtentio:& uterq; obprobria sibi inuicem pro posse diceret:in fine sic ambo pariter statuerunt:q; si usq; in subsequētis diei hora nona beatus Heronymus hoc opus falso compositum euidenter ostenderet:prædictus hæresiarcha capite puniretur:sin autem archiepiscopus.Quibus finitis:singuli ad propria remearūt.Per totam autem noctē quisq; nr̄m orationibus uacans orabat:ut nobis in opportunitatibus auxilium eueniret a domino: qui neminem unq̄ in se sperantium spreuit.Magnus dominus & laudabilis nimis:cuius certe sapientiæ non est numerus.Statuto autem die & hora lætus hæresiarcha in ecclesiam cum suis nequitiæ filiis ueniés huc illucq; discurrēs quærebat dei seruum: tanq̄ leo rugiens paratus eum deuorare:ueluti si foret deus non intelligēs: nec suorum seruorum præces exaudiens.Sed tamen cum solidius se fatuus stare crederet:miserabilius cecidit.Stabat autem omnis fidelium concio in ecclesia:quilibet sancti Hieronymi clamans nomen. Clauserat siquidem glorioſus Hieronymus aures fingens se dormire orationes supplicantium non intendens,ut mirabilior appareret.At ego totus perfusus lachrymis:stupens & admirans:cur Hieronymus sic abesset:quid de inceps accideret expectabam.Deniq; cum nil miraculi appareret:sæuire cœpit hæresiarcha canina rabie, ut Siluanus quod promiserat iam expleret.Ad locum autem quo decollandus erat Siluanus sanctissimus gaudens & intrepidus:tanq̄ ad nuptias ueniens episcopos & omnes alios catholicos:qui ad hæc cōcurrerant his confortabat uerbis.Exultate mecum charissimi:gaudete & nolite contristari:quoniam non derelinquit deus sperantes in se.Si non exaudiat plus meis iam perpetratis merui peccatis.Post hæc genua flectens. sancte inquit Hieronyme adesto mihi:si placet q̄q̄ hoc & maiori sum dignus supplicio:tamen ne falsitas locum teneat ueritatis succurre.Quod si fas non est:ut adiuuet:propitius mihi esto ī hora mortis:ut gloriæ finis nesciæ nō sim expers.Hæc dicens:spiculatori collū præbuit:ut feriat ipsum rogat.Eleuat autem spiculator ensem antistitis uenerandi caput uno ictu cupiens amputare.Adest subito hieronymus glorioſus cunctis cernentibus:manu extensa tenet ensem siluano imperans ut exurgat.Deinde hæresiarcham increpans scripturas falso compositas innuens.eiq; minans ab omnium euanuit oculis.Quod huic eius similibus utinā eueniret.Confestim ut glorioſus Hieronymus disparuit hæresiarchæ caput terram petit a corpore detruncatū tanq̄ si ense spiculatoris manus amputasset ictu uno.Quod tam mirabile:cuncti uidentes q aderāt ilico stupefacti deo gratias egerunt & Hieronymo glorioso & ad ueritatis tramitem hæresiarchæ discipuli rediere. Ecce quantum uenerabilis antistitis fiducia in domino & beato Hieronymo fuit efficax,q pro ueritate mori minime formidauit.Exemplar certe factus est uenerandus antistes cæteris xp̄ianis. Non enim xp̄ianus ille est:q pro ueritate mori timet.Si enim xp̄us pro nobis animam posuit ut nos ab omni redimeret seruitute:& nos pro ipso cum tempus est:animas ponere minime timeamus.Quia nemo nisi legitime certans potest coronam gloriæ obtinere.

De Siluano archiepiscopus sanctæ ecclesiæ nazareth,qualiter sanctus Hieronymus liberauit eū de morte:& infamia fornicationis.

VErum quia de Siluano aliquid dictum nosti,aliud quoddam non minus,ut puto mirabile erga eum factum narro cuius tot fuerunt testes.quot nazareth urbs & bethleē tenēt,qui ꝓpriis oculis hoc uiderūt.Serpens ille antiquus diabolus ob suam deiectus superbiam in inferni profundū uenerandi antistitis siluani nimiæ inuidens sanctitati,in eum dolis ut callidior cunctis animantibus:grauiter est cōmotus qui ut uirum dei infamē redderet,q̄tenus qui suo sanctitatis exemplo releuabanē

ad rectæ cõuerſationis ſemitas:ſuo caſu deciderent ad peiora.Nocte quadã formam ſancti uiri ſumens.cũi-
dam mulieri nobiliſſimæ iã i ſtratu quieſcenti apparuit:& ſe ad eã illicite accedere ſingens:conſenſũ ſui cor
poris inqrebat.Ad quod perterrita mulier uiri ignorans ſpeciẽ:dũ ſe cũ hoíe ſolam i thalamo cerneret:nec
qd faceret ſciret:diras cœpit uoces emittere illa:ut clamoribus aſſiduis oẽs excitarenẽ dormientes:& nõ ſo-
lum de illa domo:ſed etiam conuicini.Qui oẽs ad prædictæ mulieris thalamũ accurrentes.qd hoc eſſet in-
terrogauere pauidam mulierem.Interea callidus ſerpens ſub thoro ſe ponens cœpit latere. Qui accurrerãt
hæc audientes:qs hic homo fuerit ubiq; perqrere incœperunt.Vex illi diu pſcrutantes:tandẽ ad locum ue
nientes:ubi peſtifer latebat anguis aliena ſpecie occultatum hoíem inuenerunt.Qui eundem cãdelis accen
ſis intuentes:ſiluanum archiepm crediderunt.Ad quod oẽs qui aderant ſtupefacti:& ueluti amentes affecti
quaſi qd agerent :qd ue dicerent ignorabant:ſcientes eiuſdem ſanctitatis nomen.Et quia hoc tam deteſta-
bile inopinabileq; cernebant eum interrogauerunt cur tantas nequitias perpetraſſet.At ille. quid inquit
malum feci:ſi mulier hæc me ad huiuſmõi negociũ iuitauit.Quod mulier audiens eũ fore mendacẽ lachry
mans correſpõdit.Tunc ille ut hoíes illos erga dei uirum ad maius odiũ ĩcitaret:quatẽus illũ citius diffama
rent:talia cœpit:& tam abhorrenda uerba fari:q; nullus præ turbatione auribus poterat ſuſtinere.Quo cir-
ca eũ contumeliis & obprobriis exacerbantes.coacte extra domicilium expulerunt.Mane aũt facto quæ ge
ſta fuerãt enarrantes ſiluanũ archiepm hipochritã:& dignum incendio acclamabant.Qua de re q̃ſi tota eſt
nazareth cõmota uerſus archiepm.ita;ut audiendo eius nomen qlibet blaſſemaret.Mira huius uiri patien-
tia:& magnæ ſanctitatis indicium.Volat ad innoxii antiſtitis aures tanti fama diſcriminis:os tamẽ nõ mo-
uetur ad iniurias.Inter tot aduerſa cor manet ĩmobile:ad nullã ſe uertẽs ĩpatientiã.Gratias diuino ſemper
agens nomini:ſua hoc cõfitẽ noxia meruiſſe.Heu qd dicã auguſtine?Nõ ſolũ iniurias & obprobria fere ut
poſſum fugio,ſed etiã quia uerbulis frangor:præmia opto:nec de laboribus curo:q̃q̃ ſciã ad regna cælorũ
nõ aliter quẽpiã:niſi labor & afflictionũ tramite puenire.Quid.n.aliud debeo iudicare:cũ me a ſanctis in
moribus & uita diſcordẽ inuenio.niſi ad diſcordẽ in morte & præmio repiri?Flebilia & grauia mihi adſunt
ſi ſanctorum uitã & meã recordor.Miro qppe auditu ſanctor geſta reuoluunt hoíes:uti ego:& tamẽ nil ĩp
ſi uolunt pagere.Porro hoc ad meam detegẽdam inſipientiã eſt.quod dicam pluries me ab eiuſdem ſiluani
ore audiſſe ſcio:nunq̃ tãtũ ſe fœlicẽ fuiſſe.q̃tũ cũ ſe ab hoíbus deſpici & cũculcari cernebat.Creuit in tantũ
eius infamia q; eius opinio uſq; alexandriã.cyprũ.& p ciuitates affines pene ore oĩum eſt delata.At qui limẽ
domus inoxii antiſtitis calx tãgere nõ audebat.Manẽs uero in ſupernis dominus ſpectator oĩum:ſuos ſinit
labi ſãctos.ĩ tribulationũ erũnas.ut tũc fideles patiẽtia eos reddat:ſed eos exigẽte neceſſitate ĩ p̃ſuris mime
derelinquit.Reuoluto itaq; anno quo diaboli aſtutia talia erga dei hoíem ppetrauerat.ciuitatẽ.nazareth:ut
illa; gentiũ aliq̃liter ſcandalũ mitigaret:uir dei oculte diſſerẽs:ad eccleſiã ĩ qua glorioſi Hieronymi huma
tũ qeſcit corpus:tãq̃ ad refugiĩ portũ ueniens:ſe in ſepulturæ loco poſuit oraturus.Quo p duar horarum
ſpaciũ ſic manente:uir q̃dam nequtiæ ſpũ iflammatus ĩ prædictã eccleſiã ĩtrans:ſanctũq; reperiens ſuper ſe
pulturã ĩ oſone poſitũ:ad eũ uelũt draco cucurrit:ei ĩproperans q; mulierum mentes ad libidinoſas ſuas uo
luptates continue ĩcitaret.Cui agnus ĩnocens ſiluanus ſe deſpici gaudẽs humilitate ſolita.ut iſte ſæpe ei di-
ceret blandis colloquiis iuitabat.Quod poſſimus ille latro audiens:gladiũ ex uagina ſuo pẽdente lateri. im
pudica trahens dextera ĩpm.ut in ſiluani antiſtitis guttur ĩmergeret eleuauit.Cui cũ hoc uerbum.ſuccurre
Hieronyme glorioſe uenerandus antiſtes opponeret.ĩ guttur ppriũ eleuatũ gladium ĩmerſit:uiri illius dex
tera retrouerſa.& ſic ut decebat ſeipſum uir neqſſimus iteremit ut in lacũ caderet.qué effodit. Admirabile
hoc.ſed non minus eſt mirabile id quod reſtat.Caſu itaq; alius ſuperueniens uir nequiſſimus.hoc quod ul-
tione diuina ppetratũ fuerat.ut uidit ,ptinus gladiũ arripiẽs a dei uiro.hoíem illũ æſtimãs iteréptum ſiluã
num iterficere conabatur.Ne nimia uerba loquar.id quod primo acciderat:huic euenit.Quin nondum uir
iſte ſecundus in terrã ceciderat.q; duo alii uiri eccleſiam ĩtrauere.Qui id uidentes diuini ignari iudicii.hoc
tantum fuiſſe pactum ſcelus a dei hoíe putauerũt.Quorum unus id præ alio graue ferens furia ueſaniæ un
diq; iflãmatus.latro cœpit q̃tũ poterat exclamare uſq;quo tua uiget malitia?Tu mulíeres ad tuas libidino-
ſas cogis uoluptates:& hoíes interficis in occulto:certe tuæ hodie nequitiæ finis erit.& ſubito pro poſſe cu
currit.ut eũ extingueret uibrato & denudato enſe.At ubi ſiluanus more ſolito:ſuccurre glorioſe Hieryny-
me.exclamauit uir ille:ut duo primi ſe manu & enſe proprio ĩterfecit.Vir aũt alius q; cum ipſo uenerat hoc
intuens tremebundus ob uiſionem ad eccleſiæ fores cucurrit. Qui id quidem maleficiis factum putans:
q̃tum poterat exclamare cœpit.huc oẽs accurrite.ecce maleficus ſiluanus archiep̃s:nõ ſolum mulieres uiru
perat:ſed ſuis etiã ĩcantationibus necat hoíes toto pro poſſe.Fit his auditis nimius uiror & mulier cõcur
ſus:uerberant aera uoces cõbuſtione dignum ſiluanum archiepm nequiſſimum acclamantes:hæc ad meas
ſonant aures.Triſtis ego & lachrymans ad tãtũ pgo mõſtrũ.Stabat agnus inter lupos atrociſſimos ſæuiẽtes
ut canes.ſamelici rabie non minima mitiſſimus & lætus tãq̃ fungens proſperis.nil dicens aliud niſi hoc iu-
ſte patior.quia ĩ deũ meũ peccaui grauiter.Verberatur uir ĩocẽs.Capitur ab oĩbus.ut ad ſupplicia tãto læ-
tior q̃to pœna grauior deducatur.At dum ego manu ſilẽtium populo eius optãs furorẽ nimiũ mitigare ĩ-
ſumo eo amplius iracũdia & furore populus iflãmatur.Cũq; iam captus ſiluanus extra eccleſiã ducereẽ ſu-
bito glorioſus Hieronymus.ut uiſum eſt:de loco in quo iacebat ſurgens.tãto circũfuſus lumine:q; radiis in
eum ituentium oculi uibrarentur cũctis apparuit.ſuo deuotiſſimo antiſtiti auxilia donaturus q; ſua dextra:
ſiluani uenerandi capiens dexteram his qui eundem captum retinebant antiſtitem uoce terribili.ut eundẽ
dimitterẽt imperauit. Tantæ ſiquidẽ fuit uirtutis hæc uiſio:ut ante q̃ finiretur uox talis.omnes ſubente
tantus timor iuaſit.q; omni uigore corporis deſtituti in terrã uelut mortui cecidere.Inter hæc mulier quæ

dam a nefando ſpũ obumbrata:cathenis uincta cõpedibus:mãiciſq; ferreis alligata plurium hominum manibus liberationis obtinendæ cauſa ad eccleſiam deportatur. At ubi mulieris pes tãgit limen:ululatus & uoces terribiles:miſerere mei glorioſe Hieronyme,nam per te crucior ante tempus diabolus emittere non ceſſabat. Cui Hieronymus glorioſus,nefande inquit ſpũs ab hac exi famula dei:& tuas detege:quas erga ſiluanum egiſti fallacias:in ſiluani forma oĩbus te demonſtrans. Tunc diabolus:ut glorioſus Hieronymus iuſſerat:ut ab omnibus ſiluanus eẽs putaretur:apparuit:& rem quam fecerat:ut ifamẽ redderet dei famulũ enarrauit. His dictis diris clamoribus & ululatibus nefandus ſpũs de templo diſparuit. Quod ubi tam mirabile negocium eſt peractum glorioſus Hieronymus antiſtitis ſui dexteram non relíquens,qd opras íquit uoce leui ſiluane cariſſime tibi placitum me facturum? At ille,Mi domine ut me hic amplius non relinquas. Ad quem glorioſus Hieronymus correſpondit. Quod poſtulas ita fiat. Poſt me uelociter ergo ueni. Hæc dicẽs cunctorum uiſui ſe negauit. Interuallo aũt horæ unius facto ſiluanus archiepẽs expirauit. Fit ob hoc cunctis ſtupor & admiratio inaudita. Vndiq; mulierũ & uirorum:necnon & puerorũ confluit multitudo. Lachrymarum effuſione terra madet:uoces:lamentationes:ululatus:gemitus:& ſuſpiria in rama ſonãt. Quilibet ſe reum eo qđ in ſiluanũ cõmiſiſſet:ueniam petens clamabat. Per totam autem ſequentem noctem gentium multitudo ab eccleſia non recedit. Itaq; mane facto clero ad antiſtitis funus ꝑparato:corpus eiuſdem ad nazareth eccleſiam deportatur:tam iſtius ciuitatis:q̃ illius,ſ. bethleem populi multitudine comitatum. In qua quidem eccleſia nazareth corpus illud uenerandum humauimus ut decebat. Longa certe adhuc uerba ac etiam admiranda forent. At uero nunc ſiluani uenerandi præſulis actus finiam. Quædam alia non minus grãdia breui uerborum ſchemate narraturus.

Qualiter ſanctus Hieronymus liberauit duos alexandrinos a morte uiſitantes corpus ſuum.

NArrandum puto quoddã ſatis mirabile:quod partim relatione ueridicorum teſtium didici:partim oculorum uiſu. Duo uiri nobiliſſimi:& rebus tranſitoriis locupletes:licet catholicæ fidei ueritatis inſcii:tamen ut in gentili ritu geniti ſatis boni glorioſi Hieronymi mirabilia audientes ex ciuitate alexandria multis adunatis opibus:deuotione eiuſdem feruidi cœperunt iter:ut eiuſdẽ glorioſi Hieronymi reliquias uiſitarent. Cũq; iam icœpto itinere quoddam a tramite deuii itroiſſẽt nemus ubi nulla hoĩum:aut equorũ ueſtigia uidebantur:beati Hieronymi inuocantes nomen,eiuſdem ſe cuſtodiæ tradiderunt. In eodem ſiquidem nemore,quidam latronum habens ſub ſe plures quingentis latronibus habitabat princeps:hos & illos ad aliquod ꝑdeſtinans iter:ut tranſeuntes interficerent:& ad eundem & cæteros ſpolia reportarent. Is itaq; princeps hos tranſeuntes intuens:tribus conuocatis latronibus:ut ad eos íter ficiendum accederent,íperauit. Qui ſui principis íplere iuſſa cupientes:aſſũptis armís illorſum qua gradiebantur alexandrini concito curſu tendunt. Magna ſiquidem glorioſi Hieronymi merita: magna & ꝑdigia forte ut puto a ſanctis modicis talia unq̃ uiſa. Accelerant latrones:ut tranſeũtes mactẽt. Sed dum prope fuerit:quos prius ſolum cernebant duos paulominus inumerabiles eſſe uident. Inter quos uir præibat tanto lumine circũluſtrans,ut intuendi in eum aliqualiter fas non eſſet. Apprehẽdit timor:ſtupor:& admiratio hos latrones,quid aliud poſſint facere neſciunt,niſi ad latrones alios remeare. At ubi iã forẽt a lõge redeũtes retroverſi:ſolum duos ut prius hoĩes reuiderunt. Mirantur nimís latrones:& ſe illuſos arbitrantes: cœperunt ad tranſeuntes hoĩes retrogradi. At ubi appropinquarũt: uti prius uiderant:nunc uiderunt. Magis ac magis ſtupefacti latrones cernentes in uacuum ſe rediſſe,terga uerterunt,& uelociter ad ſuum quid ii feciſſent expectantem principem deuenerunt. Increpat eos princeps quid tãdiu peregiſſent. Sed cũ rem geſtã audiſſet: eos iſipientes & fatuos exiſtimans:duodecĩ aliis latronibus conuocatis:cum eiſdem uerſus hoĩes tranſeũtes me at curſim. A longe duos cernunt,ſed propinqua uti primi uiderant,ſic & iſti. Eorũdem ꝓtinus tremunt baſes:trepidat cor. fiunt uelut amentes,oĩ uigore aĩ deſtituti. Tandem in ſe redeuntes eos latenter ſequunt cupientes quid deinceps accidat edoceri. Trepidant uero huius neſcii tranſeuntes hos uidentes homines, & inter ſe qui ii ſint auide pcũctant. Deniq; iam occaſi ſolis ĩclinata die:cũ qd í nocte faciãt neſciãt: illos duodecim latrones uiatores exiſtimantes,ad eoſdem conſulendum ſtatuunt declinare. At ubi ad latrones uenĩendi iter carpunt:eoſdem latrones ſolũ duos cernunt. Quo uigore latrones adepti tráſeuntibus:& ipſi ꝓtinus obuiarunt. Qui oés iuicem iuncti ſe ſimul ſalutarũt. Interi interrogant latrones qui ſint,unde ueniant: & quo pgant. At illi inquit. Sumus de alexandria,inde uenientes bethleẽ petimus ut glorioſi Hieronymi reliquias uiſitemus. Ad hæc latronũ priceps. Qui íquit fuerunt uiri:qui hucuſq; uobiſcũ tãtũmõ ueniebant? Mirantur hos talia fari uiatores:& ſe poſtq̃ nemus intrauerunt:neminem niſi ipſos & tres alios uidiſſe, uel audiſſe dicunt. Quæ geſta fuerant tunc latronũ narrat princeps:illos obſecrat:ut ipſis ob quã cauſã hoc acciderit,ſi noſcunt debeant ĩdicare. Quibus illi ob aliam cauſam:niſi qa glorioſi Hieronymi cuſtodiæ ſe dederunt:hoc eueniſſe ſe neſcire dicunt. Ad hoc latrones ſpũ ſancto qui ubi uult ſpirat ſubito iſpirante oĩ quã prius habebant fœrocitate depoſita in terram,eorum pedibus prouoluti,pro excogitatis flagitiis ueniã poſtulantes:illos ad latrones alios perduxerunt. Sed quod dicam non minus patet ad cõtuendum. Hora prima noctis ad latrones expectantes deueniũt:poſt hoc quid acciderat declarãt. eoſdem ſuppliciter exorantes, ut ii flagitiis ſolitis iam expulſis,ad glorioſum uiſitandũ cadauer Hieronymi ſecũ irent. Fit his uerbis cæteris latronibus irriſio. Promittunt ſiqdem ſuo pricipi,& illis aliis necem duriſſimam,ſi audeant amplius iſta fari. Non ceſſantibus illis priora iterum loq̃ uerba,latronum q̃plurimi canis rabie furibundi mox in eos iſurgunt enſibus denudatis. Potuerunt nempe rõpheas eleuare,ſed ipſis glorioſi Hieronymi auxilia poſtulantibus manes deponere,donec illi q fuerãt occidendi a Hieronymo poſtularũt nullatenus ualuerũt. O ineffabilis clæmentia ſaluatoris,quot modis quos uult facit ad agnitionem ſui noĩs deuenire? Repente hæc tam iſueta

omnis illa latronum uidens concio:altis deo & glorioso Hieronymo uocibus debitas agunt laudes eiusdē 372
se uouentes reliquias uisitare.Facto igitur mane plures trecentis hoibus,qui tunc temporis ibi erant talia perpetrātes cum eisdem alexandrinis ex illo exeuntes nemore,ad glorioſi Hieronymi tumulum deuenerūt cunctis tam isueta prodigia enarrantes.Baptizantur itaq; gentiles alexandrini:& cūctis mundi uanitatibus conculcatis religiosam in quodam cœnobio uitam ducunt.Latrones autem illis similiter ad lucem ueritatis sanctæq; & laudabilis uitæ,diuina gratia & glorioſi Hieronymi meritis puenerunt.

Qualiter sanctus Hieronymus liberauit a morte duos romanos uisitātes corpus suū.

Sicuti constantinopolitanis lris hac de re mihi specialiter directis transacto non longo dierū spatio intellexi simile pene miraculum,illi qđ supra fatus sum,duobus accidit romanis iuuenibus, a romana urbe bethleē uenientibus pro glorioſi Hieronymi uisitando corpore.Quod tractabo sicuti breuius potero.Cum igitur duo illi iuuenes cuidā appropiquarent ruri a constantinopoli per duodecim forte distante miliariorum spatium:ante q̄ rus a duobus miliaribus itroirent eadem fere hora duos contigerat homines iterimi.Quorum mortis rumore prædictæ resonante ruri, loci eiusdem uiri congregati circunquaq; qs horum fuerit iterfector,cœperunt iquirere uehementer.Cūq; diligenter perquirerent adesse certum neminem nisi prædictos iuuenes:qui iam prope uenerant,reperientes eosdē protinus tenuerunt:ab eisdem credentes fore homines interfectos.Mirantur itaq; huius ignari iuuenes:& horum se nil scire totis nisibus coniurabant,at illi eorum pro nihilo computantes uerba,captos eosdem ad rus conātur ducere festinanter.Post hoc de rure:q; ad eosdem uiros iustitia non spectabat:cum accusatiōibus ad cōstantinopolitanum dominium capti iuuenes destinantur.Quin:ne nimis longus fiam uerbis:qđ non fecerant tormentorum rigore,iuuenibus iam confessis adiicitur more solito snīa decollandi.Heu quale cor audiendo tot lamenta inocentium ,quos & iuuentutis & pulchritudinis maxima uenustas,& ortus nobilissimus decorabant,posset se a lachrymis continere?Flentes itaq; iuuenes grauibus lachrymis pallidas facies irrigantes ululatus gemitusq; & suspiria ,pmere non cessantes:glorioſe dicebant.Hieronyme,hoc tale ne est p̄mium quod obsequētibus tibi præstas?Est tale qđ labore tui meruimus itineris?Heu romana urbs nostri præscia ortus non sic te credebamus nesciam nostræ finis.Ad locum náq; tanti supplicii:ibidē gentiū multitudine maxima expectante inoxii iuuenes conducuntur.O ieffabilis misericordia dei nostri,qua cælum redundat & terra:nec ad se currentis obliuiscitur misereri.Flexis in loco quo plectendi erant genibus in cælū utiq; iuuenes manibus eleuatis,Glorioſe magna uoce inqunt Hieronyme nostræ salutis & auxilii portus: nostræq; spei anchora saluberrima & uitalis:hac inclina hora nostris indignis supplicatiōibus pias aures: ut si hoc quo punimur scelus non gessimus:tuas liberationis opes pietate solita sentiamus, Quod si fecimus: exigente iustitia condēnemur.Hæc ubi dixerunt:colla extendunt carnificibus feriēda:nil dicentes aliud: q̄ succurre succurre.Hieronyme glorioſe,Quid mirum si tot lachrymis cūctorum ad se currentium miseri cors opifer Hiernymus se a miserendo non potuit abstinere,cum circunstantium oīum & carnificum corda ad compassionem mouerent?Eleuatis siquidem ensibus iuuenum carnifices colla feriunt,ac colla pcussionum signa uti porphyretici lapides forent recipiunt.Mirantur carnifices credentes se ictus fefelliſſe: denuo eleuant ut plus possunt enses & feriunt:sed enses uti essent paleæ iuuenes nunq̄ lædunt.Oritur ex hoc inter astantes admiratio:& stupor uehementissimus omnes capit:hincinde gentium ad tam insuetam uisionem confluit multitudo. Audit. hoc & ipse sententiæ lator: & currit:iubet iterum carnificibus, ut se uidente denuo feriant:& tamen oīmode illesa iuuenum colla manent.Stupens magis ac magis iudex: tantiq; ignarus miraculi,nil scit aliud cur hæc fiant:q̄ ueneficia cogitare.Præcipit itaq; mīstris omni mora postposita nudos tradi arsuros iuuenes rogi flāmis.Circa illos mox copiosus ignis accenditur,infunditur lignis oleum & pix:ut eorum uita citius destruatur.Quid mirādum si compos protegendi ab ensibus glorioſus Hieronymus a flāmis suis se iuocantes sedulis uocibus iuuenes potuit liberare?Sursum igniū flāmæ in īmensū scandunt.At iuuenes sub alis consistentes Hieronymi glorioſi salubriter pmanent ueluti in amœno si quiescerent uiridario & iocundo.Post hæc iudex utrum hoc ascribendum miraculis an ueneficiis certius cupiens expiri:ut si hi diebus octo suspensi uiuerent:quo uellent abirent soluti & liberi cēsuit.Suspensus itaq; illis mox Hieronymi glorioſi præsentia minime defuit:qui plantas manibus tenēs pedum illæsos & uiuaces statutis diebus mirabiliter obseruauit.Currunt igitur octauo die totius ciuitatis & circū adiacentium uillarum uiri:currit & iudex,Cernunt clare glorioſum miraculum,patefacientibus qui uiderunt, qui ad custodiendos iuuenes fuerant deputati.Mirantur omnes uocibus ī excelsis,laudes pagūt creatori & Hieronymo glorioſo.Mox de eculeo inoxii iuuenes deponunt:& maximis honorum exequiis ab oī populo ueneranť. Vegz ceu in urbem cōstātinopolitanā capti & dolore uehementissimo ītrauerant,liberi honorifice. & cum gaudio ieffabili exigerunt.& tādem annuēte deo a multis cōstātinopolitani populi comitati bethleē attigētes:ueneratione debita glorioſi Hieronymi reliquias uisitarunt. Stratiq; depositā sæcularium omni cura cœnobium ī quo iussit glorioſus Hieronymus ītrauerūt,& uacantes die noctuq; pœnitentiæ & oīonibus celebri uita sanctitatis pspicuæ ī prædicto cœnobio adhuc manent.

Miraculum cuiusdā monasterii qđ ruit ,pter peccatum symoniæ solum.

MAgnæ admiratiōis gaudii deuotionisq; tam præcedēs iuuenū miraculum extitit:sed multæ formidinis constat sequens ī sacris ordinibus maxime cōstitutis.Apud superiorem Thebaidē quoddam dominarum fuisse ante duos annos dicitur eximium & diues monasterium,ornai pulchritudine & excellētia decoratum,in quo pene ducentæ dominæ uita honestæ religionis & clusiōe continua decorisq; moribus permanebant. Ad hoc qui isunt figant aures:ne quod una hauserit auricula sū

dat altera. Nauis q̄tūcūq; ſana ſit & integra: modicū imo nihil prodeſt: ſi alta uolens ſecare maria: paruū qd̄ fundo ideſt foramen reliquat, ut dira naufragia non admittat. Cur hæc ſim fatus præſentis narrationis hiſtoria reſerabit. Multis itaq; pollens prædictum monaſterium uirtutibus: unum peſſimum quo ruit ſimoniæ uitium retinebat. Nam iſtigante diabolo in eiſdem dominabus hæc obſeruabatur abuſio, ut ſiquá uellet i monialem recipere: non tantum ituitu charitatis & miſericordiæ recipiēdæq; bonitate, q̄tum recipiebant reſpectu pecuniæ. Nulla enim i monaſterium itrare manſura poterat: niſi certa pecuniæ q̄titas ſecū iret. In hoc ſiqdem erat monaſterio ſanctimonialis quædam domina ætate grandæua: quæ ab infantia ſua ieiuniis & orationibus oī reſoluta cœno deo uixerat: quæ uitium illud q̄plurimum abhorrebat. Cui nocte q̄dam ut erat ſolita i oratione poſita, glorioſus Hieronymus apparens: locum illum imenſo luſtrans lumine eidem p̄cepit: ut ad abbatiſſam cæteraſq; illius cœnobii moniales mane pergeret: nūciās q; niſi a peccato iā inueterato manum extraherent: ultionem diuinam ſubito expectarent. His dictis diſparuit. Perterrita uiſione inſueta ſanctimonialis domina quis hic fuerit iubens talia nūciari in ſeipſam auide pertractans, totam illam noctem pegit inſōnem. Crepuſculo diei aduenīente omnes i capitulo moniales propulſato tintinabulo congregauit. Quibus admirantibus ad quæ forent tanta feſtinatione in capitulo conuocatæ: ſanctimonialis domina ex earum aſſurgens medio: quæ uiderat & audierat oībus patefecit. Fit ilico ex hoc monialibus cunctis irriſio: hanc exclamant fatuam: multiſq; garriunt deriſionibus hanc forte illa nimia ebrietate ſōniaſſe. Illa uero accepta contumelia: patientiæ ſcuto ſe muniens, de earum ſiquidem p̄tinacia nimium dolens: ſed de ſua deſpectione gaudens ad ſolitas rediit orationes: ſupplicans continuo: ne ſuis monialibus qd̄ audierat ueniret. Tranſactis igitur diebus decē, nocte media p̄dictæ ſanctimoniali dominæ hac de re deuotis oīonibus īcumbēti: glorioſus iterum apparuit Hierōymus eidē, ut q̄ prius nūciauerat mōialis denuo itrepidæ nūciaret allocutiōe mādauit bēigna. Ad quē illa, qs inqt es domie talia mihi mādās? Hierōymus iquiēs ſum ab eiuſdem euanuit oculis. Illa uero ſciēs earum duritiem: quid ageret quidue diceret: neſciebat. tandē mallens a monialibus inſana & ebria reputari: quam diuinis contraire p̄ceptis: congregatis iterum monialibus quæ uiderat & audierat: uoluit itimare. Aſt ut eam aſſurgere moniales peſtiferæ cōſpexerunt, diuini neſciæ iudicii ſibi de proximo futuri, ante q̄ uerba iciperet e capitulo cum magnis cachinationibus exegerunt. Quin tranſactis inſuper diebus tribus dormienti prædictæ ſanctimoniali dominæ glorioſus Hieronymus ineffabili quaſi ſocietate uallatus angelorum: nocte apparens media eam excitauit: eiq; iuſſit protinus ut de illo exiret mōaſterio: nec ſubito futuram ſniam expectaret. Cum illa uero multis lachrymis ſupplicaret: ne hoc fieret glorioſus inquit Hieronymus. Ad abbatiſſam & cæteras pergito omni mora poſtpoſita, eiſdē nūcians: q; niſi pœniteant: hac nocte diuinam ſentient ultionem. Si autem in ſua permanebunt duritia: ſtatim exiens amplius in monaſterio non moreris: his finitis abſceſſit. Hæc igitur audiens ſanctimōialis anxia: plenaq; triſtitiis capitulum adiit. & campanam cœpit uehementer ei ut ad capitulum accederent moniales reſonare. Quo abbatiſſa de ſōno euigilans: cognoſcenſq; ab hac fore campanam pulſatam: cū iracundia ad capitulum properauit. At ubi illam uidit, diris eam minis icrepans: nullum uoluit audire uerbum: promittēs q; niſi ceſſaret hoc agere ſecum in monaſterio amplius non maneret. Cui ſanctimonialis domina: ne tardes inquit quæſo agere quæ promittis. Profecto me noſcas hoc in loco amplius non manſuram. Glorioſus eqdem Hieronymus apparens mihi tantūmodo hoc ſtati monaſterio futurum iudicium patefecit. Hæc audiens abbatiſſa deridere cœpit: hāc æſtimans ueſano capite iſta fari: & oſtiariam conuocans iuſſit: ut hanc de monaſterio protinus effugaret, mandans eidem, ut aliqua hora ſic extra dimiſſam poſtmodum faceret itroire: ut ſic ab incœptis operibus iam ceſſaret. hac de re læta ſanctimonialis domina q̄citius potuit e monaſterio eſt egreſſa. lachrymis tamen fuſa doloribuſq; repleta, pro his quæ monaſterio nouerat euenire. Terribilis ſiquidem deus fortis atq; potens. Et quis reſiſtet ei? Heu cur eum homines non formidant? Sciētes ſe nullatenus poſſe ab eius effugere manibus, ut eius in eos magnum & ienarrabile iudicium non comprehendāt ſaltem his miſeri terreantur exemplis. Audiant qui i ſuis confidunt diuitiis: q; in ira cōcitant excelſum dominum: ſuæ auaritiæ ſiccitate. Quale huic monaſterio a deo propter pecunias faciem auertenti de cælo eſt iudicium iaculatum, pene limen oſtii ſanctimonialis domina exceſſerat: q; ſubito totum corruit monaſterium: omnes opprimens moniales: ita ut ex eis uiua aliq̄ non remanſit. Sanctimonialis uero illa in quodā uenerabili dominaq; mōaſterio: qd̄ ē apud iferioré thebaidem hactenus ſanctitate p̄cipua uiua manet.

De multis miraculis cōtra hæreticos: & primo de hæretico qui perdidit uocem.

Signum cenſui præmiſſis miraculis aliqua alia diuini contra peccantes manifeſti iudicii declarati ua iungere: ut ſi forte præ iudiciorum multitudine peccatorum corda tenacia & pluſq̄ lapidea i carnea uerterentur: quatenus cum ſe ob peccata cernerent bæluas, rōnem & cognitionem ſui conarentur: ut fierent hoīes adipiſci. Abiecta eteni rōne: qua ſunt hoīes, ifra bruta aialia redigunt. Græcoq; qdam hæreticus die quadam cū ſacerdote quodā in hieroſolymitana eccleſia publice diſputabat. Cūq; ſacerdos ob ſuæ partis defenſiōem auctoritatem quādā glorioſi Hieronymi allegaret, ut græci deſtrueret: rōnes temerario peſtifer græcus ore glorioſū fuiſſe Hieronymū totius ueritatis lumē mētitum nō erubuit uoce fari. At q uoce talē neqtiam ꝓpetrauerat: uocē deiceps ullatenus nō formauit.

Miraculū cuiuſdam hæretici arriani.

Vidam iſup alius hæreticus peſtifer arrianoq; i q̄dā diſputatiōe cuidā glorioſi Hieronymi auctoritatē cōtra eū iducēti: ut mētit̄ ſua temeritate reſpōdit: ſubito fuit diuina ultiōe pcuſſus. Nā nō-dū uerbū uoce finiēs clamare p totū diē ſine aliq̄ ceſſatioe non deſiit. Miſerere mei Hieronyme glorioſe, qa a te pœnis duriſſimis torq̄or. Et hoc p totū illū diē quātis uocibus poterat clamans

hora cõpletorii miſerabiliter cunctis qui ad hæc concurrerant cernentibus: expirauit.

Miraculum alterius hæretici

HAereticus qdam alius peſtiferæ hæreſis arrianæ cui ante meum obitum finem pius ponat dominus i eccleſia ſyõ glorioſi Hieronymi imagiem cernẽs. Vtinã inqt ſic te cũ uiuebas meis mãibus tenuiſſem. qa te meo gladio iugulaſſẽ. Hæc ut ita dedit: gladiũ euagians tota ui ipm i imaginis illius guttur infixit. Quam magnus iſte Hieronymus tot faciens mirabilia: cui ſecũdũ ſua opa ſimilis nõ apparet: potuit equidem ibecillis i imaginis gutture gladium figere dextra: ſe de imagine gladium: & a gladio manum quouſq; res inotuit: extrahere nullatenus fuit compos. Mox quoq; ex percuſſiõis loco tanq; ex hois corpore uiui ſanguinis unda fluxit: quæ uſq; mõ pro miraculo declarando fluere nũq; ceſſat. Eadem iſup hora. qua res ſic acta eſt iudici i atrio exiſtenti idem glorioſus Hieronymus cum gladio gutturi infixo apparens: p offenſione huiuſmodi uindictam fieri poſtulauit. narrans eqdem ſibi factam & hæc dicens abiit. Stupefactus itaq; iudex: cum cæteris qui aſtabant ad eccleſiam properans hæreticum manu gladium ifixum tenentem repperit. Qui protinus ut ii uiderunt: manũ fuit cõpos a gladio remouendi. Captus itaq; hæreticus in ſua permanens duritia: ob aliud ſe non dolere: niſi q uiuũ non teneret Hieronymum: gauriens a populi multitudine lapidibus: lignis: enſibus: & lanceis iugulatur.

Miraculum de nepote cyrilli capto a perſis.

NEpos meus ioannes quẽ agnoſcis oĩ fulgens pulchritudine: quẽ mihi i locum fili adoptaui. ut puto tibi pridie qd ei euenerit enarrauit: ſed tamẽ ut p̃ſtãtius memoriæ cõmẽdeẽ ſilẽtio nõ trãſibo Captus itaq; diem ioãnes ante duos annos a Perſis: & perſaꝝ regis miſtris uenditus pr̃opter eminentem ſuam pulchritudinem ad regis exercẽda obſeqa deputatur. Cũq; per annum in curia nõ paruo dolore & tædio pmanſiſſet: eodem reuolutionis anni die prandenti regi ſeruiens: præ triſtitia ſe a lachrymis non potuit continere. Hoc rex ituens lachrymarum ab eo auide q̃rit cauſam. Qua cõperta. in quo dam eum caſtro quo ibi nocte q̃dam exiſtente diris lachrymis undiq; madefacto. in ſõnis eidem glorioſus Hieronymus ueniens: manũq; eius ut ſibi uidebatur: capiens ad ciuitatem Hieruſalem ſecum duxit. Expge factus mane: putans ſe in caſtro a militibus retineri: i domo qua maneo ſe inuenit. Qui admiratione uelut amens quaſi utꝝ i caſtro. uel i domicilio meo ſtaret: nullatenus diſcernebat. i ſe poſtremo rediẽs emiſſa uoce dormientem familiam excitauit. Currunt igitur ad me famuli adeſſe ioannẽ ineffabili gaudio nunciantes: Quare dubius accurrens. qẽ a perſis uictum putabam. p̃ſentem cerno. Quo qdem qd ei acciderat enarrãte: deo & glorioſo Hieronymo laudes maxime perſoluuntur.

Miraculum cuiuſdam ſanctimonialis deotæ ſancti Hieronymi.

SAnctimonialis q̃dam domina: oĩum pene pulcherrima fœmiaꝝ ætate iuuencula: ſed aĩ ſapiẽtia ualde cana beati Hieronymi deotiſſima. i quodam cœnobio multa ſanctitate ut opinor adhuc uiuit. cui qd̃ audies dr̃ cõtigiſſe. Sit mulier hæc aliis i exemplum: quæ huc illucq; per plateas & uicos diſcurrere nõ ceſſant: ſua ſtultorum hoĩum illaq̃ntes aĩas uiſiõe. Nullo tot diabolus aĩas rete capit: quot laq̃o peſſimo mulierum. Sanctimonialis hæc: ut oĩum dominarum teſtimonio comprobaẽ nunq̃ niſi eam maxima cõpellat neceſſitas extra ſuam cellam gradum figit. Neq; enĩ aliud agit opus qn aut orationibus uacat: aut lectionibus & meditationibus iplicatur: aut corpus reficit dormiendo. His dirus ſerpens antiquus diabolus operibus iuidens: ut eam a ſancto propoſito reuocaret cuiuſdam nabiliſſimi iuuẽis animum in eiuſdem ſanctimonialis in tantum incitauit concupiſcẽtiam: q̃ nil poterat die noctuq; aliud: niſi quõ poſſet eam attingere cogitare. Circa monaſterium uiri lumĩs obcæcatus continue pergens nullum remedium aliud reperire qbat. Tãta nãq; iſcitiæ nube caligatus extitit. ut multotiens ſe ſuis pernitioſis turbatum affectibus cernens: uoluerit ſe aquis tradere ſuffocandum. Stulti amoris ſtultum iuuenem cathena de die in diem ſtrĩgit. Vt hæc ad ſanctimonialis aures reſonent ad ſuam non audet pudicitiam. Qua de re omni ad hoc auxilio deſtitutus quẽdam iueniens magum. ueneficia dæmonum ſcantationes nefandis artibus exercentem magnam promittit: ſi qd̃ optat expertus fuerit: pecuniæ q̃titatem. Tunc ueneficiorum magus ſuis carminibus conuocatum dæmõem decipiendi cauſa nocte media feſtine ad ſanctam deſtinat monialẽ Ad cellulam itaq; accedens dæmõ tranſire ultra cellulæ Hieronymi imagis in cella pictæ timore nimio nequit limẽ. Mira res auguſtine ut multiplicibus patet exemplis. Tantus glorioſi Hieronymi timor diabolo ieſt. ut etiam ſuæ picturæ non audeat apparere. Nam ſicui ab eodem obſeſſo corpori præcioſa demonſtreẽ imago: ab eodem continuo diabolus effugatur. Igitur cõmiſſum explendi opus neq; ſpiritus deſperãs. admittentem reuertitur. ſibiq; negari ad monialem introitum pandit ob glorioſi Hieronymi imaginem cellæ pictam: quem diridens magus dimiſit. Moxq; conuocatum alium dæmonem q̃ poteſt mittit citius ad huiuſmodi opera fimenda. Fitq; ſecundo id quod primo. At ſecundus per horam forte manens coactus excelſas cœpit uoces emittere. Si me Hieronyme hinc ſinis recedere. huc ulterius non reuertar. Ad hæc ſtupefacta mulier. quæ in orationibus in cellula inhærebat: quis iſtas fundat uoces: nimio pauore percunctatur. Non ceſſante diabolo ſic clamare: excitatæ illius cœnobii moniales. timore percuſſæ grandi tremulæ ad illam accurrunt cellam: cruce domini præeunte. At ubi illum fore neq; ſpiritum ſciunt. eundem coniurant: ut debeat qua de cauſa uenerit: intimare. Narrans equidem diabolus rei ſeriem: ſeq; gemitibus & ululatibus pandẽs cathenis igneis uinctum a Hieronymo retineri: rogat eas. ut ſuis mereatur præcibus abeundi gratiam inuenire. At ubi hæc moniales audiunt. deo & glorioſo Hieronymo laudes reddunt: ſuppliciter poſtulantes ut dæmonem hunc nullatenus reuerſurum de eodem cœnobio effugaret. Vix orationum verbis fini tis: diabolus magnis ſtridoribus ex eodem loco recedens magnum adiit: eũq; capiens tantis uerberibus &

cruciatibus flagellauit.ut per multa horarum ſpacia aliquod uitale ſignum paulo minus appareret:diris clamans uocibus. Mei cruciatus cauſa fuiſti ad illam me deſtinans monialem. Certe in te iiſdem uerberibus uindicabor.Inter hæc autem uerba tam horrida magus cum ſe pene pernitiei protritum cerneret: ſuas uidens artes nullum ſibi auxilium adhibere ad totius refugii portum Hieronymum glorioſum iam naufragus ſe dirigens: glorioſe iquit Hieronyme. huic ad tuam clæmentiam ſubueni miſero accurrenti: ei ſola miſericordiæ dona pergrandia non denegans.Promitto nãq; ſi tuis hac hora iutus auxiliis pnitiei tã horribili non ſuccumbam :q; deiceps cunctis exutus fallaciis a tuis obſequiis non recedam.His finitis uelut fumus ab eodem neq; ſpũs euanuit.Per annũ autem idem iacuit uerberibus magus in tantum ſui corporis impos:q; non niſi alieno auxilio potuit ſe mouere.Mox idem accepta pœnitentia magus ante q̃ de lecto ſurgeret:cũctis combuſtis codicibus:quibus artes illas nequiſſimas exercebat:uenditiſq; oĩbus quæ habebat. & pauperibus erogatis:completo anno in illa ſe ob pœnitentiam pagendam in quadam ſpelũca claudens heremo in qua per quadriẽnium glorioſus ſtetit Hieronymus:multa ſanctitate & uitæ & pœnitentiæ aſperitate pollet.Huc q̃ſo iuuenes omnes currant:& inſani iuuenis exemplo diſcant:ne qd' illi contigit: ſibi poſtmodum doleant contigiſſe.Inſanus itaq; iuuenis tantis circumligatus luxuriæ laqueis uidẽs ſe omnimode ſuæ miſerrimæ uolptatis deſiderio nefandiſſimo defraudari:quadam nocte laq̃o ſe ſuſpendit:& ſic ſe infœlix temporali uita potius & perpetua priuauit.Ecce quot malorum cauſam turpiſſimum luxuriæ uitium fore liquet.Nil tam ruinæ animæ pariter & corporis prumptum q̃tum iſtud nequiſſimum arbitror ſcelus. Ex ipſo namq; homicidia:ebrietates:contentiões. & pene uniuerſa oriuntur mala:ut ueteris & noui teſtamenti in finitis patet exemplis:necnon & continuis manifeſtiſq; experientiis declaratur.Ad hoc autem ut maior iuuenibus detur aſtutia ſe tuendi.Nam ſtatus ullus periculoſior non eſt inſipientis iuuentutis ſtatu. Aliud cenſui exemplum mei nepotis Ruffi ætatis forte annorum decem & octo q̃q̃ dolore nimio ſubrogare.

De alio nepote Cyrilli.

NOn eſt ambiguum iſta quæ incipio enarrare magnis tribulationibus meæ memoriæ reuocaris ſed tamen ut præmiſſum eſt:ut omnibus & maxime iuuenibus proueniat in exemplum: ſilentio illa nequeo præterire.Nepos quidam meus Ruffus nomine utroq; priuatus parente anniculus ad meas deuenit manus:qui utinam ex matris uiſceribus non exiſſet ne illi qd' ſuſtinet contigiſſet.quem tanta diligentia ſuo infortunio enutriui:ut a pluribus a me genitus putaretur.Creſcens itaq; in diem puer infœlix ætate: ſed non ſapientia: ingenti pulchritudine corporis:ſed non animæ:decoriſq; & probis moribus.honeſtate:bonitate:& multæ ſapientiæ elegantia q̃q̃ uane decoratus:a cunctis dilectione ſuperflua colebatur.Is namq; i decimo octauo ætatis ſuæ anno imbecillis & miſerrimus expirauit. Propter quem tantus ab omnibus inſonuit luctus:ut uix per menſem finem potuerit inuenire.Sed certe luctus pro eo quod euenerat non ſuffecit. Aſt ego eius nimiæ incumbens dilectioni pluries glorioſum rogaui Hieronymum:ut mihi quid nepoti meo acciderat reuelaret.igitur meis annuens glorioſus Hieronymus præcibus:obtinui qd' gliſcebam.Oranti enim mihi die quodam hora nona tantus euenit fetor:q; nullatenus naribus poteram tolerare.Hæc dum mecum tacitus reputans:unde hic tantus adeſſet fetor admirarer: ſupra meum uerticem eleuatis oculis:infœlicem nepotem uidi terribilis uiſionis:ita q; in eum uiſum imprimere non audebam.Nam cathenis igneis circũligatus:fornacis inſtar flammas fetidiſſimas erumpebat.Ad hanc itaq; uiſionem ſubito me tam uehemens timor irrepſit.ut dum pluries loqui uellem:formandi uocem nullatenus compos eram.Poſtremo aliq̃tulum in me rediens:ſi meus erat nepos uoce cœpi perquirere tremebunda.Ad hæc ille ululatibus & ſuſpiriis:utinam inquit non fuiſſem:ne tam diris eſſem cruciatibus deputatus.Nam ſcias me tartareis manſionibus perpetuis temporibus permanſurum.Heu quid dicam ?His dictis tantus mihi dolor affuit:ut ſim pluries admiratus quomodo uita protinus non diſceſſi .Longis autem expletis colloquiis:ab eodem ſciſcitatus fui:cur diuinæ fuiſſet miſericordiæ ſic expers. cum in mundo tot uirtutibus ſic polleret.Pro nulla inquit me ſcias cauſa fore damnatum:niſi quia in ludis maxime delectabar.At quia in morte accepta pœnitentia quaſi ſtulta ignorantia poſtpoſui confiteri:diuinam nõ merui ueniam adipiſci. Et hæc dicens a meis diſparuit oculis. Talis autem eo ebeunte remanſit fetor:ut in locum illum hactenus nullus audeat introire.Ecce quantum turpiſſimum ludi ſcelus diuinæ abhorrent maieſtatis oculi.Timeamus ergo:ne nos bonorum rapiat inermes tam repentinus interitus:ne non pœnitere nos uitiorum contingat.dum tempus ineſt:quia poſtmodum pœnitentia foret fruſtra. Vt igitur chriſtianus tã tæ ruinæ ludi procul effugiat nefas:imo ut omnium memoria deleat: exempla alia quædam q̃ breuius pertero ſubrogabo.

Miraculum cuiuſdam luſoris blaſſemantis

IN Sãmaria quindecim nondum expletis diebus:dum miſer quidam ludens quaſi omnia quæ habere poterat conſumpſiſſet.glorioſi cœpit Hieronymi nomen auſu temerario blaſſemare. Qué nefanda blaſſemiæ uix finientem uerba uidentibus:& ſtupentibus cunctis mox e cælo fulmen ueniens interemit.

De tribus aliis luſoribus a terra deglutitis

TRibus aliis in tyro ludẽtibus hoc accidit qd' enarro.Cũ enĩ illi ſuũ uellent incipere ludũ:ut hi q̃ ſe hoc ab eiſdem audiſſe & totã rei ſeriem etiam ſe uidiſſe fantur:& referunt:ſic dixerunt. Quacunq; potens exerce uim Hieronyme:quia te inuito ludum iſtum alachriter finiemus.his ita dictis ſuũ ĩcœperunt ludum:quo quidem primordiato: quaſi uno elapſo inſtanti ſe terra aperiẽs illos ſonũ abſorbuit:ita ut nil ex eis amplius fuerit uiſum.

Vod uiſu noſcitur:ueriſſimo teſtimonio cõprobatur.Iccirco quæ dico:q̃q̃ multis poſſent comprobari teſtibus:tamen meipſo teſte qui ea uiſione ꝓpria didici comprobabo.Iuxta meam ĩ qua in Hieruſalem habíto ædem:nobiliſſimus qdam miles fuit:tranſitoriis nimiꝫ locuplex:qui uni cum habens filium:eiuſdem ſtultiſſimi amoris cæcitate percuſſus non ſolum a prauis eum non corrigere:ſed etiam eum ipſemet praua inſtruere conabatur.Parentes ſatui & iſti ſimiles mentis q̃ſo oculos huic inclinent:ut quis finis eueniat:non ignorent.Multi enim homines magnas animæ & corporis inciderunt ruinas ob prauoꝫ parentum inſipientiam.Creſcens namq; illius militis filius:cunctis moribus bonis deſtitutus:de die in diem peierando:totum ſuũ tempus amittens in ludis & blaſſemiis:cunctiſq; imunditiis patre cauſante annũ attigit duodenum.Qui quodam adueſperaſcente die ſolitis cum patre ludis iſiſtens ludum eodem ut gliſcebat non habente:primo ꝓrupit ĩ hæc uerba.Siquid ille poteſt Hieronymus qui ludos ꝓhibet:iam exerceat.nam ſe inuito hinc non niſi uictor exurgam.Vexꝫ hæc dũtaxat ipſo ꝓſequente:nequã ſpũs teterrimi homis ſpecie cunctis uidentibus locum in quo ludebat ueloci gradu adiens: eundem puerũ infelicem rapuit.Sed quo eum detulit nulli hactenus hoium eſt compertum. Verum ut puto eum detulit in infernum.Eadem namq; hora caſu ad quandam meæ domus feneſtram:quæ loco in quo ludentes degebant pater & filius ex oppoſita ſita eſt me poſueram:quo me uidere fuit neceſſe ueritate perſpicua ſerie tam formidandæ rei geſtæ.Diſcant ergo iuuenes in iuuentutis tempore:quod cæteris eſt p̃ſtantius: expetendis moribus ſe fulcire:ne uilibus caduciſq; moribus iuuenilis aius informatus ſtatum in canicie neq̃at permutare.Quod enim nouæ chartæ inſcribitur:de facili non deletur.Diſcant etiam parẽtes fatui filios correctionibus & uerberibus erudire:nec uitioꝫ ſinãt uepres radices figere nõ faciliter euellẽdas:ne flendi & hic & ĩ futuro cedant euentus.Nam niſi fallor ad æternoꝫ gaudiorum patriam deueniendi artiſſima:& ſine ambiguitate aliqua a pauciſſimis certa cognita extet uia.Eundi ad perditionem iter latiſſimũ:& multis immo pene infinitis limitibus plenum fore conſtat.Quodlibet enim mortalium peccatoꝫ ad perditionem ſuũ tramitem ſtruit.Quo dum hominum nõ ſolum paganoꝫ:ſed etiam illoꝫ:quos ſacri baptiſmatis unda lauit. Nam de paganis nulla oritur q̃ſtio q; non damnetur:maiorem fore liquet numeꝫ multiplicibus inſiſtentium flagitiis:quoꝫ nulla pene unq̃ cognoſcitur emendatio.quinimo?reſpectiue quidem dico pariter bonis & malis homibus conſideratis:non eſt qui faciat bonum:non eſt uſq; ad unum ſed omnes poſt ſuas improbas & peſſimas ambulant uoluptates.Conſequenter concludi debet:q; ad æternæ beatitudinis gaudia rariſſimi gradiãtur.infinite qnimo.Omnes pene ſacræ ſcripturæ auctoritates hoc teſtantur.infinita ſiquidem & exempla poſſemus perſpicaciter intueri:ad huiuſmodi ueritatem ſufficiẽtius demõſtrandam.Hoc ex omnibus unũ cẽſeri decet:nec ab hoc diſcrepari poteſt:nullũ.ſ.ad æterna modo aliquo ꝓuenire poſſe gaudia: niſi oĩbus nõ particulariter:ſed totaliter uitiis extirpatis:uirtutum ſtudeat itinere feſtiare.His iam ſine dato exẽpla & ꝓdigia q̃dam iam huius operis fini ꝓpiquius breuiter ĩtroducam:& duo p̃cipue admirãda:quæ a uenerabili uiro nicolao cretenſis iſulæ archiep̃o referẽte didici primo dicã.

Miraculum cuiuſdam ſacerdotis impudici.q erat cuſtos eccleſiæ cathedralis archiep̃i.

Enerabilis idem archiep̃s pridie glorioſi Hieronymi deuotione nimia bethleem ueniens ut eiuſdem cunctis honoribus colendas reliquias uiſitaret:ut totus charitate feruidus redire noluit:donec me ſua gratiſſima uiſitatõe eximiis læticiis adimpleret.Qui uti donorum p̃cipuus ut grauiſſima mihi donaria ſuperabundatiſſime more ſolito impartiret:me uiſitaſ minie cõtentus:mecũ dignatus eſt iam diebus pluribus cõmorari:& etiã adhuc manet:qd' utinã tpe lõgo duret.In xp̃o náq; Auguſtine chariſſime uenerabilis idẽ põtifex te ſalutat.Quãplures igit̃ mihi ſuoꝫ uerboꝫ auido uenerabilis idẽ põtifex enarrauit.hoc tale in ciuitate cãdia cõtigiſſe.Sacerdos qdam ſuus ſuæ maioris eccleſiæ cuſtos ipudicus luxuriæ & ebrietati deditus:nõdũ cõpleto ãno de hoc ſæculo migrauit.Cuius corpe ĩ cæteroꝫ ſepulto barathro ſacerdotũ:ut eius pũitio cũctis inoteſceret ad exẽplũ:ſubſequẽti nocte tãtus ĩ eccleſia:eiuſq; cemiteriis fuit ſtrepitus:q; rumore nimio i urbe illa cõmorãtes excitati:pauore ĩgẽti uelut amẽtes ad eccleſiã cucurrerũt.Stant itaq; oẽs circa eccleſiã ſtrepitus uehementes:cãpanarũq; ſonitus audiẽtes.Diuinam qdẽ exorãt clæmẽtiã:quatenus cur iſta fiãt debeat reuelaſ:ſed nullũ exauditõis ſentiũt ad iuuamẽ.Diluculo hoc ceſſante cũcta quæ fuerant in eccleſia reperiũt reuoluta:& quaſi undiq; flãmis igniũ uiolata.Ad hoc memoratus põtifex oĩones ĩdicens populo:qd ſequẽti eueniat nocte p̃cipit expectari.Ne nimis ſuccũbam uerbis:ſequenti nocte duplex ſtrepitus & pauoris tribulatio eſt ſecuta.Qua de re repletus populus amaritudie & dolore cernẽs nullũ ſibi a domio adiutoriũ euenire:ſicut uulnerati qui in monumẽtis ꝓiecti dormiunt. exiſtebãt.Die aũt eluceſcẽte:oĩbus in eccleſia oĩonibus cõgregatis glorioſus Hieronymus ſubito ſepties ſole ſplẽdidior ĩ eccleſiã ueniẽs:ad altareq; gradiẽs cũctis uidẽtibus & mirãtibus p horã forte ſub ſilẽtio manens:ob ſtupẽti populo:hoc ꝓpter ſacerdotis illius miſeꝫ cadauer ſacris ĩdigne locis cõditũ ad terrorẽ peccãtiũ contigiſſe ĩtimauit:eidẽq; mãdans ut cadauer miſeꝫ tartareis poſt reſurrectõem oĩum manſionibus deputãdũ: diſſepultũ flãmis traderent ꝓtinus cõcremãdum.alioqn ĩcepta peſtilẽtia nõ abiret.& ſic ĩ tuentiũ oculis eſt iuiſus.Quod ut ordiauerat lætabundus populus ꝓtinus adimpleuit:deo & beato Hieronymo laudes p̃cipuas perſoluendo.& ſic peſtis illa ceſſauit.Qui deiceps beatiſſimũ Hieronymũ omnes unanimiter deuotione maxima ĩcœperunt colere.

Miraculum de iuuene deuoto Sancti Hieronymi nomine tyto.

Neadem inſuper ciuitate quidam pulcherrimus extitit iuuenis.Tytus nomine honeſtis moribus. luculentus.carnali non ignobiliori natus progeniæ p̃diues ualde totam pene deuotionem.& fidu-

ciam habens in beato Hieronymo. Hic ſiquidem iuuenis uirgineo nitens candore in eiuſdem ſanctæ ūirginitatis propoſito uſq; ad uicesimum annum probis uitæ moribus perdurauit. Quo itaq; tempoꝝ ſui fratris nefando conſilio incitatus ſpretis tam nobiliſſimis uirginitatis gemmis. auri p̄cioſiſſimū metallum calcans ad carnis ſpurcitias & lutum ac fetorem uehementer declinans. puellam quandam omni pulchritudine corporis renitentem ſibi in matrimonio copulauit. In cuius amoris retibus ita ſe capiēs q; aliud p̄ter ipſam poterat minime cogitare. de die in diem cœpit diuina obſequia obliuiſci. At quia miſer dereliqt iuſticiam. oblitus fuit deum alentem ſe. oblitus fuit ſi dominus miſereri. Completo namq; āno. quo cum puella iuuenis inſenſatus ſteterat: non ut in matrimonio; ſed cauſa explendæ libidis copulatus: ſuggerente diabolica aſtutia: iuuenis frater puellæ illaqueatus amore auide diu quærens eius amplexibus frui: tandem quod optauerat eſt adeptus. Huc accurrāt iuuenes & exēplo iuuenis ſint experti. Fiūt nota iuueni puellæ uiro iam pacta Tacens idem cogitat auide quo ualeat modo certitudiné reperire. Expectat diebus aliquot ſe ſimulans hoc neſcire. Aſt die quadam ordinat urbem deſerens pegre proficiſci. Et latens per diem in ciuitate nocte media domū ueniens reſeratis ſeris a puella ſeruitrice clam ut prius ſimul ordinauerant ambo uſq; ad thalamū: in quo eius frater & uxor in lecto ſtabant ꝓcedens ſibi poſtulat aperiri. Mirantur illi & timore perterriti uehementi pulſanti negligunt oſtium reſerare. Tandem confractis ſeris thalami iuuenis ira & furore nimio fornacis inſtar ardentis undiq; inflāmatus: uxorem primo euaginato gladio interfecit. Deinde ſub thoro proprium latitantem fratrem inueniens īteremit. His ita geſtis ex ciuitate exiens multo tempore per mūdum huc illucq; errans cum quibuſdam aliis cœpit quoſdam tranſeuntes in itinere dep̄dari: ac etiam iugulare. Permanēteq; itaq; eidem Typo per. x. ānos talibus negociis implicato: glorioſiſſimus Hieronymus ſalubre refugiū & uitale die quadam iam adueſperaſcēte luce in modum mercatoris ſe mōſtrauit ne ille ſolūmodo habitæ deuotionis p̄miis priuaretur. Nam ille q̄q̄ tot & tanta uitia abhorrenda continue exerceret: tamen ī beato Hieronymo deuotionem aliquā retinebat: ita ut eidem quotidie ſe cōmendans boni aliquid diebus ſingulis ad eius honorem faceret nullatenus poſtponebat. Cernens itaq; Titus mercatorem nefandis ſociis ad ſolita nequitiæ opera conuocatis concito cum eiſdem ꝓgens curſu uibratis lanceis Hieronymo mercatoris inſtar obuiant uenienti. Moxq; in eum inſurgens a ſociis eundē p̄cepit retineri: donec eius lateri gladius infigatur. Deinde manū eleuat: iterficiendi gladium retinentem: ut ſcelus tātum ualeat iam explere. Ad hæc Hieronymus glorioſus. Amore inquit Hieronymi: quem tu diligis aliqua loquendi breuis licentia mihi detur. Poſtmodū ſi uolueris facito id quod optas. Ad hæc & Tytus. Amore inquit eius quem nominaſti: & loquendi & uiuendi licentia tibi ut poſtulas concedatur: tantum quæ portas mercimonia iam depone. At glorioſus Hieronymus. Ego ipſe ſum Hieronymus: qui huc ꝓpter tuam liberationem ueni: ne mihi a te impenſa obſequia in uacuū p̄rerirēt. Te tot quæ geſſiſti peccaminū iam pœniteat: ad te ipſum redeas: ne formides: hucuſq; me noueris propter tuam ſalutem: & animæ & corporis ſupplicem erga te apud iratam diuinam iuſticiam extitiſſe: ne ī te dignas tibi ſæuitias exerceret. Ad pœnitētiæ igitur q̄citius perge callem: & peccatorum onera iam depone: alioqn me tui cuſtodē & ſupplicem nō habebis. His dictis Hierōymus glorioſus ab illoꝝ oculis diſparuit. Ad hoc ſtupefactus. Tytus: & qui cum illo erant timore & admiratione tam ingenti ad terram procidens per horam nō potuit eleuari. Tūc ſubito ī Tytum: & q cum illo erāt ſpūs ſancti gratia eſt effuſa: & lux eos cælitus illuſtrauit. Qui ꝓtinus in uiros alteros iam mutati ſpretis cūctis ſpurcitiis uitiorum ad pniæ tramitē rediere. Deide ad heremoꝝ antra deuia & ignota properantes in magnis ſe corporū aſperitatis: & uitæ ſanctiſſima tradiderunt.

Miraculum cuiuſdam monachi iuuenis.

Iraculum aliud quod ueridicoꝝ teſtimonio ſolidiſſime in ſuperioribus ægypti partibus pactū intellexi: quatenus hominibus & maxime iuuenibus quacūq; caſtis ꝓueniat in exemplum ad euitādum periculum mulierum p̄cedenti miraculo addere cogito fore ratū. Monachus q̄dam iuuenis & decorus: honeſtate ꝓcipuus: moꝝ maturus: q ſenex uirginalis pudicitiæ cuſtos: cūctiſq; illius monaſterii monachis ſpeculum ſanctitatis: glorioſiſſimi Hieronymi amator deuotiſſimus fuit. xii. degens ānis in monaſterio cōtinue oꝝonibus uacans: & ſtudio ſcripturaꝝ. Hic amore caſtitatis timens ne cor aliqualiter uiolaret: mulieꝝ uiſus ineffabiliter abhorrebat: ita ut eius memoriā formidaret. Huic propoſito diabolus antiquus ſerpens: & hoium inimicus inuidens: ſuæ nequitiæ ſueteratæ contra eum dolos & artes multiplices ſcitauit. continue cogitationum ſtimulis iuuenem peſſimus tentator affligens: die noctuq; a tētationibus duobus menſibus non ceſſauit. Iuuenis uero prouidus ſeſe domini & beati Hieronymi: cuius dilectionis ardore feruebat cōmendans cuſtodiæ uictrici: tentamenta diabolica ieiuniis & oratōibus triūpha bat. Confluant huc q̄ſo iuuenes atq; ſenes: & q̄ti ſit caſus mulieꝝ fallax pulchritudo hic doceātur maxime p exemplum. Cernēs ſe aſperis perfidus diabolus a iuuene ſuperari: tanq̄ leo rugiēs ſubtiliores nocēdi artes cœpit q̄rere: ut iuuenē deuoraret. fit itaq; inter eos pugna grauis. Hinc aſtutiis cōſuetis caſtra aduerſus iuuenem ſtruit peſſimus inimicus. hinc iuuenis oꝝones & glorioſi Hieronymi ꝓtectio caſtroꝝ ſternūt munitiones: & uires eoꝝ triūpho nobili uilipendūt. Interea genitoris ad mortem ægrotantis uiſitatōis cā igruēte ex monaſterio in ciuitatē ad paternā ædē uenire iuuenis eſt cōpulſus. Ná ſe pater dolore nimiū moritur: ſi uiſione fruſtrarē filii crebris clamoribus acclamabat. Ob hoc dolens monachus timens ne mulieꝝ uiſu cor mūdum & uirgineo cādore nitidū uiolaret. potius niſi fratrū ſui cœnobii fuiſſet ſupplicationibus iclinatus erga patrem crudelitatē uolebat ꝓpter dominū exercere: q̄ eidē ifirmanti cōpati a mōaſterio recedēdo. Sciebat. n. monacho nil tam nocuū deteſtabile & mortale: q̄ uicos & ciuitates: & gentiū multitudinem circuire. Nulla certe pmanet in hoīe ges mētis: q multoꝝ uerboſitatibus & uaniloqis iplicat: qđ aqua piſcibus mo-

nachis idē ꝑcipue ſilentiū opatur. In paterna itaq; manēs æde monachus diebus tribus tædio tam uehemēti affectus eſt. q; ſibi potius uidebaſ tetris ſe fore carceribus mancipatū. Cōpleto die tertio. dū eū cū ſorore ſua quadā pulchritudis iauditæ. ifirmitatis cā ꝓris crura ſimul cōtigeret cōfricare. caſu ſororis dextera eiuſdē tā gēte dexterā. tā diris libidis & eiuſdē ſororis ieptæ & abomiabilis cōcupiſcentiæ fuit ſubito iaculis cor eiuſ dem monachi iſtigante diabolo uulneratū q; pene eam ad illicita. & oīno ab hoibus abhorrēda. niſi extitiſ ſet timor uerecūdiæ ſuitabat. Heu qd dicam? Quæ monachis illis inerit obſeruātia caſtitatis. q cōtinue mu lieꝝ uiſibus potiūtur iſimul colloquēdo. Sic manet i caſtitate homo faciē ituens aſſidue mulieꝝ. ſicut ma net palea ſtans in igne. Fallax certe & ruinæ maxie propiquus caſus. ieuitabileq; periculum eſt fœminæ pul chritudo. Timor certe monacho euenit: quem timebat: & ſibi accidit: quod tanto tēpoꝛ uerebaſ: nec ſine exemplo maximo alioꝝ: non illud uiſum eſt parētibus obedire: in quo aiæ periculum formidatur. A mona ſterio inuite monachus egreditur: ſed ardore libidis tam nefandæ cor inflāmante nil aliud q̄ ſororis hoc ne ſcientis ſcelus faciem iprobis oculoꝝ uiſibus uidere cogitans: pene unq̄ fuiſſe monaſteriū recordaſ. Sanaſ interi pater: at monachus excuſationibus adiuentis tardat de die in diē ad monaſterium remeare. Manente eodem in paterna domo tribus mēſibus: hinc monachos: hic patrem maxima mouit admiratio: oēmq; fa miliam: cur iſtum tam uehemēs irrepſerit mutatio: & alteratio inaudita. Ignorant ſiqdem rei cām: iccirco ef fectum eos contigit ignorare. Ad monaſteriū cum duobus ad ſe ex monaſterio deſtinatis monachis tandē reuertitur: illud referens tædiū redeūdo: quod prius detulerat exeūdo. Cœpit itaq; in monaſterio corpus de gere monachi: cor uero a ſorore aliqualiter nō recedit. hoc ſibi fit ſtudiū ſcripturaꝝ: ut attīgat peſſima quæ affectat. Hæc contemplatio diuinorum: ut peccatoꝝ modum inueniat explendorum. Percutitur alienus ſui & a ueritatis cognitione deuius continue a diabolo: cuius iugo grauiſſimo imbecille collum ſubmiſit: libi dinis nouæ telis. Sicut fumus deficiunt dies eius: confringuntur ſicut in frixorio oſſa eius: & infirmatur do loribus uita eius: irrationabili fit ſimilis animali. Obliuiſcitur in toto diuiná eccleſiam exorare tota die co gitans: qs modus appareat habilis: ut poculum mortis ualeat deguſtare. Heu q̄ ſunt inopes & miſeri: & ab oī bus bonis egentes & exules: qui a domino ſe elongant. Tanto fit peius brutis aīalibus uir in peccatis: qbus ab anima deus maiori ſpatio elongatur q̄ id quo cælum a terra diſtat: & oriens ab occaſu: q̄ eiſdem ꝑſtat cū diuina gratia eſt fulcitus. Cogitanti deniq; monacho: ueritatis luminis neſcio nefandiſſimæ & auditui hor ribilis uoluptatis adipiſcendæ reperire modum mali conſilii ſeminator diabolus: hoc ſibi tale inſinuat con ſilium occulto cogitamine uani cordis: ut. ſ. intempeſtæ noctis medio cunctis dormientibus: ueſte depoſita monachali: ſumptoq; habitu laicali ex monaſterio exiens: paternas clam adeat māſiones: & domū crepuſcu lo noctis latenter intrans: ſub thoro ſororis lateat: donec dormiente ipſa ad eandem accedat: ſuæ uoluptatis libidines expleturus. Placet inſanæ mentis imperitiæ conſilium erogatum: ſtudetq; ipſum toto poſſe q̄ po teſt breuius effectui mancipare. Sequentis igitur aduenienti noctis medio ſub ſilentio ad fores cœnobii cla ues gerens manibus ꝓperat: ſed ad oſtia ueniens: per totam illam noctem huc illucq; diſcurrens: quo ſint in loco poſita non inuenit. Stupore & admiratione perterritus cur hæc ſint neſciens intueri: iam matutinali q̄ ad laudes debitas dominicas monachi excubabant propinquante hora: compellitur ille ad cellulam retro gradi. Manet in cellula ille admirans per diem illum: ꝓponit ſequenti nocte facere quod nō ſecit. audet imbecillis dextera quæ non poteſt: ſperat ſtultum pecus contra leonem pugnans triūphi gloriā adipiſci. Quid inſenſate reris? Putas agere uile pecus quæ leo fortiſſimus Hieronymus contradicit? Ceſſa imagini glorioſiſ ſimi Hieronymi genua flectere iꝑm ulterius non ſalutes: & tibi poteſtas protinus concedetur: ut cadas in fo ueā quā effodis: ut dira naufragia iam admittas. Non poſſunt ipſa glorioſiſſimo Hieronymo ſeruitia: quo quo modo fiant: mercedibus uacuari. Retinebat ſiquidem in cellula monachus ille deuius & errans: & dia bolico domino mancipatus: imaginem glorioſi Hieronymi tabula inſignatam: cui diebus ſingulis antiqua conſuetudine flectens genua: ſe eidem pluries cōmendabat. Iccirco ut eius mira clæmētia cunctis inoteſce ret: illo eum die retinebat. ne malum faceret quod uolebat. Ignorans uero hæc ille monachus: ſubſequenti nocte ad cœnobii iterum fores pergit. Sed quod ꝑcedenti nocte fecerat: id hac fecit. Ne igitur ihæream uer bis: per unum fere menſem ſingulis noctibus continue hoc euenit. Completo itaq; utputo menſis circulo: i ſomnis beatus Hieronymus ſanctiſſimo cuidam illius monaſterii monacho apparuit: in ſtratu ſuo quieſcē ti nocte eidem reuelando quid iſte monachus faciebat: mandanſq; illi ut debeat eidem monacho ſic erranti declarare: quomodo ipſe eum ob ſibi impenſam reuerentiam cuſtodiuit: ut oſtia non uideret ad cogitatum perpetrandum ſcelus: & q; niſi ſibi uelox de incœptis ſubſequatur emēdatio: ſeſe de ipſius cuſtodia remoue bit. diſceſſitq; ꝓtinus ab eodem. Mane aūt facto quæ uiderat monachus: alteri monacho enarrauit. At ille ſe quid hic dicat non itelligere pluribus deteſtans ſacramentis: cœpit dicere ꝓpter cerebri uacuitatem hæc ſomnia eueniſſe. Tacet monachus & recedit. hic gaudens ꝓponit nocte ſequēti: nullam amplius exhibēs ſo litā Hieronymo reuerētiā oſtia monaſterii ad nequā opus: quod tā diu affectauerat peragendū: ad ſuū libi tum reſerare. Vt breuiter dicam. Quod miſer diu hianti aīo cogitauerat mala operādi: a Hieronymo hono re ſolito priuato ſibi tradita poteſtate: ut uoluit ſic effecit: ſed tamen i fine glorioſiſſimi Hieronymi clæmē tia non deſecit. Recedens itaq; ille de monaſterio nocturna hora: alieno habitu occultatus: pris domū adue niens: per diem illum undiq; circuiuit. Cūq; noctis crepuſculo domū itraſſet ad lectū i quo uirgo ſoror qe ſcere tūc ſolebat clam ꝓcedēs: tam diu ſub eodem latitauit q̄diu ſororem dormire potuit æſtimare. Tūc idē exiens expoliatis ueſtibus: ſororis ſe dextero lateri applicauit. Ad hæc ſoror læui ſōno dormiens excitatur: & uirum iuxta ſe manu ſentiens admodum expaueſcens: diris emiſſis clamoribus ad ſe omnes pariter euo cauit. Currūt ad puellæ thala mum cuncti cum lumīe: & tandem i lecto iueniunt hunc iacentem. Mirantur

parentes & ſtupent:cernunt hoc cuncti q cucurrerant:& condolent.Interrogat a filio pater diſcrimis tanti cām reatum ſuū filius ſilentio confitetur.Vt enī dixi:uoluit glorioſus Hieronymus hunc ſuam ſtultitiā experiri ut in poſteꝝ humilior & aſtutior fieret ad cauendum:& ī plio ſe tuendū:& ne amplius exemplo ſuo qs de ſctitate cōſideret & ſperaret.Quāto.n.maior ineſt homini ſanctitas:dum ī mari mundi huius procelloſo:& inimicoꝝ agmibus pleno:ībecilli carnis nauicula nauigat:tanto maior eſt timor & aſtutia ſe tuēdi. Infinitas peſſimus ille tentator diabolus nocendi poſſideat artes.Qui īcautus pgit:leuiſſime capitur.Qui ī cunctis timet:ab hoibus diabolis hic timeť.Certe plus nil nocet q̄ ſpreto alioꝝ conſilio.ut ꝓpria uoluntas p̄cipit ambulare.Qui ſuæ tātum uoluntati credit ī cunctis quæ facit:finē odibilem adiueniet. Magnus exē plo iam finito timor de fragilitate noſtra maxima:de diabolica calliditate & aſtutia nobis oībus demonſtratur:magna & ſpes ueniæ peccatoribus declaratur.Cernens nāq; ſe monachus ſic a diabolo deturbatū deluſum:ac etiam in tanta miſeria captiuatū:ꝓtinus ſuffragiis glorioſiſſimi Hieronymi:cuius ſemp deuotus extiterat:ſuam miſeriā & culpā uehemētiſſimā recognoſcens in ſeip̄m rediit.& de eadē paterna exiens domo: oī retardatōe abiecta lugens & dolens:ad fontem pniæ ꝓperauit.Deīde uero ī ſuo monaſterio p ānos duos in tanta ſe abſtinētiæ aſperitate afflixit:ut foret cor hoium iſufficiens cogitare:& completo annoꝝ duorū ſpatio:ante dies modicos ex hoc ſæculo fœliciter expirauit.

Miraculū cuiuſdam cardialis opprobrantis Sanctum Hieronymū.

Enerabilis Damaſi portuēſis epī pridie receptis lr̄is:aliqua eis īſcripta corde auido intellexi:quæ ob eius reuerentiam nō dimittam.Romæ cardinalis qdam Cæleſtinus noīe Hieronymi glorioſi æmulus & detractor dum die quodā ī conuentu exiſtens cardinaliū:more ſolito:ore audaci & temerario:ī eiuſdē iniuriæ uerba ꝓperauit:dolore ſubito uiſceꝝ īpellente:ad occulta naturæ loca ꝓperans:uiſcera oīa ꝓtinus emanauit:& anteq̄ illinc recederet expirauit.

Miraculum cuiuſdam p̄ſbyteri ſupradicti cardinalis.ſed deuotiſſimi glorioſi Hieronymi.

Lius quoq; p̄ſbyter cardialis Andreas noīe:iſti nō ſimilis:ſed glorioſiſſimi Hieronymi deuotiſſimus atq; cultor:pridie in eadē romana urbe multis circūſtantibus expirauit.Qui cū iam in eccleſia eſſet paratis exequiis:quæ ſolent fideliū tumulandis exhiberi corporibus: aſſiſtente ſūmo pōtifice cū pene toto clero & populo romanoꝝ:q ad eundē andreā conuenerant honorandum: emiſſis ululatibus & crebris gemitibus ī feretro cūctis ſtupentibus:& ueluti amētibus affectis: tanq̄ ſi a ſōni dormitōe excitaretur:mirabiliter exurrexit.Cúq; a romano pōtifice remoto de eccleſia maiori beati petri apoſtoli uniuerſo populo:clauſiſq; foribus īterrogareť:ītulit iſta uerba.Dum ſtaré diuīo examini iudicā dus:& iam p ueſtitū & ciboꝝ q̄bus hactenus uſus erā:nimiā ſupfluitatē tartareis cruciatibus cōdénarer. ſubito aduenīens qdā ſole ſplēdidior:niueq; cādidior:quē fuiſſe glorioſum Hieronymū ad ſe iuicē referentibus q aſtabant ītellexi:p̄ſidenti iudici flexis genibus aīam meo corpi iungi porrectis p̄cibus īpetrauit.Quibus finitis uerbis ī ictu oculi īde recedens aia:uti cernitis corpi eſt coniuncta.Ad hoc miraťſūmus pōtifex & cæteri audientes.Fiunt hæc nota populo extra eccleſiā expectáti cōfractis eccleſiæ foribus ꝓtinus eccleſiam ītrant:oés magnis uocibus deū & glorioſiſſimū Hieronymū collaudantes.

Sermo Beati Cyrilli de epiſcopis.

Vlta nos mētis afflictio cōmouet & cotriſtat:ītellecto q̄ q̄plurimi epoꝝ deū & dominū ieſum xp̄m:cuius uicé gerunt abnegātes:terrenoꝝ quoꝝ deus uēter eſt:ueſtigiis ihærētes:de ſtipēdiis pauperꝝ & ſanguie ieſu xp̄i:delicatiſſimis ferculis:cū hiſtrionibus & cæteris diuitibus ſuā uētris replent īgluuiē:ad fœditatem luxuriæ īcitandā.Veſtimētorūq; de die ī diem ſupfluitatibus abutunť.de pauperibus quoꝝ mercedē raptā manu latrocinii deuorant:fame moriētibus:& frigore nō curātes Hi certe nō epī:ſed diaboli.Eps aūt aut ſctiſſimus:aut diabolicus.Magni certe meriti ſtatus epalis:ſed picu li īfiniti.Leuiſſimū peccatū aliis īputandū:grauiſſimū epo īputať.Pōtificis etenī uitiū ī ſubditos diffunditť p exēplum.Maiora recipiēti:rō maior creſcit.Quot.n. oīum xp̄i uel negligētia epī:uel exēplo ī peccata deuiant:de tot tenenť domīo reddere rōnem.Heu qd auguſtine chariſſime dicā?Graue nobis ieſt pondus:gra uis ſarcia.Sed debiles ego habens humeros.qd portabo?Sunt certe anguſtiæ mihi:undiq; me torquētes. At dum graues mihi ꝓmptos caſus ītueor:timore maximo ſuccreſcente continue affligor & contriſtor. Securius eſt epalem ſtatum fugere q̄ appetere.Laūdo certe epatum tanq̄ uicariatū domini noſtri ieſu xp̄i: ſed illis q in eo uitā agūt militū terrenoꝝ:q mūdi gloriā & pompas appetūt:nō collaudo:imo eis cōſulo,ut effugiant q̄tū poſſunt.Melius certe fuiſſet eis cū terrenis uitā agere terrenoꝝ:q̄ ī pōtificali culmie hæc agēres ad īſima & pfūdiora loca decidere.tāto p̄ cæteris cruciādi quāto p̄ ceteris plura donaria receperūt.Intelligēres itaq; epoꝝ plurimos.potius nomē gereť q̄ eſſentiā.potius lupos rapaces fore xp̄i ouū q̄ paſtores.deſtructores magis eē xp̄i eccleſiæ q̄ rectores.q xp̄iaoꝝ elemoſynas depdātes mercedē pauperꝝ lupīs faucibus ī ſupfluitatibus ciboꝝ & ueſtiū deuorāt & cōſumūt.qď abſurdū ē abomīabile & deflendū.Hæc iccirco dixerī. ut talis abomīatio cunctis gētibus īnoteſcat.quatenus ſi deū non metuunt. hoīes uerentes ſuis aliqualiter abomīatiōibus retardentur.Audiant q̄ſo hi tales epiſcopi.quæ narranda proponimus.& ſaltem aliorum calamitatibus terreantur.

Qualiter monachus qdā helias noīe quādam habuit uiſioné Beati Hieronymi.

N ſupioribus ægypti partibus.in deſerto quodā ab hoibus ꝓpter uitæ īcōmoda īhabitabili. quidam degebat monachus helias noīe.antiq̄ſſimus & magnæ uitæ ſctitate radians. q ī uita beatiſſimi Hieronymi eidē familiariſſimus ualde fuit.quē idem btiſſimus habuiſſe ꝓphetiæ ſpūm pluries enarrauit.Hic die quodam:ut plures mihi teſtificantur monachi:uita uene

rabiles fideq; digni:qui se dixerunt ab eiusdem sancti uiri ore multotiens peraudisse:solitis incumbens ora
tionibus sono repentino aduenientе:aliquantulum obdormiuit.& ecce in uisione quo quidem modo mul
totiens deus omnipotens grandia & occulta suis fidelibus referat sacramēta:in quodam palatio miræ pul
chritudinis ineffabilis:& a mortalibus nunq; uisæ:ut sibi uidebatur erat.Cum per horam p palatium illud
huc illucq; gradiens:eius admiraretur pulchritudinem uehemētem:uidit quoddam p̄parari tribunal:a qui
busdam nimiæ pulchritudinis iuuenibus stratis tapetibus & uestibus auro & gēmis:ac multa artificii uarie
tate decoratis:circūquaq; pariete iuoluto.In quo postmodum rex quidam maximus & decorus:cuius aspe
ctus tantæ erat suauitatis:ut nil uellet aliud q habere magna desiderat uiroꝝ sole lucidior comitatus socie
tate ueniens se posuit ut iudicia exerceret.Inter hæc cuiusdam anima quem fuisse anconitanum p̄sulem ab
aliqbus ibidem consistentibus postmodum itellexit:neq; spiritibus:cathenis igneisq; uinculis uincta instar
fornacis flāmas erūpēs sulphureas:deportata maiestati regiæ p̄sentatur.Quæ prius q̄ de aliquo iterrogaret
cœpit diris uocibus se infernalibus mansionibus digniſſimā acclamare.hanc inter cæteras maxime assignās
principalem cām:quoniam uanis pompis intentus in conuiuiis & uestibus:& huiusmodi stultitiis delecta
batur. Quibus finitis lata p iudicem sñia:ut pœnis infernalibus traderetur:donec corpori iuncta duplices
pœnas in perpetuū sustineret.Mox illa secū ferens omnis illa neq; spirituū turba:inde diris clamoribus recess
serunt.Deinde alterius cuiusdam anima:quam fuisse Theodonii senatoris fratris uenerabilis Damasi p̄dicti
ep̄i portuensis similiter itellexit ante maiestatem regiam circūstantibus multis neq; spiritibus eum grauissi
me accusantibus p̄sentatur.Cūq; a diabolis in longum accusatio traheretur:& nullus ex aduerso aliqua re
sponderet:uir quidam septies sole splendidior:& ut sibi uidebatur pene cæteris astantibus eminētior ad re
gis sedens dexteram in pedibus se erexit.Quo quidem surgente:silentium rex manu propria a cunctis fieri
imperauit.Tunc q steterat omnibus opponens accusantibus:hunc suū fuisse fidelissimū & deuotum: & ei
continue exhibuisse reuerentiam spālem eisdem mox loquēdi audaciam abstulit:& taciturnitate p̄notauit.
Postmodum uero his flectens ante regem genua:huic suo fidelissimo ueniam & æternam requiē solita pie
tate & misericordia infinita clæmentissime elargiri:ita tamen q; pro cōmissis in mundo flagitiis in purgato
rio purgaretur:suis p̄cibus ut uoluit est adeptus.Tunc omnis illa nefandoꝝ spirituū multitudo gemens &
ululans de illo loco ꝓtinus se remouit.Interuallo autem facto horæ unius:iuuenis qdam pulcherrimus cō
cito gradu per palatium ueniens ad huncq; accedens:q tam eminens & p̄clarus in auxiliū exurrexerat theo
dosii senatoris:se fore dixit a petro patritio romanoꝝ eius deuotissimo missum:quatenus eiusdem p̄ces ex
audiens:sibi impetrare a domino filium dignaretur.Ad hæc rex.Quod inquit a filio meo Hieronymo pe
trus postulat:certe fiat.His omnibus sic finitis:a sōno illo mox helias monachus excitatur:laudes immēsas
deo reddēs & Hieronymo glorioso.Qui diem illum in quo tam miranda uiderat p̄notans eodem postea in
tellexit die ep̄m anconitanum & theodonium senatorē ex hoc sæculo migrauisse. Quo liquide patet: hæc
uana somnia non fuisse.

Visio Cyrilli Alexandrini episcopi.

MAgnam putabas augustine chariſſime aliquibus admiratōem iducere:uelut siqd nouū & inaudi
tum ei ꝓponens:dum i tuis pristinis lris quas recepi:Ioāni baptistæ & cæteris apostolis Hierony
mū sanctissimū æqualem in sanctitate & gloria:rōnibus sine dubio efficacibus:& uisionibus mi
rificis comprobabas.Certe nō est aliqualis ambiguitas:uerissima & omni fide & deuotiōe digniſ
sima ista fore.Nec puto aliqbus eius uitam sanctissimā:& eius tanta ꝓdigia hoībus isueta nō ignorantibus
admiratōis aliqd euenire.Sed quoniā tales tuæ fuerunt rōnes:ad ueritatem huiusmodi declarandam: quid
meas leuissimas & iperitas nūc illis apponere non deceret.Omissis oībus uisionem mirabilem:quam uene
rabilis uir Cyrillus ep̄s alexādrinus se uidisse:suis ad me diebus pluribus iam elapsis:destiatis lris affirmabat
breuiter itroducā.Post bti Hieronymi obitū glorioſum āno cōpleto:i die natiuitatis glorisissimi ioānis do
mini p̄cursoris laudibus expletis matutinis:dum memoratus pōtifex more solito i ecclesia solus:ante altare
eiusdem p̄cursoris domini glorioſi:flexis genibus ipsius gloriā & excellētiā multa spēs dulcedie cōtēplaret
repētino sōno aliq̄tulū obdormiuit.& ecce in ecclesiam ut sibi clarissime uidebat:binati:quorūdā specioſis
simoꝝ hoium ultra humanam æstimatōem cātus:alternati:suauissimos concinentium turba uehemētissi
ma:miro ordine ueniebat.Deinde binatim omnes ad altare procedentes:& ibidem flectentes genua ad sedē
dum singuli se ponebant.Cunq; illorum hominum iam esset ecclesia ualde plena: post omnes duo uiri emi
nentiores cæteris in toto similes atq; pares:infinito sole lucidiores stola induti candidissima:auro & gem
mis undiq; ineffabiliter rutilante:uenientes ecclesiam pariter intrauerunt.Ad quorum itroitum omnes in
ecclesia residentes: ꝓtinus flexis genibus eisdem summā reuerentiam persoluerunt.Tunc duo illi uiri ante
altare ab eisdem reuerētia exhibita:i duabus cathedris aureis mira lapidū p̄cioſoꝝ uarietate & pulchritudi
ne decorat is:sibi a qbusdam pulcherrimis iuuenibus præparatis:ambo pariter consederunt: & sic silentes
aliq̄tulum permanserunt.Interim facto inter illos silentio: cœpit alter eorum duorum alterum impellere
ad loquendum.Cunq; longa adinuicem altercatio oriretur:ut quis primo inciperet p̄dicare: cœperunt sin
guli:ut Hierōymus ioānis:cuius erat die illa solēnitas laudes & magnificētias explicaret magnis uocibus ac
clamare.Quo unus illoꝝ sermoné mox icipiens:laudes btissimi p̄cursoris domini tāta loq̄læ dulcedie:tan
toq; uerboꝝ ornatu:necnō & sñiæ grauitate contexuit:qd' fas nō esset līguæ hoium declarare. Finito itaq;
sermone illo:alter quē ioānem baptistam cūcti q aderant noiabant:eidē grates referēs multiplices.Hoc cir
cunstantibus ad eius honorē & gloriā est locutus.Socius iste meus chariſſimus Hieronymus æqualis mihi
in gloria:æq̄lis etiā i sctitate:serie meaꝝ laudū est hactenus ꝓsecutus:iccirco dignum est ut eius laudibus

nunc inſiſtam. Hic uere lux eſt eccleſiæ: tenebras effugans errorꝫ: & cunctos illuminans homines ueritatis claritate cæcos. Hic fons eſt aquæ ſapientiæ ſalutaris: ad quem ſitiens dum accedunt: largiſſime ſatiantᵉ. Hic arbor altiſſima: cuius cacumē celum aſcendit: ſub cuius doctrinæ frondibus de ſuaui eiuſdem oris fructu: aues cæli. ſ. homines multum intelligentes: & beſtiæ terræ. ſ. hoīes paꝫ intelligentes uberrime ſatiantur: hic mecū fuit in ſæculo heremita: & certe non minus me carnem abſtinentiis macerauit. hic mecū uirgo nitidus atq; purus. hic mecum fuit ꝓphetico ſpiritu illuſtratus. hic mecū doctor extitit ueritatis. Ego ꝓpter iuſticiam & ueritatem uitam corpoream dereliqui. hic & ſi ſic non amiſerit uitam corporalem ꝓpter iuſticiæ & doctrinæ ſuæ ꝑſpicaciſſime ueritatem: tempus ſuum tamen totum geſſit in ſæculo in martyrio afflictionibus & dolore. Ego xp̄ianæ fidei p̄cucurri nuncius & gentium iuitator. hic poſtmodum ueniens eiuſdem extitit ſuſtentator & ab hæreticis eandem lacerantibus deſenſator. Ego ſemel in baptiſmate manibus propriis xp̄m dominū tetigi in iordane. hic ip̄m non ſolum manibus propriis habuit multotiēs in altari: ſed & ore ꝓprio manducauit. hic mihi in ſanctitate per omnia fuit æqualis: nunc enim æquali ambo æternæ uitæ p̄mio inſimul congaudemus. Hæc & alia multa ꝓſequente beato ioanne: quæ idem beatus cyrillus non potuit totaliter memoriæ cōmendare. Iam hora diei prima aduenīente eccleſiam cuſtos intrans ep̄m intuitus dormientem eundem manibus excitauit. Expergefactus itaq; pontifex ſtupore: admiratione & gaudio admodum plenus: quæ uiderat cuſtodi cum lachrymis enarrauit. deinde illo die miſſam ſolemniſſime celebrans uiſionem mirabilem omni populo declarauit.

Miracula ad ſepulchrum Beati Hieronymi.

Vnt infinito plura quæ dici poſſent miracula ueriſſima: & utilia enarrāda: q̄ ea quæ in breui hoc opuſculo ſunt inſcripta. Sed ne ꝓlixitate operis aliquid legentibus tædii oriatur: uno ſolo miraculo quod nondum expleto mēſe in bethleem pactum eſt. perfectus huic operi finis erit. Die dominico tranſacto poſt octauas pentecoſtes: omnibus meis ſuffraganeis ep̄is: & multitudine maxima tam uiroꝝ q̄ mulierum in eccleſia: in qua ſanctiſſimū quieſcit Hieronymi cadauer inſimul congregatis honore debito & ueneratione tam debita q̄ deuota: primo egomet ſacris indutus ueſtibus: ad locum foueæ in qua corpus uenerandum iacet accedens: terram cœpi effodere ſepulturæ: quatenus ſacratiſſimū illud corpus inde ablatum in tumulo marmoreo mira pulchritudine undiq; decorato: quod hac de cauſa fuerat fabricatum poſtmodum poneretur. Cūq; iam fouea foret uacua cunctis cernentibus: corpus ſanctiſſimum in medio foueæ: tanq̄ in aere a nulla parte terram tangens permanebat ītegrum: nec corruptione aliqua uiolatum. Quod inde eleuantes cum odore tam uehementiſſimo & ſuaui: q; talem olphactus hoīum nūq̄ ſenſit: collocauimus in altari: quatenus a populo reliquiæ ſanctiſſimæ uiderentur. Quot autem illo die me: cūctiſq; qui aderant: aſtantibus ſunt peracta miracula glorioſa: explicanda ea nullatenus compos eſſem. Cæci ſexdecim illas reliquias tangentes: facie uiſum ꝓtinus receperunt. Tres p̄cipue dæmoniaci cathenis uincti: in illam eccleſiam plurimoꝝ hoīum manibus deportati: ſunt protinus liberati. Mulieris cuiuſdam uiduæ pauperculæ puerulus: eius unicus filius: in eccleſia fuit præ gentium multitudine ſuffocatus: quem mater ſueniens: dolens & lugens: mox in ulnis pueruli cadauer ad foueam in qua ſepultum fuerat corpus Hieronymi glorioſi deferens: eum in foueā proiecit. Hæc dicens uerba. Sancte Hieronyme glorioſe: hinc non recedam: donec reſtituas mihi unicū meū filium: quem amiſi. Mirabilis certe deus in ſanctis ſuis: faciens ꝓdigia ſua: ſtatim ut terram extincti pueruli corpus tetigit: eidem aīa eſt coniuncta. Quidam uir corpus cuiuſdam ſui filii de ſepultura in qua per triduum ſteterat extractum: mox ad foueam illam detulit: & illud in foueam ſic proiecit: qui inuentus fuit ilico uitæ priſtinæ reſtitutus. Innumerabilia pene forent miracula: quæ peracta ſunt a mane uſq; ad ueſperas: quo quidem tempore glorioſum Hieronymi cadauer de fouea diſſepultum i altari extitit collocatum. Sed tamen ad huiuſmodi miracula ulterius non procedam. Vnum quod nocte ſequenti accidit non ſilebo.

N hora ſiquidem ueſpertina corpus illud ſacratiſſimū in monumento quod p̄parauimus: poſuimus: ſed mane monumentū uacuū [illegible] eſt inuentum: & corpus ſanctiſſimū foueæ priſtinæ inuenimus reſtitutum. Quod dum ego plurimū admirarer: nocte ſequenti mihi dormienti beatus Hieronymus apparens in uiſione: plurima mihi grandia patefecit. Sed iter cætera talia mihi uerba dixit. Noueris cyrille: q; corpus meū de fouea in qua iacet. nullatenus extrahetur quouſq; ciuitas hieruſalem ab infidelibus capietur. Quo quidem tempore romā delatum: ibidem multo tempore requieſcet. Ad hæc expergefactus quæ uideram cunctis epiſcopis & aliis uiris catholicis enarraui. Quid & quādo hæc euenient aliter non agnoſco. Si quid utile aut bonum in hac epiſtola dixi: non meis ſed glorioſiſſimi Hieronymi meritis imputetur. Si qd uero ſuperfluū inutile & non bonum: ſolū meæ inſipientiæ & negligentiæ cauſa hoc accidiſſe: ab oībus iudicetur. Mei Auguſtine chariſſime in tuis oīonibus memor eſto.

Τέλος

Diui Hieronymi religionis eccleſiaſticæ doctoris eximii huic ſecundo epiſtolarum uolumini finis imponitur. Quod quidem opus una cum priori uolumine in urbe Venetiarum diligenter emendatum & impreſſum eſt per Ioannem rubeum Vercellenſem Anno domini. M. cccc. lxxxvi. die. xii. Iulii.

Sequitur regula monachoꝝ ex uariis epiſtolis atq; tractatibus beati hieronymi excerpta:& per quẽdam lupũ de oliueto hiſpanũ monachum in certis capitulis rubriciſq; diſtĩcta:quam martinus qntus põtifex maximus approbauit,& ſua bulla ſcripta ipſius ordis ꝓfeſſoribus obſeruãdam tradidit ſicut exemplum bullæ infra ſubiectum oſtendit.

Artinus eps ſeruus ſeruoꝝ dei ad ppetuã rei memoriã.Et ſi pro cũctoꝝ xpi fideliũ ſequitur quibus curã apoſtolatus officii gerimus ſtatu ſalubriter dirigendo & ampliãdo diligenter adhibeas ſolitudis noſtræ partes.Illos tibi affectuoſiori ꝓſequmur charitate q mũdanis abiectis illecebris i humilitatis ſpiritu ſedulo uirtutum domio famulant.Vnde ea quæ pro illoꝝ ſub uera religionis obſeruantia ſtabiliẽdo,ꝓpoſito,puide emanaſſe comperimus:ut firma illibataq; ꝓmaneant libenter apoſtolico munimĩe roboramus.Nuper ſiqdem pro parte dilecti filii lupi de oliueto ordis monachoꝝ heremitaꝝ ſancti Hieronymi generalis,ꝓpoſiti nobis expoſito q dudum ipſe plæriq; alii ꝓfeſſores ordis eiuſdẽ ſancti Hieronymi ſub regula ſancti auguſtini tunc uiuentis zelo deuotõis accenſi ob frugem uitæ melioris arctius & perfectius qua regula diſtaret huiuſcemodi:& in uero ſtatu monachali:quem ipſe ſanctus Hieronymus cum ſuis monachis & fratribus,pfeſſus fuiſſe & in cõmune obſeruaſſe perhibet uiuere: & ut nomẽ gerebat eiuſdem ſancti:ſic eius uitã regulam & opa deſiderabant imitari.Iccirco ad huiuſmodi ordinis ſtabile potius fundamẽtum pro iſtitutione regulæ monachoꝝ heremitaꝝ ordinis ſancti Hieronymi ex diuerſis epiſtolis & tractatibus per dictũ ſanctũ Hieronymum editis:& per eccleſiam approbatis:nõnullã ueram religionis doctrinã uitãq; monachalem:quã idem ſanctus cum ſuis monachis & fratribus i eius uita in coi quo ad ea quæ principalia ſunt ſtatus & uitæ monachalis p multa & uſq; ſui tempora oblitus obſeruauit:& aliquos alios obſeruare mouit continentia:lupus ipſe contraxerat:cõpilauerat:& uelut in unum corpus ſub certis titulis reduxerat:ſub qbus ipſe & plæriq; alii monachi & fratres dicti ordis ex tunc in antea degere:& permanere:ac illa in regulam ſuſcipere,ꝓponebant & affectabant.Nos tũc huiuſmodi ꝓpoſitum condignũ & rõni conſonũ recenſentes huiuſcemodi regularem & monachalem obſeruantiã per ipm ſanctũ Hieronymum in uita eius obſeruandam merito laudãtes & approbantes.Illãq; in dei eccleſia in ordinem monachalem attolli & obſeruari itenſis deſideriis affectantes eidem lupo doctrinã & iſtituta monachalia eiuſdẽ ſancti Hieronymi ex eiſdem epiſtolis & tractatibus,put per ipm lupũ extracta compilata & reducta fuerant loco regulæ ſancti auguſtini in regulam monachalem ordis monachoꝝ heremitaꝝ dicti ſancti Hieronymi & eiuſdem ſancti uitam præfatam in ordinem huiuſmodi ſuſcipiendam:ac ipſam regulam dicti ſancti prioribus monachis fratribus & perſonis prædictis ſub ea uiuere cupiẽtibus:quos etiam ac ipſum lupum poſtq; ſecundum eandem regulam uota ſua principalia emiſiſſent a regulæ dicti ſancti auguſtini obſeruantia tũc penitus abſolutos eſſe uolumus:& decreuimus obſeruandam tradendi & publicãdi plenam & liberam per alias noſtras litteras quas & eaꝝ tenores præſentibus haberi uolumus pro expſſis:conceſſimus facultatem ac per eaſdem litteras uoluimus,quod poſtq; idem lupus regulã huiuſmodi tradidiſſet & publicaſſet:ut præfertur extunc ipſe:ac priores:monachi:fratres:& perſonæ prædicti ſecundum illam uota ſua principalia religionis huiuſcemodi emittere ꝓfiteri & uiuere tenerentur,ipſaq; regula ſic tradita & publicata robur obtineret perpetuæ firmitatis. Cũ aũt ſicut exhibita nobis nuper pro parte eiuſdem lupi petitis : licet ipſe poſtmodum ad ſalutarem dicti ordinis monachalis inſtitutõem eiuſq; ſoliditatem & incremẽtum ꝓuide intendens præfatam uitam dicti ſancti Hieronymi monachalem in ordine huiuſcemodi eiuſq; doctrinam & inſtituta monachalia:prout ex epiſtolis & tractatibus prædictis per ipſum lupum extracta compilata & redacta fuerunt:ut præfertur dictaꝝ lrarum uigore loco dictæ regulæ ſancti auguſtini in regulam ordinis monachoꝝ heremitarum huiuſcemodi aſſumpſerit & erexerit atq; ſuſceperit:ipſamq; regulam prioribus monachis:fratribus:& perſonis huiuſmodi ordinis ſub ea uiuere cupientibus iuxta illius continentiam inuiolabiliter obſeruandam tradiderit publicauerit ac obſeruari decreuerit,ipſiq; priores monachi & fratres uota ſua principalia ſecũdum regulam huiuſcemodi in manibus dicti lupi profeſſi fuerint:illaq; de cætero utẽtes ſecũdum eam regantur & gubernentur:ac ipſam in regulam eorum tanq; ueram doctrinam monachalẽ ſancti hieronymi laudantes & approbantes acceptarunt:& ſecũdum eam etiam mõaſteria eiuſdem ordinis monachorum regunt atq; gubernant.Idem tamẽ lupus aſſumptionem erectionem ſuſceptionem traditionem publicationem & decretum aliaq; præmiſſa ex certis cauſis dubitat uiribus non ſubſiſtere pro parte dicti lupi nobis fuit humiliter ſupplicatum:ut aſſumptioni erectioni ſuſceptioni & publicationi ac aliis præmiſſis pro illoꝝ ſubſiſtentia firmiori robur apoſtolicæ confirmatiõis adiicere de benignitate apoſtolica dignaremur.Nos igitur qui religionis propagationem & diuini cultus augmẽtum noſtris uigere temporibus intenſis deſideriis affectamus huiuſcemodi ſupplicationibus inclinati aſſumptionem erectionem ſuſceptionem & publicationem & alia præmiſſa:ipſamq; regulam prout inferius deſcribitur:ac omnia & ſingula in ea contenta ac inde ſecuta rata habentes & grata:ea auctoritate apoſtolica ex noſtra certa ſcientia confirmamus:& præſentis ſcripti patrocinio cõmunimus:ſupplentes omnes defectus:ſiqui forſitan interuenerint in eiſdem.Statuentes nihilominus harum ſerie:& etiam ordinantes q de cætero lupus ipſe eiuſq; ſucceſſores præpoſiti generales priores monachi fratres & profeſſores ac conuentus & monaſteria dicti ordinis monachorum heremitarum ſancti hieronymi:quæ nunc ſunt & erunt in poſterum profiteantur uota ſua tria principalia religionis:ac etiam regantur & gubernentur per dictum lupum eiuſq; ſucceſſores præpoſitos: ac uiuere teneantur ſecundum regulam huiuſmodi eiuſq; continentiam & effectum:ac ipſius ſuſceptionem traditionem & publicationem præfatas aliaq; inſtituta ordinis huiuſmodi regularia. Volumus inſuper atq; cõcedimus ad ſerenandas conſcientias ꝓfeſſorum huius ordinis:& pro ipſoꝝ maiori quiete animoꝝ Quod

ſiqui ꝓfeſſoꝝ huiuſmodi dictam regulam ſeu aliqua de contentis in ea humana fragilitate aut infirmitate cauſante ſeu alias tam exacte ꝓut traditur in eiſdem non obſeruauerint:non ꝓpterea mortalis peccati uinculo ſunt ligati:ſed ſuper ſuos ſuperiores pro eoꝝ exceſſu & tranſgreſſione ac modo culpæ iniungi ualeat pœnitentia ſalutaris:quam ſuſcipere & adimplere teneant:non obſtantibus conſtitutionibus apoſtolicis:ac ꝑdicti & alioꝝ quorũcunq; ordinum ſtatutis & conſuetudinibus etiam iuramento confirmatione apoſtolica uel quacunq; firmitate alia roboratis cæteriſq; contrariis quibuſcũq;. Tenor uero regulæ huiuſmodi de uerbo ad uerbum ſequit̃,& eſt talis.

Capitula regulæ beatiſſimi Hieronymi excerptæ ex epiſtolis & opuſculis ſuis.

Exhortatio.
De obedientia.
De tribus generibus monachoꝝ.
De caſtitate.
De paupertate
De utilitate paupertatis.
De correctione & doctrina præſidentis.
De ſolitudine.
De laudibus & utilitate heremi.
De periculo uitæ ſolitariæ.
De periculo habitandi in urbibus.
De abſtinentia præcipue a carnibus.
De abſtinentia philoſophoꝝ antiquoꝝ:ſacerdotum:aliorũq; ſanctoꝝ.
De temperatis ieiuniis.
De contemplatione:oꝛone:& lectione.
De uigiliis.
De ueſtibus.
De laboribus manuum.
De laude religionis & inductione ad eam.
De laude & detractione uitanda & periculis huius uitæ.
De iuramento:uindicta:mendacio:ſtultiloquio prohibendo.
De patientia:reconciliatione:& mortuis non lugendis.
De tribulatõibus & obprobriis pferendis.
De timore ultimi iudicii & defectu huius uitæ.
De uirtute humilitatis & ſimplicitate & timenti animo uitando.
De humilitate xp̃i:quem imitari debemus.
De iuſticia & uitæ rectitudine.
De fide ſpe & timore.
De charitate & pace.
De infirmis & pauperibus recreandis.
De pœnitentia & miſericordia dei.
Concluſio & finis regulæ.

Incipit exhortatio ad capeſcendam monaſticam diſciplinã ex uariis epiſtolis beati Hieronymi excerpta.

Cap.i.

Ratres chariſſimi nõ queo quem mente concepi ore proferre ſermonem:& cordis læticiam lingua non explicat. Hoc aũt non ſolum ego patior qui cupio narrare quæ ſentio: ſed etiam & uos mecũ patimini:plus exultantes in conſcientia q̃ in eloquio ꝓferentes. Cum itaq; nihil ſit xp̃iano fœlicius:cui ꝓmittuntur regna cæloꝝ.nihil laborioſius:qui de uita quotidie periclitat̃: nihil eo fortius:qui uincit diabolum.nihil imbecillius:qui a carne ſuperatur. Vtriuſq; rei exempla ſunt plurima. Latro credidit in cruce:& ſtatim meretur audire. Amen dico tibi:hodie mecũ eris in paradiſo. Iudas de apoſtolatus faſtigio in perditionis tartaꝝ labitur:& nec familiaritate cõmuni:nec intinctione bucellæ:nec oſculi gratia frangitur:ne quaſi hoſtem tradat:quem filiũ dei nouerat. Nos qdem parua dimiſimus: grandia poſſidemus. Centuplicato fœnore xp̃i ꝓmiſſa redduntur. Hæc dicimus nõ tam tibi q̃ aliis ſub tuo nomie:ut prima te fili fronte doceamus magna cœpiſſe:excelſa ſectari:& adoleſcentiæ imo pubertatis ſcentiua calcantem perfectæq; ætatis gradum ſcandere. Scis.n.dogma noſtrum humilitatis tenet̃ ueſtigium:& per ima gradientes ad ſũma nos aſcendere. Igitur ſanctus mihi iuocãdus eſt ſpiritus:ut hoc ſuo ſenſu ore meo defendat. Nõ quidem campum rhetorici deſideramus eloquii:nõ dialecticoꝝ tendicula & ariſtotelis ſpineta conquirimus. ſed ad ſanctaꝝ ſcripturaꝝ grauitatem cõfugimus:ubi uulnerum uera medicina eſt:ubi doloꝝ certa remedia. Veꝝ quia memoria labitur:oſium quæ dixerimus deſideras cõmentariolum fieri:ut obliuionem lectio conſoletur. Ideo pauca quæ tibi reor fore neceſſaria:credidi ſubnectẽda. Illo.n.noſtra tendit oratio:ut quoꝝ unus eſt labor:unum & præmiũ ſit. Nauigantes namq; rubrum mare:in quo optandum nobis eſt:ut uetus pharao mergat̃ cum ſuo exercitu:multis difficultatibus atq; periculis ad urbẽ maximam perueniunt utroq; littore gentes uagæ imo beluæ habitãt fœrociſſimæ:ſemp ſolliciti:ſemp armati:totius ãi cibaria,lacentibus ſaxis uadiſq; duriſſimis plena ſunt omnia. Quorſum iſta? Perſpicuum eſt. Nam ſi ſæculi negociatores tanta ſuſtinẽt.ut ad icertas perueniant perituraſq; diuitias.& ſeruent cum aĩæ diſcrimine.quæ multis periculis quæſierunt.quid xp̃i negociatori faciẽdum eſt.qui uẽditis omnibus quærit præcioſiſſimã margaritam? qui totis ſubſtantiæ opibus emit agrum quo reperiat theſauꝝ:quem nec fur effodere:& latro nõ poſſit auferre. Noſſe igitur oportet quid iuſſum ſit:quidue ꝓhibitum:ut ſcientes utrũq; ſeruemus. Alioqn ante ſcientiam mãdati impoſſibile eſt noſſe quid fiat. Et hæc ergo non integris rate uel mercibus quaſi ignaros fluctuum doctus nauta præmoneo:ſed quaſi nuper e naufragio eiectus ĩ littus timida nauigaturis uoce denuncio. Cuncti tamẽ mei ſenſus affectu uobis uaco. Sed obſecro uos ut conatus meos orationibus adiuuetis:ut dominus & ſaluator pro cauſa ſua reſpondeat. Veſtꝝ itaq; ẽ ut uoluntatem ſequatur effectus. Meum eſt ut uelim obſecrationũ ueſtraꝝ eſt:ſed ipſum meũ ſine dei ſemper auxilio non erit meũ. deus ſemper largitur:ſemperq; donaturus eſt. nec mihi ſufficit quod ſemel dedit:niſi ſemp dederit. Si enim duri iudicis ſententiam crebra mulieris flexit petitio:quanto magis paterna uiſcera interpellatione ſedula molliuntur? Scitote tamẽ ante oĩa nobis eſſe nihil antiquius:q̃ xp̃i iura ſeruare:nec patrũ tranſferre terminos:ſemperq; meminiſſe romanã fidem apoſtolico ore laudatam.

Ccipe ergo fili doctrinam noſtrã ea ſimplicitate & ueritate:quã dicimus:qa non quærimus hominũ gloriam:deus teſtis eſt.Nec ad hoc loqmur:ut humanas amicitias aucupemur:ne noſtræ adulationis ſermone & nos & alios decipiamus.Nec ut nos apud homies aliqd uideamur:ſed ut apud deũ homines magna mereanť.Hoc eſt itaq; totũ quod apprehenſa manu ĩſinuare tibi cupio:& ut ſimpliciter motũ mentis meæ fatear:nũc monachi ĩcunabula moreſq; diſcutimus. Si uis igitur ad uitam ĩgredi:ſerua præcepta:hoc eſt ab omni præcepto illicito quo ꝓhiberis recedas.& ad omne bonũ qđ iuberis ꝓmptus accedas.Reſpice ſanctum uirꝝ pámachiũ:& feruẽtiſſimæ fidei paulinũ p̃ſbyteꝝ:qui nõ ſolum diuitias:ſed ſeipſos domio obtulerũt.Qui cõtra diaboli tergiuerſatõem nequaq̃ pellẽ pro pelle:ſed carnes & oſſa & aĩas ſuas domio ſuo cõſecrarũt:q te & exẽplo & eloquio:ideſt & opere & lĩgua poſſint ad maiora ꝓducere.Nobilis es & illi.ſed in xp̃o nobiliores diues & honoratus & illi ĩmo de diuitibus pauperes & ingloꝛii.& iccirco ditiores & magis ĩclyti:quia ꝓ xp̃o pauperes & ĩhonorati.Conténis auꝝ . cõtempſerũt & multi philoſophi.Nõ enim ſatis eſt pfecto & cõſumato uiro opes cõténere:pecuniã diſſipare:&,pficeť quod in mométo & pdi & ĩueniri poteſt:fecit hoc & ãtiſthenes:fecerũt plurimi:quos uitioſiſſimos legimus . Plus enim debet xp̃i diſcipulus p̃ſtare:q̃ mũdi philoſophus gloriæ aĩal & popularis auræ atq; tumoris uenale mãcipium. Tibi nõ ſufficit opes conténere:niſi & xp̃m ſequaris.teipſum uult dominus hoſtiã uiuã placẽté deo te inq̃ nõ tua:& deo uariis tentatõibus cõmonet:qa multis plagis & doloribus erudiť iſrael.& quem diligit dominus corripit.flagellat autem oẽm filium quẽ recipit.& ꝙ ſi teipſum domino dederis:& apoſtolica uirtute pfectus ſequi cœperis ſaluatorẽ:tunc ĩtelliges ubi ſueris:& in exercitu xp̃i q̃ extraneũ tenueris locum. Vnde & p̃poſitũ monaſterii timeas ut dominũ:diligas ut parentẽ.Credas tibi ſalutaťqcqd ille p̃ceperit:nec de maioris ſnĩa iudices:cuius officii eſt obedire & implere quæ iuſſa ſunt:dicente Moyſe.Audi iſrael & tace neq; ipſe te doceas.Nulla ars abſq; magiſtro diſcitur.Etiam multa aĩalia & feraꝝ greges ductores ſequũtur ſuos.In apibus prĩcipes ſunt.Grues quoq; unã ſequũtur ordine litterato.Imperator unus.iudex unus ,puincĩæ.Roma ut condita eſt duos fratres ſimul reges habere nõ potuit:& fratricidio dedicatur.In rebeccæ utero iacob & eſau bella geſſerunt.Singuli eccleſiaꝝ ep̃i:ſinguli archip̃ſbyteri:ſinguli archidiaconi:& oĩs ordo ecclеſiaſticus ſuis rectoribus utitur.In naui unus gubernator.In domo unus dominus.in quouis grandi exercitu unius ſignũ expectatur.Et ne plura replicando legenti faſtidium faciã:per hæc omnia ad illud tendit oño:ut doceam te nõ tuo arbitrio relinquendũ:ſed uiuere debere in monaſterio ſub unius diſciplina patris cõſortioq; multoꝝ:ut ab alio diſcas humilitatem:ab alio patientiam.hic te ſilentiũ:ille te doceat manſuetudinem.nõ facias quod uis:comedas quod iuberis habeas quantum acceperis:& illud operis tui penſa perſoluas:ſubiiciaris cui nõ uis:laſſus ad ſtratum uenias:necdũ expleto ꝑmno ſurgere compellaris. Tãtis occupatus negociis nullis uacabis cogitatõibus.& dum ab alio tranſis ad aliud:opuſq; ſuccedit operi:illud ſolũ mẽte retinebis:quod agere cõpelleris.Nam oĩ oblatione & hoſtia p̃cioſior eſt obtemperantia mandatoꝝ.dicẽte ꝓpheta.Ecce obedientia melior eſt q̃ ſacrificiũ:& ambitio q̃ aleps arietũ.Et alibi.initiũ bonæ uitæ facere:iuxta quæ p̃cepta ſunt apud deũ magis q̃ ĩmolare hoſtias.Et alibi.Qui conſeruat legem:multiplicat oblationẽ.Sacrificiũ ſalutare eſt attẽdere mãdatis:& diſcedere ab omni iniquitate.Nec nobis blãdiri ,debemus in factis iuſſoꝝ ſi in ,phibitoꝝ tranſgreſſione peccemus:cum tranſgreſſionis crimẽ benefacti meritũ tollat Quod nõ mei ſenſus aſſertio:ſed utriuſq; teſtaméti exempla ꝓbant:ubi ĩuenimus etiam dei amicus ob unius contemptus errorem bonoꝝ retro factoꝝ munificentiã pdidiſſe.Sic adam facile cũ diabolo credidit ſeducenti poſt familiaritatem & colloquiũ dei unius pomi cupiditate ſuperatus pdidit paradiſum. Et qa per tranſgreſſionẽ unũ habere p̃ſumpſit:multa ſimul bona amiſit.Sic uxor loth poſt angeloꝝ colloqa cõtra ĩteritum retro aſpiciens:in figmentũ ſalis repente cõuerſa eſt.Quis hic p̃ſumptionis ſpũs.q tantam in aĩo noſtro operať audaciam.ut cũ ſanctos homies de leuibus etiam culpis uideamus punitos eſſe.& nos quotidie in maioribus & pluribus delinquentes intactos in media dnatione fore credamus.q̃q̃ leue nunq̃ ſit deum etiam in exiguo conténere.q nõ tantum ad qualitatem peccati reſpicit.ſed etiam ad perſonæ conteptũ. propter quod non ſolum homini ĩtendendũ quale ſit quod iubeť.ſed quãtus ſit ille qui iubet?Excludiť hoc loco uulgaris illa ſnĩa:qua mihi ſuo iudicio religioſi & qui ſapientes ſibimet uidentur dicere ſolẽt.Sufficit nobis ut nõ criminalia peccata & maiora faciamus.Facilis eſt enim omiſſio minoꝝ delictoꝝ.qui dum aĩali ſapiẽtia occupant aĩos: ſpiritalẽ ĩtelligentiam:& cõſuetudinẽ diuĩæ legis ignorãt:quæ ſæpe peccatũ oſtẽdunt:qđ nobis nõ uideť eſſe peccatũ:& quæ illic ipietatẽ facit:ubi nos pietatis opus oſtendimus.Saul & ioſaphat reges fuerũt iſrael:& dum miſericordiam his quos deus odrat p̃ſtiterunt dei offenſam in opere pietatis incurrunt.Ecõtrario phinees filiiq; leui gr̃am dei humana cæde & ſuoꝝ parricidio meruerũt.Vides quãtum ab humanis ſenſibus p noſtram ĩperitiã increpat diuina ſnĩa ut nobis interdũ cæleſtis iudicis diſpenſatione neſcientibus iniuſta uideanť:quæ p cauſaꝝ ſciam iuſte & ſtis recte facta ,pbanť.Et rurſum ea quæ noſtro iudicio recte ,pbantur:apud deum plærũq; reproba & ingrata uidẽtur.Quis hodie patris abrahæ exemplo innoxium uolens filium trucidare humano iudicio non crederetur inſanus?Econtra quis in tactu arcæ domini imitatus Ozam hoium iudicio condẽnareť?Conſideremus igitur quantus caſus ſit temere conténentis:cum tanta ruina eſſe dicitur in negligentia obſequentis:uel quã dãnationem excepturos credimus indeuoſos:cum tantam reprobationem deuoti exceperint. Tepidum diſcipulum non amat xp̃s.Qui uult meus eſſe diſcipulus ait:abneget ſemetipſum:& tollat crucem ſuam:& ſequatur me.Beatæ itaq; ſunt illæ animæ : q̃ dorſum ſuum curuauerunt:ut ſuſcipiant ſuper ſe ſeſſorem:& frena eius patiantur.ut quocũq; uoluerit flectat eas.Quando enim magiſter præcipit obedientis iudicium eſt:ſi dimiſſo aduerſus eum audiat capite . ſi

autem uertat tergum ſignum eſt contẽnentis.

De tribus generibus monachoꝝ in ægypto cõmorantium. Cap.iii.

T quia monachoꝝ fecimus mentionem:& te ſcio libenter audire quæ facta ſunt:aurem pauliſp accõmoda.Tria ſunt in ægypto monachoꝝ genera.Cœnobitæ quos illi anſes gentili lingua uocant:quos nos in cõmune uiuentes poſſumus appellare.Anachoritæ q ſoli habitant per deſerta: & ab eo qꝺ procul ab homĩbus receſſerunt nũcupanť.Tertium genus eſt quod ipſi remeboth dicunt:teterrimũ atq; neglectum:quod in noſtra ꝓuincia aut ſolum aut primũ eſt.Hi bini uel trini nec multo plures ſimul habitant:ſuo arbitrio ac ditione uiuentes.& de eo quod laborauerunt in medium partes cõferunt:ut habeant alimenta coĩa.Habitant aũt q̃plurimi in urbibus & caſtellis.& quaſi ars ſit ſancta nõ uita quicquid uendiderint maioris eſt p̃cii.Inter hos ſæpe ſunt iurgia:quia ſuo uiuentes cibo nõ patiuntur ſe ali cui eſſe ſubiectos.Re uera ſolẽt certare ieiuniis:& rem ſecreti uictoriæ faciunt.Apud hos affectata ſunt oĩa Laxæ manicæ,caligæ ſollicantes. ueſtis craſſior,crebra ſuſpiria,uiſitatio uirginum,detractio clericorum . & ſi quando dies feſtus aduenerit:ſaturantur ad uomitũ.His igitur quaſi quibuſdam peſtibus exterminatis ueniamus ad eos qui plures ſunt:& in cõmune habitãt:ideſt quos uocari cœnobitas diximus. Prima apud eos confœderatio obedire maioribus:& quicquid iuſſerint facere.Diuiſi ſint per decurias atq; centurias: ita ut nouem hoĩbus præſit decimus.& rurſum præpoſitos ſub ſe centeſimus habeat.manẽt,ſeparati:& ſe iunctis cellulis uſq; ad horam nonã ut inſtitutum eſt nemo pergat ad alium:exceptis his decanis quos diximus . ut ſi cogitationibus forte quis fluctuet.illius conſoletur alloqĩs.Poſt horã nonam in cõmune cõcurritur:pſalmi reſonant:ſcripturæ recitãtur ex more:& cõpletis orationibus cũctiſq; reſidentibus:medius quẽ patrẽ uocant:incipit diſputare.quo loquente tantũ ſilentiũ fit:ut nemo aliũ reſpicere:nemo audeat excreare . dicẽtis laus eſt in fletu audientium.tacitæ uoluuntur p ora lachrymæ:& nec in ſingultus quidem erũpit dolor. Cũ uero de regno xp̃i & de futura beatitudine & de gloria cœperit annunciare uentura:uideas cunctos moderato ſuſpirio & oculos ad cælũ leuantes inter ſe dicere:quis dabit mihi pennas ſicut columbæ:& uolabo & requieſcam.Poſt hæc conſiliũ ſoluiť:& unaquæq; decuria cum ſuo parente pergit ad menſam,quibus p ſingulas hebdomadas uiciſſim miniſtrant.Nullus in cibo ſtrepitus eſt:nemo comedẽs loquitur : Viuitur pane & leguminibus:& holeribus quæ ſolo ſale condiuntur. Vinũ tantum ſenes accipiunt:quibus cũ paruulis ſæpe fit prandiũ:ut aliorũ ætas feſſa ſuſtenteť:aliorũ non frangatur incipiens.Dehinc conſurgunt pariter : & hymno dicto ad præſepia redeũt.ibi uſq; ad ueſperũ cum ſuis unuſquiſq; loquiť & dicit.Vidiſtis illum & illum quanta in ipſo gratia ſit?quãtum ſilentiũ?q̃ moderatus inceſſus?Si infirmũ uiderint conſolantur : ſi in dei amore feruentẽ cohortanť ad ſtudium.Et quia nocte extra ſuas orationes publicas in ſuo cubili uigilãt circũeunt cellulas ſingulorũ:& aure appoſita quid faciant diligenter explorant.quem tardioré deprehenderint non increpãt:ſed diſſimulato quod norunt eum ſæpius uiſitãt:& prius incipientes ꝓuocant orare q̃ cogant.Opus dei ſtatutum eſt:quod decano redditum fertur ad œconomũ:qui & ipſi per mẽſes patri omniũ cum magno reddit timore rõnem.a quo etiam cibi cum facti fuerint degoſtãtur.Ieiunium totius ãni æquale eſt excepta quadrageſima:in qua ſola conceditur diſtrictius uiuere.A pentecoſte cœnæ mutãtur in prandia:quo & traditioni eccleſiaſticæ ſatiſfaciãt:& uentrem cibo nõ onerent duplicato.Ad tertium ueniam genus:quos anachoritas uocãt:& qui de cœnobiis exeũtes excepto pane & ſale amplius ad deſerta nil deferũt. Huius uitæ auctor paulus:illuſtrator antoniu:& ut ad ſuperiora conſcendam priceps ioãnes baptiſta fuit. Talem uero uiꝝ hieremĩas quoq; ꝓpheta deſcribit dicens.Bonum eſt uiro cum portauerit iugum domini ab adoleſcentia ſua:ſedebit ſolitarius:& tacebit:quia ſuſtulit ſuper ſe iugum:& dabit percutienti ſe maxillã: ſaturabitur obprobriis:quia non in ſempiternum abiiciet dominus.Horũ laborem & conuerſationem in carne non carnis alio tempore ſi uolueris explicabo.Nunc ad ꝓpoſitum redeam,Bonum eſt obedire maioribus:parere perfectis:& poſt regulas ſcripturarũ uitæ tuæ tramitem ab aliis diſcere:nec præceptore uti peſſimo ſcilicet præſumptione tua.

De caſtitate. Cap.iiii.

Ortificate inquit apoſtolus membra ueſtra:quæ ſunt ſuper terram. Vnde ipſe poſt ea conſiderãs aiebat, Viuo autẽ iam non ego. Viuit uero in me xp̃s. Qui mortificauerit membra ſua:& in imagine noctis perambulauerit:non timebit diceť.Factus ſum ſicut uter in pruina. Vnde idem apoſtolus caſtigabat corpus ſuum:& in ſeruitutem redigebat:ne aliis prædicans ipſe reprobus inueniretur.corporiſq; ex perſona generis humani iſtatus ardoribus loquebatur.Miſer ego homo,quis me liberabit de corpore mortis huius?Et itez Scio quoniam non habitat in me hoc eſt in carne mea bonum. Vel le enim adiacet mihi:ut faciam autem bonum nequaq̃,neq; quoduolo bonum:ſed ꝙuodnolo malum illud facio.Et denuo.Qui in carne ſunt:deo placere non poſſunt.uos autem non eſtis in carne ſed in ſpiritu:ſi tamen ſpiritus dei habitat in uobis. Vnde poſt cogitationũ diligentiſſimã cautionem ieiuniozꝝ tibi arma ſumenda ſunt:& canẽdum cum dauid.Humiliaui in ieiunio animã meam.Matrem ita uide:ne per illam alias uidere cogaris:quarum uultus cordi tuo adhæreant:& tacitum uiuat ſub pectore uulnus.Ancillulas quæ illi in obſequio ſunt:tibi ſcias eſſe in inſidiis,quia quanto uilior eaꝝ conditio:tanto facilior ruina eſt. Volo ergo te propter has cauſas non habitare cum matre& præcipue ne ipſam offerẽtem delicatos cibos renuẽdo contriſtes.aut ſi acceperis oleum igni adiicias.& inter frequentiam puellarum per diem uideas quod noctibus cogites.Adoleſcentiam tuam nulla ſorde commacules,ut ad altare chriſti quaſi de thalamo uirgo,procedas.& habeas de foris bonum teſtimonium.Licet de cæteris uirtutibus ut ſapientia. fortitudine. iuſticia. humilitate,manſuetudine & liberalitate poſſunt & alii iudicare.pudicitiam ſola nouit cõſciẽtia.& humani

oculi huius rei certi iudices esse non possunt. Fœminæ quoq; quæ nomen tuum nouerint, uultum nesciãt: Nam ioannes baptista sanctam matrem habuit, pontificisq; filius erat, & tamen nec matris affectu, nec patris operibus uincebatur, ut in domo parentum cum periculo uiueret castitatis. Viuebat in heremo oculis desiderantibus xp̃m, nihil aliud dignabatur aspicere, uestis aspera, zona pellicea, cibus locustæ, & mel siluestre, omnia uirtuti & continentiæ præparata. Vnde martyrem quendam tormenta non uicerant, sed superabat uoluptas. Tandem cælitus ispiratus præcisam mordicus linguam in osculantis se faciem expuit, & sic libidinis sensum succedens doloris magnitudo præripuit. Nam quomodo qui ignem tetigerit statim aduritur, ita uiri tactus & fœminæ sentit naturam suam, & diuersitatem sexus intelligit. Item quomodo poterit libidinem refrenare, qui nec manum ualet cohibere nec linguam? Sed & hospitiolum tuum nunq̃ mulieꝝ pedes terant. Videas ne sub eodem tecto mansites, nec in præterita castitate confidas. qa nec dauid sanctior nec sampsone fortior, nec salomone potes esse sapientior. Memento semper q̃ paradisi colonum de possessione sua mulier eiecerit. Egrotanti sibi sanctus quilibet frater assistat. Nam scio quosdam corpore conualuisse, & animo ægrotare cœpisse. Periculose tibi ministrat, cuius uultum frequenter attendis. Si tamen uidua a te uisitatur aut uirgo, nunq̃ domũ solus introeas. Solus cum sola & absq̃ arbitro uel teste non sedeas, tantaq̃ confabulandi fiducia sit, ut intrante alio non paueas, nec erubescas. Speculum enim mentis facies ẽ, & taciti oculi cordis fatentur arcana. Tales quoq; habeto socios, quorum cõturbernio non infameris, non ueste sed moribus ornentur, & pudicitiam habitu polliceantur. Corrumpunt mores bonos confabulatiões pessimæ. Caueto omnes suspitiones, & quicquid ꝓbabiliter fingi potest: ne singatur ante deuita. Crebra munuscula & sudariola & fasciolas & uestes applicitas & oblatos ac degustatos cibos blandasq̃ & dulces litterulas sanctus amor non habet. Audi me: mel meũ lumẽ meum meũq̃ desideriũq̃ xp̃s est. Omnes delitias & lepores & risu dignas urbanitates & cæteras ineptias amatoꝝ in comediis erubescimus, & in sæculi hominibus detestamur, quanto magis in cleris & monachis, quoꝝ & sacerdotium ꝓposito & ꝓpositum sacerdotio ornatur? Nec hoc dico: q̃ aut in te aut in sanctis uiris ista formidem: sed q̃ in omni proposito & gradu & sexu boni & mali reperiantur: malorũq̃ condẽnatio laus bonoꝝ sit. Vide quid possint frena: a uitiis nos retrahunt: introducunt ad uirtutum choros: in xp̃oq̃ monte pulcherrimo habitare nos faciunt. Quãdiu in patria tua es: habeto cellulam pro paradiso: uaria scripturaꝝ poma decerpe. His utere delitiis: haꝝ fruere complexu. Si scandalizat te pes oculus manus tua: ꝓice ea: nulli parcas: ut soli parcas animæ tuæ. Qui uiderit inquit dominus mulierem ad cõcupiscendum eam: iam meccatus est eam in corde suo. Quis gloriabitur castum se habere cor? Astra non sunt munda in conspectu domini, quanto magis homies quoꝝ uita tentatio est? Ve nobis miseris: quotiens concupiscimus: totiens fornicamur. Inebriatus est inquit gladius meus in cælo: multo amplius in terra: quæ spinas & tribulos generat. Vas electionis in cuius pectore xp̃s resonat, macerat corpus suũ, & tamen cernit naturalem carnis ardorem suæ repugnare sniæ: ut quod non uult hoc agere compellatur, & tu te arbitraris absq̃ lapsu & uulnere posse transire? Nisi omni custodia seruaueris cor tuũ: maxime cum plurimi etiam si continentes iracũdi sunt: ebriosi: ꝓcaces: superbi ex continentia magis inflati ꝓcussores: maledici: cupidi: timidi: multũ sibi placentes ut iudices continẽtiam: qua si præferunt incõtinentiæ subministrasse materiam. Sed ille continẽs uere est qui uniuersa mẽbroꝝ officia a malis affectibus subtrahit: & cogitatum a tota nequitia compescit: quãto plura tamẽ sunt præmia. Nam & ego cum essem iuuenis: & solitudis me deserta uallarent: ticentiua uitiorum ardoremq̃ naturæ ferre nõ poteram, quæ cum crebris ieiuniis frangerem: mens cogitatõibus æstuabat: ad quam ebdomadam cuidam me fratri q̃ ex hebræis crediderat in disciplinam dedi: ut post quintiliani acumina: grauitatemq̃ frontonis: ciceronisq̃ fluuios: & lenitatem plinii alphabetum discerem: stridentia anhelantiaq̃ uerba meditarer. Qui ibi laboris insumpserim quotienscq̃ cessauerim: & cõtentione discendi rursus incœperim, testis est cõscientia tã mea qui passus sum: q̃ eoꝝ qui mecum duxerunt uitam. Et gratias ago domio: q̃ de amaro semine litteraꝝ dulces fructus capio. Prima igitur tentamenta clericorum sunt mulierum accessus. Nociuum genus fœmina ianua diaboli: uia iniquitatis: scorpionis percussio. Cum proximat stipula accendit ignem. Flãmineo igne perculit fœmia conscientiam pariter habitantis: exuritq̃ fundamenta montium. Ego iudico si cum uiris fœminæ habitent uiscarium nõ deerit diaboli. Si alligauerit quis ignem in sinu suo. & uestimẽta sua nõ cõburentur? Mihi crede non potest toto corde cum domino habitare: qui fœmiarum accessibus copulatur. Sed dicis Qui ambulat simpliciter: ambulat confidenter. Bene & argute: sed oportet bonum habere testimonium ex his qui foris sunt. Licet coram deo recte ambulas: tamen coram homibus bona prouidenda: quia astutiores sunt filii lucis filiis tenebraꝝ. Cum ergo a te hoc genus nõ amputatur: das reꝑhendentibus te locum: ipse te detrahẽtium morsibus tradidisti. Nam inter illecebras uoluptatum etiam ferreas mentes libido domat: quæ maiorem in uirginibus patitur famẽ: dum dulcius putat omne quod nescit. Narrãt gentilium fabulæ cantibus sirenarum nautas in saxa præcipites: & ad Orphei citharam arbores: bestias: ac silicum dura mollita. Difficile quoq̃ inter epulas seruatur pudicitia, nitens cutis sordidum ostendit aium. Licet quidam putent maioris esse uirtutis præsentem cõtemnere uoluptatem: tamen ego securioris arbitror continẽtiæ nescire quid quærat. Remotio igitur uiri castitatis collocat arma: construit in melioribus castra pudoris. Tecla post tentationem passionis antiochiæ cum paulo perhibetur pariter pargere. Nemo miles cum uxore pergit ad bellum. Germinãt fœminæ spinas cum uiris habitantes. Arcana mentium acuto mucrone concutiũt. Nemo igitur iter serpentes & scorpiones securus ingredit. Libido enim semp sui relinquit plenitudinem. Nunq̃ satiatur: & extincta reaccenditur: usu crescit & decrescit: nec rõni paret: quæ impetu ducitur. Vnde uirginitas in eo fœlicior est q̃ carnis incentiua nõ nouit: & uiduitas i eo fœlicior est q̃ præteritas animo recolit uoluptates.

Viro enim luxurioſo uerbum caſtitatis offenſio eſt. Qui uiuunt in monaſterio: & quoꝝ ſimul magnus eſt numerus: nunq̄ ſoli extra procedunt. De agmine columbaꝝ crebro accipiter unam ſeparat: quam ſtatim ī uadat & laceret: & cuius carnibus & cruore ſaturetur. Morbidæ oues ſuū relinquūt gregem: & lupoꝝ fauci bus deuorantur. Rarus igitur tibi ſit egreſſus in publicum. Martyres tibi quærant in cubiculo tuo. Nunq̄ tibi cauſa erit ꝓcedendi: ſi ſemper neceſſarie ꝓceſſurus ſis. Alioꝝ uulnus noſtra ſit cautio. Peſtilente flagellato ſtultus ſapientior erit. Nam etiam quæ homines æſtimant ſibi ſalutaria deo uolente uerti uidemus in pnitiem. In tranquillitate enim tempeſtas orit. Nihil deo aduerſante ſecuꝝ eſt. naturale quoq; eſt unūquēq; in ſuo periculo de alio plus ſperare. Siquando ſenſeris exteriorem hoſem florem adoleſcentiæ ſuſpirare: & ac cepto cibo cum te in lecto poſitum dulcis libidinū pompa concuſſerit: arripe ſcutum fidei: i quo ignite diaboli extinguunt ſagittæ. Omnes enim adulterantes quaſi clibanus corda eoꝝ. Licet difficile eſt humani ani mā aliqd non amare: ut in quoſcūq; mens noſtra trahatur affectus. Carnis igitur amor ſpiritus amore ſupe retur: deſiderium deſiderio reſtringat. Quicquid inde minuit hic creſcat. Non ſinas ergo cogitatōem creſce re. Dum paruus eſt hoſtis interfice: nequitia elidatur in ſemine. Audi pſalmiſtam. Beatus qui allidet paruu los ſuos ad petram. Impoſſibile eſt in ſenſum hominis non irruere motum & medullaꝝ calorem. Ille tamē laudatur: ille prædicatur beatus: qui ſtatim cum cœperit cogitare: interficit cogitatus: & allidit eos ad petrā. Petra autem erat xp̄s. Nam fides pura moram non patit. Cum apparuerit ſcorpio ilico conterendus eſt. Ar dentes igitur diaboli ſagittæ ieiunioꝝ & uigiliaꝝ frigore reſtinguendæ ſunt. Erras namq; frater erras: ſi pu tas unq̄ xp̄ianum perſecutionem non pati. Tūc enim maxime oppugnaris: ſi te oppugnari neſcis. Nemo enī eſt tanta firmitate ſuffultus: ut de ſtabilitate debeat eſſe ſecurus: dicente apoſtolo. Qui ſtat uideat ne cadat: quoniā nullus hoſtili exercitu obſidente ſecurus eſt. Nam aduerſarius noſter tanq̄ leo rugiens aliqd deuora re quærens circuit. & tu pacem putas? Sedet in inſidiis cum diuitibus & in occultis: ut iterficiat inocentem. Quod de libidīe diximus: referamus ad auaritiā & ad oīa uitia quæ uitant ſolitudīe. & iccirco urbiū frequē tiam declinamus: ne facere compellamur: quæ nos nō tam natura cogit facere q̄ uolūtas.

De paupertate. Cap. v.

Vondam diues adoleſcens oīa quæ in lege præcepta ſunt ſe impleſſe iactabat. ad quem dominus in euangelio. Vnum tibi inquit deeſt. Si uis perfectus eſſe: uade & uende omnia quæ habes: & da pauperibus: & ueni ſequere me. Qui oīa ſe dicebat feciſſe: in primo certamīe diuitias uincere nō poteſt. Vnde difficile itrant diuites regna cæloꝝ: quæ expeditos & alaꝝ leuitate ſubnixos habi tatores deſiderant. Vade inquit uende non partem ſubſtātiæ: ſed uniuerſa quæ poſſides: & da nō amicis: nō conſanguineis: non ꝓpinquis: nō uxori: nō liberis. Plus aliquid addam. Nihil tibi ob metum inopiæ reſerua bis: nec cum anania dāneris & ſaphyra: ſed da cuncta pauperibus: & fac amicos de iniquo māmona: qui te re cipiant in æterna tabernacula: ut me ſequaris ut dominū. Nam omnis qui reliquerit domum uel fratres aut ſorores aut patrem aut matrem aut uxorem aut filios aut agros, ꝓpter nomē meū: centuplum accipiet: & ui tam æternam poſſidebit. O quanta beatitudo ꝓ paruis magna recipere: æterna pro breuibus: pro morituris ſemp uiuentia: & habere deum debitorem. In actibus apoſtoloꝝ quādo domini noſtri adhuc calebat cruor & feruebat recens in credentibus fides: uendebant omnes poſſeſſiones ſuas: & p̄cia eaꝝ ad apoſtoloꝝ ꝓferebant pedes: ut oſtenderent pecunias eſſe calcandas; dabaturq; ſingulis ꝓut opus erat. Vnde ananias & ſaphyra diſpenſatores timidi imo corde duplici: & ideo condenati: quia poſt uotum abſtulerunt quaſi ſua: & non eius cui ea uouerant, partemq; ſibi iam alienæ ſubſtantiæ reſeruarūt: metuentes famē: quam uera fides non timet: & præſentem meruere uindictam nō crudelitate ſniæ: ſed correctionis exemplo. Vende ergo omnia quæ habes: & da pauperibus: nō diuitibus: non ad luxuriam ſed ad neceſſitatem ſiue ille ſacerdos ſit: ſiue co gnatus: ſiue affinis: nihil aliud in eo cōſideres niſi paupertatem, quodq; in ægyptiis & ſyriis monaſteriis mo ris eſt: ut qui ſe deo uouerint ſæculo renūciantes omnes ſæculi delitias conculcarint: ſed ut nō quod ſæculo renūciamus uoluntas ſit nō neceſſitas: ut pauptas habeat expeditam gloriam: nō illata cruciatum. Cæterum iuxta miſerias huius temporis & ubiq; gladios ſæuientes ſatis diues eſt: qui pane non īdiget: & nimium po tens eſt qui ſeruire nō cogitur. Multi enim ædificant parietes: & colūnas eccleſiæ ſubſtruūt: marmora nitēt auro: & ſplendent laquearia: & gēmis altare diſtinguitur: & miniſtroꝝ dei nulla eſt electio. Nunc uero mihi aliquis opponat diues in iudæa templum & menſas lucernas thuribula ſcyphos & alia ex auro fabricata: tūc hæc ꝓbabant a domino: quādo ſacerdotes hoſtias īmolabant: & ſanguis pecoꝝ erat redemptio peccatoꝝ: q̄q̄ hæc oīa p̄ceſſerunt in figura. Nunc uero cum paupertatem domus ſuæ pauper dominus dedicauerit: co gitemus crucem: & diuitias lutum putabimus. Sed nunquid tempus ut habitetis in domibus laqueatis ideſt ornatis & compoſitis: & quæ non tam ad uſum ſunt q̄ ad delitias inquit ꝓpheta. Nam habitaculum meum in quo fuerunt ſancta ſanctoꝝ & cherubin & menſa ꝓpoſitionis pluuiis rigabitur, ſqualleb it ſolitudine. & ſole torrebit. Quæ aūt utilitas fulget gemmis: & xp̄m in paupere fame mori? Iam nō ſunt tua quæ poſſides: diſpenſatio tibi credita eſt. Caue ne quaſi fidelis & famoſus quondam tuoꝝ diſpenſator alienam pecuniam diſtribuendam accipias. Nam cum crates ille thebanus homo quondam diſertiſſimus ad philoſophandum athenas ꝓgeret: magnum auri pōdus abiecit: nec putauit ſe poſſe uirtutes ſimul & diuitias poſſidere; & nos ſuffarcinati auro xp̄m pauperem ſequimur: ſub ꝓtextu elemoſynæ priſtinis opibus cubātes. Nam quomo do poſſumus aliena fideliter diſtribuere, qui nra timibūde reſeruamus? Intelligis quid loquor. Dedit enim tibi dominus in omnibus ītellectum. Præter uictū & ueſtitum & manifeſtas neceſſitates nihil cuiq̄ tribuas. ne filioꝝ pane canes comedāt. Tu ergo cōſidera, ne xp̄i ſubſtātiam īprudenter effundas, ideſt ne īmoderato iudicio rp̄m pauperꝝ tribuas nō paupibus, quod pars é ſacrilegii, & ſecūdum dictum prudētiſſimi uiri libe-

ralitate liberalitas pereat. Sūt quoq; qui paupibus pax tribuūt. & sub prætextu elemosynæ diuitias quærūt quæ magis uenatio q̄ elemosyna dicēda est. Sic bestiæ. sic aues. sic & capiunt pisces. Modicum in hamo escæ ponit. ut matronax in eo sacculi ꝓtrahant. Nos autem humiles atq; paupculi nec habemus diuitias nec oblatas dignamur accipere. Balsamū piper. & poma palmax rustici nō emūt. Qui enim uolunt diuites fieri. incidunt in tentatiōes. & laqueum diabolo & desideria multa. Et p̄sertim quia ætas optata cunctis non uicinā mortem quæ debet mortalibus in naturæ lege. sed cassa spe annox spatia pollicet. Nemo enim tam fractis uiribus & sic decrepitæ senectutis est. ut nō se putet adhuc unum ānum esse uictux. Vex quid ago? Fracta naue de mercibus disputo. Non itelligimus antixp̄m appropinquare. quem dominus iesus iterficiet spiritu oris eius. Iuuenis quidē potest mori cito. sed senex diu uiuere non potest. maxime quia ad comparationem æternitatis omne q̄ in mūdo patimur una dies appellari potest. non habitationis sed peregrinationis. Nam quotidie cōmutātur. tamē æternos nos credimus. Hoc ipsum quod dico quod scribo quod lego. quod emē do. de uita mea trahit. Quot pūcta notarii. tot meox dāna sunt tempox. Omnes namq; diuitiæ de iniquitate descendūt. nisi alter ꝓdiderit. alter inuenire nō potest. Vnde uulgata sīa mihi uidetur esse uerissima: q̄ diues: aut iniquus: aut iniqui hæres. Vides enim homies maria transire: ante potentum excubare fores: pati oīa quæ seruox conditio uix patitur: ut diuitias congregent: ut aliquam accipiant dignitatem: & postq̄ hoc fuerint cōsecuti: tradere se luxuriæ & uoluptatibus & omni iniquitati: ut quod auaritia congregat: luxuria consumat. Isti ergo pro laboribus suis efficiuntur hospicium dæmonū: qui templum dei esse debebant: fiūt tabernacula æthyopum. Postq̄ enim ditati fuerit: & p fas & nefas ad altissimū conscenderit: tunc conscientia peccatox suox semp mortem: semp iudicium formidabunt: & ad leue febritiunculam quasi latrōes in carcere de æternis supplitiis suspirabūt. Diuites autem qui ingressi sunt regna cælox ipsis diuitiis ad bona utētes opera diuites esse desierunt: & dispensatores magis dei q̄ diuites appellādi. Obsecro ergo te: ne lucra mūdi in xp̄i quæras militia. Negociatorem clericum: & ex inope diuitem factum: ex ignobili gloriosum: quasi quādam pestem fuge. & præsertim cum sciam te toto renūciasse mundo: & abiectis calcatisq; diuitiis oroni lectioni ieiuniis uacare quotidie. Procuratores quoq; & dispensatores domox alienax atq; uillax clerici esse nō possunt: qui ꝓprias iubent contēnere diuitiax facultates. Auaritiæ itaq; malum tibi oīno uitandum est: non quo aliena nō appetas (Hoc enim & publicæ leges puniūt) sed quo tua quæ tibi sunt: aliena non seruues. Si in alieno inquit fideles non fuistis. quod uestrum est quis dabit uobis? Sed dicis. Iuuenis sum delicatus: & manibus meis laborare nō possum. si ad senectam uenero. si ægrotare cœpero. quis mei miserebitur? Audi ad apostolos loquentem iesum. Respice uolatilia cæli & cætera. Si uestis defuerit. lilia ꝓponantur. Si esurieris beatos audies pauperes & esurientes. Si aliqs afflixerit dolor: legito illud apostoli. Propter hoc complacebo mihi in infirmitatibus meis. Illud autem q̄ derelicta militia castrasti te ꝓpter regna cælox: qd aliud q̄ perfectam secutus es uitam? perfectus aūt seruus xp̄i nihil p̄ter xp̄m habet. aut siquid p̄ter xp̄m habet: p̄fectus non est. Igit̄ ut concludam si perfectus es. cur bona paterna desideras? Dominus euāgelium uocibus tonat. Non potestis duobus dominis seruire. & audet quisquā mendacem xp̄m facere. māmonæ & xp̄o seruiendo? Qui dicit se in xp̄m credere: debet quomodo ille ambulauit: sic ambulare. Affatim diues est qui cū xp̄o pauper est. Nam serui dei qui diebus & noctibus seruiūt domio suo: qui in terris positi angelox imitātur conuersationem: & nihil aliud loquūtur: nisi quod ad laudes dei pertinet. Habentes uictū & amictū his contenti sunt diuitiis: qui plus habere nolunt: si tamen seruāt ꝓpositum. Alioquin si amplius desiderant his quoq; quæ necessaria sunt ꝓbantur indigni. Quicquid tamen corpora nostra defendere potest: & humanæ succurere imbecillitati: quos nudos natura ꝓtudit: hæc una appellanda est tunica. Si ergo uis esse quod propheta est: quod xp̄s est: da pauperibus quo necessitas sustentet: non quo opes augeātur. Quodq; siquid plus habes q̄ tibi ad uictum uestitūq; necessarium est: illud eroga: in illo debitorem te esse noueris. Nam aliena rapere cōuincitur qui necessaria sibi retinere conatur. Clerici quoq; qui de bonis parentum sustentari possunt: siquid paupex accipiunt sacrilegium ꝓfecto cōmittunt. Scit enim hostis antiquus magis continētiæ q̄ nūmox esse certamē. Facile nāq; abiicitur q̄ hæret extrinsecus: itestinum bellum periculosius est. Zacheus diues erat: apostoli pauperes: & quātum ad diuitias nihil: quātum ad uolūtatem totum mūdum reliquerūt. Si offeramus xp̄o opes cum anima nostra libenter suscipiet. Si autem quæ foris sunt deo: quæ intus diabolo demus: nō est æqua partitio. Nolo igitur q̄ ea tātum offeras quæ potest fur rapere: hostis iuadere: ꝓscriptio tollere: & quæ ad instar undax & fluctuum a succedētibus sibi dominis occupant: & quæ nolis uelis ī morte dimissurus es: illud offer quod nullus tibi possit hostis auferre. Nam aux deponere incipientium est: non perfectox: seipsum offerre deo ꝓprie xp̄ianox est. Nec enim imaginem crucifixi potest nisi qui ī hoc sæculo se nudum mortuūq; reddiderit. Infinita nāq; de scripturis exempla suppeditant: quæ auaritiam doceāt esse fugiendam. Vex quod nō ante plures ānos gestum sit referam. Quidā ex fratribus partior q̄ auarior nesciens. xxx. denariis dominū uenditum centū solidos quos lina texendo acqsierat moriens dereliquit. Initū est inter monachos concilīū (nam in eodem loco circiter qnq; milia diuisis cellulis habitabant) quid facto opus esset. Alii paupibus distribuendos esse dicebant: alii dandos ecclesiæ: nōnulli parentibus remittendos. Macchārius uero & panthomius & isidorus & cæteri quos patres uocant: sancto in eis loquente spiritu decreuerūt infodiendos esse cū eodem dicentes: pecunia tua tecum sit in perditione. Neq; hoc crudeliter q̄sq̄ putet esse factū. Tātus quoq; cunctos p totā ægyptū terror inuasit: ut unū solidū dimisisse sit crimis. Radix oium malox est auaritia: iōq; & ab apostolo idolox seruitus nūcupat. Non qdē occidet aīam iustā dominus iunior fui & senui. & nō uidi iustū derelictū. nec semē eius quærens panē. Helias coruis pascit̄ mīstrātibus. Vidua sareptena ipsa cū filiis suis pitura ꝓphetam pascit esuriēs. & mix in modū capsace repleto. q̄ alendus

uenerat.alit.petrus apostolus ait argentū & aurꝫ non est mecū.quod aūt habeo hoc tibi do.Surge & ambula in noīe iesu.At nūc multi licet sermone taceāt,opere loquūtur.Fidem & misericordiā nō habeo.quod autem habeo aurꝫ & argentū.hoc tibi nō do.Audi iacob qd in sua epistola postulet . Si fuerit dominus meus mecū.& seruauerit me in uia.p quam ego iter facio.& dederit mihi panem ad māducandū: & uestem ad uestiendū.tantū necessaria depcatus est.Vnde & latrones ad sanctū hilarionem.Quid faceres si latrones ad te uenirent?Quibus respondit.Nudus latrones nō timet.At illi.Occidi posses.Possum inqt.sed nō timeo. qui sum mori paratus.cuius q mirant signa & portenta quæ facit.mirent & icredibilem abstinētiam.sciam . & humilitatem.Ego aūt nil ita stupeo.q̄ gloriam & honorem calcare potuisse.qa factu est difficile gloriā uirtute superare.& ab his diligi quos pcedis.Cum ergo xpi gaudeas libertate.ac ꝓpemodū in dogmate constitutus sis.nō debes ad tollēdam tunicā tecta descendere.nec respicere post tergum.nec aratri semel arrepti stiuam capere.Sed si fieri pōt.imitare ioseph.& ægyptiæ domiæ palliū derelinque.ut nudus sequaris dominū saluatorem.q dicit in euāgelio.Nisi qs tulerit crucē suam.& secutus me fuerit.nō potest meus esse discipulus.Proiice sarcinam sæculi.ne quæras diuitias.q̄ camelorꝫ prauitatibus comparant. Nudus & leuis ad cælum uola.ne alas uirtutū tuarꝫ auri deprimant.Pondera ut impleas sacculū.quē dominus euacuare præcipit.Si igit q habent possessiones & diuitias iubent oīa uendere.& dare pauperibus.& sic seq saluatorem.dignatio tua nō debet querere qđ erogaturus es.Vidua illa in euāgelio paupcula.q̄ duo minuta misit i gazophylatiū.cūctis præfertur diuitibus.quia totū quod habuit dedit.Et tu igit erogāda nō quæras.ut fortissimū tyrūculum suū xps agnoscat.ut lætus tibi de longissima regione uenienti occurrat pater.ut stolam tribuat & annulū.ut imolet pro te uitulum saginatum.

De utilitate paupertatis. Cap.vi.

Auper uero ita cōsoladus est:ut sciat i pauptate magis bona cōsiderāda.Et primo qdem q̄ a deo illi sit utiliter,puisum.Præsciuit.n.deū ifirmitatē eius cōsiderasse: & scisse q̄ diuitiarꝫ sarcinā & solitudinē portare nō posset.Deide sciat quātas tentatōes:quāta pericula transiuerit noīe paupertatis:si affluētia deest:quæ frequēter cōtraria est.Ad aī diuitias quātotius sine ipediméto in pauptate transit.certe quantis malis caruit cōsideret.Caret inuidia:æmulatōe:insidiis:dolo:supbia:cōtentiōe : & his quæ hoibus in hoc sæculo diuitiæ solēt conflare.fluxu.n.rerꝫ & ubertate copiarꝫ aīus soluitur:uigor mētis infringit:uirtus corporis eneruat.At in pauptate nō lasciua cōuiuia:nō turpes potatiōes.oīa sobria:oīa rigida:oīa humilia:nō abiecta:quoniā cōscia pura & uirtute sunt plena.Nō est abundans extraneis facultatibus nō facile ad diuitias aī:ideest ad uirtutes huius mūdi diues accedit.Filius.n.dei difficilius dicēs diuitē itroire in regnū cælorꝫ:utiq; itelligit pauperē facilius:ne se ob pauptatē alienū esse a cura dei existimet:ꝓphetæ testatur dicēs.Et pauperē & diuitē ego feci:& pro oībus æqualis cura mihi est.Nō ē.n.deus ꝓsonarꝫ acceptor: nec pro illo tantū curā gerere ꝓfitetur:q in sæculi diuitiis pollet:sed pro oībus & pro paupibus curam sustinet:remuneraturus quē iuenerit aut in diuitiis humilē:aut in pauptate patiētē:distributi ueluti totius corporis humani & misteriū quærit singulorꝫ.Consideret hois corpus esse unū qdem corpus:sed plurima mēbra.Nunqd oīa sunt oculus aut pes aut reliqua mēbra?Sed sicuti ait apostolus doctor gentiū in fide & ueritate:quæ inferiora sunt mēbra maiorem his tribuimus honorē.Et quēadmodū uirtus singulorꝫ mēbrorū in suo ordīe atq; officio demōstrat:ita in totius generis humani corpore uelut minor paupertas & diuitiæ collocant:ut diuitiis humanitas dei examie cōprobet.Exultare debet paup:deo grās agere:q̄ multis primo nii nexibus liberatus:in die ꝓbationis nō grauat cōpedibus facultatū.Facilius liber sequit discipulus dominum nullis nexibus iplicatus.Nō desit etiā ab ipso in quātū pōt misericordia iusta in egenos:qa sicut iustus efficit de frugalitate inferioribus:& nō habētibus,progator nō uereat:nec ipe deficiat:cū in usu sanctæ admistratōis habeat ꝓmptissimā uolūtatem.Nihil.n.sibi deerit:nō cupiat in sæculo diues fieri:ne mala sibi plurima acqrat dicēte ac monēte glorioso paulo habētes uictū & uestitū his cōtenti simus.Immo si uera fide & ꝓpter salutē credere cælestes sibi diuitias cooptet:& cōparet:quas unusq̄sq; & misericordia & reliqs actibus bonis cōparat & assumit.Tēporalibus.n.æterna sunt ꝓponēda:caducis stabilia:sollicitis securiora: piculosis libera:inhonorificis clariora.Igit cū xps dixerit primū quærite regnū dei:& hæc oīa apponent uobis . Nulli dubiū fore credo his copiā necessariam rerꝫ in terris nō defecturam:q̄bus cælestia præparant.Vnde his monitis & diues temperet:& pauper subleuet.Difficile potētes & nobiles & diuites & multo his difficilius eloquentes credunt deo.Occecat nāq; mens eorꝫ diuitiis:opibus:atq; luxuria: circūdati uitiis non possunt uidere uirtutes.Fœlix ergo q nō i diuitiis: nō in sapiētia nō i potētia sæculari & eloquētia:sed i xpi passiōibus gloriatur . Ac nihil miserius:q̄ deum ꝓpter nūmū contenere.Ideo quem senseris semp aut crebro de nūmis loquentē: institutorem habeto potius q̄ monachum.

De correctione & doctrina præsidentis. Cap.vii.

Ector quoq; honore supplo æqualem subditis bene uiuentibus & erga puersos iura rectitudis exercere non formidet.Nam liquet q̄ omnes homies natura igenuit æquales:sed uarietate meritorum ordine alios aliis culpa postposuit:sed & arguūt negligentes rectores ecclesiæ dei:ob quorum incuriam perit omnis decor populi xpiani:cum nec in meditatōe legis diuiæ:nec cultu pietatis:nec in sacrarꝫ uirtutū exercitio laborare conentur.Tunc eteni doctrina doctorꝫ suauitas est: cum doctria pariter & uita consentiant.Sed nec putant sua scia & sapia sed dei auxilio pacem ecclesiis suis redditā:q̄ si suum seruauerit gradū:sunt quasi domus dei & q̄si angelus domini.Sed si plus cupiūt uideri nosse q̄ cæteri:quādoq; patēt ueritatis regulā nō tenere.Magister quoq; discipulū corrigit quē ardētioris cernit igenii. Nam medicus si cessauerit curare desperat:quoniā nō est parui apud deū meriti bene filios educāt.Rectorꝫ

quoq; est ut laborantium nouerint sudorem: uel lapsis manum porrigere: uel errantibus uiam ostẽdere. Sed ne glorieris, q; multos discipulos hẽas filius dei docuit i iudæa: & duodecĩ illum tantum apostoli sequeban tur: phariſæorum autem doctrinæ omnis populus applaudebat. Lædit discipulus magſtum ſi per negligentiam ſuam p̃cepta eiusq; laborem disperdat. lõ non sit i eis pœnæ diuersitas i qbus paria sunt pcta: Nullius personam accipias quãtũcũq; sit potens uel nobilis: ſi peccauerit corripe eum: nam cõfusionem ſequtur ignominia: ignominiam correctio: correctionem consolatio: consolationem salus. Vera enim amicicia qđ sentit simulare non debet. non est crudelitas ꝓ deo crimina punire: ſed pietas. nihil tamẽ crudelius nihilq; miſeri us iueniri potest: q̃ ut timore mortis ꝓpriæ: ne salutem filiorum audeãt defendere. Docente autem te in eccleſia: nõ clamor populi: ſed gemitus ſuſcitetur. Lachrymæ audientium laudes tuæ ſint. Sermo p̃sbyteri ſcri pturarum lectione conditus ſit. Vnde & apostolus p̃cipit. Sermo ueſter ſit ſale cõditus. Quod ſi ifatuẽ: foras ꝓiicitur: & perdit nominis dignitatem. Nam ſicut uictoria domini triumphus est ſeruorum: ſic magſtri eruditio diſcipulorum profectus. Niſi enim caput ſanum ſit. oía membra ſunt i uitio. Quãdo doctrina nõ erit i eccleſiis: itelligimus pire pudicitiam: caſtitatem mori: & oẽs obire uirtutes: qa non comederunt uerbũ domini. Tunc ſcriptura utilis est audientibus: cũ absq; xp̃o non diſcitur: cũ ſine p̃re nõ ꝓfat. Cũ enĩ ſine ſpũ ſcõ: nõ iã iſinuat ille q p̃dicat: ſed difficile dignus p̃co uirtutũ xp̃i iueniri põt: qui i annũciãdis illis non ſuã: ſed eius q̃rat gloriam quẽ p̃dicat. Cõfuſio quoq; & ignominia est ieſũ crucifixum & pauperem & eſurientẽ fartis p̃dicare corporibus. & ieiunio; doctrinã p rubentes buccas tumentiaq; ora ꝓferre. Nõ cõfũdãt ergo opa ſermonẽ tuũ: ut cũ i eccleſiis loq̃ris: tacitus q ſq; reſpõdeat. Cur hæc q̃ dicis ipſe nõ facis? Accuſare auari tiã etiã latro põt. Sacerdotis uox cũ mẽte cõcordet. Nã quõ põt p̃ses eccleſiæ malũ auferre de medio eius q i delictũ ſimile corruerit? Acq̃ libertate corripit peccãtẽ. cũ tacitus ipſe ſibi reſpondeat eadẽ admiſiſſe q̃ corripit? Perdit. n. auctoritatẽ docendi: cuius ope ſermo deſtruit. Et illud tulii. Caput artis ẽ docere qđ facis. Veneratõi mihi ſemp fuit nõ uerboſa ruſticitas. ſed ſãcta ſimplicitas. Qui. n. i ſermõe ſe dicit apoſtolos imitari: prius imitẽ uirtutes & uitã illo;: i qbus loquẽdi ſimplicitatẽ excuſabat ſãcti noſs magnitudo. Non. n. facit eccleſiaſtica dignitas xp̃ianum. nec ẽ facile ſtare loco pauli. tenere gradum petri iã cũ xp̃o regnãtiũ: ne forte ueniat angelus domini: q ſcindat uelũ tẽpli tui: q cãdelabrũ tuũ de loco moueat. Igit ædificaturus turri futuri operis ſũptus cõputa. Sicuti nõ hieroſolymis fuiſſe: ſed hieroſolymis bene uixiſſe laudãdũ ẽ. Prius ergo faciamus: & ſic doceamus: ne doctrinæ auctoritas caſſis opibus deſtruat. Nã de eloquẽtibus & ꝓnũciãtibus plenus ẽ orbis. Loquũt quæ neſciũt: docẽt q nõ didicerũt. Magiſtri fiũt. cũ ante diſcipuli nõ fuerit. Sed nec ad ſcribendũ cito ꝓſilias: & leui ducaris iſania. Multoq; tẽpore diſce qđ doceas: & ſic non temeritate quorũ dã doceas qđ neſcias. ſed ante diſce qđ dicturus es. Na qui ſapientis uerba crebro audire & itelligere negligit. uitam ſuã gubernare nõ nouit quãto magis: nec alio; regimini ꝓficit? Igit ſeruũ ſeruis te eſſe cõuenit. Atq; ita i oĩbus pdocere: ut qcũq; audiunt conuerſatione tua magis q̃ ſermone ꝓficiant. Quoniã quidẽ nõ in ſermone est regnũ dei: ſed i uirtute. Sed ne ſtatim multitudinis acquieſcamus iudicio: ſed electi in principatum noſcamus mẽſurã noſtrã: & humiliemur ſub potenti manu dei. Re uera nil fœdius p̃ceptore furioſo. cũ debeat eſſe mãſuetus & eruditus. Econtra toruo uultu. trementibus labiis rugata frõte: effrenatis cõuitiis. Facie inter palloré ruboréq; uariata clamore pſtrepit: & errãres non tã ad bonũ trahit q̃ ad malũ ſæuitia ſua p̃cipitat. licet nõ qui iraſcitur iracũdus est: ſed ille qui crebro hac paſſione ſupat. Suntq; multi docẽtes ea quæ non oportet turpis lucri gratia qui totas domus ſubuertunt: & putant quæſtũ eſſe pietatẽ. quod plærũq; accidit ut habeamus pugnas legis nõ ob deſiderium ueritatis. ſed ob iactãtiã gloriæ: dum apud audientes docti uolumus æſtimari. Feſtino igitur gradu pgamus ad magiſtros. & eo; teramus limina: & p̃cepta uirtutũ ac myſteria ſcripturar; uincula putemus æterna.

De ſolitudine. Capi. viii.

Euera ut ſimpliciter motum mentis meæ fatear: coſiderans propoſitum tuum & ardorem quo ſæculo renunciaſti: differentias in locis arbitror. Si urbibus & frequentia urbiũ derelicta i agello habites: & chriſtum in ſolitudine quæras. & ores ſolus in monte cum ieſu. ſanctorũq; locorũ tãtum uicinitatibus perfruaris. i. ut & urbe careas & propoſitum monachi nõ amittas. Loquor nõ de epiſcopis. non de præſbyteris. non de clericis: quorum alia cauſa ẽ. alia mõachi. Clerici oues paſcũt ego paſcor. ſed de monacho loquor qui præcium poſſeſſionum ſuarum ad pedes apoſtolorum poſuit: docens pecuniam calcandam. & humiliter & ſecreto uictitans ſemper cõtẽnat qđ ſemel contempſerit. Nam ſummæ ſtultitiæ est renunciare ſæculo. dimittere patriam. urbes deſerere: monachum profiteri. & inter maiores populos peregre uiuere. Quia igitur frater me iterrogas per quã uiam icedere debeas: reuelata tecum facie loquar. Si officium uix exercẽ p̃sbyteri. ſi epiſcopatus te uel opus uel onus forte delectat. uiue in urbibus & caſtellis & aliorum ſalutem lucrum fac aiæ tuæ. Sin autem cupis eſſe qđ diceris monachus qđ facis i urbibus? Quæ utiq; nõ ſunt ſolo; hitacula. ſed multo;. Habet unumquodq; propoſitum prícipes ſuos. Romani duces imitentur Camillos Fabritios Regulos Scipiones. Philoſophi proponant ſibi Pythagoram Socratẽ Platorẽ Ariſtotelẽ. Poetæ æmulent Homerum Virgiliũ Menandrũ Terentiũ Hiſtorici Thucydidẽ Saluſtiũ Herodotũ Liuiũ. Oratores Lyſiã Gracchos Demoſthenẽ Tulliũ. Et ut ad noſtra ueniamus Epiſcopi & p̃sbyteri habebant ad exemplum apoſtolos & apoſtolicos uiros: quorum honorem poſſidentes habere mereantur & meritũ. Nos autẽ habemus propoſiti noſtri prícipes Paulum Antoniũ Iulianum Hilarionẽ Macchariũ. Et ut ad ſcripturarũ auctoritatẽ redeam noſter príceps Helias: noſter príceps Heliſæus. noſtri duces filie prophetarum. qui habitabant i agris & ſolitudie. & faciebant ſibi tabernacula prope fluenta iordanis. De his ſunt & illi filii Rechab. q uinum & ſiceram non bibebant. & morabantur i tentoriis. q dei per hiere-

miam uoce laudantur:& ꝓmittitur eis q̄ non deficiat de ſtirpe eoꝝ uir ſtans coram domino. Interp̄tare igi
tur uocabulum monachi hoc eſt nomen tuum. Quid facis ī turba q̄ ſolus es? Nō tibi eadem cauſa ſed quæ
cæteris. Quodq̄ nemo ꝓpheta ī patria ſua honorē habet. Nā ubi honor nō ē: ibi cōtēptus ē: ubi cōtēptus ē.
ibi frequēter iniuria. ubi iniuria: ibi īdignatio: ubi īdignatio. ibi qes nulla. Vbi qes nō ē: ibi mēs ſæpe a ꝓpo
ſito deducīt. Vbi ät p inqetudinē aliqd aufertur ex ſtudio: minus ſit ab eo qđ tollīt. & ubi minus ē ꝓfectū
non poteſt dici. Ex hac ſupputatione illa ſumma naſcīt. Monachum pfectum ī patria ſua eſſe nō poſſe. Per-
fectum autem eſſe nolle derelinquere eſt. Vbi autem ego nunc ſum. non ſolum quid agitur ī patria. ſed an
patria pſiſtat ignoro: imo nec mihi conceditur unus angulus heremi. Quotidie expoſcor fidem quaſi ſine
fide renatus ſim.

De laudibus & utilitate heremi. Capi. ix.

Vid igitur agis tu frater ī ſæculo. qui maior es mundo? Pauptatem times: beatos paupes xp̄s ap-
pellat. Labore terreris: ſed nemo athleta ſine ſudoribus coronat̄. De cibo cogitas: ſed uera fides
famem non timet. Sup nudā metuis humū exeſa ieiuniis membra collidere. ſed dominus tecum
iacet. Squallidi capitis horret iculta cæſaries. ſed caput tuū xp̄s ē. Infinita heremi uaſtitas terret
ſed tu paradiſum mente deambula. quotiens illuc cōſcēderis. totiens ī heremo non eris. O deſertum xp̄i flo
ribus uernans. O ſolitudo ī qua illi naſcuntur lapides de q̄bus ī apocalypſi ciuitas magni regis extruitur. O
heremus familiaris deo gaudens & cætera. Ad quæ etiam illud apoſtoli. Non ſunt cōdignæ paſſiones huius
temporis ad futuram gloriam. quæ reuelabīt in nobis. Cur. n. timido aio xp̄ianus es? Filius hoīs non habet
ubi caput ſuum reclinet. tu amplas porticus & ingentia tectoꝝ ſpatia metiris. Hæreditatem expectans ſæcu
li cohæres xp̄i eſſe non poteris. Nudos amat heremus. Corpus aſſuetū tunicæ loricæ onus non fert. Caput
optū linteo galeam recuſat: molem ocio manum durus exaſpat capulus. Sed cur inqt ꝓgis ad heremū? Vide
licet: ut te non audiam. non uideam. ut tuo furore non mouear: ut tua bella non patiar: ne me capiat oculus
meretricis. ne forma pulcherrima ad illicitos ducat amplexus. Reſpondebis. Hoc non eſt pugnare. ſed fugeī
Sta ī acie. aduerſariis armatus obſiſte. ut poſtq̄ uiceris coroneris. Fateor ibecillitatem meā. Nolo ſpe pugnā
victoriæ. ne pdam aliquando uictoriam. Si fugero aut uincendum mihi eſt: aut cadendū. Quid aūt neceſſe
eſt certa dimittere. & icerta ſectari? Aut ſcuto aut pedibus mors uitāda eſt. Tu qui pugnas & ſupari pōtes &
uincere. Ego cū fugero non uincor ī eo qđ fugio. ſed ideo fugio ne uincar. Nulla ſecuritas eſt uicino ſerpē-
te dormire. Poteſt fieri ut me non mordeat. tamen pōt fieri ut aliquando me mordeat. Fuga. n. non ifidelita
tis ſed prudentiæ īdicium eſt. ne fruſtra nos offeramus piculis. Sed nup ægypti deſerta uidiſti. ituitus es an-
gelicā familiam. Quāti ibi flores ſunt? Quā ſpiritualibus gēmis prata uernantia? Vidiſti ſerta quibus domi
nus coronatur. Ille tibi ignis ī pectore exæſtuet: & illa quotidie cogita: tracta: cōſidera: & quaſi quodā carceī
tentus exclama. Heu me quia ꝓlongata eſt peregrinatio mea. Et in paradiſum mēte cōſcendēs totiēs ī terra
non eris quotiēs terrena deſpexeris. Eadem nobis certe cum his qui habitant per deſerta conditio eſt. iidē
oculi: totidem & manus iiſdem īfirmitatibus uel uirtutibus ſubiacemus. Si te aquæ potus uexat. quāti nobi
les non dicam uina neſciunt: ſed carnes ignorant. & ſuſo tantū legumine ſuſtentantur? Si balneatum te laua
cra ſollicitant. quāti principes ciuitatum ſiue ob culpam ꝓpriam ſiue ob īuidiam ad inſulas deportati ſine
æterno p̄mio perpetuaq̄ mercede abſq̄ balneis perſeuerant? Nemo id neceſſitate pati non pōteſt: quod pro
deo pati uoluntate detrectat. Habebis cellulam quæ te ſolū capiat. Immo non eris ſolus. Angelica turba uer
ſabitur: tot ſocii. quot ſancti. Leges euangelium. fabulabīt tecum ieſus. Replicabis apoſtolos uel prophetas.
Nunq̄d poteris talem alium tuis ſermonibus habere conſortem? Terra ſumus & cinis: & per oſa momenta
de noſtra ſalute ſuſpenſi cōtinue ī puluerem diſſoluendi. Quid retractamus facere de neceſſitate uirtutem?
Certe quādoq̄ moriendum eſt. Quācito mundi derelinquamus anguſtias: & ſi forte ob continētiam (quod
tamen raro accidit) dolere ſtomachum æſtuare febribus reppimus: ppetuæ uitæ īgeſſuri ianuam morbum
putemus. Quāti. n. ī mediis opibus & iter ifulas cōſulatus repentina morte ſubtracti ſūt? Quid ergo deſide
ramus urbium frequentiam: q̄ de ſingularitate cenſemur? Mihi. n. oppidum carcer: & ſolitudo paradiſus eſt.
Sæcularium quoq̄ maxime potentū cōſortia deuita. Quid tibi neceſſe eſt illa ſæpius uidere. quoꝝ cōtēptu
monachus eſſe cœpiſti? Nam monachū ſolitudo facit. non publicum.

De periculo uitæ ſolitariæ. Capi. x.

Onachi etiam nunc mores diſcutimus: q̄ iugū xp̄i collo ſuo īpoſuit. primūq̄ tractādū ē utꝝ ſo-
lus aut cū aliis ī mōaſterio uiuere debeas. Mihi placet ut habeas ſāctoꝝ cōtuberniū: nec abſq̄ du
ctore īgrediaris uiam: quā nunq̄ īgreſſus es: ſtatiq̄ tibi ī partem alterā declinandū ſit ut errori pa
teas: pluſq̄ aut minus ambules q̄ neceſſe eſt: & currens laſſeris: morāq̄ faciens obdormias. In ſoli
tudine cito ſurrepit ſuperbia. & ſi parumper ieiunauerit: hominēq̄ nō uiderit putat ſe alicuius eſſe momen
ti. Oblituſq̄ ſui unde quo uenerit: intus corde: foris lingua uagatur. Iudicat contra uoluntatem apoſtoli alie
nos ſeruos. quo gula popoſcerit porrigit manus: dormit quantum uoluerit: neminem ueretur: omnes ſe ife-
riores putat: crebriuſq̄ in urbibus q̄ in cellula eſt: & inter fratres ſimulat uerecundiam: qui platearum tur-
bis colliditur. Quid igitur ſolitariam uitam reꝑhēdimus? Minime quippe quam ſæpe laudauimus licet ut
ꝑferē ſolitaria uita piculoſa eſt: ne abſtracti ab hominū frequentia ſordidis & ipiis cogitationibus pareāt: &
pleni arrogātia: & ſupcilii cūctos deſpiciāt: armētq̄ līguas ſuas uel clericis uel mōachis detrahēdo. Sed de lu
do mōaſterioꝝ uolumus huiuſcemōi egredi milites: quos heremi dura rudimēta nō terreāt: q̄ ſpecie cōuer-
ſatiōis multo tpe dederit: q̄ oīum fuerit mīmi. ut primi oīum fierēt. quos nec eſuries aliquādo nec ſaturitas
ſupauit: q̄ pauptate lætāt: quoꝝ hitus: ſermo: uultus: iceſſus doctria ē. O quotiēs ī heremo cōſtitutus ī illa ua

ſta ſolitudine:q̄ exuſta ſolis ardoribus horridum monachis p̄ſtat hitaculum.putaui me romanis ītereē deliitiis ſedebam ſolus.qa amaritudine repletus eram.Horrebant ſacco membra deformia:& ſq̄llida cutis ſitū æthiopicæ carnis obduxerat.quotidie genitus.& ſiquando me repugnātem ſōnus īminens opp̄ſſiſſet nuda humo uix oſſa hærentia collidebā.De cibis uero & potu taceam.cum etiam languentes monachi ibi aqua frigida utanť:& coctū aliquid accepiſſe luxuria ſit.Ille igiť ego q̄ ob gehēnæ metū tali me carcere dānauerā ſcorpionū tantum ſocius & feraꝝ ſæpe choris intereram puellaꝝ:pallebant ora ieiuniis: & mens deſideriis æſtuabat.In frigido corpore & ante hoiem ſicca iā carne p̄mortua ſola libidinum incendia bulliebant.Itaq̄ omni auxilio deſtitutus:ad ieſu iacebam pedes:rigabam lachrymis:crine tergebam:repugnantem carnē edomueram:īedia ſubiugabam.Non depudeſco īfœlicitatis meæ.quin potius plango me non eſſe quod fuerī. Memini me clamantem & diem crebro iunxiſſe cū nocte:nec prius a pectoris ceſſare uerberibus.q̄ rediret domino increpante tranquillitas.Ipſam quoq̄ cellulam quaſi cogitationum mearū conſciam ptimeſcebam & mihimet iratus & rigidus ſolus deſerta penetrabam.Sicubi cōcaua uallium:aſpera mōtium:rupiū p̄rupta cernebam.ibi meæ erat orationis locus:ibi illud miſerrimæ carnis ergaſtulū collocabam. Et ut mihi teſtis eſt dominus poſt multas lachrymas:poſt cæli oculos inhærentes nōnunq̄ uidebar mihi ītereſſe agminibus angelorum:& lætus gaudenſq̄ cantabam.Poſt te in odorem unguēt oꝝ tuorum curremus.Dicam & aliud quod in ægypto uiderim.Græcus erat adoleſcens in cœnobio qui nulla continentia:nulla operis magnitudine flāmam carnis poterat extinguere.Hūc pater monaſterii piclitātem hac arte ſeruauit. Imperat uiro cui dam graui:ut iurgiis atq̄ conuitiis inſectetur hominem:& poſt irrogatam iniuriam primus ueniret ad q̄rimonias.Vocati teſtes pro eo loquebantur qui contumeliam fecerat.falſe ille contra mendacium cœpit ſolus pater defenſionem ſuam:callide opponere ſtuduit: ne abundantiori triſtitia obſorberetur frater.Quid multa?Ita annus ductus ē:quo expleto interrogatus adoleſcens ſuper cogitationibus priſtinis:an adhuc moleſte aliquid ſuſtineret.Pape inquit.mihi uiuere non licet.& fornicari libet?Hic ſi ſolus fuiſſet quo adiutore ſuperaſſet?Sunt enim meliores duo q̄ unus:& ſi alter ceciderit ab altero fulciretur.Funiculus triplex non facile rumpitur:& frater fratrem adiuuans exaltabitur.Vidi ego quoſdam qui poſtq̄ renunciauerunt ſæculo:ueſtimentis dūtaxat & uocis promiſſione non rebus nihil de priſtina conuerſatione mutarunt:res familiaris magis aucta q̄ īminuta.Eadem miniſteria ſeruulorum:idem apparatus conuiuii:& nomen ſibi uendicant ſolitarii.Quidam uero pauperes ſunt & tenui ſubſtantiola:uidenturq̄ ſibi ſcioli:pomparum ferculis ſimiles procedunt in publicum.ut caninam exerceant facundiam.Sunt etiam qui humore cellularum īmoderatiſq̄ ieiuniis tædio ſolitudinis ac nimia dilectione dum diebus ac noctibus auribus ſuis p̄ſonant uertūtur in melancholiam:& hippocratis magis fomentis q̄ noſtris mōitis indigent. Plærisq̄ artibus & negociationibus priſtinis carere non poſſunt:mutatiſq̄ noibus inſtitorum eadem exercent mercimonia.non uictū & ueſtitum qđ amplius p̄cipit:ſed maiora q̄ ſæculi hoies emolumenta ſectantes:& ſub religionis titulo exercentur iniuſta compendia:& honor chriſtiani nominis magis fraudem facit qui patitur.Quæ pudet dicere:ſed neceſſe eſt:ut ſaltem ſic ad noſtrum erubeſcamus dedecus publice extendentes manus:pannis aurum tegimus:& contra omnium opinionem plenis ſacculis morimur diuites:qui quaſi pauperes uiximus. Tibi cum in miniſterio fueris hoc facere non licebit:& inoleſcente paulati conſuetudine qđ primum cogebaris uelle incipies.& delectabit te labor tuus:oblituſq̄ p̄teritorum ſemper priora ſectaberis:nequaq̄ conſiderans quid alii mali faciant:ſed quid boni tu facere debeas.Neq̄ uero peccantium ducaris multitudine:nec te pereuntium turba ſollicitet.ut tacitus cogites.Quid ergo omnes peribunt qui in urbibus habitant? Ecce illi fruūtur ſuis rebus:miniſtrant eccleſiæ:adeunt balneas.unguenta non ſpernunt:& tamen in oī ore uerſantur.Ad qđ ante reſpondi:& nunc breuiter reſpondebo in p̄ſenti opuſculo non me de clericis diſputare ſed monachum inſtruere.

De periculo habitandi in urbibus. Capi.xi.

Onſidera obſecro ſatis eſſe difficile locū ſtephani implere uel pauli:& i angelico ſtare miniſterio p̄cioſum margaritum.ſed cito frangiť ſtactumq̄ iſtaurari nō poteſt.Nauis q̄uis ſit rudis & ſolidis confixa clauis tumenteſq̄ fluctus non ſentiat:cito ſi piculoſe nauigat pforať. Et licet plenis uentis lucroſius ad optata p̄ueniat:tamē magis ſecura ſunt quæ & tranqlla ſunt.& ut aptius loquar plus te quod dicis:habere mercedem ſi ī media urbe conſiſteres monachoꝝ uictites: & ſunt uera q̄ dicis:ſed nō tā facile explentur ope q̄ dicto.Nā ſi aliq̄ te de optiatibus iuitet ad prādiū:certe aut eūdū ē aut negādū.Si ieris aut iiſdē cibis ueſceris aut aliis.Si aliis cōuiuaꝝ offēdunť oculi.Si iiſdē perit abſtinētia.Quod ſi ire uolueris miſer comederis ī prādio ad ſingulas q̄ſq̄ phialas:& delibuta melle uina potaberis:alius tuum uultū cauillabiť:ille iceſſū irridebit.hic habitū:& imitatores forſitā iudæoꝝ nōne īquiēt:hic eſt fabri filius nōne fratres eius apud nos ſūt?ego illū memini ante tot ferme annos illud feciſſe turpe.dixiſſe turpius. Alius furē clamabit:& tecū ſe ſceleris finget eſſe participē.Oīa prādia pariter conſonabūt:ī te remulētū cōuiui sum diſſoluet.Quod ſi ullis abſtinueris carnibus & nō crebro balnea frequentes.tūc uero p̄ oēs calumnias manichæi titulus aſcribiť.Si uolucrū edulū refutaueris & tenellas columbas craſſoſq̄ turtures expetenti gutturi durior dominus denegaueris:ſacrilegii crimen afficitur:ſtatimq̄ aiunt.Hi ſunt qui creatorem mundi condēnant ī uſus noſtros facta ſunt omnia.Audiui domino teſte nō mentior quēdā ī ſua gula diſertū cū rumore cognoſceret me cibis eſculētioribus abſtinere:ſe dicere.Nūq̄d p̄cellus ideo factus ē ut rogatus ī ſe natu ſentētiā diceret?Quo uidelicet me ſtultitiæ cōdēnaret:q̄ me putaret ea quæ ſūt ī uſus creata nō ſumere.Quod ſi pulla fuerit tunica etiam p̄tereuntium digitis denotaberis. Ac ſic niſi formoſus fueris ſāctus eſſe non poteris.Hæc & iſtiuſmodi cum uitam lacerent bonā.quid facies frater ī medio? Aut uitiis aut anathe-

mati colla ſummittes.i.ſectaberis ea quæ ſunt aduerſa continẽtiæ.aut ſi facere nolueris tempore damnabe
ris.prætermitto crebras ſalutatiões.obſeqa matronarum.uariaſq; illecebras. qbus etiam rigidiſſimi mol-
liuntur.cum & ſirenæo cantu ad naufragia ptrahũtur.Nunc autem illud affirmo.q; etiam ſi ita non eſſent.ad
comparationem tamen ĩgentis boni maiora deſerere deberes.Cum enĩ tanta repimus ĩ cælo.parua & cadu
ca nos q̃ſiſſe doleamus ĩ terra.Ambitio namq; potentia magnitudo urbis uideri & uidere.ſalutare & ſaluta
ri.laudare uel detrahere uel audire uel proloq.& tantã hoium frequẽtiam ſaltem ſuitum uidere monacho-
rum ꝓpoſito & a qete ſunt alienæ.Aut enĩ uidemus ad nos uenientes & ſilentium pdimus.Aut ſi non uide
mus ſuperbiæ arguimur.ĩterdum.ut uicem reddamus ad ſupbas fores pgimus ĩter liguas rodentium mini
ſtrorum poſtes ĩgredimur deauratos.In chriſti uero uilla ut dicimus totum ruſticitas.Itaq; ꝓpter occupatio
nes aut nobis claudendum eſt oſtium aut ſcripturarum ꝓpter quas aperiendæ ſũt fores ſtudia reliquenda.
His igit̃ rõnibus ĩuitati multi philoſopho⁹ reliq; rũt frequẽtias urbiũ.& hortulos ſuburbãos. Vbi ager irri
guus. arbo⁹ comæ.& ſuſurrus auiũ.fontis ſpeculũ ĩmurmurans.& multæ oculorũ auriúq; illecebræ. ne p
luxũ & p abundantiam copiarum animæ fortitudo molleſceret:& eius pudicitia conſtupraretur.Inutile q̃p
pe ẽſt crebro uidere per quæ captus aliq̃do ſis: & eorũ te experimẽto cõmittere:qbus difficulter careas.Nã
quos ſæculi carcer icludit:nunc ira:nunc auaritia:nunc aliorum incentiua uitiorum pertrahit ad ruinam.
Ideoq; obterendæ ſunt animi uoluptates:relinquenda delectationum ſtudia quoniam hæc eſt circunciſiõis
ueritas:non figura.Nitendum in ſumma.ut naturalibus amputatis conuerſatio noſtra tendat ad cælũ.qd̃
fiet ſi ludi:ſi iocus:ſi conuiuia:ſi ſermo pene familiarum deſeratur.& quæ circũciduntur areſcant:non uiſu:
non auditu:non tactu:non ſapore:aut capiet in natura corporis naturã corpoream non habere.Nam ſi ueli
mus deſpicere quod ſumus meremur melius eſſe.q̃ igitur non temere offeramus nos periculis:ſed quãtum
in nobis eſt inſidias declinemus.

De abſtinentia & p̃cipue a carnibus. Capi.xii.

Aluator noſter attendite inqt uobis ne forte grauentur corda ueſtra crapula & ebrietate & curis
huius uitæ.Modicus enĩ ac temperatus cibus & carni & animæ utilis eſt. Balnearum fomenta
ne q̃ras:q calorem corporis ieiuniorum cupis frigore extĩguere. quæ & ipſa moderata ſint ne ni
mium debilitent ſtomachũ.& maiorem refectionẽ poſcẽtia erũpant ĩ cruditatem.quæ parens li
bidinũ eſt.Aiunt enĩ medici q de humanorum corpo⁹ ſcripſere naturis p̃cipue galienus ĩ libris:quo⁹ titu
lus ẽ yſicion puero⁹ & iuuenũ ac pfectæ ætatis uiro⁹ mulierũq; corpora iſito calore feruere:& noxios his
eſſe ætatibus cibos qui calorem augẽt.ſanitatiq; conducere frigida quæq; in cibo & potu ſumere.ſicut ecõ-
trario ſenibus qui pituita laborant & frigore calidos cibos & uetera uina ꝓdeſſe.& etiam comicus cuius ſi-
nis eſt humanos mores noſſe atq; deſcribere dixit.Sine cerere & libero friget uenus.Nihil itaq; ſcias condu-
cere chriſtianis adoleſcentibus ut eſum holerum.nam ardor corporũ frigidioribus epulis temperandus eſt.
Nobis enim non corporum cultus. ſed animæ uigor q̃ritur quæ carnis infirmitate ſit fortior.Inde eſt q; nõ
nulli uitã pudicã appetẽtiũ in medio itinere corruũt:dũ ſolã abſtinẽtiam putãt carniũ.& leguminibus one-
rant ſtomachũ quæ moderate parceq; ſũpta ĩnoxia ſunt.Et ut quod ſentio loquar:nihil ſic iflãmat corpora
& titillat mẽbra genitalia ſicut indigeſtus cibus ructuſq; cõuulſus.Quod.n.ſeminarium uoluptatum eſt ue
nẽnu puta.Eſt aũt eſus carnium ſeminarium libidinis.& non ſolum de carnibus loquor.ſed in ipſis legumi
nibus inflantia & grauia declinanda ſunt.Parcus cibus & uenter eſuriens triduanis ieiuniis p̃ferẽ.Multo.n.
melius eſt quotidie parũ:q̃ raro ſatis ſumere.Pluuia illa optima eſt.quæ ſenſim deſcendit ĩ terras:ſubitus'&
nimius iber p̃ceps arua ſubuertit.Refectio itaq; ſaturitatem fugiat.Nihil prodeſt biduo triduoq; tranſmiſ-
ſo uacuũ portare uentrẽ:ſi pariter obruaẽ:ſi cõpenſetur ſaturitate ieiuniũ.Illico mens repleta torpeſcit.& ir-
rigata corporis humore ſpinas germiat libidinũ.Plures quoq; ſunt qui cum uino ſũt ſobrii:ciborum tamẽ
largitate ſunt ebrii.Omnes enim qui ebrietatem ſectantur filii belial uocantur.nam uenter mero æſtuans
facile deſpumat ĩ libidinẽ.Vnde noe nudauit ebrietate femora. Loth quẽ ſodoma nõ uicerat uina uicerũt.
Venter quoq; plenus facile de ieiuniis diſputat.Qui enim chriſtum deſiderat:& illo ueſcitur pane.nõ quæ-
rit magnopere de q̃ ꝓcioſis cibis ſtercus conficiat.Quicquid poſt gulam non ſentitur idem ſit quod panis
& legumina.Omne enim quod in hoc mundo laborant homines:ore quaſi cõſumitur.& attritum dẽtibus
uentri traditur digerendum.& tamdiu tribuit uoluptatem:q̃diu gutture detinetur.Cum uero in aluum trã
ſierit deſinit iter cibos eſſe diſtantia.Nec hoc dicimus.q; negemus piſces.Sed quõ nuptiis uirginitatem. ita
ſaturitati ieiunia p̃ferimus. Sed nunc ideo te carnes ueſci non putes:ſi ſuum leporum atq; ceruorum & qua
drupedum animãtium eſculentiam reprobes.Non enim hæc pedum numero.ſed ſuauitate guſtus compro
bantur .Scimus ab apoſtolo dictum.Omnis creatura dei bona:quæ cum gratiarum actione p[illegible]cipitur.Sed
idem loquitur.Bonum eſt carnem non manducare.comedãt carnes:qui carnibus ſeruiunt.quorum ſeruor
deſpumat in coitum eorum & inteſtina carnibus repleantur. Tu uero nihil habeas tam neceſſe:q̃ ieiunium
perſeuerare.Pallor & ſordes tuæ gẽmæ ſint.Igitur cũ mihi dixeris cur porcus creatus eſt?Strati tibi reſponde
bo puero⁹ more certãtium.Cur uipere & ſcorpii?Nec deũ ſuperfluo⁹ iudicabis artificẽ:cũ plurimæ & be
ſtiæ & uolucres ſint:q̃s tuæ fauces recuſant.Sed ne contentioſũ hoc & pugna magis uideaẽ eſſe q̃ ue⁹:audi
iccirco ſues & apros & reliq̃s animãtes creatas:ut milites & athletæ nautæ metallorũq; foſſores cæteri du-
ro operi mãcipati haberẽt cibos:qbus fortitudo corpo⁹ neceſſaria eſt:q portãt arma & cibaria.q pugnis &
calcibus ſua iuicẽ mẽbra debilitãt:q remos trahũt:quo⁹ latera ad clamãdũ dicẽdũq; ualida q ſbuertũt mõ
tes:& ſub ſudore & ĩbribus dormiũt.Sed qd ad nos:quo⁹ cõuerſatio ĩ cælis ẽ?Cæte⁹ nr̃a religio nõ athle-
tam:non nautas:non milites:non foſſores:ſed ſapientiæ erudit ſectatorẽ:qui ſe dei cultui dedicauit: & ſcit

cur creatus sit:quo uersetur in mundo:quo abire festinet. Vnde & apostolus loquitur quãdo infirmor: tũc potẽs sum:& si exterior noster homo corrũpit̃ sed interior renouatur de die ĩ diem:& cupio dissolui & esse cum christo.& carnis curam ne feceritis:quodq; sine q̃tuor sensibus uiuere possumus.i.sine aspectu.auditu: odoratu:atq; complexu. Absq; gustu autem & cibis impossibile ẽ humanum corpus subsistere. Adesse ergo debet ratio:ut tales & tantas sumamus escas.quibus non onerẽt corpus.nec libertas animæ p̃grauetur. qa & comedendum est:& deambulandum: & dormiendum: & digerendum:& postea inflatis uenis incentiua libidinis sustentantur. Sunt quidem sensus nostri portæ:per quas ad animam nostram sæculi blandimenta descendunt:& per quas sensus carnis introeunt.per quas nisi late strage facta uiam uirtutibus potius q̃ impietate fecerimus.nunq̃ ad regem pietatis peruenire poterimus. Dicat enĩ unusquisq; quo dolet.ego loquor conscientiam meam. Scio mihi abstinentiam & nocuisse intermissam:& profuisse repetitam.nec tales ergo accipiamus cibos.quos aut difficulter digerere.aut comestos magno partos & perditos labore doleamus. Holerum & pomorum ac leguminum & facilior apparatus est:& arte impendiisq; coquorum non indigẽt: & sine cura sustentant humanum genus:moderateq; consumptus.quia nec auide deuoratur:qđ irritamentum gulæ non habet:leuiori digestione decoquitur. Neq; enim uno & duobus cibis hisq; uilibus usq; ad inflationem uentris oneretur:quæ diuersitate carnium & saporis delectatione cõcipitur:& ad esum sui explenda esurie quasi captiuos trahunt. Vnde & morbi ex saturitate nimia concitantur. Multiq; impatientiam gulæ uomitu remediantur:& qđ turpiter ingesserunt:turpius egerunt. Postq̃ enim uenit christus in fine temporum:& reuoluit o ad alpha.i.finem ad principium:ut in prima ætate non circũcidimur:nec repudium dare permittimur:nec carnes comedimus. Hippocrates in amphorismis docet crassa & obesa corpora quæ crescendi mensuram impleuerint:nisi cito ablatione sanguinis minuantur:paralysim & pessima morborũ genera parere.& iccirco esse necessariam demptionem ut rursus habeant in quæ possint crescere.non enim manere in uno statu naturam corporum:sed aut crescere aut decrescere:nec posse uiuere animal nisi crescẽdi capax sit. Vnde & gallienus ille doctissimus hippocratis interpres athletas quorum uita & ars sagina est: dicit in exhortatione medicinæ:nec uiuere posse diu:nec sanos esse animasq; eorum ita nimio sanguine & adipibus quasi luto inuolutas:nihil tenue.nihil cæleste:sed semper de carnibus & ructu & uentris ĩ gluuiæ cogitare. Diogenes tyrannos & subuersiones urbium bellaq; hostilia uel ciuilia non pro simplici uictu holerum pomorũq;:sed pro carnibus epularũq; delitiis asserit excitari.quodq; mirandum sit epicurus uoluptatis assertor omnes libros suos repleuit holeribus & pomis & uilibus cibis dicẽs ita esse uiuendum.quia carnes & exquisitæ epulæ ingenti cura ac miseria p̃parantur:maioréq; pœnam habeant inquirendo q̃ uoluptatem in abutendo. Bibere & comedere non delitiarum ardorem debet excitare:sed sitim famẽq; restinguere. Qui carnibus uescuntur indigent:etiam his quæ sunt carnium.qui autem simplici uictu utuntur:eos carnes non recipere. Sapientiæ ergo operam dare non possumus:si mensæ abundantiam cogitemus:quæ labore nimio & cura indigẽt:cito expletur naturæ necessitas:frigus simplici uestitu & fames cibo expelli potest. Delitiæ & epularum uarietas fomenta sunt auaritiæ:qđ siquis existimat se abundantia ciborum potionũq; perfrui.& uacare posse sapientiæ:hoc est uersari inter delitias:delitiarum uitiis non teneri seipsum decipit. Sẽsus noster illud cogitat:qđ uidet:audit:odorat̃: gustat.attrectat:& ad eius trahit̃ appetitum: cuius capit̃ uoluptate. Difficile imo impossibile est diuitiis & uoluptatibus affluentes non ea cogitare quæ gerimus. Ifrustraq; quidam simulat salua fide & pudicitia & integritate mentis se abuti uoluptatibus. Cum contra naturam sit corpus uoluptatum sine uoluptate perfrui. Sensus corporum quasi equi sunt sine ratione currentes. Anima uero in aurigæ modum retinet frena currentium. Grandis exultatio animæ est:cum paruo contentus fueris:mũdum habere sub pedibus:& omnem eius potentiam:epulas:libidines propter quæ diuitiæ cõparãtur uilibus mutare cibis:& grossiori tunica cõpensare. Tolle epularum & libidinis luxuriam nemo q̃ret diuitias: quarum usus aut in uentre aut sub uentre est. Qui ægrotat non aliter accipit sanitatem.nisi tenui cibo & castigatiõe uictus. Quibus ergo cibis recipitur sanitas.his & seruari potest.ne qs putet morbos holeribus concitari. Si autem uires holera non ministrant. quæ nascuntur & aluntur in carnibus.quid est sapienti uero & philosopho christi tantam habere fortitudinem? Quæ athletis & militibus necessaria est. quã cum habuerit ad uitia prouocet. Illi arbitrantur carnes sanitati cõgruas.qui uolunt abuti libidine.& in cœnum demersi uoluptatum ad coitum semper exæstuant. Christiano sanitas absq; uiribus eximiis necessaria est.nec turbare nos debet.si rari sunt huius propositi sectatores:quia rari sunt & amici boni & fideles & pudici & continentes.sempq; uirtus rara est. Legimus quosdã morbo articulario & & podagræ humoribus laborantes proscriptione bonorum ad simplicem mẽsam & ad pauperes cibos redactos cõualuisse. caruerãt enĩ sollicitudine dispensandæ domus.& epularum largitate.quæ & corpus frangunt & animam. Irridet horatius appetitũ ciborum.q cõsumpti reliquũt pœnitentiã:sed etiã ex uilissimis cibis uitanda facietas. Nihil enĩ ita obruit animũ:ut plenus uenter & æstuãs:& huc illuc se uertẽs.& ĩ ructus & icrepitus uentorum eflatione respirans. Quale autem illud ieiunium aut q̃lis refectio post ieiunium.cũ pridianis epulis distendimur.& gutt̃ nostrũ meditatoriũ efficit̃ laterina &. Dũq; uolumus ,plixioris iediæ famẽ q̃rere.tãtũ uoramus quãtũ uix alterius diei nox digerat. Itaq; nõ tã ieiuniũ appelládũ ẽ:q̃ crapula ac fetẽs & molesta digestio.

De abstinẽtia philosophorũ antiquo & sacerdotũ aliorũq; sanctor &. Capi. xiii.

Icearchus ĩ libris antiq tatum & descriptiõe græciæ refert sub saturno cum omnia humus funderet.nullũ comedisse carnes.sed uniuersos uixisse frugibus & pomis.quæ spõte terra gignebat. Cheremon quoq; stoicus uir eloquẽtissimus narrat de uita antiquorũ ægypti sacerdotũ: q; omnibus mũdi negociis curisq; postpositis semper ĩ templo fuerit.& rerũ naturas causasq; ronesq;

sydeꝝ contemplati sint:nunq̄ se mulieribus miscuerint:nunq̄ cognatos & propinquos nec liberos qdē uiderint;& ex eo tempore quo cœpissent diuino cultui deseruire:carnibus & uino semp abstinuerint propter tenuitatem sensus & maxime propter appetitus libidinis.quæ ex his cibis & ex hac potione nascuntur. pane uero non uescebantur.ne onerarent stomachū.& si quando comedebant tonsum pariter isopū sumebāt i cibo ut escam grauioré illius calore decoq̄rēt.Oleū tantū i oleribus nouerant. Verum & ipm paꝝ ppter nauseam & asperitatem gustus leniendam.Quid loquar iquit de uolatilibus:cū oua quoq; pro carnibus uitauerint & lacte?Quoꝝ alteꝝ carnes liquidas.alteꝝ sanguinem esse dicebāt colore mutato.Cubile eis de foliis palmaꝝ contextum erat.Scabellum accliue ex una parte obliquū i terra p puluillo capiti supponebāt: bidui triduiq; inediam sustinentes.& humores corpis qui nascunt ex ocio & ex māsiōe unius loci nimia uictus castigatione siccabant.Item iosephus i secunda iudaicæ captiuitatis historia & i decimo octauo antiquitatum libro tria describit dogmata iudæoꝝ pharisæos.saducæos.essæos.quoꝝ nouissimos miris effert laudibus.q; & uxoribus uino & carnibus semp abstinuerint.& quotidianum ieiunium uerterint i naturā. Sup quorū uita & cibo philo uir doctissimus proprium uolumen edidit.Eubulius narrat apud persas tria genera magoꝝ.quorum primos qui sunt doctissimi & eloquentissimi excepta farina & holere nil amplius in cibo sumere.Orpheus quoq; in carmine suo esum carnium penitus detestatur.Pythagoræ etiam socratis antisthenis& reliquorū frugalitatem referrem in confusionē nostram:nisi & longū esset:& proprii opis indigeret.Vt qui paupertatem apostolorum & crucis duriciem aut nesciunt aut contēnunt:imitentur saltē gētilium pauptatē.Ad ea uenio quæ Asella post duodecimum annū sudore pprio elegit:arripuit:tenuit: cœpit:ipleuit:unius cellulæ clausa angustiis latitudine paradisi fruebat.Idē terræ solum & orationis locus extitit & quietis.ieiunium habuit pro ludo;inediam pro refectione.Et cū eam non uescēdi desiderium.sed humana confectio ad cibum traheret:pane & sale & aqua frigida concitabat magis esuriem q̄ restringebat: & operabatur manibus sciens scriptum esse.Qui non laborat non manducat.& ita ad qnquagenariam peruenit ætatem ut non doleret stomachus non uiscerum cruciaretur incuria.non sic ea humus iacentia mébra constringeret;non sacco asperata cutis fetorem aliquem situq; cōtraheret:sed sana corpore.animo:sanior solitudinem putabat esse delitias:& i urbe turbida iueniret heremū monachorum:Paulo quoq; cibum & uestimenta palma pbebat:& ne cui ipossibile uideatur.iesum testor & angelos eius q; in parte heremi.q̄ iuxta syriam saracenis cōfūgitur:monachū uidi:q per triginta annos inclusus hordeaceo pane & lutuléta aqua uiuebat.Alter in cisterna ueteri per dies singulos qnq; caricis sustentabatur.Vnde si mihi dominus optionem daret:multo magis eligerem tunicam pauli cum meritis:q̄ regum purpuras cū regnis suis.Quid tamen nos uentris animalia tale unq̄ fecimus.quos'si uel secunda hora legentes inuenerit oscitamus:manu faciem defricātes:cōtinemus stomachū:& quasi post multum laborem mūdialibus rursus negociis occupamur.Prætermitto prādia:quibus mēs onerata p̄mitur.Pudet dicere prudentiam salutādi.qua aut ipsi quotidie ad alios pgimus.aut ad nos uenientes cæteros expectamus.Deinceps itur ad uerba.sermo teritur. laceramur absentes :uita aliena describitur:& mordentes consumimur abinuicē. Tales nos cibus occupat & dimittit.Cū uero amici recesserint:ratiocinia supputamus.Nunc ira personam leonis nobis inducit:nūc cura superflua i annos plurimos duratura p̄cogitat.Nec recordamur euangelii dicētis.Stulte hac nocte auferent aiam tuā a te.Quæ aūt p̄parasti cuius erunt?Nec uero hoc dicens condēno cibos:quos deus creauit ad utendū cum gratiaꝝ actiōe:sed iuuenibus icētiua esse assero uoluptatū.Nō ætnei ignes.non uulcania tellus;non uesceus olympusq; tantis ardoribus æstuant:ut iuueniles medullæ uino plenæ dapibus iflāmatæ.Auaritia calcatur a plæriscq;:& cum marsupio deponitur.Male dicam linguam indictū silentiū emendat.cultus corporis.& habitus uestium unius horæ spacio cōmutatur.Oia alia peccata extrinseca sunt;& qd' foris est facile abiicitur. Sola libido insita est:& q̄dam lege naturæ incoitū gestit erūpere.Grādis igit' uirtutis ē & sollicitæ diligētiæ superare quod natus sis. & in carne nō carnaliter uiuere.

De temperatis ieiuniis. Capi. xiiii.

Antum tibi ieiuniorū assume: quātū ferre potes:diuersus est eni hoium stomachus. Alii amaris:alii dulcibus:alii austerioribus:alii leuibus delectantur cibis.Ideo non tibi imoderata īperamus ieiunia & enormē ciboꝝ abstinentiā:quibus corpora delicata frangūtur. Philosophorum quoq; sentētia ē moderatas esse uirtutes excedentia modū atq; mensuram inter uitia reputari. Vne & unus de septem sapientibus neqd ait nimis.Noui eni ego i utroq; sexu propter nimiā abstinentiam cerebri sanitatem i qbusdam fuisse uexatā:p̄sertim q; i humidis & frigidis habitauere cellulis.ita ut nesciret qd ageret.quo ue se uerteret;qd loq;qd tacere deberent.Sic ergo debes ieiunare:ut nō palpites. & respirare uix possis.sed ut fracto corporis appetitu:nec i lectiōe.nec i psalmis.nec in uigiliis solito quid minus facias. In ieiunio nō pfecta uirtus.sed cæteraꝝ uirtutū fundamentū est & sanctificatio atq; pudicitia: & sine q̄ nemo uidebit deū.Nā christus pro animi uoluntate omnia ſ acceptum refert.Displicent nāq; in teneris maxime ætatibus longa & imoderata ieiunia:quibus iunguntur hebdomades:& in oleum cibo ac poma uertantur.Experimento didici asellum in uia cum lassus fuerit diuerticula quærere.Hoc enim i perpetuo ieiunio p̄ceptum est.ut longo itinere uires perpetes supentur:ne in prima mansione correntes corruamus i mediis. Cæteꝝ i q̄drageſima cōtinētiæ uela pādēda sunt:& tota aurigæ retinacula equis laxāda properantibus: q̄q̄ alia sit cōditio sæculariū;alia monachoꝝ.Secularis homo in quadrageſima uentris ingluuiem decoquit:& i cocleari morem succo uictitans suo futuris dapibus ac saginas aliquātulū parat.Monachus in quadrageſima suos dimittat equos.ut sibi meminerit semper esse currendum.Finitus labor:ifinitus moderator est.Ibi enim respiramus.hic perpetuo incedimus.Sic tamē comedas.ut stati post cibum possis legere orare & spal-

lere.Ideo ſint tibi caſta ſimplicia moderata & non ſuperſtitioſa ieiunia.Sed qd prodeſt oleo non ueſci.& mo leſtias quaſdam difficultateſq; ciborum q̄rere?Caricas.piper.nuces.palmarum fructus.ſimilam.& mel.& to ta hortorum cultura uexatur.ut cibario pane non ueſcamur.& dum delitias ſectamur a regno cælorum re trahimur.Nec ſi biduo aut triduo ieiunaueris putes te nō ieiunantibus eſſe meliorem.Tu ieiunas & iraſc ris.ille comedit & forte blanditur.Tu uexationem mentis & uentris eſuriem ieiunando digeris.ille mode ratus alitur.& gratias agit deo.Vnde quotidie clamat eſaias.Non tale ieiunium elegi dicit dominus.Et ite rum ī diebus ieiuniorum ueſtrorum iueniuntur uoluntates ueſtræ.& omnes qui ſub poteſtate noſtra ſunt ſtimulatis.ī iudiciis & litibus ieiunatis.& percutitis pugnis humilem.Vt qd mihi ieiunatis?Quale illud po teſt eſſe ieiunium.cuius iram non dicam nox occupat.ſed luna integra derelinquit?Teipſum cōſiderans noli in alterius ruina:ſed in tuo opere gloriari:nec illorum tibi exempla proponas:qui carnis curam faciētes poſ ſeſſionum redditus & quotidianas domus impenſas ſupputant.Nec enī undecim xp̄i apoſtoli iudæ proditione ſunt fracti.nec philegio & alexandro naufragium faciente cæteri a curſu fidei ſubſtiterunt.Conuiuia quoq; tibi ſunt uitanda ſæcularium:maxime eorum qui honoribus tument.Nā pinguis uenter non gignit ſenſum tenuem.Docet eſopi fabulam plenū nimis uentrem per anguſtum foramen egredi nō ualere.Quoſ cūq; namq; formoſos:calamiſtratos:crine compoſitos:uel buccis rubentibus uideris:de armento iouiniani ſunt:inter quos grūniunt ſues.De noſtro grege triſtes:pallidi:ſordidati:& quaſi peregrini huius ſæculi licet ſermone careant:habitu loquūtur & geſtu.Heu mihi:quia peregrinatio mea prolongata eſt.Vnde ſaccus & ieiunium arma ſunt pœnitentiæ:& alia peccatorum.& ſi e duobus neceſſariis unum eſt ſubtrahendum:magis eligam ieiunium abſq; ſacco:q̄ ſaccum abſq; ieiunio.At uero hi quibus pœnitentia p̄cipitur conſequenter ad ieiuniū ſaccū copulant.Non quidem ſanat oculum quod calcaneo adhibeť.Ieiunio paſſiones corporis: oratione peſtes ſanandæ ſunt mentis.Igitur per ieiunium oſtēditur nos poſſe ire in paradiſum unde per ſaturitatem fueramus eiecti.Nam ieiunium curat uulnera delinquētis:curatoſq; ſanctificat.

De contemplatiōe oratione & lectione. Capi. xv.

I monachus eſſe uis:non uideri:habeto curam non rei familiaris:cui renūciando hoc eſſe cœpiſti:ſed aiæ tuæ.Ama ſcientiā ſcripturarum. & carnis uitia non amabis.Corpus pariter animuſq; tendantur ad dominum.Sic teipſum in cælo animo geſtiente procures:ut dum corpore moraris in terram:iam ad chriſtum mente peruenias.Aſſueſcas quoq; ad orationes & pſalmos nocte conſurgere:mane hymnos canere. Tertia.ſexta.nona hora ſtare in acie quali bellatorem chriſti:accenſaq; lucerna reddere ſacrificium ueſpertinum.Sic dies tranſeat.ſic nox inueniat laborantem Orationi lectio: lectioni ſuccedat oratio.p̄cipue ea quæ ſancti faciunt.in conſpectu dei faciunt:& pleniorem ſcientiam dei accipiunt & plenius diuinis ībuti ſunt diſciplinis.Si tamen ægrotus & æſtuans febribus aquam frigidam poſtulet: & dicat ad medicum.Vim patior.crucior.exanimor.Vſq;quo medice clamabo.& non exaudies?Et reſpōdeat ſapientiſſimus & clæmentiſſimus medicus.Scio quo tempore debeam dare quod poſtulas:nō miſereor mō quia miſericordia iſta crudelitas eſt.& uoluntas tua contra te petit.Ita dominus noſter ſciens clæmētiæ ſuæ pondera atq; menſuras īterdum non exaudit clamantem:ut eum probet:& magis prouocet ad rogādum:& q̄ſi igne excoctum iuſtiorem & puriorem faciat.Ad orationem nocte conſurgentem non indigeſto cibi ructum faciat:ſed inanitas.Nam quidam uir inter paſtores eximius.Sicut fumus inquit fugas apes:ſic indigeſta ructatio auertit ſpiritus ſancti chariſmata.Ructus autem dicitur proprie digeſtio cibi:& cōcoctarū eſcarum in uentum efflatio.Quomō ergo iuxta qualitatem ciborū de ſtomacho ructus erūpit:& uel boni uel mali odoris flatus indicium eſt:ita interioris hois cogitationes uerba proferunt.Et ex abūdantia cordis os loquitur.Iuſtus comedens replet aiam ſuam.cūq; ſacris doctrinis fuerit ſaciatus:de boni cordis theſauro p̄fert ea quæ bona ſunt.Crebrius lege & diſce q̄plurima:& tenente te codicem ſōnus obrepat:& cadentem faciē pagina ſācta ſuſcipiat.Et q̄q̄ apoſtolus ſemp orare nos iubeat:& ſactis etiā ipſe ſōnus oratio ſit. tamē diuiſas orādi horas debemus habere:ut ſi aliquo fuerimus ope detenti.ip̄m nos ad officiū tēpus admoneat: nec cibi ante ſumantur niſi oīone p̄miſſa nec recedať a menſa:niſi referanť gratiæ creatori.Egredientes hoſpitiū armet oratio.& egredientibus occurrat oratio āte q̄ ſeſſio.Nec prius corpuſculū regeſcat q̄ aīa pauſeatur.Ad oēm actū:ad oēm iceſſum manus pīgat crucē.Dominicis diebus orationi & lectiōi uaceť.quod q̄dē ī oī tēpore cōpletis opuſculis faciant.Quotidie de ſcripturis ſanctis aliqd dicať.Prouidendū etiā ut diē ſolēnē nō tā ciborū abūdātia q̄ ſpiritus exultatione celebremus:qa ualde abſurdū ē nimia ſaturitateuelle martyrē honorare quē ſcias deo placuiſſe ieiuniis.Sacerdotes quoq; p̄ oībus orare debent.& ſolēt:quoz elemoſynas oblatiōeſq; recipiunt.Sæpe ī manibus tuis diuina ſit lectio & crebræ orationes:ut oēs cogitationum ſagittæ:quibus adoleſcentia percuti ſolet.huiuſcemodi clypeo repellantur.quoniam difficile immo impoſſibile eſt perturbationum uitiis carere quempiam .Nam frequens lectio & quotidiana meditatio ſolet magi labor mentis eſſe quam carnis.Quomodo enim qd manu & corpore fit:manus & corporis labore compl tur:ita quod ad lectionem pertinet magis mentis eſt labor.Litteræ namq; marſupium nō ſequuntur:ſud ris tamen comites ſunt & laboris:ſociæ ieiuniorum non ſaturitatis:cōtinentiæ nō luxuriæ.Vnde qdā origenis diſcipulus dixit nūq̄ ſe cibū origie p̄ſente ſine lectiōe ſūpſiſſe.nūq̄ eueniſſe ſōnū niſi unus e fratribus ſacris litteris p̄ſonaret.Edētes aūt cucullis capita ſua uelent:ne alter alterz aſpiciat manducantem.ne loqui quicq̄.liceat dum manducant.Igitur quando comederis.cogita q̄ ſtatim tibi orandum ilico legendum ſit. de ſcripturis ſanctis habeto fixum uerſuum numerum.Iſtud penſum domino tuo redde.nec ante membra quieti concedas: q̄ palladium pectoris tui hoc ſub tegmine compleueris . Poſt ſanctas ſcripturas doctorum hominum tractatus lege . eorum dumtaxat: quorum fides nota eſt.quoniam eruditio timorem cre-

at:imperitia confidentiam.Sed tunc scriptura proderit legenti:si quod legerit opere cõpleatur.Illorum igit̃ tractatibus:illorum delecteris ingeniis & libris:quorum pietas fidei non uacillat.Cæteros sic lege ut magis iudices q̃ sequaris.Caueas omni apocrypha: & si quando ea non ad dogmatum ueritatem legere uolueris: scias non eorum esse quorum titulis p̃notantur.multaq; in his & mixta uitiosa.& grandis prudentiæ est au rum i luto q̃rere.Quid enī facit cum psalterio horatius?Cum euangeliis Maro?cum apostolo cicero?Quæ securitas lucis ad tenebras?Ne ergo legas philosophos oratores poetas ne in eorum lectione requiescas. ne nobis blandiamur.Si his scripta sunt non credimus.cum aliorum conscientia uulneretur. & putemur ꝑba re:quæ dum legimus non reprobamus.Absit ergo ut de ore christiano sonet iuppiter oīpotens: & me her cule.& me castor:& cætera magis portenta q̃ numia.At nunc etiam sacerdotes dei omissis euangeliis & pro phetis uidemus comœdias legere.amatoria bucolicorū uersuum uerba.cantare tenere uirgilium.& id qđ i pueris necessitatis est.crimē in se facere uoluntatis.Scientia autem pietatis est nosse legere scripturas.ꝑphe tas itelligere.i euangelio credere.apostolos non ignorare.Nec putemus i uerbis scripturarum esse euangeli um.sed i sensu.non isuperficie.sed i medulla.non i sermonum foliis.sed i radice rōnis.Si qđ autem ignoras: siquid de scripturis dubites:interroga eū quem uita cōmendat:excusat ætas:fama non reprobat.Aut si non est qui possit exponere:melius est aliquid nescire:q̃ cum periculo discere.Memento quia in medio laq̃rū ambulas. Malo enī apud te uerecūdiam parūper q̃ causam periclitari. qui tamen quod nouit iterrogat non modo discendi:sed studio cognoscendi an nouerit ille qui responsurus est in similitudinem pharisæoꝝ:nō quasi discipulus:sed quasi tentator accedit.plærique etiā detractorum dum uerba sacri eloquii plus q̃ debent discutiunt:i carnalem itellectum cadunt:In diuinis autem scripturis & libris melius est obscura relinq̃re ut sunt:q̃ aliquid temere uel praue imitari quod nescias.Sunt quoq; nonnulli qui rugata fronte demisso sup cilio:uerbisq; trutinatis auctoritatem doctorum sibi uendicant.nō q; ipsi dignum aliquid arrogantia noue rint.sed q; simplices fratres q̃dam uidentur sui comparatione nescire.Euenit etiam interdum:ut cum modi cum scientiæ quis habuerit:elatus in superbiam discere desistat:& paulatim eo q; nihil additur subtrahitur: ut uacuū disciplinis penitus remaneat:ferrūq; qđ acutum erat hebetet.Sed & iam prophetam horrere elo quētis est.non xp̃m sape sapientis:iniuriam fecisse uirtutis:aliena possidere potentiæ:inocentem circūueni astutiæ:humilem despexisse nobilitatis.Sic erroribus plena sunt omnia:& ad hoc usq; ueritas obscurat.ut i mortis gremio iacuisse beatitudo dicatur.Nobis uero nil placet nisi quod ecclesiasticum est:& qđ publice in ecclesia non timemus.in his tamen ista facere solemus.Quando enim philosophos legimus: quando in manus nostras libri ueniunt sapientiæ sæcularis : siquid in eis utile reperimus: ad nostrum dogma conuer timus.Siquid uero superfluum de idolis:de amore:de cura sæcularium rerum hæc radimus:his caluitium iducimus.hæc unguium ferro acutissimo desecamus.Referam tibi nāq; meæ ifœlicitatis historiam.Cum ante annos plurimos domo.parentibus.sororibus.cognatis.& q; his difficilius est consuetudine lautioris ci bi:propter cælorum me regna castrassem:& hierosolymam militaturus pergerem: bibliotheca quam mihi sūmo studio confeceram carere non poterā.Itaq; miser ego lecturus tullium ieiunabam:& post noctiū cre bras uigilias: post lachrymas quæ præteritorum recordatione peccatorum ex intimis uisceribus fluebant. plato sumebatur in manus.Siquādo in me metipso reuersus prophetam legere cœpissem sermo horrebat.i cuitus.Et quia lumē cæcis oculis non uidebam:non oculorum putabam culpam esse sed solis.Dūq; ita me antiquus serpens illuderet:in media ferme quadragesima medullis ifusa febris corpus inuasit exhaustū: & sine ulla reqe qđ dictu quoq; icredibile sit:ifœlicia membra depasta est:ut ossibus uix hærerem.interim pa rantur exeqæ:& uitalis aiæ calor toto iam corpore frigescente in solo tepēte pectusculo palpitabat. Tunc subito raptus in spū ad tribunal christi ptrahor.ubi tantū lumis erat:ut ex circūstantium claritate fulgoris sic proiectus in terram sursum aspicere non auderem.Interrogatus conditionem:christianum me esse respō di.Et ille q p̃sidebat mentiris ait.Ciceronianus es non christianus.Vbi enī est thesaurus tuus.ibi & cor tuū Illico obmutui:& inter uerbera quibus iam cædi me iusserat:ego conscientiæ magis igne torquebar.illū me cum uersiculum repetens.In inferno quis confitebitur tibi?Clamare tamen cœpi.& eiulās dicere. Miserere mei domine miserere mei.Hæc uox inter flagella resonabat. Tādem ad p̃sidentis genua prouoluti qui asti terant p̃cabantur:ut ueniam tribueret adolescentie:& errori locum pœnitentiæ daret:exacturus deide cru ciatum:si gentilium aliquando litterarum libros legissem.Ego qui in tanto cōstrictus articulo uellem etiā maiora promittere:deierare cœpi:& nomen eius obtestans dicere.Domine si umq̃ habuero codices sæcula res.aut si legero te negaui.In hæc sacramenti uerba dimissus reuertor ad superos.& mirantibus cūctis ocu los aperui tanto lachrymarum ibre perfusos.ut icredulis fidem facerem ex dolore.Nec uero sopor ille fue rat aut uana somnia.quibus sæpe deludimur. Teste ē tribunal illud ante quod iacui.iudicium teste ē quod timui.ultra mihi nunq̃ talem contingat incidere quæstionē.Nam fateor uulneribus habuisse plenas scapu las.plagas sensisse post sōnū.& tanto dehinc studio diuina legisse.quanto mortalia ante nō legeram.quodq; preter psalmorum & orationis ordinem quod tibi hora tertia sexta nona ad uesperum media nocte & ma ne semper exercendum.statue quot horis scripturam sanctam ediscere debeas.quanto tempore legere. non ad laborem.sed ad delectationem & instructionem animæ.Cūq; hæc finieris spatia & frequenter ad figēda genua sollicitudo animi suscitauerit.aut texenda cōpone.aut quæ sunt texta respice.quæ errata reprehende.q sunt facienda constitue.Si tantis operum uarietatibus fueris occupatus.nunq̃ tibi dies longi erunt.Sed qua uis æstiuis tendantur solibus.breues uidebuntur quibus aliquid operis prætermissum est. Hæc obseruans teipsum saluabis & alios.& eris magister sanctæ conuersationis.multorumq; castitatē lucrum tuum facies. Dicas psalmum in ordine tuo.in quo non dulcedo uocis sed mentis queratur. scribente apostolo Psallam

ſpiritu:pſallam & mente.Legat enim præceptum pſallite ſapienter.Nam clamor in ſcripturis non eſt uocis ſed cordis.ſed nunquid uerborum multitudine flecti deus ut homo poteſt.Non.n.uerbis ſed corde orādus eſt deus.Melior eſt ſeptem pſalmorū decātatio cū puritate & ſerenitate & ſpirituali hilaritate:q̄ totius pſalterii modulatio pſalterii cum anxietate cordis & triſtitia.Cātor quoq; pellatur:ut noxius ac fidicinas & pſaltrias:& iſtiuſmodi quaſi mortifera ſyrenaq; carmina p turba ex ædibus.Sic aūt erudienda eſt aīa:quæ futura eſt tēplum dei.qđ nihil aliud diſcat audire.nihil loqui niſi qđ ad timorem dei ptinet.turpia non intelligat:cantica mundi ignoret.Non ſunt cōtēnenda quaſi parua ſint:ſine quibus maiora conſtare non poſſunt. Græca narrat hiſtoria alexandrum potentiſſimum regem orbiſq; dominatorem & ī moribus & ī iceſſu leonidis pædagogi ſui non potuiſſe carere uitiis quibus adhuc paruulus fuerat ifectus.Dæmonū itaq; cibus ē carmina poetarum.ſæcularium ſapientia rhetoricorū pōpa uerborum.Hæc ſua homines ſuauitate delectāt & dum aures dulci modulatione currentibus capiunt:aīam quoq; penetrant.& pectoris īterna deuincunt. Verum ubicūq; ſūmo ſtudio fuerint ac labore plecta:nihil aliud niſi inane m ſinum & ſermonum ſtrepitū ſuis lectoribus tribuūt.nulla ibi ſaturitas ueritatis:nulla iuſticiæ refectio repiť.Studioſi uero in fame ueri uirtutū penuria perſeuerant.Mihi aūt curæ non quid ariſtoteles:ſed quid paulus doceat.Ornat.n.doctrinā dei:q ea quæ conditioni ſuæ apta ſunt facit & ecōuerſo cōfundit illam:cui conditio ſua diſplicet. Mōachus aūt non doctoris ſed plangentis habet officiū:qui uel ſe uel mundū lugeat:& domini pauidus pſtolatur ad uentum.qui ſciens ībecillitatē ſuā.& uas fragile quod portat timet offendere.ne ipingat & corruat:& frágať ſeq; monachū eſſe non loquendo & diſcurſando.ſed tacendo & ſedendo nouerit.Sit quoq; tibi ſermo ſiles & ſilentiū loquens.nec citus nec tardus iceſſus.ac unuſquiſq; quādo ad cōmunionem īgrediť.cum cuculla tantū accedat.Habeant qui uolunt ſuas oues.uaſe gēmato bibant.ſerico niteant.plauſu populi delectenť.& p uarias uoluntates diuitias uincere nequeāt.nr̄æ diuitiæ ſūt ī lege dei meditari die ac nocte.pulſare ianuā & ſæculi p̄eūte calcare.Præparemus igiť nobis fortitudinē.aſſumamus nobis pfectū robur.ut iter errorū tenebras & cōfuſiōem ī noctis ſcientia xp̄i lumen appareat.dieſq; nr̄ nubē habeat protegentem.ut his ducibus ad terram ſanctam pueníre ualeamus.Quid.n.eruditione melius?Quid ſuauius diſciplina?Quid dulcius domino?Si aūt conuiuium xp̄s:lectio xp̄s:quies xp̄s:cogitatio xp̄s.Quæ enim pōt eſſe uita ſine ſcientia ſcripturaq;.p quā etiam ipſe xp̄s agnoſcitur?Qui cibi quæ mella ſunt dulciora.q̄ dei ſcire prudentiam?Sapiens quoq; nunq̄ ſolus eſt:habet ſecum oēs qui boni ſunt & fuerunt.& animū liberū quocūq; uult tranſſert qđ corpore non pōt cogitatione cōplectiť.& ſi hominū inopia fuerit loquitur cū deo.nec unq̄ eſt minus ſolus:q̄ cum ſolus fuerit.Prima nāq; ſapientia eſt caruiſſe ſtultitia:ſed ſtultitia caruiſſe non pōt:niſi qui itellexerit illam.ſed uera quidem ſapientia eſt nup factum ſe noſſe:& ut ſic loquar in carne iuſtorum īperfecta pfectio eſt.Parum tamen eſt ſcire qđ neſcitis.ſed prudentis hominis eſt noſſe menſuram ſuam.quā qui ignorauerit q̄to ampliora quæſierit:tanto magis ad inferiora collocabitur.Diſcamus igitur ī terris.quorum nobis ſcientia perſeueret in cælis.

De uigiliis. Capi.xvi.

Ignum eſt fratres aptūq; prorſus ſatiſq; cōueniens de ſanctis uigiliis nūc dicere & proferre ſermonem.quando ipſa lucubratio exigitur a ſollicitis.Nox ecce eſt caligo corporibus.nō ſolum hoīes ſed etiā cunctos in ſōno detinet animantes:ut reformatis uiribus per ſoporem poſſint ſuſtinere laborem uiuentes.Bonus deus:q ita proſpexit:ita conſtituit:ut homo exiturus ad opationem ſuam uſq; ad ueſperum haberet uiſcarium tempus in quo a duris laboribus & multa fatigatione requieſcere p̄ſtitit.Nouimus autem multos hominū:ut aut maioribus ſuis placeant aut ſibi aliquid peculiariter proſint noctis particulam ad aliquod opuſculū ſegregare.id pro lucro dicere quod furati de ſopore ſuo opari potuerint.A ſalomone uero laudatur & fœmīa.quæ penſa & lanificium ad lucernam uigilanter exercet.Addidit etiam quod ex hoc laus uiro eius ī portis & gloria magna naſcať.quod ſi in carnalibus inſtrumentis.i.uictui & ueſtitui neceſſariis qui uigilat nō reph̄diť imo laudatur & mirari me fateor eſſe aliquos qui ſacras uigilias tam ſpirituali ope fructuoſas orationibus hymnis lectionibuſq; fœcundas aut ſuperfluas æſtimant aut ocioſas.aut qđ his deterius eſt īportunas.& quidem ſi ſunt homines a nr̄a religiōe alieni.qui iſta ſic ſentiant non eſt mirum.Quomodo enim prophanis religioſa placere poſſunt.quibus ſi placerēt noſtri eſſent:quia ſumus utiq; chriſtiani.Si uero noſtri ſunt quos uigiliarum ſalutiſer actus offēdit:ut nihil de his deterius ſuſpicer:aut pigri ſunt aut ſomniculoſi.aut quod his eſt proximum ſenes uel īfirmi.Si pigri ſūt erubeſcant:quia illis inſonāt prouerbia ſalomonis.Vade ad formicam o piger:& æmulare uias eius.Si ſōniculoſi ſunt expergiſcantur ſcriptura proclamante O piger quouſq; dormis?Quādo autem de ſomno ſurges Paululum quidem dormis:modicum ſedes:puſillum aūt dormitas.puſillum uero complecteris manibus pectus.Si ſenex es.quis te compellit ut uigiles q̄q & non compulſus pro ætate uigilas.& ſi ſtare non potes. ſed tuam cogitas īpoſſibilitatem.non debes iuuenes & ualentes ad tuum reuocare torporem.quos propter uarias tentationes iuuentutis ſeipſos propenſioribus macerare decet uigiliis?Nam athletæ ſuis ſcitatiōibus fortiores ſunt:& tamen monet debilior.Pugnat ille qui fortior eſt.maxime quia & ſancti corruūt ſi fuerint negligentes.& peccatores priſtinum recipiunt:ſi ſordes fletibus lauerint.Hoc ideo dico.ut te non terreant deſcendentes:ſed prouocent aſcedentes. Nihil tam facile q̄ ocioſum & dormientem de aliorum labore & uigiliis diſputare.Si uero infirmus es membris:quod facere potes.noli reph̄endere īmo riga & tu ſecūdum prophetam lachrymis ſtratum tuum.& dic.Sic memor fui tui ſup ſtratum meum.Iniunge etiam uigilantibus ut te ſuis p̄cibus iuuent.quo adiutus a domino ſuper lectum doloris tui caneť poſſis.& tu quādoq; mearis dicere.In matutinis meditabor in te.quia fuiſti adiutor meus.Alioquin ſtultum & ſatis extraneum ē:

ut quia ipſi currere non ualemus:bene currentibus derogemus nam etſi non poſſumus debemus congratu lari potentibus.Sicut enim de conſenſu malitiæ participatur cum facientibus pœna,ſic participatio gloriæ ſperanda eſt de conſenſu bonitatis.Alios enim effectus coronat.alios uoluntas pia lætificat nec ſane onero ſum uel difficile uideri debet etiam delicatis corporibus in ſeptimana duaꝝ.i.ſabbati atq; dominicæ portionem aliquam dei miniſterio diſputare.Iſta.n.quaſi purificatio eſt dierum qnq; uel noctiũ. quibus ſtupore carnali ingraueſcimus:ac mundanis actibus aſſolitamur.Nec erubeſcat aliquis in bono ſtudio ſanctitatis cũ nõ erubeſcant improbi in perpetrando ope fœditatis:Merito ergo ſcriptura in prouerbiis ingerit:eſt confuſio quæ ducit ad peccatum.In bono enim opere cõfundi peccatum eſt:ſicut in malo faciẽdo nõ cõfundi pernities eſt.Si ſãctus es:ama uigilias :ut theſaurum tuum uigilando cuſtodias:& ipſe in ſanctitate ſerueris. Si peccator es:magis cura;ut uigilando & orando purgeris:dũ tonſo pectore freq̃ntius clames.Ab occultis mei is mũda me:& ab alienis parce ſeruo tuo.Guſtãdum.n.uidet:quia ſuauis eſt dominus ſicut ſcriptũ eſt. Qui ergo guſtauit,itelligit & ſentit q̃tũ põdus pectoris uigilãdo deponit:quãtus mẽtis ſtupor excutitur: quãta lux aĩam uigilantis & orantis illuſtrat:quæ gratia:quæ uiſitatio membra uniuerſa lætificat. Vigilãdo oĩs timor excluditur fiducia noſcitur:caro maceratur,uitia tabeſcũt:charitas roboratur recedit ſtultitia: accedit prudentia:mens acuitur:error obtunditur:criminum caput diabolus gladio ſpũs uulneratur.Quid hac utilitate magis neceſſarium?Quid iſtis lucris cõmodatius?Quid hac dilectione ſuauius qd hac fœlicitate beatius?Teſte etiã ꝓpheta qui in pricipio pſalmorum ſuorum beatum uirum deſcribens ſũmam btitudinẽ eius in hoc uerſiculo collocauit.Si in lege dei meditat die ac nocte:bona eſt quidem diurna meditatio.ſed efficacior eſt nocturna.qa p diem neceſſitates obſtrepunt:occupationes diſtrahunt mentem.ſenſum duplex cura diſpgit:nox aũt ſecreta:nox qeta opportuna ſe p̃bet orãtibus:aptiſſima uigilantibus:dum carminibus:occupationibus:expeditum collectum ſenſum in totũ hoĩem diuinis conſpectibus ſiſtit.Curandum ẽ etiã ne nimietate cibi uel potus uigilaturi pectus oneret:ne crudelitates eructantes & crapulam nõ ſolum ipſi nobis,ſed etiam gratiæ ſpũs idigni iudicemur.Ergo tãq̃ diuino fũcturi myſterio ante nos p abſtinẽtiam parare debemus:ut ingrauati expeditius uigilare poſſimus.Cogitatio quoq; mala pellat,ne male uigilantis oratio fiat,ſicut legit in peccatũ.Sunt enim & ex maligno uigiliæ:ſicut in prouerbiis legit.Ablatus eſt ſõnus ab oculis eoꝝ.non.n.dormiũt inqt niſi malefecerit. Abſint abſint ab hoc cõuentu tales uigiliæ.ſit potius uigilantibus pectus clauſum diabolo:aptũ xp̃o:ut quẽ labiis ſonamus:corde teneamus.Tũc erunt acceptabiles noſtræ uigiliæ:tũc pnoctatio ſalutaris:ſed competenti diligentia & deuotiõe ſincæra miniſterium noſtrum diuinis obtutibus offeratur.

De ueſtibus. Capi.xvii.

Vſca tunica ueſtiaris:uilis tunica cõtẽptum mundi probet:ita dũtaxat ne animus tuus tumeat: ne habitus ſermoq; diſſẽtiãt.nã ueſtis ipa uilis & pulla animi tacentis idiciũ eſt.Qui.n.mollibus ueſtiuntur in domibus regũ ſunt. Tales náq; ueſtes habeas:nõ qbus ueſtita corpora nudentur. q̃ nec ſint mundæ nec ſordidæ.& nulla diuerſitate notabiles: qa nec affectatæ ſordes:nec exq̃ſitæ munditiæ cõueniunt xp̃iano.ſed ne hoc ipm iactãtiam tibi generet:q; ſæculi iactãtiã cõtẽpſiſti: nec cogitatio tacita ſubrepat.ut qa forſitã in auratis ueſtibus placere deſiſti:placere cõeris in ſordibus.Nihil.n.itulimus in hũc mundum:nec auferre quid poſſumus .At nunc plæroſq; uideas armaria ſtipare ueſtibus. tunicas mutare quotidie:& tamen tineas nõ poſſe ſuperare:& q te religioſior eſt unum exerit ueſtimentum:& plenis arcis pãnos trahit:ĩficiuntur mẽbranæ colore purpureo:aurum liqueſcit in litteras:gẽmis codices ueſtiunt: & nudus ãte fores eoꝝ chriſtus moritur.pulla.n.tunica minus cum humi iacuerit ſordidat. Sic cingulum laneum cum tota ſimplicitate puriſſimum.& qd poſſit abſtringere ueſtimenta magis q̃ ſcindere.idem ſemp habitus:neglecta mundicies.inculta ueſtis & cultus ipſe ſine cultu:plumarum quoq; mollicies iuuenilia mẽbra non foueat.

De laboribus manuum. Capi.xviii.

Ec uacet mens tua uariis pturbationibus:quæ ſi pectori inſederint dominabuntur tui:& deducent te ad delictum maximum.Facito aliqd opis:ut ſemper te diabolus inueniat occupatum. Si apoſtoli habentes poteſtatem de euangelio uiuere,laborabant manibus ſuis ne quem grauarent & aliis tribuebant refrigeria,quorum pro ſpiritualibus debebant metere carnalia.cur tu in uſus tuos ſucceſſura non ꝓparas?Vel fiſcellam texe iũco.uel caniſtrum lentis texe uiminibus.Serat humus:areolæ æquo limite diuidanturtin quibus cum holerum iactata fuerint ſemina.uel plantæ poſitæ per ordinem aquæ ducãtur irriguæ.Inſerantur fructuoſæ arbores uel gemmis uel ſurculis.ut paruo poſt tempore dulcia poma decerpas.Apum fabricare aluearea:ad quos te mittunt ſalomonis prouerbia:& monaſteriorum ordinem ac egregiam diſciplinam in paruis diſce corporibus.Texantur & lina pro capiendis piſcibus. Scribant & libri:ut & manus operetur cibum & anima lectione ſaturetur.Nam in deſideriis eſt omnis ocioſus. Aegyptiorum monaſteria hunc ordinem tenent:ut nullum abſq; labore atq; opere ſuſcipiant:non tam propter uictus neceſſaria q̃ propter animæ ſalutem:ne uagetur pernitioſis cogitationibus ad inſtar fornicantis hieruſalem ,omni tranſeunti diuaricet pedes ſuos.Nec iccirco tibi ab opere ceſſandum eſt. quia deo propicio nulla re indiges:ſed ideo cum oĩbus laborãdum eſt.ut per occaſionem operis nihil aliud cogites niſi qd ad domini pertinet ſeruitutem.Simpliciter loquar.Quãuis omnem cenſum tuum in pauperes diſtribueris:nihil apud chriſtum erit præcioſius.q̃ qd manibus tuis ipſe conſeceris.Sudore enim & labore nimio ad ubertatem fructuum perueniemus.

De laude religionis :& de inductione ad eam. Capi.xix.

Xterius quidem monasteria multus a te per insulas dalmatiæ scōz numerus sustentatur:sed me lius faceres si & ipse sanctus inter scōs uiueres.Difficile imo ipossibile est.ut & p̄sentibus quis & æternis fruatur bonis & ut hic uentrem:ibi mentem ipleat:& de delitiis transeat ad delitias.ut i utrocz sæculo primus sit,& in cælo & in terra glorioſus appareat.Quod aūt asseris eos melius facere qui utuntur rebus suis & paulatim fructus possessionū pauperibus diuidāt: q̄ illi q̄ possessionibus uenditis semel oia largiantur:non a me sed a domino respondeatur.Si uis perfectus esse & cætera.Nec a suo studio monachi retrahendi sunt linguis uipæ:morsu sæuissimo.quibus argumētaris & dicis.Si omnes se clauserint & fugerint in solitudinem.qs celebrabit in ecclesiis?Quis sæculares hoies lucrifaciet.qs peccantes ad uirtutes poterit cohortari?Hoc.n. mō si oēs tecum fatui fuerint.sapiens esse quis poterit?Si uirgines omnes fuerint nuptiæ:non erunt:iteribit genus humanum.Sed rara est uirtus:nec a pluribus appetitur. Et utinam hoc oēs essent quod pauci sunt.de quibus dicitur.Multi sūt uocati pauci uero electi.Ideo licet paruulus ex collo pendeat nepos licet sparso crine & scissis uestibus ubera quibus te nutrierat mater ostendat:licet in limine pater iaceat:pcalcato pge patre:siccis oculis ad uexillum crucis euola.Pietatis genus ē i hac re esse crudelem.Gladium tenet hostis ut me perimat.& ego de matris lachrymis cogirabo?Delicatus es frater carissime:si hic uis gaudere cum sæculo:& postea regnare cum xp̄o.Multa nos facere cogit effectus:& dum propinquitatem respicimus corporum:& corporis & aiæ ostendimus creatorem.Qui amat patrem aut matrē sup xp̄m:non est deo dignus.Vnde discipulus ad sepulturam patris ire desiderans:saluatoris prohibetur imperio.Quanti monachorum dum patris matrisq; miserētur.sua aias perdiderunt sup patre & matre pollui nō licet.quāto magis super frē.sororibus.cōsobrinis.familia.seruulis?Genus regale & sacerdotale sumus.Illum attendamus patrem.qui nunq̄ moritur: & ideo uiuens mortuus est: ut nos mortuos uiuificaret.Sola causa pietatis est:ubi nulla carnis notitia est.Honora patrem tuum:si te a uero patre non separat.tādiu scito carnis copulā.quādiu ille suum nouerit creatorem.Alioquin dauid protinus tibi canet.Obliuiscere populum tuum & domum patris tui.& concupiscet rex decorem tuum:quoniam ipse est dominus deus tuus. Grāde præmium est parentis obliti quia cōcupiscet rex decorem tuum.Solent eteni miseri parentes & non plenæ fidei christiani deformes & aliquo membro debiles filios.quia dignos matrimonio non iueniunt.religioni tradere.Sed si tu pfecta esse desideras:exi cum abraham de patria tua.& de cognatione tua.& pge quo nescis & si habes substantiam uende & da pauperibus.Si non habes grandi honore liberatus es.Nudus xp̄m nudū sequere.Durum:grande:difficile:sed magna sunt præmia.Magis.n.qlibet labor suscipitur: si ante oculos p̄ponatur ipsius laboris utilitas:sed & nauigantibus lōge serenitas spem pollicet.nauis ualida & diuturna tēpestas.Sectemur ergo nos mulierculas:sexus nos doceat infirmior.quātæ diuitiis pariter ac nobilitate pollētes(nolo earum uocabula dicere:ne uidear adulari relictis facultatibus pignoribusq; cōemptis)hoc factu facile iudicarunt.quod tu putas proprio timore difficile.Vnde habeto i simplicitatem columbæ:ne cuiq̄ machineris dolos:& serpentis astutiam ne alioz supplanteris insidiis.Non multum distat in uitio uel decipere uel decipi posse xp̄ianum.At illa tibi ad hoc de uariis floribus lumē exornent.Coluber ad bibēdum ueniēs i aqua uenenum deponit:ne eum uenenum aqua cōcretum occidat.nudum hoiem timet:caput tamen suū cælat quando pcutiet.ubi scit esse mortem suam.Serpens quidem si calamo pcutitur moritur: si uero iterū pcutiat confirmatur.Hyemali tpe ifirmior efficitur:& a fontibus deuincitur.Igit ante hyemē circa ſe. segetes colligit:ut illis escam præbeat.Anguis quādo senuerit perdit aspectum:& si uoluerit redire ad iuuentutē ieiunat.xl.diebus.ut laxetur pellis:& sic angustum foramen pquirit.ut dum nititur ide exire.pellem senectutis dimittat.Pellicani cum suos a serpente filios mortuos iueniunt lugēt:& se & sua latera pcutiunt:& sanguine excusso ad corpora mortuorum sic reuiuiscunt.Aquila quoq; cum senuerit grauantur eius pēnæ & oculi:& quærit fontem:& erigit pēnas:& colligit i se calorem.& sic oculi eius sanantur:& i fontem ter se mergit:& ita ad iuuentutem redit.Multa dicuntur i scripturis:q̄ uidentur ipossibilia:& tamē uera sunt.Nihil.n.dicas ipossibile:ubi est uirtus altissimi.Nihil de humana fragilitate cogites:ubi plenitudo adest deitatis.Sed quid te ad iugum domini præsentis uitæ ꝓuocare exemplis conor.cū nullum pene sciamus fuisse sanctorum:q Procellosum huius tpis agonē absq; tribulatiōe & tempestate transierit?Sic eteni bellator uulneris dolorem aut cōtēnit:aut nescit:dum uiuacitatis sensibus solam uidetur cogitare uictoriam.Et qui hyemis tpe uadit ad balnea.prius asperitatem frigoris nudus patienter excipit.quia eum futuri calefactio cōsolatur:oiumq; creaturaz difficile ꝓpter deum exultatio aliq̄ nisi mœrore p̄eunte succedit.Sit ergo in nobis tanta futuroz fides:ut ad modū nō sentiamus nos illa sustinere.q̄ patimur:sed ea potius arbitremur nos obtinere q̄ credimus.Quāta aūt apud deum merces.si i præsenti hoies p̄cium non sparent? Quātis sudoribus hæreditas cassa expetit?Minori præcio margaritum xp̄i enim poterit.Finis militiæ tuæ erit regnū non terræ & tpis.sed æternitatis & cæli.Nihil est fili quod possit aut debeat præferri ei:qui ē uerus dominus & uerus p̄r & iperator æternus.Cui enī rectius uitam nostram ipendimus.q̄ illi a quo ipam accepimus?Et cui ea debemus usq; ad finem.qa ipsius beneficio uiuimus? Vnde si maluerimus cæsari militare q̄ xp̄o:postea non ad xp̄m sed ad gehēnam transferemur.Igitur nec affectum nec patriam nec honores nec diuitias præferre debemus.qa scriptū est.Præterit huius mundi figura.& q hūc mundum dilexerint.cū mundo peribunt.Illi ergo militemus.q militantibus sibi gloriam uitæ æternæ.honorem regni cælestis.diuitias hæreditatis suæ & diuine cognitionis consortiū perhēne largit.Nam nullus rex terrenus totius orbis dominus est.Xp̄s autē totius mūdi rex est.qa oia per xp̄m facta sunt.Et qa regnū cælorz uim patitur.& uiolenti rapiunt illud. talis uiolentia deo grata est.quæ neminem concutit.nullius dāno initiat.In hanc rapinam manus tuas mitte.q̄ crimen non habet.& cōfert salutem.Sollicitudines.n.nostræ carnales quāto cariores sunt.tanto plus nos di

